nouiciatus audiui a quodam fratre anti-
quo / qui ordinem intrauerat prope tempo
ra beati franciſci ꝙ beatꝰ franciſcus ad huc
viuens dixerat. Fratres mei erunt primo
poma dulcia / et poſtea inſipida / et poſtea
acerba / ⁊ vltimo ad priſtinam dulcedinem
reuertentur. Tria autem prima videntur
iam eſſe impleta. Nam a canoniſatione ſan
cti franciſci per plures annos fratres fue-
runt prelatis principibus clericis ⁊ laycis
gratioſi / poſtea vero gratioſitas hec fuit di
minuta. Et poſtea a tpe Bonifacij pape. 8.
videtur ꝙ̃tum ad multos in cõtrarium ver
ſa / maxime ꝙ̃tum ad clerum qui multipli-
citer in diuerſis partibus orbis fratres tam
ꝙ̃ odibiles perſequitur ⁊ affligit quod nos
debemus non ſolum humane malicie / ſed
noſtris demeritis imputare. Et quoniam
ſicut dicit beatus Gregorius euangeliorũ
omelia prima preteritarum rerum exhibi-
tio certitudo eſt futurorum. Ideo ex tribus
iam impletis ſperare debemus / ꝙ quar-
tum adimplebitur domino concedente.
Sed quoniam fratres non ſolum debent
orare pro ſuis benefactoribus ſed etiã pro

ſuis perſecutoribus/ſicut dicitur in regula ꝙ debemus diligere eos qui nos perſequuntur et reprehendunt et arguunt/quia dicit dominus: diligite inimicos veſtros ⁊ orate pro perſequentibus et calumpniantibus vos: ideo ſubditur in perſona fratrum adimplentium verbum chriſti (Memor eſto dñe filiorum edon) in bonum ipſorum. Eſau vero alio nomine fuit vocatus Edon Geñ. xxv. Ipſe vero perſecutor fuit fratris ſui Jacob ſimplicis/⁊ ideo filij Edõ competenter dici poſſunt perſecutores huius paupercule regule ſiue religionis. Pro quibus tamen debemus orare/vt reſiliant a ſua peruerſitate/et ſic fiant nobis occaſio leticie/ideo ſubditur (in diẽ hieruſalez) id eſt ad conſolationem noſtram. Sicut enim tribulatio frequenter vocatur nox in ſacra ſcriptura ſic conſolatio dies: ⁊ cũ hoc domino concedente fuerit impletum/ poterimus cum apoſtolo dicere Nox preceſſit dies autez appropinquauit. Sz quia nondum eſt hoc impletum ſubditur adhuc de perſecutoribus noſtris qui dicunt (Exinanite exinanite vſqꝫ ad fundamentum in ea) Aliqui namqꝫ de perſecutoribus noſtris falſe diſſeminauerunt ꝙ noſtra religio eſſet penitus deſtruenda: colligatio vero talium detractorum poteſt conuenienter dici (filia babilonis) id eſt digna confuſione: ſicut filius mortis dicitur homo dignus morte. 2. Re. 12. Ideo ſubditur (filia babilõis miſera) ratione culpe (Beatus qui retribuet retributionem tibi quam retribuiſti nobis) retribuẽdo tibi bona pro malis. Et hoc faciunt perfecti fratres orando pro perſecutoribus ſuis. Sed quoniã multi non ſunt ita perfecti quin inſurgant aliqui motus iraſcibilis ad vindictam: ideo ſubditur (Beatus qui tenebit) id eſt retinebit freno rationis (paruulos ſuos) id eſt motꝰ iraſcibilis ne creſcãt vſqꝫ ad malum cõſenſus ⁊ opatiõis (Et allidet eos ad petrã.) i. chriſtũ. Qđ faciũt illi q̃ remittũt oẽm iniuriã amore xp̃i. Et hoc mõ btũs Jhero. i epl'a ad euſtochiũ exponit verſũ iſtũ dicẽs Ille laudat ille p̄dicat btũs qui cũ ceperit cogitare iterficit cogitatꝰ/⁊ allidit eos ad petrã. Petra aũt ẽ xp̃s: cui ſit laus et gloria in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit oratio deuota ſiue cõtẽplatio/cũ ipſiꝰ expoſitiõe ad btm̃ Frãciſcũ ſup vita ⁊ geſtis ipiꝰ ſcti A Reuerẽdo ſacre theologie magiſtro fr̃e Nicolao de lyra ordinis minorum ꝓuincie francie conuentꝰ vernolieꝰ cuſtodie normãnie edita.

## ¶ Epythaphium dicti

Eximij vtriuſqꝫ teſtamẽti interpretis fratris Nicolai de lyra ordinis minorum ſacre theologie doctoris Cuius venerabile corpus requieſcit in capitulo almi conuentus pariſieñ. eiuſdem ordinis prouincie Francie.

Ne meme ignores/properans: dum plurima luſtras.
Qui ſum ex hijs noſces que pede buſta teris
Lira breuis vicus normanna in gente celebris
Prima michi vite ianua ſorſqꝫ fuit
Nulla diu mundi tenuit veſania natum
Protenus euaſi religione minor
Vernolium admiſit currentem ad ſacra tyronem
Et xp̃i docuit me domitare iugo
Ut tamen ad mores legis doctrina beate
Addita planaret ſimplicitatis iter
Artibus ipſe phis et chriſti dogmate fretus
Pariſij excepi ſacra magiſterij
Et mox queque vetus et queque recentior affert
Pagina xp̃icolis ſplendidiora dedi
Littera nempe nimis que quondam obſcura iacebat.
Omnis per partes clara labore meo eſt
Et quos ſepe locos occidens littera tradit
Hos typice humanis actibus exhibui
Extat in hebreos ſanctiſſima condita turris
Noſtrum opus) haud nullis communienda petris
Inſuper et noſtri releguntur ſepe libelli
Quos in ſenſa petri quatuor arte tuli
Eſt quoqꝫ quolibetis non irrita gloria noſtris
In que tu iuſtus arbiter eſſe potes
Non tulit hec vltra vitem proferre merendo
Omnipotens dominus quo ſumus et morimur
A cruce tu cuius numeres ſi mille tricentos
Adiungens vna quatuor et decades
Ille me rapuit mors omnibus emula ſiclo
Cum micat octobris terna vigena dies
Jam quo tendis Nicolai illectus amore
Quo doctorem tibi lex reſerata patet.

## ¶ In eodem quoqꝫ conuentu Pariſieñ. circa capellā ſancti Franciſci eſt ſepultus reuerend⁹ ⁊ nolatiſſimus doctor irrefragabilis magiſter Alexander de halis Super cuius ſepulchꝝ ſequentes ṽſus habetur.

Qui tibi maiorum repetis monumenta per orbem
Patris alexādri geſta viator habe
Hic placito ſuperbū ꝓnatus gēte britāna
Protenus a puero flexit ad aſtra gradū
Non gaze meminit: nec auoꝝ rura licetur
Pectore in eximio ſola minerua ſedet
Ergo freta emenſus amnes ⁊ vaſtos equoris amnes
Se totū ad ſtudiū pariēſe tulit
Quo vel ſocraticos vel ſummos quoſqꝫ platones
Ingenio facile dexteriore preit
Inde polum ⁊ celos ⁊ q̄ ſup aſtra gerūtur
Rimatus didicit abdita fata dei
Sic tandem ⁊ meritis et digna laude probatus
Doctrine ⁊ verbi fit ſator atqꝫ pater
Aſt vbi theologis pugnaꝝ ſnīa venit
Acciperet minor ſigna magiſterij
Nullus enim ſacri doctoris ſigna ferēte
Ex grege frāciſci viderat orbis adhuc
Magnus alexander cui mens per ſancta fuiſſet
Ac deuota diu ⁊ religioſa deo
Ipſe ego mox inquit certamina litis inique
Cōpeſcā nec erit cui ſuus obſtet amor
It vir ⁊ induitur palla vilēte minoꝝ
Quiqꝫ magiſter erat fit pius ecce minor
Nos quid obeſt dixit humilem geſtare togellam
Qui pariter gerimus nomen onuſqꝫ patris
Quid contra impediat ſublimi in nomine mentem.
Cordigeros fratres continuiſſe piam
Diſcipulos chriſti: quibus eſt luſtrare populos
Quis ferat ignaros iuſſa docere dei
Non tumet irrigua celeſti flumine virtus.
Nec ſeſe extollit cui deus auctor adeſt
Mens humilis. purgata dolo cōſerua deorum
Nec fama augeſcit nec iacet imā colens
Iam primum poſt hac doctor fraterculus ẽbo
Veſte ſub hac minimus parta trophea gerens
Dixerat: hinc patuit franciſci ſemꝑ alūnus
Laurea doctorum q̄ tot vt aſtra micant
Tum demum ex ſuperis captum geminare talentum
Nec torperet iners prouidus inſtituit
At ſchola ſacrorum quia nil ſatis ordine norat
Cuncta quidem incertis ſparſa fuere locis
Hic prudens opifex multis celeberrimus arte
Compage et neruis conſolidauit opus
Primus in articulos diuina volumina duxit
Artis et in morem retulit acta ſenum
Quo duce premonitus in prelia diuus aquinas
Quotquot et vſqꝫ legis fortius arma gerunt
Nec q̄ſqꝫ adueniet qͥ̄uis ars creſcit ī horas
Tam mente integra q̄ ſenis orſa latret
Hauriet hinc potius veluti de fōte liquorē
Et tanqꝫ exemplar ꝓferet vſqꝫ virum
¶ Hec breuibus dixi. que cetera multa ſuperſunt
Non vacat vt noris q̄ citus ire paras
Clauditur hoc ſaxo famaꝫ ſortitus abūde
Doctor alexander iunctus in axe deo
Si quis honos meritis/ſi qui virtute colantur
Hunc animo prefer: hūc venerare ꝓrex
Ne ſorde ⁊ culpa pigritere per ocia deſes
Nanciſci ſtudio/que minor iſte refert

## ¶ In circūferētia tūbe

monimenti ſui ad murum erecte/ne conculcantes tante rei memoriam aboleant: habentur ſequentes verſus inſculpti

¶ Glīa doctoꝝ decus et flos philoſophoꝝ
Auctor ſcriptorum vir alexāder varioꝝ
Norma modernoruꝫ/fons veri/lux alioꝝ
Inclitus anglorum archileuita: ſꝫ hoꝝ
Spretor cūctoꝝ: frm̄ collega minoꝝ
Factus egenorū/fit prim⁹ doctor eorū
¶ Obijt autē āno incarnatiōis dn̄ice. M. cc. xlv. xij. kal's ſeptēbris Sepultus inter crucifixum nauis eccleſie et chorum in cōuentu pariſieñ. dicti ordinis prope ſacellū diui Franciſci.

## ¶ Incipit prima regula quā fecit beatus Franciſcus ⁊ dn̄s papa

Innocentius tertius confirmauit eam ſibi ſine bulla que tamen a beato Franciſco dimiſſa fuit et in meli⁹ ordinata poſtmoduꝫ ſpū ſctō ordinā(n)te ⁊ iſpirāte. In noīe patris et filij et ſpiritusſancti

HEc ẽ vita quam
frater Franciſcus petijt ſibi
concedi et confirmari a domi
no papa Innocentio: et con=
ceſſit et confirmauit eam ſibi
et ſuis fratribus habitis et futuris frater
Franciſcus ⁊ quicunq; erit caput iſtius re
ligionis: promittit obedientiam et reuerẽ
tia domino. Innocentio pape: et eius ſuc=
ceſſoribus obedire.

¶ Q; fratres debent viuere in obedien
tia ſine ꝓprio et in caſtitate. Capm pmũ.

REgula ⁊ vita iſto
rum fratrum hec eſt. ſcilicet
viuere in obedientia et in ca=
ſtitate et ſine proprio/⁊ domi
ni noſtri ieſu xpi doctrinam ⁊
veſtigia ſequi. q̃ dicit. Si vis perfectus eſ=
ſe: vade et vende omnia et da pauperibus
et habis theſaurum in celo et veni ⁊ ſeque
re me. Et ſi quis vult poſt me venire: abne
get ſemetipſum ⁊ tollat crucem ſuam ⁊ ſe=
quatur me. Item ſi quis vult venire poſt
me: et non odit patrem ſuum et vxorem et
filios et fratres et ſorores: adhuc autẽ et
animam ſuam non poteſt eſſe meus diſci=
pulus. Et omnis qui reliquerit patrem
aut matrem fratres aut ſorores vxorem
aut filios domos aut agros propter me:
centuplum accipiet: et vitam eternã poſ
ſidebit.

¶ De receptione et veſtitu fratrum. ca
pitulum ſecundum.

SI quis diuina i=
ſpiratione volẽs accipere hãc
vitam: venerit ad noſtros fra
tres: benigne recipiatur ab
eis: qui ſi fuerit firmus acci=
pere vitam noſtram: multum caueant fra
tres ſibi ne de ſuis temporalibus negocijs
ſe intromittant: ſed ad ſuum miniſtrum q̃
citius poterunt eum repreſentent. Mini=
ſter vero benigne recipiat ipſum ⁊ confor
tet. et vite noſtre tenorem ei diligenter ex=
ponat. Quo facto predictus ſi vult et po=
teſt ſpiritualiter ⁊ ſine impedimento ven=
dat omnia ſua: et ſtudeat pauperib⁹ eroga
re. Caueant autẽ fratres ⁊ miniſtri frm: q
de negocijs ſuis nullo modo ſe itromittãt
Nec accipiãt aliquã pecuniã nec ꝑ ſe nec ꝑ
interpoſitam perſonam. Si tamen indigue
rit: alia neceſſaria corporis preter pecuniã
recipere poſſunt fratres cauſa neceſſitatis
ſicut alij pauperes. Et cũ reuerſus fuerit:
miniſter cõcedat ei pãnos ꝓbationis vſq;
ad annũ. ſ. duas tunicas ſine captio ⁊ cin=
gulũ ⁊ brachas ⁊ caparonẽ vſq; ad cingu=
lũ. Finito vero anno ⁊ termino ꝓbatiõis:
recipiat̃ ad obedientiã. Poſtea non licebit
ei ad aliã religionẽ accedere: nec extra obe
dientiã euagari: iuxta mãdatũ dñi pape.
Si aũt aliq̃s venerit q̃ ſua dare nõ põt ſine
impedimento: ⁊ hʒ ſpũalem voltatem: re
linquat illa et ſufficit ei. Nullus recipiatur
cõtra formã ⁊ inſtitutionẽ ſctẽ eccl'ie: alij ve
ro q̃ ꝓmiſerũt obiam habeãt vnicã tunicã
cũ caputio: ⁊ aliã ſine caputio ſi neceſſe fue
rit ⁊ cingulũ ⁊ brachas. Et oẽs ffes vilib⁹
veſtib⁹ induãtur: ⁊ poſſint eas repeciare de
ſaccis ⁊ alijs pecijs cũ bñdictiõe dei. qꝛ dñs
dicit i euãgelio q̃ in veſte ꝑcioſa ſũt ⁊ in de
licijs: ⁊ q̃ mollib⁹ veſtiũtur in domib⁹ regũ
ſunt. Et licet dicãtur hypocrite: nõ tñ ceſſẽt
benefacere: nec querant caras veſtes i hoc
ſeculo: vt poſſint habere veſtimentum in
regno celorum.

¶ De diuino officio ⁊ ieiunio. Cap. iij.

DIcit dñs Hoc ge=
nus demoniorum non poteſt
exire niſi in ieiunio et oratio
ne. Et iterum. Cum ieiunatis nolite fieri ſi
cut hypocrite triſtes. Propter hoc omnes
fratres ſiue clerici ſiue laici faciant diuinũ
officium laudes et orationes ſecundũ q̃
debent facere. Clerici faciant officium: et
dicant pro viuis et pro mortuis ſecundũ
conſuetudinem clericorum: pro defectu au
tem et negligentia fratrum omni die dicãt
Miſerere mei deus. cum Pater noſter: et
pro fratribus defunctis dicant De profũ=
dis cum Pater noſter. Et libros neceſſari=
os ad implendum eorum officium poſſint
habere: et laicis ſcientibus legere pſalte=
rium: liceat illud habere. Alijs vero neſci=
entibus litteras: librum habere non lice=
at. Laici vero dicãt Credo in deum ⁊. xxiiij.
Pater noſter. cum Gloria patri pro matu=
tino. pro laudibus vero quinq;. Pro pri=
ma Credo in deum et. vij. Pater noſter cũ
Gloria pri. Pro. iij. vi. ix. pro qualibet iſta=
rum vij. Pater noſter cum Gloria patri.
Pro veſperis autem. xij. Pro completorio
vij. et Credo in deum. cum Gloria pa=
tri. Pro mortuis ſeptem Pater noſter
cum Requiem eternam: et pro defectu et
negligentia fratrum tria Pater noſter di=

quolibet. Et ſimiliter omnes fratres ieiunent a feſto omnium ſanctorum vſq; ad natale et ab epyphania quando dñs noſter ieſus chriſtus incepit ieiunare vſq; ad paſcha. Alijs autem temporibus non teneantur ſcđm hanc vitam niſi ſexta feria ieiunare. Et liceat eis manducare de omnibus cibis qui apponuntur eis ſecundū ſanctum euangelium.

¶ De miniſtris et alijs fratribus qualiter ordinentur. Capitulū. iiij.

IN noīe dñi. oēs ffes qui ꝯſtituuntur miniſtri et ſerui aliorꝝ fratruꝫ: in locis in quibus fuerunt collocent ſuos fratres quos ſepe viſitent et ſpiritualiter moneant et confortent et omnes alij fratres mei bñdicti diligenter obediant eis in his que ſpectant ad ſaluteꝫ aīe: et non ſunt contraria vite nr̄e/ et faciant īter ſe ſicut dicit dñs. Quecūq; vultis vt faciant vobis homines: et vos facite illis: et qđ tibi non vis fieri: non facias alteri. Et recordentur miniſtri et ſerui qđ dicit dominus. Non veni miniſtrari: ſed miniſtrare. Et ꝙ commiſſa eſt eis cura animarum fratrum: de quibus ſi aliquid perderetur propter eorum culpam et malum exemplum: in die iudicij oportebit eos reddere rationem coram dño ieſu chriſto.

¶ De correctiōe ffm̄ in offēſione. Ca. v.

IDeoq; aīas vr̄as et fratrum veſtrorum cuſtodite: qr horrendum eſt incidere i in manus dei viuētis. Si quis auteꝫ miniſtrorum alicui fratrum aliquid contra vitam noſtram preceperit vel contra animā ſuam: non tenetur ei obedire: quia illa obedientia non eſt in qua delictum vel peccatū cōmittitur. Verūtamen omnes fratres qui ſunt ſub miniſtris ⁊ ſeruis fratrum minorꝝ ⁊ ſeruorum: cōſiderent rationabiliter ⁊ diligenter: ⁊ ſi viderint aliquem eorꝝ carnaliter et non ſpiritualiter ambulare: pro rectitudine vite noſtre poſt terciam admonitionem ſi non ſe emendauerit: in capitulo pentheceſtes renūcient miniſtro ⁊ ſeruo totius fraternitatis nulla contradictione impediēte. Si vero inter fratres vbicunq; ſint: fuerit aliquis frater volens carnaliter ⁊ non ſpiritualiter ambulare: fratres cum quibus eſt moneant eum ⁊ inſtruāt ⁊ corripiāt humiliter ⁊ diligenter. Qꝫ ſi ille poſt terciā admonitionem noluerit ſe emendare ꝙ̄ citius poſſint mittant eum vel ſignificent ſuo miniſtro ⁊ ſeruo: qui miniſter ⁊ ſeruus de eo faciat ſicut ſibi ſecundum deum melius videbitur expedire. Et caueāt omnes fratres tam miniſtri ⁊ ſerui ꝙ̄ alij: ꝙ propter peccatum alterius vel malum exempluum nō turbentur ⁊ iraſcantur: quia dyabolus ꝑpter delictum vni⁹ vult multos corrumpere: ſꝫ ſpiritualiter ſicut poſſunt adiuuēt eum qui peccauit: quia non eſt ſanis opus medicus: ſed male habentibus. Similiter omnes fratres non habeant poteſtatem vel dominationem maxime inter ſe. Sicut enim dominus dicit in euangelio. Principes gentium dominantur eorum. ⁊ qui maiores ſunt: poteſtatem exercent in eos. Non ſic erit inter fratres: ſed quicūq; voluerit inter eos maior fieri: ſit eorum miniſter ⁊ ſeruus: et qui maior eſt inter eos: fiat ſicut minor. Nec aliquis frater malum faciat vel malum dicat alteri: immo magis per charitatem ſpiritus voluntarie ſeruiant et obediant inuicem: et hec eſt ſancta et vera obediētia domini noſtri ieſu chriſti. Et omnes fratres quomodocunq; declinauerint a mandatis domini et extra obedientiam euagauerint ſicut dicit propheta. ſciant ſe eſſe maledictos extra obedientiam quouſq; ſteterit in tali peccato ſcienter. Et quando perſeuerant in mandatis domini que promiſerūt per ſauctum euangelium et vitam ipſoruꝫ ſciant ſe in vera obedientis ſtare: et benedicti ſint a domino.

¶ De recurſu fratrum ad miniſtrum: et ꝙ aliquis frater nō vocetur prior. Capitulum. 6.

FRatres in quibuſcunq; locis ſunt: ſi nō poſſunt vitam noſtram obſeruare: ꝙ̄ citius poſſunt recurrant ad ſuum miniſtrum hoc ipſi ſignificantes. Miniſter vero taliter ſtudeat eis prouidere: ſicut vellet ſibi fieri ſi in conſimili caſu eſſet. Et nullus vocetur prior: ſꝫ generaliter omnes vocentur fratres minores: et alter alterius lauet pedes.

¶ De mō ſeruiendi et laborādi. Ca. 7.

OMnes fratres in quibuſcunq; locis fuerint apud aliquos ad ſeruiendū vel ad laborandum nō ſint camerarij nec cellarij: nec preſint in

miſbus eoꝝ quibus ſeruiūt: nec recipiāt a=
liquod officiū qđ ſcandalū generet: vel ani
me ſue faciat detrimentū ſed ſint minores
et ſubditi omnibus q̄ in eadē domo ſunt Et
fratres q̄ ſciunt laborare laborēt: ⁊ eandẽ
artē exerceāt quā nouerint ſi nō ſit cōtra ſa
lutē aīe ſue: ⁊ honeſte poterint operari Nā
ait propheta. Labores manuū tuarū quia
mā̄ducabis: btūs es ⁊ bene tibi erit. Et apo
ſtolus. Qui nō vult laborare: non mandu=
cet. Et vnuſquiſq̄ in eadē arte ⁊ officio in q̄
vocatus eſt permaneat: ⁊ poſſint pro labo=
re accipere omnia neceſſaria preter pecu=
niam. Et cum neceſſe fuerit vadant pro ele
moſinis ſicut alij pauperes. Et liceat eis ha
bere ferramenta et inſtrumenta ſuis arti=
bus neceſſaria. Oēs fratres ſtudeāt bonis
operibus inſudare: quia ſcriptū eſt. Sem
per facito aliquid bonī: vt te diabolus inue
niat occupatū. Et iterū Ocioſitas eſt anime
inimica. Idcirco ſerui dei ſemꝑ orōi vł ali
cui bone operationi inſiſtere debent Caue
ant ſibi fratres vbicū̄q̄ fuerint in heremis
vel in alijs locis q̄ nullū locū ſibi appropri
ent: nec alicui defendāt. Et quicū̄q̄ ad eos
venerint: amicus vel aduerſarius fur vel
latro benigne recipiatur. Ubicunq̄ ſūt fra
tres: ⁊ in quocunq̄ loco ſe inuenerint: ſpiri
tualiter et diligēter debeāt ſe reuidere et
honorare adinuicē ſine murmuratione Et
caueāt ſibi q̄ nō oſtendāt ſe triſtes extrin=
ſecus nubiloſos et hypocritas: ſed oſtēdāt
ſe gaudentes in dn̄o: hylares ⁊ conuenien=
ter gratioſos.

¶ Q̄ fratres nō recipiāt pecuniā Ca. 8

Dominꝰ precepit ī
euāgelio. Uidete et cauete ab oī
malicia ⁊ auaricia ⁊ attēdite vo
bis a ſollicitudinibus huius ſe
culi et a curis huius vite. Ūn nullus fratꝝ
vbicū̄q̄ ſit: ⁊ quocū̄q̄ vadit: aliquo mō tol=
lat: nec recipiat nec recipi faciat pecuniã
aut denarios: nec occaſiōe veſtimētoꝝ nec
libroꝝ nec ꝑ precio alicuius laboris: ymo
nulla occaſione niſi propter manifeſtā ne=
ceſſitatem infirmoꝝ fratrum: q2 non debe=
mus maiorē vtilitatem habere ⁊ reputare
in pecunia et denarijs q̄ in lapidibus. Et
illos vult dyabolus obcecare qui eā appe
tunt vel reputant lapidibus meliorem Ca
ueamus ergo quia omnia reliquimus: nec
pro tam modico regnum celorum ꝑdamꝰ.
Et ſi in aliquo loco inuenerimus denarioſ
de his non curemus tanq̄ de puluere quē
pedibus calcamus: quia vanitas vanitatū
et omnia vanitas. Et ſi forte (quod abſit) a=
liquem fratrem contigerit pecuniam vel
denarios colligere vel habere excepta ſo=
lummodo predicta infirmorum neceſſita=
te: omnes fratres teneāt eum pro falſo fra
tre et fure et latrone et loculos habente ni
ſi vere penituerit. Et nullo mō fratres reci
piāt nec recipi faciāt: nec q̄rāt nec q̄ri faciāt
pecuniā vel elemoſinā: nec denarios ꝑ ali=
quibus domibus vel locis nec cū perſona
ꝑ talibus locꝫ pecuniā vel denarios querē
te vadāt. Alia aūt ſeruitia que nō ſūt ɔtra
ria vite noſtre: pn̄t fratres in talibus locis
facere cū bn̄dictiōe dei. Fr̄es tn̄ in manife
ſta nc̄citate leproſoꝝ pn̄t ꝑ eis querere e=
lemoſinā. Caueāt tn̄ multū a pecunia. Sīr
caueant omnes fratres: ne pro aliquo tur
pi lucro terras circueant

¶ De petenda elemoſyna Capitulū. 9.

Omnes fratres ſtu
deant ſeq̄ humilitatē ⁊ paupta
tē dn̄i noſtri ieſu xp̄i ⁊ recordēt
q̄ nichil aliud oportet nos habere de toto
mundo niſi ſicut dicit apoſtolus. Habētes
alimenta et quibus tegamur: his contenti
ſimus. Et debent gaudere quando conuer
ſantur īter viles et deſpectas perſonas in
ter pauperes et debiles: infirmos et lepro
ſos: et iuxta viam mendicantes. Et cū ne=
ceſſe fuerit vadant pro elemoſinis ⁊ nō ve=
recundentur et magis recordentur q2 dn̄s
noſter ieſus xp̄s filius dei viui omnipoten
tis poſuit faciem ſuam vt petrā duriſſimā
nec verecundatus eſt: et fuit pauper et ho
ſpes: et vixit de elemoſynis ipſe et bt̄a ͬgo
et diſcipuli eius. Quando facerent eis ho=
mines verecundiam et nollent eis dare ele
moſynam: referant inde gratias deo: q2
de verecundijs recipient magnum hono=
rem ante tribunal domini noſtri ieſu xp̄i ⁊
ſciant q̄ verecundia non pacientibus ſed
inferentibus imputatur et elemoſyna eſt
hereditas et iuſticia que debetur pauperi
bus quam nobis acquiſiuit dominꝰ noſter
ieſus chriſtus. Et fratres qui eam acquirē
do laborant magnam mercedem habebūt
et faciunt lucrari et acquirere tribuentes:
q2 omnia que homines faciunt in hoc mū=
do peribunt: ſed de caritate ⁊ de elemoſinis
quas fecerint habebunt premium a domi
no. Et ſecure manifeſtet vnus alteri neceſ
ſitatem ſuam vt ſibi neceſſaria inueniat et
miniſtret. Et quilibet diligat et nutriat fra
trem ſuum ſicut mater diligit et nutrit fili
um ſuū: in quibus deus eis gratiā largie=

tur. Et qui non manducat manducantē nō
ſpernat: ⁊ q̄ manducat : non mādūcantē nō
iudicet. Et q̄n neceſſitas ſupuenerit : liceat
vniuerſis fratribus vbicūq; fuerint vti oī
bus cibis quos pn̄t homines mādūcare ſi
cut dn̄s nr̄ dīt de dauid : q̄ comedit panes
propoſitiōis q̄s nō licebat comedere niſi ſa
cerdotibus. Et recordētur q̄ dicit dn̄s. At=
tendite vobis ne forte grauētur corda vr̄a
in crapula ⁊ ebrietate: ⁊ ſupueniet vobꝫ re=
pētina dies illa tāq̄ laq̄s : laq̄s eīm ſup=
ueniet ſuper omnes qui ſedent ſuper faciē
orbis terre. Similiter tempore manifeſte
neceſſitatis faciant omnes de eorum neceſ
ſariis ſicut eis dominus gratiaꝫ largietur
quia neceſſitas non habet legem.

¶ De infirmis fratribus. Capitulū. 10.

SI quis fratruz
in īfirmitatē ceciderit; vbi
cūq; fuerit aliī fratres nō
dimittāt eū: niſi cōſtituat
vnus d̄ fratrib⁹ vl' plures
ſi neceſſe fuerit q̄ ſeruiant
ei: ſicut vellēt ſibi ſeruiri.
Sed in maxima neceſſitate pn̄t ipſū dimit
tere alicui pſone q̄ debeat ſue ſatiſfacere i=
firmitati Et rogo fratrē infirmū vt referat
de oīb⁹ gr̄as creatori et qualē vult eū dn̄s
talē ſe eſſe deſideret ſiue ſanū ſiue infirmū
q2 oēs quos de⁹ ad vitā preordinauit eter=
nā: flagellorꝫ atq; infirmitatū ſtimulis ⁊ cō
punctiōis ſpiritu erudit ſicut dicitur in a=
pocalipſi. Ego quos amo corrigo ⁊ caſtigo.
Si autem turbabitur ſiue iraſcetur contra
deum ſiue contra fratres vel ſi forte ſollici
te poſtulauerit medicinas nimis deſiderāſ
liberare carnem cito morituram q̄ eſt ani=
me inimica a malo ſibi euenit et carnalis
eſt et non videtur eſſe de fratribus q2 plus
diligit corpus q̄ animam.

¶ Quod fratres nō blaſphemēt nec de=
trahant ſed diligāt ſe inuicem. Capitu. xi.

ET omnes fra
tres caueant ſibi vt non
calumniētur aliquē: nec
contendant verbis : ſed
ſtudeant retinere ſilētiū
quandocunq; eis domi=
nus gratiam largietur
nec litigent inter ſe nec cum aliis ſꝫ primo
curent humiliter reſpondere dicentes Ser
ui inutiles ſumus. Et non iraſcantur quia
omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iu
dicio: qui autē dixerit fratri ſuo racha re⁹
erit gehenne ignis. Et diligant ſe inuicem
ſicut dominus dicit. Hoc eſt preceptum me
um vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.
Et oſtendant ex operibus dilectioneꝫ quā
habent ad inuicem ſicut dicit apoſtol⁹ Nō
diligamus verbo nec lingua : ſed opere et
veritate. Neminem blaſphement nec mur
murent nec detrahant aliis quia ſcriptum
eſt. Suſurrones et detractores ſūt deo odi
biles Et ſint modeſti omnes monſtrantes
manſuetudinem ad omnes homines nec
iudicent nec condemnent. Et ſicut dicit do
minus: non conſiderent minima pctā alio
rum ymo magis ſua recogitent in amari=
tudine anime ſue Et contendant intrare p
anguſtam portam quia dicit dominus An
guſta porta et arcta via eſt: que ducit ad vi
tam et pauci ſunt qui inueniunt eam

¶ De malo viſu et frequentia mulierū
vitanda. Ca. 12

OMnes fratres
vbicunq; ſunt vel vadūt
caueant ſibi a malo viſu
et frequentia mulierum
Et nullus cū eis conſilie
tur ſolus. Sacerdos ho
neſte loquatur cum eis
dando penitentiam vel aliud ſpirituale cō
ſilium. Et nulla penitus mulier ab aliquo
fratre recipiatur ad obedientiam ſed dan
do ſibi conſiliū ſpirituale vbi voluerit agat
penitentiam et multum omnes nos cuſto=
diamus: ⁊ omnia membra noſtra teneam⁹
quia dicit domin⁹. Omnis qui viderit mu
lierem ad concupiſcendum eam : iam me=
chatus eſt cum ea in corde ſuo

¶ De preſumptione fornicatio
nis. Capitu. 13.

SI quis fratrum
diabolo inſtigante fornicare
tur habitum quem ex ſua tur=
pitudine amiſit: ex toto depo=
nat et a noſtra religione peni
tus expellatur et poſtea penitentiam faci
at de peccatis

¶ Quomodo fratres debeant
ire per mundum.

QUando fratres va
dunt per mundum nichil por=
tent per viam nec ſacculum/nec
peram/nec panem/nec pecuniā
nec virgam. Et in quācūq; domum intraue
rint dicant primum. Pax huic domui. Et in
eadem domo manentes edant ⁊ bibant que
apud illos ſunt. Non reſiſtant malo ſed ſi
quis eos in maxillam percuſſerit: prebeant
ei ⁊ alteram. Et qui auferret eis veſtimentū
⁊ tunicam non prohibeant. Omni petēti ſe
tribuant. ſed ſi quis auferret que ſua ſunt
non repetant.

¶ Q; fratres non teneāt beſtiam nec
equitent. Cap. xv.

INiungo omni=
bus fratrib⁹ meis tā clericis
ꝙ̄ laicis euntibus per mūdū
l; morātibus in locis. ꝙ nullo
modo apud ſe nec apud aliū/
et aliquo modo beſtiam aliquam habeant
nec eis liceat equitare: niſi infirmitate/vel
magna neceſſitate cogantur.

¶ De eūtib⁹ inter ſarracenos ⁊ alios
infideles. Cap. xvi.

DIxit dñs. Ecce
ego mitto vos ſicut oues ī me
dio lupoꝝ. Eſtote ergo prudē
tes ſicut ſerpētes ⁊ ſimplices
ſicut colūbe. Unde quicūq; fra
trū diuina inſpiratione voluerint ire inter
ſarracenos ⁊ alios infideles vadāt de licen
tia ſui miniſtri ⁊ ſerui. Miniſter ēo det eis
licentiam ⁊ nō ꝯtradicat ſi viderit eos eſſe
ydoneos ad mittēdū. Nā tenebit dño red=
dere rationē ſi in hoc vel in aliis proceſſerit
indiſcrete. Fratres vero qui vadunt: poſſūt
duob⁹ modis inter eos ſpūaliter ꝯuerſari.
Unus modus eſt ꝙ nō faciāt lites nec ꝯten
tiōes: ſ; ſint ſubditi oī hūane creature ꝓpē
deū: ⁊ ꝯfiteātur ſe eē xp̄ianos. Alius mod⁹
eſt ꝙ cū viderint placere deo. annūciēt ver
bū dei: vt credāt in deū oīpotētē patrē ⁊ fi.
et ſſ. creatorē oīm/redēptorē ⁊ ſaluatorē fi=
liū: vt baptizēt ⁊ xp̄iani efficiāt: qꝛ niſi ꝗs re
natus fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſcrō: nō pōt intra
re in regnū dei. hec ⁊ alia que placuerit do
mino: ipſis ⁊ aliis dicere poſſūt: qꝛ dicit dñs
in euāgelio. Oīs qui cōfitebitur me corā ho
minibus: cōfitebor ⁊ ego eū corā patre meo
qui eſt ī celis. Et qui erubuerit me ⁊ meos
ſermones: hūc filius hominis erubeſcet: cū
veneꝛit in maieſtate ſua ⁊ patris ⁊ ſanctoꝝ
angeloꝝ. Et oēs fratres vbicūq; ſunt: recor
dentur ꝙ dederūt ſe: ⁊ reliquerūt ſua corpo
ra dño noſtro ieſu xp̄o: ⁊ pro ei⁹ amore de=
bēt ſe exponere inimicis tam viſibilibus ꝙ̄
inuiſibilibus. qꝛ dicit dominus. Qui perdi
derit animam ſuam ꝓpter me: ſaluā faciet
eam in vitam eternam. Beati qui perſecu=
tionem patiūtur ꝓpter iuſticiā: qm̄ ipſoꝝ eſt
regnū celoꝝ. Si me perſecuti ſunt: ⁊ vos ꝑ=
ſequētur. Si aūt perſequūtur vos in vna ci
uitate: fugite ad aliā. Beati eſtis cū vos ode
rint hoīes: ⁊ maledixerint vos: ⁊ exprobaue
rint ⁊ eiecerint nomen veſtrum tanꝙ̄ malū
et cum dixerint oē malū aduerſum vos mē
tiētes ꝓpter me: gaudete in illa die ⁊ exul=
tate/qm̄ merces veſtra multa eſt in celis.
Dico aūt vobis amicis meis nolite timere
eos qui occidūt corpus: ⁊ poſt hec nō habēt
amplius quid faciant. Uidete ne terreami=
ni. In patientia veſtra poſſidebitis animas
veſtras. Qui autem perſeuerauerit vſq; in
finem: hic ſaluus erit.

¶ De predicatoribu s. Cap. xvij.

NUllus fratrum
predicet contra formam ⁊ in=
ſtitutionem ſancte eccleſie: ni
ſi conceſſum fuerit ſibi a ſuo
miniſtro. Caueat ergo ſibi mi
niſter: ne alicui indiſcrete cōcedat. Omnes
tamen fratres operibus predicent. Et nul
lus miniſter vel predicator appropriet ſibi
miniſterium vel officium predicationis: ſed
quacunq; hora ei iniunctum fuerit: ſine om
ni contradictione dimittat ſuum officium.
Unde deprecor in charitate (que deus eſt)
omnes fratres meos predicatores orato=
res ⁊ laboratores tam clericos ꝙ̄ laicos: vt
ſtudeant ſe humiliare in omnibus: nō glo=
riari nec ī ſe gaudere: nec intrinſecus ſe ex=
altare de bonis verbis ⁊ operibus immo de
nullo bono quod dicit vel facit deus ⁊ ope
ratur in eis aliquando ⁊ per ipſos: ſecundū
quod ipſe dominus dicit. Uerūtamen ī hoc
nolite gaudere quia ſpiritus ſubiiciuntur
vobis. Et firmiter ſciamus ꝙ non pertinēt
ad nos niſi vicia ⁊ peccata. Et magis debe
mus gaudere cū in teꝛpestatiōes varias inci
derimus: ⁊ cum ſuſtinemus quaſcunq; ani=
me vel corporis anguſtias aut tribulatio=
nes in hoc mundo propter vitam eternam.
Omnes ergo fratres caueamus ab oī ſup=
bia ⁊ vana gloria. Cuſtodiamus nos a ſa
pientia huius mundi ⁊ a prudentia carnis.
Spiritus enim carnis vult et ſtudet mul=

tum ad verba habenda ſed parũ ad operationẽ ⁊ querit nõ religionẽ ⁊ ſanctitatẽ ſpiritus ſed vult ⁊ deſiderat religionẽ ⁊ ſãctitatẽ foris apparẽtẽ hoĩbus ⁊ iſti ſũt de quibus dicit dñs. Amẽ dico vobis receperũt mercedẽ ſuã. Spiritus aũt dñi vult mortificatã ⁊ deſpectã vilẽ ⁊ abiectã ⁊ approbrioſam eſſe carnẽ ⁊ ſtudet ad humilitatẽ et patiẽtiã ⁊ purã ſimplicitatẽ ⁊ verã pacẽ ſpũs: et ſup oĩa deſiderat diuinũ timorẽ ⁊ diuinã ſapiẽtiã ⁊ diuinũ amorẽ patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſãcti. Et oĩa bona deo altiſſimo ⁊ ſummo reddamus: ⁊ oĩa bona ipſius eſſe recognoſcamus: ⁊ de oĩb⁹ eis grãs referam⁹ a quo bona cũcta ꝓcedũt ⁊ ipſe altiſſimus ⁊ ſummus ſolus ⁊ verus deus habeat: ⁊ ei reddãtur: ⁊ ipſe recipiat omnes honores ⁊ reuerentias ⁊ omnes laudes ⁊ benedictiones ⁊ omnes gratias ⁊ omnemgloriam cuius eſt oẽ bonũ q̃ ſolus eſt bonus. Et qñ videmus vel audimus malũ dici vel fieri: vel blaſphemari deum nos benedicamus: ⁊ benefaciamus. ⁊ laudemus deum: qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Qualiter miniſtri conueniãt ad inuicem. Cap. xviij.

Quolibet anno vnuſquiſq; miniſter cũ fratribus ſuis poſſit cõuenire vbicũq; placuerit eis in feſto ſãcti michaelis archangeli: de his que ad deũ pertinent tractaturus. Omnes. n. miniſtri qui ſunt in vltramarinis: ⁊ vltramõtanis partibus ſemel in tribus annis: ⁊ alij miniſtri ſemel in anno veniant ad capitulũ in feſto pẽthecoſtes apud ſanctã mariã de portiũcula niſi a miniſtro ⁊ ſeruo totius fraternitatis aliter fuerit ordinatũ.

¶ Quod omnes fratres viuant catholice. Cap. xix.

Omnes frẽs ſint catholici: viuant ⁊ loquantur catholice. Si quis vero errauerit a fide ⁊ vita catholica i dicto vel facto: ⁊ non ſe emendauerit: a noſtra fraternitate penitus expellatur. Et omnes clericos ⁊ omnes religioſos habeamus pro dominis. in his que ſpectant ad laudem anime. ⁊ a noſtra religione non deuiant: et ordinem et officium eorum et adminiſtrationem in domino veneremur.

¶ De ꝯfeſſione frm ⁊ perceptiõe corporis ⁊ ſãguis dñi nr̃i ieſu xp̃i. Cap. xx.

Fratres benedicti tam clerici q̃ layci confiteantur peccata ſua ſacerdotibus noſtre religionis. Et ſi non poſſunt: confiteantur alijs diſcretis ⁊ catholicis ſacerdotibus ſcientes firmiter ⁊ attendentes: q̧ a quibuſcunq; ſacerdotibus acceperint penitentiam ⁊ abſolutionem abſoluti erunt proculdubio ab illis peccatis ſi penitẽtiam ſibi iniunctam ꝓcurauerint humiliter ⁊ fideliter obſeruare. Si vero tunc ſacerdotem habere non poterint: confiteantur fratri ſuo ſicut dicit apſtolus iacobus. Confitemini alterutrum peccata veſtra. Non tamen ob hoc dimittant recurrere ad ſacerdotes: quia poteſtas ligãdi atq; ſoluendi ſolis ſacerdotibus eſt conceſſa: ⁊ ſic contriti ⁊ confeſſi ſumant corpus et ſanguinem domini noſtri ieſu chriſti cũ magna humilitate ⁊ veneratione attendẽtes q̧ ipſe dominus dicit. Qui manducat meam carnem et bibit meum ſanguinem: habet vitam eternam. ⁊ hoc facite in meam commemorationem.

¶ De laude ⁊ exhortatiõe quã poſſũt facere omnes fratres. Cap. xxi.

Et hanc talem exhortationẽ ⁊ laudem omnes fratres mei quandocunq; placuerit eis annunciare poſſunt et inter quoſcunq; homines cum benedictione dei. Timete ⁊ honorate laudate ⁊ benedicite. Gratias agite ⁊ adorate dominum deum omnipotentem in trinitate ⁊ vnitate patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritum ſanctum creatorem omnium. Facite penitẽtiam/agite dignos fructus penitentie: quia ſcitote q̧ cito moriemur. Date: et dabitur vobis. Dimitte ⁊ dimittet vobis. ⁊ ſi non dimiſeritis: dominus non dimittet vobis peccata veſtra. Beati qui moriuntur in penitẽtia/qnia erunt in regno celorum. Ue illis qui non moriuntur in penitentia: quia erũt filij dyaboli cuius opera faciunt: et ibunt in ignem eternum. Cauete ⁊ abſtinete ab omni malo et perſeuerate vſq; in finem in bono.

¶ De admonitione fratrũ. Cap. xxij.

Attẽdamus omnes fratres quia dicit dominus. Diligite inimicos v̾os: benefacite his q̃ oderũt vos. Nam ⁊ dominus noſter ieſus

chriſtus cuius veſtigia ſequi debem⁹: tra=
ditorem ſuum vocauit amicum crucifixori
bus ſuis ſponte ſe obtulit. Amici noſtri er
go ſunt omnes illi qui iniuſte nobis infe=
runt tribulationes/anguſtias/verecundi=
as/et iniurias/dolores/et tormenta/mar=
tyrium et mortem/quos multum diligere
debemus: quia ex hoc quod nobis inferũt:
habemus vitam eternam. Et odio habea=
mus corpus noſtrum cum ſuis vicijs ꝛ pec=
catis: quia carnaliter viuendo vult nobis
auferre amorem domini noſtri ieſu chriſti
et vitam eternam: et ſeipſum cum omnib⁹
perdere in infernũ. Quia nos propter cul=
pam ſumus fetidi/miſeri et bono contrarij
ad mala autem prompti: et voluntarij: qz
ſicut dicit dominus in euangelio. De cor=
de hominum procedunt et exeunt cogita=
tiones male/adulteria/fornicationes/ho=
micidia/furta/ꝛ auaricia/nequitia/dolus
falſa teſtimonia/blaſphemia/ſupbia/ſtul=
ticia. Hec omnia mala ab itus de corde ho
minis procedunt: et hec ſunt que coinqui=
nant animam. Nunc autem poſtq̄ dimiſi=
mus mundum: nil aliud habemus facere:
niſi vt ſolliciti ſimus voluntatem domini
ſequi: et placere ipſi. Multum caueam⁹ ne
ſimus terra ſecus viam: vel petroſa vł ſpi
noſa ſecundum quod dicit dominus in euã
gelio. Semen eſt verbum dei. Quod autez
ſecus viam cecidit et conculcatum eſt: hij
ſunt qui audiunt verbum dei et non intel=
ligunt et confeſtim venit dyabolus ꝛ rapit
quod ſeminatum eſt in cordibus eorũ: ne
credentes ſalui fiant. Quod autem ſup ter
ram cecidit: hi ſunt qui cum audierint ver=
bum: ſtatim cum gaudio ſuſcipiunt illud:
facta autem tribulatione et perſecutione
propter verbum: continuo ſcandalizantur
et hi radicem in ſe non habent ſed tempo=
rales ſunt: quia ad tempus credunt et ĩ tẽ
pore tentationis recedunt. Quod añt ĩ ſpi
nis cecidit hi ſunt qui verbum dei audiũt:
et ſollicitudo et erumne iſtius ſeculi et fal
lacia diuitiarum et circa reliqua concupi=
ſcentie introeuntes ſuffocant verbum et ſi
ne fructu efficiuntur. Quod autem ĩ terrã
bonam ſeminatum eſt: hi ſunt qui in corde
bono et optimo audientes verbum intelli
gunt et retinent et fructum afferunt in pa
ciencia. Et propterea nos fratres ſicut di=
cit dominus: dimittamus mortuos ſepeli=
re mortuos ſuos. Et multum caueamus a
malicia et ſubtilitate ſathane qui vult ne
homo mentem ſuam et cor habeat ad dñz
deum: et circuiens deſiderat cor hominis
ſub ſpecie alicuius mercedis vel adiutorij
tollere et ſuffocare verbum et precepta do
mini a memoria et vult cor hominis per
ſecularia negocia et curã excecare ꝛ ibi ha
bitare ſicut dicit dominus. Cum immund⁹
ſpiritus exit ab homine ambulat per loca
arida et inaquoſa querens requiem ꝛ non
inueniens dicit. Reuertar in domum meã
vnde exiui. Et veniens inuenit eam ſcopis
mundatam et ornatam. Tunc vadit ꝛ aſſu=
mit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe ꝛ in
greſſi habitant ibi et fiunt nouiſſima hoĩs
illius peiora prioribus. Unde nos fratres
cuſtodiamus nos multum: ne ſub ſpecie a=
licuius mercedis vel adiutorij vel operis
perdamus aut tollamus mentem noſtram
a domino. Sed in ſancta caritate que de⁹
eſt rogo omnes fratres tam miniſtros q̄
alios vt omni impedimento remoto et om
ni cura et ſollicitudine poſtpoſita quocũq
modo melius poſſunt debeãt ſeruire ama=
re et honorare dominum deum mundo cor
de et pura mente quod ipſe ſuper omnia q̄
rit: et ſemper faciamus in nobis habitacu
lum et manſionem ipſi qui eſt domin⁹ de⁹
omnipotens pater et filius et ſpiritus ſan
ctus qui dicit. Uigilate itaq3 oĩ tp̃e oran=
tes vt digni habeamini fugere omnia ma
la que ventura ſunt et ſtare ante filium ho
minis. Et cum ſtatis ad orãdum dicite Pa
ter noſter qui es in celis. Et adoremus eũ
puro corde. Oportet enim ſemper orare ꝛ
non deficere nam pater tales querit ado=
ratores. Spiritus eſt deus: et eos qui ado
rant eum in ſpiritu ꝛ veritate oportet ado
rare. Et ad ipſum recurramus tanq̄ ad pa
trem et epiſcopum animarum noſtrarum
qui dicit. Ego ſum paſtor bonus qui paſco
oues meas et animam meam pono ꝓ oui=
bus meis. Omnes enim vos fratres eſtis:
patrem nolite vocare vobis ſuper terram
Unus enim eſt pater veſter qui in celis eſt
Nec vocemini magiſtri Unus eſt enim ma
giſter veſter qui in celis eſt. Si manſeritis
in me: et verba mea in vobis manſerint: qđ
cunq3 volueritis petetis et fiet vobis. Ubi
cunq3 ſunt duo vel tres congregati in nõie
meo: ibi ſum in medio eorum. Ecce ego vo
biſcum ſum vſq3 ad conſummationem ſecu
li. Uerba que locutus ſum vobis ſpiritus ꝛ
vita ſunt. Ego ſum via veritas et vita. Te
neamus ergo veram vitam et doctrinam ꝛ
ſanctum eius euãgelium qui dignatus eſt
pro nobis patrem ſuum et nomen eius no
bis manifeſtare dicens. Pater manifeſta=
ui nomen tuum hominibus quos dediſti

michi: qꝛ verba q̄ dediſti michi dedi eis: et ipſi acceperūt et cognouerūt vere qꝛ a te exi ui et crediderūt qꝛ tu me miſiſti. Ego pro eis rogo nō pro mūdo: ſed pro his quos de diſti michi. Pater ſācte ſerua eos quos de diſti michi in nomine tuo vt ſint vnū ſicut et nos. Hec loquor in mūdo vt habeāt gau dium in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuum et mundus eos odio habuit: qꝛ non ſunt de mundo ſicut et ego non ſum de mū do. Non rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. Sanctifica eos in ve ritate. Sermo tuꝰ veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum et ego miſi eos in mun dum et pro eis ſāctifico meipſum vt ſint ip ſi ſanctificati in veritate. Non enim ꝓ eis rogo tantum ſed pro eis qui credituri ſunt propter verba eorum in me: vt ſint coniun cti in vnum et cognoſcat mundus qꝛ tu me miſiſti: et dilexiſti eos ſicut me dilexiſti. Et notū faciam eis nomen tuū: vt dilectio qua dilexiſti me in ipſis ſit: et ego in ipſis. Pa ter quos dediſti michi volo: vt vbi ego ſum et illi ſint mecum: et videant claritatem tuā in regno tuo.

¶ Oratio ad deū: ſiue gratiarū actio at q̄ ad fratres exhortatio. Ca. 23.

Omnipotens ſan ctiſſime altiſſime et ſūme deus pater ſancte et iuſte dn̄e rex ce li et terre propter temetipſum gratias agimus tibi: ꝙ ꝑ ſan ctam voluntatem tuam et per vnicū filium tuum et ſpiritum ſanctum creaſti oīa ſpiri tualia et corporalia et nos ad ymaginem tuam et ſimilitudinem factos in paradiſo poſuiſti: et per culpam noſtram cecidimus et gratias agimus tibi quia ſicut per filiū tuum nos creaſti: ſic per iſtam dilectionem tuam qua dilexiſti nos: ipſum verum deū et verum hoīem ex glorioſa ſemꝑ virgine bea tiſſima ſancta maria naſci feciſti: et ꝑ cru cem et ſanguinem et mortem ipſius nos ca ptiuos redimere voluiſti: et gratias agimꝰ tibi: quia ipſe filius tuus iterum venturus eſt in gloria maieſtatis ſue: mittere male dictos qui penitentiam non egerunt et te non cognouerunt in ignem eternum. Et di cere omnibus qui te cognouerunt et ado rauerūt et tibi ſeruierunt in penitentia. Ve nite benedicti patris mei: percipite regnū quod vobis paratum eſt ab origine mūdi. Et quia omēs nos miſeri et peccatores nō ſumus digni nominare te ſuppliciter expo ramus: vt dominus noſter ieſus chriſtꝰ fi lius tuus dilectus in quo tibi bene cōpla cuit: vna cum ſpiritu ſancto paraclito gra tias agat tibi: ſicut tibi et ipſis placet ꝓ oī bus qui tibi ſemper ſufficit ad omnia: per quem tanta nobis feciſti alleluya. Et glo rioſam matrem beatiſſimam mariam ſem per virginem. beatum Michaelem Gabrie lem Raphaelem: et omnes choros beatorū ſpirituum Seraphin. Cherubin. Throno rum/ dominationum/ principatuum et pote ſtatuum/ virtutum/ angelorum/ archāgelo rum/ beatum Johannem baptiſtam Johā nem euangeliſtam Petrum Paulum: et bea tos patriarchas: et prophetas. Innocen tes. Apoſtolos. Euangeliſtas. Diſcipulos Martyres. Confeſſores. Uirgines, Btōs Helyas et Enoch/ et omnes ſanctos q̄ fue runt et erunt et ſunt. Et propter tuū amo rem humiliter deꝑcamur. vt ſicut tibi pla cet: pro his tibi gratias referant ſūmo deo vero eterno et viuo cum filio tuo beatiſſi mo domino noſtro ieſu chriſto et ſpiritu ſā cto paraclito in ſecula ſeculorum Amē Al leluya. Et domino deo vniuerſos intra ſā ctam eccleſiam catholicam et apl'icā ſeruire vo lentes: et omnes ſequentes ordines/ ſacer dotes/ dyaconos/ ſubdyaconos/ acolitos/ et exorciſtas/ lectores et oſtiarios. et oēs clericos/ vniuerſos religioſos et vniuerſas religioſas. Oēs pueros et paruulos/ paupe res et egenos/ reges et principes/ laborato res et agricolas/ ſeruos et dn̄os. Oēs ꝟgines cōtinentes et maritatas laicos / maſculos et feminas: oēs īfātes adoleſcētes/ iuuenes et ſenes/ ſanos et infirmos/ oēs puſillos et magnos/ et oēs ppl'os/ tribus et linguas/ et oēs natiōes et oēs hoīes vbiq̄ terrarū q̄ ſūt et erūt: hūiliter rogamus et ſupplicamꝰ nos oēs f̄res minores ſerui inutiles: vt oēs ī ꝟa fide et pn̄ia ꝑſeueremus: qꝛ al'r nullus ſalua ri pōt. Oēs diligamus ex toto corde: ex to ta aīa/ ex tota mēte et fortitudine: ex toto in tellectu: et ex oībꝰ viribꝰ toto niſu/ toto affectu totis viſceribꝰ/ totis deſiderijs et volūtatibꝰ dn̄m deū: q̄ totū corpus/ totā aīam/ totā vi tā dedit et dat omnibus nobis: qui nos cre auit et redemit: et ſola ſua mīa ſaluauit. Qui nobis miſerabilibus et miſeris putridis et fe tidis ingratis ignaris et malis oīa bona fe cit et facit. Nichil ergo aliud deſideremus nichil aliud velimus / nichil aliud placeat et delectet nos: niſi creator et redēptor et ſalua tor nr̄ ſolus et verꝰ deus/ q̄ eſt plenū bonum oē bonū totū bonū/ verū et ſūmū bonū: q̄ ſo lus eſt bonus / pius et mitis ſuauis et dul-

eis. Qui ſolus eſt ſanctus/iuſtus/verus/⁊ rectus/qui ſolus eſt benign⁹/innocēs/mūdus. A quo ⁊ per quē ⁊ in quo eſt oīs venia oīs gratia/oīs gloria oīm penitētiū ⁊ iuſtorum oīm beatoꝝ in celis congaudentium. Nichil ergo impediat/nichil ſeparet/nihil interpolet vbiq; nos oēs omni loco oī hora et omni tēpore quotidie ⁊ ꝯtinue credam⁹ veraciter ⁊ humiliter: ⁊ in corde teneamus ⁊ amemus/honoremus/adoremus/ſeruiamus/laudemus ⁊ bn̄dicamus/gl'ificemus ⁊ ſuperexaltemus/magnificemus ⁊ gr̄as agamus altiſſimo ⁊ ſūmo deo eterno ⁊ trinitati ⁊ vnitati patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſctō creatori oīm in ſe credētium ⁊ ſperātiū ⁊ diligentiū eū qui ſine initio ⁊ ſine fine immutabilis et inuiſibilis: inenarrabilis/ineffabilis/incōprehēſibilis/inueſtigabilis. Bn̄dict⁹ laudabilis gl'ioſus ſuperexaltatus/ſublimis/excelſus/ſuauis/amabilis/delectabilis/⁊ totus ſemper ſuper omnia deſiderabilis in ſecula ſeculorum. Amen.

In noīe dei oīpotētis rogo oēs ffēs vt addiſcāt tenorē ⁊ ſenſū eoꝝ que in iſta vita ad ſalutē aīe noſtre ſcripta ſunt: ⁊ iſta frequenter ad memoriā reducāt: ⁊ exoro deū vt ipſe q̄ eſt omp̄s trinus ⁊ vnus bn̄dicat oēs docentes/addiſcētes/recordātes ⁊ operātes iſta quotiēs repetūt: que ibi ad ſalutē noſtram ſcripta ſūt. Et deprecor oēs cū oſculo pedū: vt multū diligāt/cuſtodiant ⁊ reponāt: ⁊ ex ꝑte dei oīpotētis ⁊ dn̄i pape ⁊ ꝑ obediētiā. Ego Frāciſcus firmiter ꝑcipio et iniūgo vt ex his q̄ in iſta vita ſcripta ſūt: nullus minuat: vel in ipſa ſcriptū aliqđ deſuꝑ addat: nec aliā regulā fratres habeāt. ¶ Gl'ia patri ⁊ filio ⁊ ſpūi ſctō. Sicut erat in principio et nūc ⁊ ſemꝑ ⁊ in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Qualiter alia regula minoꝝ fratrū quā tenēt ⁊ ſeruare tenētur diuinit⁹ reuelata facta ⁊ a xp̄o in mōte ꝓmulgata fuit ⁊ a btō Frāciſco tradita.

Post dictā primā regulā btūs Frāciſcus iterū aliā ⁊ melius aptauit ⁊ fecit q̄ nec miſtris aliquib⁹ nec ffib⁹ pluribus tā̄ꝫ nimis arta placuit: ⁊ ideo ab ipis miſtris vl' ei⁹ vicario deſtructa ſeu ꝑ incuriā ꝑdita fuit ꝓut recitat ſctūs Bonauētura ⁊ ꝓut plenius i cronicis habet. Tādē btūs pr̄ iſtam adhuc tercio in melius repare ⁊ ordinare cupiēs (vt in cronicis ordinis legitur) aſcēdit in quēdā mōtē cū fratre leone de aſſiſio ⁊ ffe boniſio de Bononia vt faceret aliā regulā firmiſſimā. quā ex tūc ſꝑ tenuit ⁊ tenet ordo. Quā poſt multas ad deū ꝓces ⁊ lachrymas tādē ſpū ſctō ſuggerēte ⁊ xp̄o dictāte eā ſcribi fecit. Cōgregati aūt ſimul plures miniſtri ad fratrē helyā q̄ erat vicari⁹ bti Frāciſci dixerūt ſibi. Audiuimus ꝙ iſte frater frāciſc⁹ fecit vnā nouā regulā. timemus aūt ꝙ faciat eā nimis aſperā adeo ꝙ nō poſſum⁹ eā obſeruare. Volum⁹ ergo vt vadas ad eū ⁊ dicas ſibi ꝙ nolum⁹ eē obligati ad illā regulā. Faciat illā ꝓ ſe ⁊ nō ꝓ nobis. Quib⁹ frater helyas reſpondit ꝙ nolebat ſine ipſis ire. Et tunc omnes ſimul iuerūt. Cumq; eſſet frater helyas prope locum vbi ſtabat beatus Franciſcus vocauit eum frater helyas. Quo reſpondente et vidente miniſtros predictos dixit beatus Franciſcus. Quid volunt iſti fratres. Et frater helyas ait. Iſti ſunt miniſtri qui audientes ꝙ tu facis regulā nouā et timentes ꝙ tu facis eam nimis aſperam dicunt ⁊ proteſtantur ꝙ nolunt eſſe obligati ad illam. Facias eam pro te ⁊ nō pro illis Tunc beatus Franciſcus vertit faciē ſuā ad celū ⁊ loquebatur xp̄o ſic. Domine nōne bene dixi tibi ꝙ ipſi non crederent michi. Tunc audierunt omnes vocem chriſti reſpondentis in aere. Frater Franciſce nihil eſt in regula de tuo ſed meum eſt quicquid eſt ibi. Et volo ꝙ r'la ſic obſeruet ad l'ram ad litteram ad litteram: ſine gloſa ſine gloſa ſine gloſa. Et addidit. Ego ſcio q̄ntū poteſt hūana īfirmitas ⁊ q̄ntū volo iuuare eos. Qui ergo nolunt ſeruare eā exeant de ordine. Tunc beatus Franciſcus vertit ſe ad illos fratres ⁊ dixit eis. Audiſtis. Audiſtis. Vultis ꝙ iterū faciam vobis dici. Tūc miniſtri ſeipſos intuētes cōfuſi et territi receſſerūt.

Aduertēdum aūt pro ſimplicib⁹ ꝙ iſta que ibi dicūtur de regula ſeruāda ſine gloſa ad litterā ſcđm ſctōs ꝑres ⁊ regule expoſitores ſane accipiēda ſunt ⁊ recte ac ſecundum veritatē que nō fallit nec fallitur. vcꝫ de gloſa regule formā vel ꝑfectionē minuēte vel alterāte aut diſtrahēte vel relaxāte ſeu diſpēſante ⁊ nō de neceſſariis vtilibus ⁊ ſctis ⁊ cum tantis laboribus ſctōꝝ patrū ordīs acqui

ſitis ⁊ factis declarationib⁹ et expoſitionib⁹
regule paſſus obſcuros et dubios pro ſere
nitate et pace conſciẽtiarum fratrũ elucidã
tibus et diffiniẽtibus et potius rl'e auctori
tati et ꝑfectioni addẽtibus ꝙ̃ minuẽtibus.
Nã ĩ ordine nõ defuerũt nec adhuc de pñti
deſunt multi qui aliter ꝙ̃ oportet predicta
accipientes ⁊ pluſꝙ̃ oportet ſapere volẽtes
et ordinem tm̃ in priſtinis dubijs ⁊ obſcuri
tatibus fruſtra reducere volentes in maxi
mũ tãti ordĩs diſpẽdiũ ⁊ timidaꝝ ꝯſciẽtiaꝝ
fratrum periculum ſcãs ⁊ neceſſarias ac=
veras ⁊ apoſtolicas regule declarationes
reſpuũt ⁊ contempnũt ⁊ ſequaces eaꝝ. Et
ſibi ipſis ad votum declarationes in ſuper=
uenientibus dubijs ſine auctoritate fabri=
cant ⁊ veruꝫ ſenſum regule non ſecundum
intentionem beatiſſimi patris noſtri Fran
ciſci ⁊ ſummoꝝ põtificum regule expoſitoꝝ
ſed iuxta affectum vel zelum ſuũ forte ĩor
dinatum vel alias accipiunt ⁊ accipi volũt
predicta male intelligentes ⁊ peius allegã=
tes ⁊ aſſumentes. ⁊ ſeipſos quaſi iuſtifican=
do alios in hijs condempnãt: cum tamen ve
niant ipſi condempnandi. non illi qꝛ obe=
dientiam ⁊ voluntatem ſummoꝝ pontifi=
cum ⁊ regule ac ordinis prelatorum ĩ hijs
cõtempnẽtes gloſas ſibi ad nutum in regu
lam ipſam ſi nõ ſcripto ſaltem facto ſua au
ctoritate mittunt ⁊ faciũt. Ubi alij quos cõ=
tempnunt multo melius ſecurius ⁊ purius
iuxta huiuſmodi apoſtolicas ⁊ ordinis ap=
probatas declarationes ⁊ ſine gloſa diſtra
hente aut alterante vel relaxante vel alias
fruſtra addente ad litteram ſeruãt melius
et conformius ad voluntatem dicti ſãctiſſi
mi patris noſtri Frãciſci regule ipſius inſti
tutoris vel potius promulgatoris.

¶ Qualis ⁊ ꝙ̃te ꝑfectiõis ⁊ firmitatꝫ ſit
regula fratrũ minoꝝ et a ꝙ̃tis approbata

Summa ꝑfectio
iſtius ſeq̃ntis rl'e ffm minoꝛuꝫ
eſt in ſex alis ſeraphicis. Ucꝫ.
In omnimoda obedientia
Paupertate euangelica
Caſtitate immaculata
Humilitate profundiſſima
Simplicitate pacifica
Charitate ſeraphica

Hec autem regu=
la eſt tota euãgelica in ſacro
euãgelio ac xp̃i ⁊ apl'oꝝ eius
vita ⁊ doctrina fũdata ⁊ ꝑ ſacro
rũ ſtigmatũ xp̃i ĩpreſſionẽ mi
rificã ĩ corpore ipſi⁹ ĩſtitutoꝛꝫ q̃ſi ſigillo et
bulla ſup̃mi eccl'ie capitis ⁊ ſpõſi atꝙ põti=
ficꝫ xp̃i roborata. Et ita velut tal'r ⁊ tãꝙ̃ legit
tima rõnabilis hũane fragilitati ꝓporciõa
ta ⁊ obſ'uabilis a ſctã ſede apl'ica mľtipl'r
approbata ⁊ ordo ipẽ approbat⁹ extitit: pre
ſerti ab Hono. 3. Greg. 9. Inno. 4. Nico. 3.
⁊ Alex. 4. ꝑut diuerſe l're apl'ice deſuꝑ ſub
plũbo teſtãt: et ꝑut apl'i⁹ declarat ⁊ exp̃mi
tur ĩ decretalib⁹ titu. de exceſſi. prela. c. Ni
mis iniq̃. ⁊ i. 6. de v̄boꝝ ſigni. c. Exijt q̃ ſemi=
nat. Et qꝛ tal'r ſuꝑ irrefragabili v̄bo v̄ita
tis ⁊ euãgelio ſacro ac vita xp̃i ⁊ apl'oꝝ ei⁹
ac ĩ fide eccl'ie ſctẽ ⁊ ipſi⁹ munimine tãꝙ̃ ſu
pra firmã petrã fũdata ⁊ ſtabilita ac robo
rata extitit: iõ vſꝙ̃ ĩ finẽ mũdi ncc'ario ĩ ſua
ꝑfectiõe ĩ aliq̃b⁹ ipſi⁹ verꝫ obſ'uatorib⁹ ⁊ de
fẽſorib⁹ ei⁹ etiã ſub r'ari ⁊ ꝑfecta ipſi⁹ obſe
⁊ pauꝑtatis forma ꝑſeuerabit. Dicẽte xp̃o
Math. 24. Mar. xiij. et Luce. xxi. Celum ⁊
terra tranſibunt verba aũt mea non p̄teri=
bũt. Et ad hoc ſil'itudinẽ adducẽte de ſta=
bilitate dom⁹ fũdate ſupra firmã petrã cõ
tra tẽpeſtates irruẽtes ⁊ flumina ⁊c. Math.
vij. Itẽ Luce. xxij. Rogaui ꝓ te vt nõ defi=
ciat fides tua. Et ꝑut iã a ꝑncipio ordinis
vſꝙ̃ nunc (vbi iã fluxerũt fere trecẽti anni)
experientia certa notorie palã ⁊ publice ꝓ
bauit ⁊ ꝓbat qꝛ nunꝙ̃ deſeruit nec deſeret
deus plebẽ ſuã quin ſemꝑ ꝓuiderit ⁊ ꝓui=
dere debeat de aliq̃bus veris ip̃ius obſer=
uatorib⁹: zelatoribus et deffenſorib⁹ q̃bus
ſꝑ firma ſtare poſſit in aliq̃bus et in multis
non obſtantibus tẽpeſtatib⁹ moleſtationũ
aliquoꝝ maloꝝ ꝓlatoꝝ et ffm ⁊ alioꝝ di=
uerſoꝝ ⁊ diuerſi ſtat⁹ ꝑſecutoꝝ ⁊ detracto
rũ: ⁊ fluminib⁹ relaxationũ ⁊ diſpẽſationũ
tum grandenſem aſſumptus poſtremo fa=
ctus eſt cardinalis ſancte romane eccleſie
cum eſſet doctiſſimus. Scripſit copioſe ſuꝑ
xxij. beati Auguſtini libꝛos de ciuitate dei
Scripſit etiam ſuper ꝙ plures libꝛos bi=
blie tam veteris ꝙ noui teſtamenti.

¶ Frater et magiſter vvalterus Cepton
anglicus maximus Theologus Scripſit
inter cetera ſua opera ſolemniter ſuꝑ qua
tuoꝛ ſententiarum volumina.

¶ De doctoꝛibus iuris

¶ Sequuntur nunc octo ex famoſioꝛibus
iuriſtis eiuſdem ſacri oꝛdinis minoꝝ: om
nibus alijs eiuſdem oꝛdins iuriſperitis
et interpꝛetibus cā bꝛeuitatis ſemotis.

¶ Frater et magiſter Iohannes de ſaxo
vtriuſqꝫ iuris peritiſſimus. Scripſit lauda
bilem ſummam iuris. Scripſit quoqꝫ ſer=
mones tam de tempoꝛe ꝙ etiaꝫ de ſanctis
per totum annum.

¶ Frater et magiſter Petrus Caſuel cuꝫ
eſſet vtriuſqꝫ iuris doctoꝛ atqꝫ ſacre pagine
pꝛofeſſoꝛ. Scripſit ſummam vberrimam ⁊
valde dilatatam que vulgariter dicitur
Directoꝛium iuris.

¶ Frater et magiſter Monaldus omniuꝫ
iuriſtarum ſue etatis pꝛinceps et etiā ma
gnus Theologus Scripſit ſummam iuris
canonici. Scripſit etiam ſuper quatuoꝛ ſē=
tentiarum libꝛos queſtiones ſatis pꝛofun=
das. Scripſit etiam multos diuerſos ſer=
mones pꝛedicabiles

¶ Frater et magiſter Petrus de ſaxonia
Scripſit inter cetera ſummam pertinentē
ad caſus conſcientie et etiam ad foꝛum cō
tentioſum.

¶ Frater et magiſter Durandus vtriuſqꝫ
iuris peritiſſimus. Scripſit ſummam con=
feſſoꝛum aliam a ſumma Iohannina

¶ Frater et magiſter Guillermus de ma=
ra inſignis iuriſta atqꝫ Theologus exper
tus. Scripſit ſummam iuris multum cele=
bꝛem.

¶ Frater ⁊ magiſter Io hannes Erfoꝛdie
de ſaxonia. Scripſit ſummaꝫ copioſiſſimā
de caſibus. Sciripſit et aliam ſummam cō
feſſionū. Scripſit etiā tabulā iuris Itē vidi
etiam ſcriptum ſolemne ſuper quartū ſen
tentiarum. Alia autem eius opera nō vidi

¶ Frater et magiſter Aſtexanus Aſtenſ.

vtriuſq͡ iuris atq͡ theologie peritus. Scripſit ſummam copioſiſſimā et prolixā quaʒ in octo libros diuiſit. Sūt deniq͡ ⁊ alij innumeri huius ſacri ordinis minorum doctores Eccleſiaſticiq͡ ſcriptores quos breuitatis cauſa ſubticeo.

¶ Nam et ego qui hec ſcribo ꝗ̄dā tpe collegerā Nonaginta doctores eximios huius ſacri minoꝝ ordinis q̄ ſcripſerunt ſolēpniter ſup mgr̄m ſn̄iaꝝ exceptis alijs eiuſdeʒ ordinis ſcriptoribus ⁊ doctoribus qui fuerunt innumeri. Hos aūt ſexaginta doctores ſupra nominatos alijs doctoribus eccleſiaſticiſq͡ ſcriptoribus huius ſacri minorū ordinis ꝓpoſui tanq͡ excellētiores tanq͡ notiores tanq͡ reſolutiores tanq͡ electos ex milib⁹. En igit̄ lectulū Salomonis nullus audet inquietare q̄a ipm̄ .lx. fortes ambiūt ex fortiſſimis yſrael. Oēs tenētes gladios et ad bella doctiſſimi lectulum ſalomonis ſacrū dico ordīeʒ minoꝝ: quē nulli⁹ heretic⁹ nullus inuidus inimicus audet inq̄etare .i. perturbare q2 ipm̄ ꝑnotati ſexagīta fortes doctores ambiūt .i. ab hereſi fortiter cuſtodiūt ab oblatrātiū rabie ꝓuide defendunt ab detrahētiū ſentētia prudētiſſime tuentur Ex fortiſſimis yſraelis .i. ex famoſiſſimis huius ordinis doctoribus. Oēs tenentes gladios .i. fortes rōnes cōtra detrahentiū aut hereticoruʒ diſturbiuʒ. Et ad bella doctiſſimi .i. in exponendis ſacris ſcripturis reſolutiſſimi in declarandis difficultatib⁹ integerrimi in cōfutandis errorib⁹ expertiſſimi. ¶ Habes igit̄ o lector in iſtis ſexaginta celeberrimis doctoribus omnē materiā ſcibilē vel q̄ humana indagine experiri poſſet. Si eñ de Biblie difficultatib⁹ anxius es habes hic quatuor illuſtratiſſimos viros q̄ eā totaliter expoſuerunt ac poſtillauerūt nichil dimittēdo intactū vꝫ ffem et magiſtrū Alexandrū de hales ffeʒ ⁊ magiſtrū Nicolaū de lira ffem et magiſtrum Pontium Carbonelli fratrem et magiſtrū Petrum Johannis vt ſupra patuit. Sed ⁊ multos hic habes q̄ licet eam nō totaliter expoſuerūt tñ eam in multis paſſib⁹ poſtillauerūt de quib⁹ vide ſupra. Si ſentētiaꝝ tibi libri difficiles videntur: habes hic quinquaginta q̄ ſup eos ſubtiliſſime ſolidiſſime illuminatiſſimeq͡ ſcripſerunt. Si philoſophia Ariſtotilica delectaris ſunt hic .xiij. q̄ ſuper oīa ferme ariſtotilis libros quo ad philoſophiam ſcripſerunt. De quibus vide ſupra in locis ſuis. Si tibi iura aut ſumme placent habes hic octo excellentiſſimos Juriſtas et ſummiſtas qui omnes conſcientie caſus et etiam caſus ad forum contentioſum pertinentes pleniſſime conſcripſerunt explanauerunt et elucidauerunt. Sed vt quid diu iſtis immoror cum nulla ſit ſciencia quā iſti ſexaginta doctores pugileſq͡ fortiſſimi non pertractarunt. Sed de hijs olb⁹ latius habes ſupra in locis ſuis Et vt breuiter me expediam duos hic habes qui totum ſcibile ſciuerunt quoſq͡ nulla ſcientia latuit ſcilicet Fratrem et magiſtrū Rogeriuʒ Bakon: et Fratrē magiſtrūq͡ Adā de Mariſco quorum primus etiam omne ſcibile conſcripſit. Alterius vero tantum vidi opus ſolēne ſuper quatuor ſententiaꝝ libros. Alia autem eius opera non vidi.

¶ Eſt igitur hec ſacra minoꝝ religio turri Dauid comparata / que cum propugnaculis extat edificata .i. cum diuerſis doctoruʒ ſuorum ſcriptis decorata. Mille clypei pendent ex ea .id eſt multis ſcientijs et ſcriptis eſt circūfulta. Omnis armatura fortium: id eſt omnes diuerſe ſcientie et ſcripture (quibus Theologi fidem catholicam velut cum quibuſdam armaturis tuentur) in iſta ſacra religione plenius per ſuos doctores ꝑtractantur ⁊ enucleātur.

## ¶ Finit tractatus de illuſtrioribus viris et feminis triuʒ ordinū

ſeraphici patris noſtri Franciſci per quendam vigilē ordinis minorum patrem laborioſe et vigilanter ac recēter ex multis collectum et nunc in lucem cum paucis additamentis deductum. Et ibi vna cuʒ prima huius operis parte non incongruenter inſertum.

## Explicit prima pars

huius operis Laus deo et beate virgini marie / ac trium ordinum prefatorum glorioſo patrono Franciſco.

**Scd̃a pars pꝛincipalis cõtinẽs duos tractatꝰ pꝛiuilegioꝝ triũ oꝛdinũ bt̃i Frãciſci Quibꝰ p̃ponitur tabula & ſummaria declaratio cõtinentie ipſoꝝ per oꝛdinis ſũmoꝛũ pontificum qui ea largiti ſunt cum quotatiõibus ſingu loꝛum facile inueni endoꝛum.**



S.franciſcus S.clara


Niſi granum frumenti cadēs in terram mortuū fuerit ipſū ſolū manet ₰c. Jo. xij. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſū et tollat crucē ſuā et ſequatur me. Mat. xvi. Itē Mat. xj. Venite ad me oēs qui laboratis et honerati eſtis et ego reficiā vos. Tollite iugū meū ſuper vos et diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meū ſuaue eſt et onus meū leue ₰c. Hec dixit dñs iheſus dilectis imitatoribus ſuis.
Qui appoſuerit ad hec apponet deus ſuper illum plagas: ₰ qui diminuerit auferet deus partē ei⁹ de libro vite et de ciuitate ſācta ₰c. Apocalip. vltimo.
Quicunq̧ hanc regulam ſecuti fuerint / pax ſuper illos ₰ miſericordia. ₰c. Ad galathas. vi.
Quicunq̧ obſeruauerit hec in celo repleat benedictione altiſſimi pr̄is celeſtis ₰ in terra repleat bñdictiōe dilecti filij ſui cū ſctiſſimo ſpū paraclito ₰ oib⁹ v̄tutib⁹ celorū ₰ oībus ſctis. Et ego frater frāciſc⁹ paruul⁹ veſter ſeru⁹ q̄ntūcūq̧ poſſū ꝯfirmo vobis intus et foris iſtā ſctiſſimā bñdictionem amē.
De v̄boꝛꝝ ſig. ca. Exiſt. li. vj. Hi ſūt illi⁹ ſctē regule pfeſſores q̄ euāgelico ſūdat eloq̄o vite x̄pi roboꝛat exēplo fundatoꝛꝝ militātis eccl̄ie apl̄oꝝ ei⁹ ſermonib⁹ actibuſq̧ firmat. Hec ē apd̄ deū patrē mūda ₰ imaculata religio q̄ deſcēdēs a p̄re luminū p ei⁹ filiū exēplarit ₰ v̄balit aplis tradita ₰ deinū per ſpm̄ ſcm̄ btō frāciſco ₰ eū ſeq̄ntib⁹ iſpirata toti⁹ i ſe quaſi ꝯtinet teſtioniū trinitatis. Hec ē cui atteſtāte paulo nemo de cetero debet eſſe moleſtus quā x̄ps paſſionis ſue ſtigmatibus confirmauit volēs inſtitutorem ipſius paſſionis ſue ſignis notabiliter inſigniri. Hec Nicolaus papa iij. vbi ſupra.
ꝯ⁹ pfeſſoꝛ
Regla et vita minorū frāz hec ē sc3 dñi nr̄i ieſu x̄pi ſcm̄ euāgelī obſuā
re viuēdo in obediē: tia ſine ꝓ: prio: et i caſtitate. Fr̄ frāciſc⁹ ꝓmittit obedientiā. ₰c.
Ihs x̄ps
Approbatores regule
honorius 3⁹
gregorius 9⁹
nicolaus 3⁹
innocēti⁹ 4⁹
alexander 4⁹
Gloria minorū fratrū exemplorū ſalue frāciſce.
Conſerua tuorū ſtatū filiorū pater franciſce.
Bñdic iſtorū gregi puſillorū dulcis frāciſce.
O fōs pfeſſorū vita pfcōꝝ nos iuua frāciſce.
Refoꝛma cūctoꝛum ſtatus deuioꝛum nos auge franciſce.
Eſtus vicioꝛū virus peccatoꝛū dilue frāciſce.
Stigmatum ſacroꝛum ſigna mirandoꝛꝝ oſtēde franciſce.
Datoꝛi bonoꝛum vt gregi ſanctoꝛum iungamur franciſce.
In regno celorū. choꝛo āgelorū cōcede frāciſce. Amen.


Innocētiꝰ 3ꝰ
Priuilegiū ſctē paupꝛtatis a ſctā Clara ꝓ ſe ꝛ ſuis īpetratū Innocētiꝰ ꝛc. Dilectꝫ ī xpo filiabꝰ clare ꝛ aliīs ācillis ecclīe ſcti damiani tā pñtibꝰ q̄ȝ futuris Salutē ꝛ apł bñdic. Sicut manifeſtum eſt ꝛc.
Uerba ſcti frācilci ad ſorores ſctē Clare filias ſuas ſecūdi orđ. ſui: ex regula collecta.
Qr dñi inſpiratiōe feciſtis vos filias ꝛ ancillas altiſſimi ſūmi regis pr̄is celeſtis ꝛ ſpūi ſācto vos deſpōſaſtis viuē ſcđm ꝑfectionē ſcti euangelij ꝓpouēdo: volo ꝛ ꝓmitto ꝑ me ꝛ fr̄es meos ſemp habere de vobis tāq̄ȝ de ipſis curā diligētem et ſollicitudinem ſpālem. Et infra rogo vos omnes dominas meas et conſilium do vobis vt in iſta ſanctiſſima vita et paupertate ſemper viuatis Et cuſtodite vos multum ne doctrina vel conſilio alicuius ab ipſa in perpetuum vllatenus recedatis. ꝛc.
Innocē ciꝰ 3ꝰ
b. iſabella ſororꝯ ludo. re. francorum.
btā agnes
S. clara
Rl'a ꝛ forma vite ſororum paupū ſcti euāgelij dñi nr̄i ihū xpi obſeruare viuēdo i obediētia ſine ꝓprio ꝛ i caſ. ꝛc.
Ihs xps
B. Coleta reformatrix orđ ſancte clare.
Innocē ciꝰ 3ꝰ



¶ I hoc tertio ordie sctō fuerūt ⁊ sūt nō solū de ec-
clesiasticis q̄plurimi sci ⁊ bti. Archiepi. Epi. Ca-
nonici. Curati. Cappellani ⁊ clerici innūerabiles
vt. B. Leo archieps mediolani. B. Galterus eps
b. richardꝰ eps. b. Alexāder doctoꝛ ī theol'. S. yuo
vtriusq̄ iuris doctoꝛ/aduocatꝰ. ⁊c. Uerūetiaz de
politia mūdana ⁊ laycis vtriusq̄ sexꝰ vt btā Eliza
beth. īpatrix ro. S. Elizabeth yngarie S. Ludoui
cꝰ rex frācoꝝ ⁊. b. blāca. maī eiꝰ ⁊ vxoꝛ ipius. S.
Elezarius comes ⁊ delphia vxoꝛ eiꝰ. S. rosa. B.
lucheciꝰ cū vxore b. bonadona Et aliꝗ inūerabiles
Tres ordies hic ordiat: p̄muq̄ frm noiat mioꝝ:
paupūq̄ fit dharū medius: sz penitētum tercius:
sexū capit vtrūq̄.
¶ Penitētiā agite appropinquabit enim regnum
celorum. Matth. iiꝗ. et. iiiꝗ. capl'is.
S·bonadona
btā blāca reg· frā·
S·elizabeth
impatoꝛ
nicolaus·4ª
S·yuo

# ¶ Prologus in ſecundā parte huius libri ſiue firmamētoꝝ triū ordinū. In qua de priuilegijs dictoꝝ triū ordinum beati Franciſci tractatur.

PReterea in hac libri ſiue firmamētoꝝ pte ſcba adducūt pncipalia priuilegia ⁊ rle triū ordinū btī Franciſci. vbi aduertēdū ꝙ lꝫ auctores monimētoꝝ ordis ⁊ ſpeculi minoꝝ vtiliter laborādo credāt forte ⁊ dicāt ſe oia ordinis monumēta euoluiſſe ⁊ in vnū cōpegiſſe vel collegiſſe: tñ qꝛ occaſiōe accepta i diuerſis locꝫ ordis tā citra ꝙ̄ extra mōtes mlta plura nobis occurrerūt q̄ꝝ origīalia ptiꝫ apd reuerēdiſſimū pſem gnalē miſtrū tociꝰ ordinis ⁊ apud reuerēdū pſem ordis ꝓcuratorē: ptim i āntiq̄orībꝰ ⁊ ſolēpniorībus cōuentibus ordis maxie i cōuētu pariſien. ⁊ i cōuētu Aſſiſij Meten Trecen ⁊ alijs multis diuerſis locꝫ pſertim ꝓuīcie Frācie reſuātur q̄ ſingl'aria multa ꝯtinēt q̄ꝝ maior ps nuſꝙ̄ hactenꝰ impſſa nec i ordīe publicata fuerūt ſō i ſeq̄ntibꝰ ꝓ tāto ſupplēda eē decreuimꝰ. Nā p ea q̄ i dictis ⁊ alijs ſolēpnibꝰ ⁊ antiq̄s cōuētibꝰ ⁊ locis cōperimꝰ ſatis apte cognouimꝰ ꝙ etiā i alijs diuerſis orbis ꝓuincijs et ptibꝰ atq̄ cōuētibꝰ ⁊ maxie in reliq̄s ſolēpniorībꝰ cōuētibꝰ ⁊ pcipue vbi aliq̄n diutiꝰ reſidētiā fecit romana curia ſicut lugduni: viēne/auiniōe/peruſij/viterbij ⁊ ſic de alijs multe alie ⁊ q̄ſi inūerabiles bulle īueniri poſſēt: eiuſdē tñ tenoris ꝓ maiori pte Nā modus antiquoꝝ fuit multiplicare bullas eiuſdē tenoris i diuerſis locis ordis et pauca tūc facē trāſūpta q̄bꝰ tñ nūc moderni freq̄ntiꝰ vtūt. Et ꝓpterea i antiq̄s ⁊ ſolēpnibꝰ cōuētibꝰ ſicut aſſiſij/ pariſiꝰ/metis/trecis/rothomagi/lugduni/ſalmātine/colonie/et in alijs ſilibꝰ q̄ſi inūerabiles reperiūt Uerꝫ qꝛ tā i dictis cōuētibꝰ ordis ꝙ̄ i dictis monumētis ⁊ ſpeculo minoꝝ mlte iueniūtur q̄ poſtea p ſucceſſores ſūmos pōtifices p alias bullas āpliatas multo pleniꝰ ⁊ meliꝰ ac breuiꝰ hñtur ſicut p mare magnū Sixti. iiij bullā aureā ⁊ alias plures: iō fruſtra fuiſſet pores tales deſcribere: niſi forte ꝓ ſtatu ordis et ꝓceſſu ipſiꝰ oñdēdo eo ꝙ cōiter ibi narrātur ⁊ allegāt plura (ad hec ītelligēda ⁊ declarāda) oportuna Et gratū ac vtile mltis eſſe dinoſcit videre ⁊ ītelligere ꝓgreſſū ordis ⁊ cōdeſcētiōes pias atq̄ defēſiōes oportunas tātoꝝ ſūmoꝝ pōtificū xp̄i vicariorū ⁊ eccl'ie ſctē: ac nccītates pſecutiōes ⁊ difficultates tātas: q̄s a pncipio ordis paſſus fuit ordo iſte ſctiſſimꝰ: ⁊ ordo ſācte clare: ⁊ tercius ordo penitētiū vtriuſq̄ ſexus: tā in capite ꝙ̄ i mēbris: a q̄bꝰ nūc grā dei tal'r ſbleuātur. Igitur ex his oibus multas ſingulares apl'icas lr̃as collegimꝰ ⁊ ꝓdictas addidimus nuſꝙ̄ in dictis monumētis vl' ſpeculo cōtētas ⁊ tā ex his ꝙ̄ ex reliq̄s alijs illas ſolū ibidē poſuimꝰ q̄ vel ad hec oſtendēdū vel ad nccāria ordis ꝓuilegia declaranda oportune vel nccārie videbāt obmiſſis alijs inūerabilibꝰ minꝰ ꝓ pñti nccārijs ⁊ q̄ ſua multiplicitate ⁊ diuerſitate ītellectū legētꝫ pociꝰ cōfudiſſēt ꝙ̄ edificaſſent: ex hijs oibꝰ vnā ptē principalē i duos tractatꝰ diuiſos cōplectēdo In cuiꝰ etiā ptis primo tractatu ille apl'ice lr̃e ⁊ ꝓuilegia deſcribūtur: q̄ ibi ſub autētico trāſūpto nō hñtur lꝫ alibi ⁊ ſub autētico ⁊ ſub originali plūbo īdubie habeantur. In ſcbo āo tractatu ille ſolū deſcribūtur q̄ ſub origīali vel trāſūptis autēticis nūc hn̄t ⁊ ibidē p cōſeruatorē autēticari ēt cū fulmiatiōe ꝓceſſꝰ deſup ꝓ illarū executione vbiq̄ fiēda potuerāt ⁊ q̄ magꝫ nccārie ⁊ magis in vſu ſūt. In pncipio ꝓponēdo ſummarias declaratiōes ⁊ annotatiōes maxiarū gratiarū ⁊ ſpūaliū ⁊ īdulgētiarū eccl'iaꝝ tribꝰ his ordībus cōceſſarū a pncipio ordis vſq̄ nūc a diuerſis ſūmis pōtificibꝰ p diuerſas lr̃as apl'icas ibidē annotatas: ⁊ p cōicatione aliarū indulgētiarū ⁊ grāꝝ alioꝝ mēdicātiū. Et deiñ indulgētias ⁊ grās magnas viue vocis oraculo frībꝰ de familia pmum cōceſſas ⁊ poſtea p ſixtū. iiij. ⁊ Innocentiuꝫ viij. ad alios fratres de obediētia ⁊ obſuātia rl'ari ſub miſtris degētes extēſas ⁊ cōicatas. Et deinde cōſeq̄nter ſubiūgēdo ꝓdictas ſingulares alias bullas ibi nō autēticatas tribꝰ his ordibꝰ cōit ⁊ diuiſiꝫ cōceſſas Et vt lector facilius īueniri poſſit qd cupit dictas declarationes ⁊ continentias ſūmarias omnium et ſingularum litterarum apoſtolicarum et priuilegiorum huiuſmodi ordinate in ſequentibus iuxta ordinem ſūmorum pontificum qui ea pie conceſſerunt annotabimus cum tractatuum et foliorūꝫ quotationibus.

## ¶ Explicit prologus

## ¶ Incipit primꝰ tractatus huius ſecunde partis.

## ¶ Et primo Sequitur

ſummarium omnium ⁊ ſingulorum priuilegiorum ⁊ gratiarum ſummorum pontificum notatu dignorum a principio ordinis vſq; nunc ſucceſſiue tribus ordinibus beati Franciſci communiter ⁊ diuiſim concesſorum et in hac ſecunda parte (obmiſſis ſuperfluis) deſcriptorum ⁊ per ordinem: prout vnuſquiſq; eorundem pontificum ſuo tempore ea conceſſit vel confirmauit aut āpliauit cū annotatiōibus ⁊ quotationibus eorum.

Innocentius papa huius nois terciꝰ: et a beato petro .clxxxiij. Anno a creatiōe mundi v.M.clxj. ſecundum minorē computationē: ſm vero maiorē .vi.M.cccc vj: et anno incarnationis M.cxcviij (vt vincentius dicit hiſtorialis) ad thronum apoſtolicum aſſumptus eſt ſeditq; annis .xviij. menſibus .iiij. diebus .xxiiij. Sub quo āno dñi M.ccvi. pōtificatuſq; eiuſdē āno .ix. ille patriarcha paupertatis glorioſiſſimus ⁊ ſeraphicus pater noſter ſāctus frāciſcus regulam ſue ſacre religiōis minorum frm ordiauit ſpiritu ſācto dictāte ⁊ ipſiꝰ approbationē a dicto pōtifice obtinuit forte oraculo viue vocis: cū ſup hoc lr̄e ap̄lice minime inueniāt niſi q chronice ordis ⁊ hiſtoria eiuſdē ſcti ⁊ vincētiꝰ hyſtorialis: ⁊ honorius terciꝰ i lr̄is approbatiōis r̄le hoc aſſerūt. Dedit itaq; dictus pōtifex ꝑdicādi licētiā ꝑdicto ſctō frāciſco ⁊ ſociis eiꝰ datis eiſdē clericalibꝰ paruis tōſuris mittēs illos cū benedictiōe ⁊ pace ad verbi dei ſemen in oēm terrā ſpargēdū: pollicēs in ſucceſſu temporū plura illis concedere. Hac igitur regule approbatiōe glorioſus pater cū ſociis ſuis cōtentus per vniuerſū mundū prout poterāt verbū dei ſeminātes: penitentiā predicabāt: ita q prima regula noſtra cū hac tantū approbatione verbotenus facta remanſit.

¶ Idē etiā Innocētiꝰ .iij. pontificatꝰ ſui anno .xj. cōfirmauit ſub bulla ꝑmā r̄lam ſācte clare a btō frāciſco traditā Et incipit bulla Solet annuere. Quere infra vltima parte.

¶ Idē quoq; dedit ſctē clare ⁊ ſuis priuilegiū de ſancta paupertate ſemper tenenda quod incipit Sicut manifeſtum eſt Quere infra quinta parte.

Honoriꝰ .iij. ſepulto dño inocētio .iij. ad ſūmum pōtificatū āno dñi. M.ccxvij. aſſūptꝰ eſt. Qui i dei eccl'ie gubernatiōe annis .x. mēſibꝰ .vij. ſtetit ⁊ ordini nr̄o ſeq̄ntia ꝑuilegia cōceſſit

¶ Anno igit̄ tercio pōtificatꝰ iſtiꝰ dñi honorij cū r̄la fra. mi. nō eſſet adhuc reſcripto apl'ico ⁊ bulla cōmunita nec modus viuendi ff̄z mūdo agnitꝰ ab aliqbꝰ ff̄es cēſebāt iſani a nōnullis nouitatū inductores ⁊ adhuc nō catholici ꝓpter qđ multa paciebāt in ꝑ mitiua eorum religiōe opprobria: quo accepto a dicto honorio tercio deuotiōe maxia qua ad ipſū ordinē ac ad eius inſtitutorē afficiebatur motus ⁊ miſit lr̄as oibꝰ archiepis et epis ceteriſq; aliis p̄latis eis mādās vt in dioceſibus ſuis fratres tanq; catholicos ⁊ verbi dei ſeminatores benigne ⁊ charitatiue recipiāt ſe fauorabiles eis exhibentes. Quarū tenor icipit honoriꝰ ⁊c. Cū dilecti filij. Quere ifra primo trac. Fo. x.

¶ Anno .iiij. ſui pōtificatꝰ primū approbauit ⁊ approbatū declarauit or. mi. fra: ⁊ mādauit archiepiſcopo Senonē x eiꝰ ſuffraganeis vt ff̄es i ſuis dioceſibus ꝑmitterēt cōmorari hn̄tes eos (tanq; viros catholicos ⁊ deuotos) cōmēdatos. Et incipit. Pro dilectis filiis fratribus Origi. eſt in cōuētu noſtro Pariſieñ. Quere ifra .i. trac. Folio .x.

¶ Eodē anno et eadē die aliā ad idē ⁊ eiuſdē ſe toris dedit aliis tm̄ archiepis epis et abbatibus directā approbādo ordinē ⁊ cōmedādo vt ſupra. Ori. etiā eſt pariſiꝰ. Quere infra .ij. trac. Fo. liij.

¶ Anno .v. ſui pōtificatus anteq̄ r̄lam cōfirmaſſet ſub bulla dedit bullam ſancto franciſco et ceteris prioribus et fratribus ordinis ſui quam allegat ſctūs franciſcus in .ij. capitulo regule illam ſequi volendo. Qua inhibet idem papa ne quis frater profeſſꝰ fiat ante annum completum. Et determiat q nulli fratri facta profeſſione in iſto ordine licet vltra exire vel retroaſpicere exeuntem vero nemini liceat retinere. Et q prelati contra tales exeuntes poſſunt per cenſuras procedere. ⁊c. Et incipit. Cum ſecundum conſilium. Quere ſecundo tractatu Folio ſexto.

¶ Anno octauo ſui pontificatus preſente chriſti pauperculo ſeraphico franciſco cum ſociis ſuis ⁊ hoc humiliter ſupplicāte: regulā dicti ordis bulle ſue munimine roborauit ⁊ cōfirmauit q icipit Honoriꝰ epiſ ⁊c. Solet annuere ⁊c. Reqre infra .ij. tra. Fo iij.

¶ Anno ſui põtificatus nono conceſſit ffes
cũm altari viatico poſſe diuina celebrare.
incipit Quia populares. Quere infra p̃io
tractatu. Fo.x.

¶ Anno ſui põtificat⁹ decio tercio kl'as ſep
tembris ad idem dedit aliã bullã inuehen
do ꝯtra quoſdã qui aſſerebãt ip̃os paupes
⁊ ignotos ffes nõdũ eccl'ias habentes non
poſſe celebrare miſſas in ſuis locellis ⁊ ora
torijs ſup altari viatico ſine licẽtia ꝓprorum
et alioꝝ eccl'ie prelatorum nec alia conceſ-
ſione ipſi⁹ honorij vti poſſe. Mãdo executo
rẽ Archiep̃m Remẽſẽ. Et incipit In hijs q̃
ad cultũ diuinũ. Ori. eſt in conuẽtu nr̃o tre-
ceñ. Quere infra ſcd̃o tra. Fo.liij

¶ Eodẽ ãno .xiiij kl'. octob. artius inuehit
contra quoſdã eccl'iarũ prelatos moleſta-
tores paupũ ffm: qui nolebant ꝑmittere ꝙ
ipſi fratres in ſuis locellis poſſent ſaltẽ ce-
lebrare cũ altari viatico excõicãtes ꝓpter
hoc ffes et hoſpites ſuos videlʒ eos qui lo
ca ad morãdũ mutuabãt eis/ cũ ꝗuis fratres
ipſi hoc iã pluries habuiſſẽt ab eodẽ hono
rio: et ab oĩ iure prochiali cõtinerẽt manus
ſuas: mãdãs ep̃o ꝑiſieñ. vt exequaꝛ. Et in-
cipit. Nõ deberẽt eccl'iaꝝ prelati. Ori. ẽ tre
cis. Quere infra .ij. trac. Fo.liij.

¶ Eodẽ ãno nonis octobris ſub eodẽ teno
re mãdauit ep̃o tornaceñ. vt idẽ exequatur
Et incipit. Non deberent ⁊c. Originalis ẽ
pariſius. Quere primo tractatu. Fo.x.

## Gregorius non⁹

honorio tercio in xp̃i vicariatu ſuccedens. Anno dñi. M.
ccxxvij. cathedrã beati petri
aſcẽdit. Qui iam antea cardi
nalis ⁊ ꝓtector ordinis exiſtẽs maximã ad
btm̃ franciſcum ⁊ eius ordinem deuotione
ꝙ etiam ſũmus pontifex afficiebatur: quod
eiuſdẽ patris filij denunciant tot et tã fa-
uorabilia priuilegia ab ipſo noſtro ordini
conceſſa. vt patet infra.

¶ Anno igitur .ij. ſui pontificatus .ix kl'as
martij cõceſſit quãdã bullã in qua omnib⁹
ſãctitatẽ beati p̃ris nr̃i franciſci notã facie-
bat: ideoꝙ i ſctõꝝ catalogo eũ ponebat: ei⁹
feſtiuitatẽ ab vniuerſis merito recolẽdã eẽ
cẽſens. Incipit Sicut phiale auree. Ori. eſt
ꝑiſius. Require infra ſecũdo tra. Fo.liiij

¶ Eodẽ ãno ſui põtificat⁹ .iij. kl'. ap̃lis con-
ceſſit vt null⁹ ffes de pnia exactionib⁹ /pu-
blicis officijs vel iuramẽtʒ ꝓuaret: ipſoſꝙ ad
hoc nõ teneri. Incipit Deteſtãda hũani ho
ſtis. hr̃ infra iſto tratatu. fo.xj.

¶ Eodem anno conceſſit executoriam ſu-
pradicte conceſſionis ſic incipientem. Ni-
mis patenter. Require. infra iſto tra. Fo.xi

¶ Ann. ij. ſui põtificatus. iiij. nonas augu-
ſti ꝯceſſit tp̃e interdicti fratres et ſorores
tertij ordinis poſſe audire diuina et eccleſi
aſticã ſepulturã habere. incipit. Cũ illorũ
qui ſua. require infra iſto tractatu. Fo.xj.

¶ Anno .iiij. ſui pontificatus inſurgẽtibus
aliꝗbus dubijs circa regulam fratrum mi-
norũ: edidit quãdã declarationẽ ſuper ean
dem regulam que incipit. Quo elongati a
ſeculo. habetur infra quarto tracta. Fo.ij.

¶ Anno .v. ſui pontificatus .xij. kl'is ſeptem
bris conceſſit imunitates multas fratrib⁹
ſup ꝗb⁹ mãdatur ꝑlatis ne eos grauent vt
conſueuerant. Priuilegium incipit. Nimis
iniq̃. Sʒ qꝛ ſub innocẽtio. iiij. ⁊ ſub alexan-
dro. iiij. ſub eiſdẽ ꝟbis auctẽtice ponit. ideo
ibi quere anno .ij. ſui pontificatus. Et etiã
eſt in decretalibus titulo .de exceſſi .prela.

¶ Anno .vj. ſui pontificatus .xiij. kalẽ. mar
tij. conceſſit fratribus ab archiepiſcopis et
ep̃is ſue dioceſis bñficiũ abſolutionis ⁊ diſ
penſationis cũ oportuerit poſſe obtinere.
incipit. Qꝛ proni ſũt. nõ ponit qꝛ id reuoca-
tũ ẽ et prelatis ordinis melius conceſſum.

¶ Eodẽ anno .vi. idus martij cõceſſit fratri
bus tempore interdicti iuris ſolennitate
ſeruata poſſe diuina celebrare. incipit De
uotionis veſtre Nõ ponitur quia nunc per
mare magnum plenius habetur.

¶ Eodẽ anno .vij. idus martij. primũ cõceſ
ſit ffribus liberam ſepulturã ꝓ ſeipſis. inci-
pit. Ita vobis. Ori .eſt trecis. Quere ſecun
do tracta. Fo.liiij.

¶ Eodem anno tertio nonas iunij. ſue bul-
le auctoritate canonizationẽ beati antho-
nij propalauit in qua viſitantibus eius ſe-
pulchrum in ſeſto ipſius ſancti vnum an-
num indulgentie conceſſit. incipit. Cum di-
cat dominus. Bulla originalis eſt pariſius
Uide infra ſecũdo tractatu. Fo.lv.

¶ Anno ſeptimo ſui pontificatus .ſecundo
nonas martij conceſſit fratres preſbiteros
in terra ſarracenorum exiſtentes poſſe au-
dire confeſſiones et a ſententia excommu-
nicationis abſoluere. incipit. Animarum ſa
lutem. Et quia ab innocẽtio quarto. per ea
dem verba et aucten. ponitur hic omitti-
tur. Ideo ibi quere anno ſecundo ſui pon-
tificatus.

¶ Eodem anno .xvj. kalendas iunij ꝯceſſit
ffribus proficiſcentibus i terris virgianoꝝ
et paganorum poſſe cõicare cũ excõicatis ⁊

et audire confeſſiones et diſpenſare cum fratribus in leui irregularitate. incipit. Cum meſſis multa. Require infra iſto tractatu. fo.xi.

¶ Eodē anno.xvj. kl'ſ iunij. ꝯceſſit fr̄es in terrā ſarracenoꝝ euntes poſſe eos baptizare et clericos facere/et ſciſmaticos reconciliare et apoſtatos: incipit Fratribus ordinis minoꝝ. habetur infra iſto tra. fo.xij.

¶ Anno.viij. ſui pōtificatus.v. idus martij conceſſit fratribus minoribus poſſe habere oratoria et inibi celebrare. parrochiali iure eccleſijs parrochialibus reſeruato. incipit Nos attendētes. Et per innocētiū.iiij ſub eiſdē verbis ponitur. ſ3 q2 amplius ponitur per mare magnū ideo omittitur.

¶ Eodem anno. ij. idus iunij. mandauit et exhortatus eſt oēs ꝑlatos eccleſie: vt caritatiue et benigne in ſuis dioceſibus reciperent fratres minores. incipit. Cum qui recipitre. Reqre infra iſto tra. fo.xij

¶ Eodem anno.xv. Kal. auguſti ꝯceſſit fratres non poſſe per litteras apoſtolicas non facientes de hoc priuelegio mentionem cōueniri: incipit. Cū iam per eius gratiam. q̄re infra iſto tractatu. fo.xj.

¶ Anno.x. ſui pōtificatus.iiij. nonas iunij. predictus pontifex inhibuit fratribus predicatoribus ne recipiant minores. incipit. Quo vos in chriſto. Et quia per alexandrū iiij. ſub eiſdem verbis ponitur: ideo pontificatus ſui anno.j. quere.

¶ Anno.xj. ſui pontificatus.ij. Kl'ſ aprilis ſcripſit prioribus prouincialibus ordinis fratrum predicatorum inuehens contra quendam fratrem ſui ordinis ipſumq̄ grauiter arguens: quia contra beatum franciſcum et eius ſtigmata predicabat. incipit. Non minus dolētes. require infra iſto tractatu. Fo:xij.

¶ Eodem anno ſecundo kalendas aprilis miſit litteras cuidam epiſcopo ipſu3 redarguens et grauiter reprehendēs: quia cōtra beatum Franciſcu3 et ſua ſtigmata aliqua male dixerat. incipit Uſq3 ad terminos orbis terre. habetur infra ſecundo tractatu. Folio.xxix.

¶ Eodem anno nonis Aprilis miſit litteras per orbem vniuerſum in teſtimonium ſacrorum ſtigmatum bti patris noſtri franciſci. incipit. Confeſſor domini glorioſus. Et quia dominus Nicolaus tercius idē cōfirmans eaſdem litteras ſub bulla inſeruit Ideo ſub ipſo quere pontificatus ſui anno ſecundo.

¶ Eodem anno.xii. kalendas Aprilis decreuit excommunicationem incurrere itrātes monaſteria ſancte Clare niſi in caſibus contentis in ſua regula. incipit Et ſi omniū illa cura Uide infra.ij.trac. Fo.xxxiiij

¶ Eodem anno.xi. kalendas Junij ſcripſit archiepiſcopis et epiſcopis ⁊ ceteris prelatis q̄ fratribus predicantib' neceſſaria miniſtrent et populum eis conuocent: nec impediant eis confiteri volentes: q̄q3 illos fratres q̄ ad queſtus pecuniaꝝ ſe cōuertent tā q̄ falſarios capiant et condēpnent. incipit Quoniam abundauit iniquitas. habes infra.ij.trac. Folio.xiiij

Anno.xij. pontificatus eiuſdem.vi. kl'ſ ap̄lis prohibuit vt nullus ante annum probationis elapſum ad profeſſionem admittat: neq̄ profeſſum quiſaudeat retinere ſub excommunicationis pena. incipit. Cum ſm̄ conſilium: habetur ſub honorio in ſub eiſd̄ verbis tempore ſancti Frāciſci data pontificatus ipſius honorij anno.v. quere ibi

¶ Anno.xiii. ſui pontificatus Tercio idus Junij conceſſit fratres euntes ad terrā ſarracenorum pro zelo fidei poſſe eos baptiſare/clericos facere/apoſtatas et ſciſmaticos reconciliare. incipit. Cum hora vndecima. non ponitur quia ſupra hoc inuenies.

¶ Anno quartodecimo ſui pontificatus. nonis kalendas Martij decreuit mulieres portantes habitum ſancte clare de ipſo ordine non exiſtentes ad ipſum deponendum per cenſuram eccleſiaſticam per dioceſanos poſſe compelli. incipit. Ad audientiam noſtram. Require infra iſto tractatu. fo.xij

¶ Eodem anno etiam nonis kalendas Martij conceſſit nullum prelatum a fratribus manualem exigere poſſe obedientiam. incipit. Inducimur pie conuerſationis. vide in fra iſto tractatu. fo.xix

¶ Eodem anno.ij. idus Decembris conceſſit miniſtris prouincialibus poſſe inſtituere predicatores in ſuis capitulis prouincialibus cum diffinitoribus. incipit. Prohibente regula veſtra. non ponitur quia poſtea et nunc melius ſeruata regule puritate et integritate per commiſſionem generalis miniſtri inſtitui poſſe declaratur.

¶ Eodē anno pridie idus decēbris conceſſit prelatos ordinis poſſe tā ad ordinē venientes q̄ profeſſos preuia ſatiſfactione a qualibet excōmunicatione abſoluere ⁊ cu3 eoꝝ irregularitatib' diſpēſare niſi adeo graue ſit delictū propt̄ quod eēnt ad apo=

ſtolicā ſedē merito deſtinādi Incipit Jn iu
re canonico Iſta oīa nunc amplius p mare
magnum Sixti. iiij. habetur iñ antiqua et
pulcra. quere ifra iſto tractatu. fo. xix
¶ Eodē anno idib9 decēbris ꝓhibuit nul-
lū extra noſtrā religionē portare noſtrum
habituz vel ita conſimilem q frater minor
credi poſſit abſq mandato ſedis apoſtoli-
ce et contrarium preſumentes per dioceſa
nos ad ipſum deponendum cōpelli debere
incipit. Qr confuſio habitus. Originale eſt
Trecis. Quere ifra ſecūdo tractatu. fo. liiij
¶ Anno. xv. ſui pontificatus. v. kalendas
Maij conceſſit fratres non poſſe compelli
per litteras apoſtolicas ad commiſſiones
cauſarum recipiendas. incipit Qui poſtpo
ſita. habetur infra. ſimilis ſub Innocentio
iiij. anno primo que icipit Quieti vr̄e ideo
quere ibi ſimiliter per maremagnum.
¶ Eodem anno. viij. idus Junij ſtatuit fra
tres minores eſſe contentos officio diuino
correcto ab ipſo. Conceſſitq cum intereſ-
ſent officio cum alijs: illud ſibi ſufficere. et
ad dicendum ꝓpriū minime teneri incipit.
Pro veſtro collegio. Ori. habetur pariſius
Quere infra ſecundo tractatu. fo. lvj.
¶ Eodem anno. vi. nonas Julij declarauit
et poſuit caſus in quibus licitum eſt ingre
di monaſteria monialium ſancte Clare. in
cipit. Ueſtris pijs. vide infra ſecundo tra-
ctatu. Fo. xxxiiij.

Celeſtinus. iiij. ad
culmen apoſtolicum aſſumptus
eſt anno dñi. M. ccxli. antea dñs
gaufrid9 vocabatur: eratq car-
dinalis ꝛ ep̄s ſabinēſis mediolanēſis natio
ne q. ſedit. xviij. dieb9 tm̄ qr ſenex ꝛ īfirm9
erat. Uacauit aū poſt ei9 obitū ſedes ap̄li-
ca ꝓpter diſcordias. xxij. mēſib9 ꝛ x iiij. die-
bus Et ſicut par ꝑfuit: nichil ꝯceſſit noſtro
ordini licet eum nimis pre corde habebat

INnocēti9. iiij. ſū-
mū pōtificatū āno dñi M. ccxliij
adeptus eſt: ſeditq annis. xi.
mēſibus. iij. Uocabat. antea ſymbald9 car
dinalis natione ianuenſis de comitibus
anagnie. Qui pre nimia deuotione quam
ad ordinem noſtrum gerebat eidem plura
priuilegia conceſſit. vt apparet ex ſeq̄ntib9
¶ Anno primo ſui pontificatus. xi. kalen-
das Maij conceſſit fratres predicatores
ordini noſtro obligatos voto vel iuramen
to pretextu alicuius conceſſionis eis facte
vel fiende expreſſam mentionem de hoc ꝓ
uilegio non facientis non poſſe recipere. in
cipit. Quo vos in chriſto. Et qr eadez ſub
Alexandro quarto per eadem verba et au
ctoritate. ponitur hic. omittitur: ideo ibi q̄-
re. ſui pontficatus anno primo.
¶ Eodem anno. xv. kalendas Julij idē do
minus Innocentius quart9 prohibuit ſub
excommunicationis pena aliquez ante an
num probationis elapſum ad profeſſionē
recipi vel quominus ad aliam tranſeat re
ligionem impediri. Profeſſionem autem
ſecus factam: irritam eſſe mandat et nul-
lam. incipit. Non ſolum in fauorem. hec
habet ſub plumbo in conuentu rotho. ꝛ ali
bi in diuerſis locis. habetur infra ſecun-
do tractatu. fo. xix
¶ Eodem anno. xviii. kalendas Januarij
conceſſit prelatos noſtri ordinis tam pro-
feſſos q̄ nouiter venientes ab omni vincu-
lo excommunicationis abſoluere poſſe: et
cum eorum irregularitatibus ſatiſfactio-
ne prebabita diſpenſare. incipit. In iure ca
nonico. non ponitur quia plenius per ma-
remagnum. Gregorium. ix. habetur.
¶ Eodem anno. xii. kalendas Julij conceſ
ſit fratribus extra loca ſeu conuentus ſu-
os exeuntibus in officio diuino ſe alijs cō-
formare poſſe. incipit Pio veſtro collegio
Autentica habetur in conuentu Rothoma
geñ. non ponitur quia ſupra ſub gregorio
ix. anno decimo quinto ſui pontificatus
ponitur licet modo non ſit in vigore vbi
fratres ſufficientia habent breuiaria et
cum additamentis multis auctoritate apo
ſtolica et capitulorum generalium factis.
¶ Eodem anno kalendas Julij conceſſit q
fratres non teneantur recipere executio-
nē cauſarum ſeu ſententiarum ab aliquo
niſi in litteris apoſtolicis fiat ſpecialis mē
tio de iſtis. incipit Quieti veſtre. Origina-
le eſt Trecis. et Brugis et alibi. Quere ſe-
cundo tractatu. fo. lviij.
¶ Eodem anno. vij. idus Octobris conceſ-
ſit fratres tempore interdicti iuris ſolem-
nitate ſeruata poſſe diuina celebrare. inci-
pit. Deuotionis veſtre. non ponitur quia
plenius habetur p maremagnū.
¶ Eodem anno. iij: kalendas Nouembris
conceſſit generali et prouincialibus mini-
ſtris auctoritatem abſoluendi ab excom-
municatione diſpenſandi in irregularita-
tibus cū ſuis fratribus de conſilio fratruz
diſcretorum litteratorum et timentium de
um niſi adeo grauis ꝛc. incipit. Licet ad
hoc fratrum. hec etiam per mare magnuz
plenius habetur ideo non ponitur.

¶Eodem anno primo. xij. kalēdas decem-
bris conceſſit libere poſſe fratres commora-
ri in terris excōmunicatoꝝ et ab eis tūc et
qñ per ipſas illos tranſire cōtigerit neceſſa-
ria poſcere ac accipere. incipit. Uobis extre-
mam. Origi. eſt trecis. Uide infra. ſecundo
tractatu, Fo. lviij.

¶Ipſo anno. xij. klendas decembris con-
ceſſit fres non poſſe conueniri per litteras
aplicas nō faciētes mētionē de hoc īdulto ⁊
ſuo ordine. incipit. Cum iam per eius gra-
tiam. Habetur in ſecundo tractatu. Fo. ix.
Hec etiam plenius hētur ꝑ mare magnum

¶Eodem anno. iij. kalendas decembris
mandauit archiepis et epis vt a fratribus
requiſiti quēq̄ habitum eorundem deferē-
tem vel conſimilem ad eum deponendum
compellant. incipit. Quia confuſio habitus
habes infra non ſolum per mare magnum
ſet etiam ſecundo tractatu. Fo. ix.

¶Anno ſecundo ſui pontificatus. iiij. noñ.
octobris conceſſit dictis fratribus profici-
ſcentibus in terras infideliū auctoritatem
audiendi in confeſſionibus et abſoluendi
ab excommunicatione chriſtianos ibidem
exiſtentes. incipit Animarum ſalutem. Ori-
ginalis habetur pariſius. Uide infra ſecū-
do tractatu. Fo. lvi.

¶Anno. iij. ſui pontificatus idibus ianua-
rij cōceſſit miniſtrum generalem in toto or-
dine et prouinciales in ſuis prouincijs poſ-
ſe fratres ſuos deputatos a ſede apoſtoli-
ca ad predicandum crucem vel inquirendū
vel alia huiuſmodi negocia remouere: re-
uocare trāſferre ſeu alios eiſdem ſubſtitue-
re. aut ꝙ ſuperſedeant iniungere. incip t.
Odore ſuaui. Origi. eſt trecis ſub anno. iiij
quā habes nō ſolū per mare magnū ſꝫ etiā
infra ſecundo tra. Fo. lvi

¶Eodem anno idibꝰ ianuarij conceſſit fra-
tres eūtes ad loca iterdicto ſuppoſita poſ-
ſe: celebrare ianuis clauſis ⁊ cetera: niſi eis
fuerit ſpecialiter interdictum. Incipit. Eis
qui ſanandis. Originalis eſt trecis quā ha-
bes non ſolum per mare magnum ſed etiā
infra ſcdo tra. Fo. xiij

¶Eodem anno. xvi. kl's auguſti conceſſit
fratres non teneri morari in monaſterijs
monialium ſancti damiani incluſarum ne-
q̄ ad hoc poſſe per litteras apoſtolicas im-
petratas vel impetrandas arctari Incipit
paci et tranquillitati Non ponitur: qꝛ per
alias ⁊ per mare magnum etiam pro omni-
bus monialibus quorumcunq̄ ordinū am-
plius habetur.

¶Eodem anno decimo ſeptimo kalendas
auguſti: ſcripſit archiepiſcopis ⁊ epiſcopis
ceteriſq̄ prelatis eccleſie ne moleſtarēt fra-
tres exprimens certa grauamina a quibuſ
mandat vt abſtineant allegando ſummos
pontifices qui ordinem confirmauerunt et
ipſum denuo cum ipſis confirmando Inci-
pit Nimis iniqua. Que etiam infra ponit
ſub alexandro. iiij.

¶Ipſo enim anno et die ⁊ etiam. v. kl's ſe-
ptembris commiſit ſeu dedit certam execu-
toriā ſuper hoc quod ſupra immediate di-
ctum eſt: incipit. Nimis iniqua committēs
diuerſis epiſcopis ⁊ archiepiſcopis per di-
uerſas litteras apoſtolicas: ⁊ ſignanter ar-
chiepiſcopis Senoneñ ⁊ Xāctoneñ ac epo
pariſieñ vt hec exequantur. Originalis eſt
trecis: ⁊ nouicaſtri / Ebroicenſi / Ambianis /
Duaci / metis et alibi. Quere infra ſecūdo
tractatu Fo. lviij

¶Eodem anno. xiiij. kalendas ſeptembris
dedit auctoritatē gñali et prouincialibus
miniſtris conſtituendi per ſe vel per alias
perſonas que res conceſſas ordini et con-
cedendas auctoritate apoſtolicā petere vē-
dere et cetera huiuſmodi facere valeant.
necnon ſic cōſtitutos remouere alioſq̄ ſub-
rogare quotiens ſibi viſum fuerit oppor-
tunum. incipit. Quanto ſtudioſius A uten.
in conuentu pariſieñ ⁊ alibi. Quere īfra ſe-
cundo tractatu. fo. l i.

¶Eodem anno. xiij. kalendas octobr mā-
dauit achiepiſcopis et epiſcopis ⁊ alijs ꝑ-
latis vt benigne et charitatiue recipiant
fratres eiſq̄ neceſſaria miniſtrent populū
q̄ eis conuocent et ꝙ poſſint confeſſiones
eorum audire q̄q̄ illos fratres qui ad que-
ſtus pecuniaꝝ ſe cōuertent tanq̄ falſarios
capiant et condempnent. Incipit. Quonia-
am habundauit ini. Originale eſt Tre-
cis. Quere infra ſecūdo tractatu. fo. lviij.

¶Ipſo anno tertio conceſſit apoſtatas et
inſolentes noſtri ordinis poſſe ligare ex-
communicare et incarcerare. Incipit. Pro-
uiſiones noſtre. Habes infra tract. ij. fo. vj.

¶Eodem anno. viij. kalendas Octobris
conceſſit nullum prelatum quemq̄ fratrē
ſibi in ſocium aſſumere poſſe abſq̄ apoſto-
lice ſedis licentia ſpeciali. Incipit. Uobis
per apoſtolice ſedis. Non ponitur qꝛ nunc
per mare magnum plenius habetur.

¶Eodem anno. iij. kalendas Nouembris
conceſſit fratres in oratorijs ſuis cum alta-
ri portatili iure parrochiali eccleſiarū pre-
latis reſeruato poſſe diuina celebrare. In-
cipit. Nos attendentes Non ponitur quia
amplius per mare magnum habetur.

¶Anno.iiij ſui pontificatus.viij.kalēdas
Maij concessit archiepiſcopos ⁊ epiſcopos
a fratribus requiſitos teneri apoſtatas no
ſtri ordinis denunciare et facere publica=
re eos eſſe excōicatos Incipit Fratrū mi=
norum habetur infra trac.ij. fo.vi.
¶Eodem anno.vi.kl's.Junij prohibuit vl
lum fratrem ante annum probatiōis reci=
pi ad profeſſionem ⁊c. Incipit Cum ſcōm
conſilium.Et quia ſub honorio.iij.per ea=
dem verba fuit poſita hic non ponitur. iō
ibi quere.v.anno ſui pontificatus.
¶Eodem anno pridie kalendas Junij ꝓ=
hibuit fratres ordinis ciſtercienſium fra=
tres noſtri ordinis recipere poſſe:et ad re=
ceptos reſtituendos a dioceſanis per cen=
ſurā eccl'iaſticā ꝯpelli debere mādauit.In
cipit.Cū olim fe.re.Originale eſt pariſius
habetur infra pͥmo tractatu. fo.xij.
¶Eodē anno.vi.id' ſeptēbris ꝯceſſit ffes
ab ordine eiectos vel ꝓprio motu egreſſos
nō poſſe audire cōfeſſiones ꝑdicare ⁊ doce
re niſi ſedis apl'ice auctoritate ad aliū or
dinem tranſiſſent Incipit Juſtis petētiū
Quere infra tract ij. fo.vj.
¶Eodem anno.xviij. kalendas ſeptēbris
inſurgentibus aliq̄b' dubijs inter fratres
exiſtens Lugduni declarauit regulam fra
trum minorum.Que declaratio in quātū
ſibi contradicitur declaratione Nicolai.iij
ē reuocata In alijs ꝓo articul'.ſi q̄ ſūt tenet
Incipit.Ordinem veſtrum habetur infra.
iiij.tract. fo.iij.
¶Eodem anno.xvij.kalendas Septem=
bris conceſſit miniſtro generali vt poſſit
vniuerſos fratres ſuos qui in aliorum mo
rātur obſequijs libere viſitare corrigere
amouere ac alios eis ſubſtituere. Incipit
Cum ſicut a te accepimus. Quere infra pͥ=
mo tractatu. fo.xxix.
¶Eodem anno.xvij. kal's ſeptembris ꝓ=
hibuit fratres eiectos ab ordine vel egreſ
ſos poſſe tranſire ad ordines beati Augu=
ſtini templariorum et aliorum religioſo=
rum arma portantium bene tamen ad ali=
os ordines approbatos cum litteris te=
ſtimonialibus ſuorum miniſtrorum.Inci=
pit Paci et tranquillitati. Originale eſt in
conuentu Burgenſi et alibi. Uide infra pͥ=
mo tractatu. fo.xxviij
¶Eodem anno conceſſit formam et mo=
dum habendum circa curam monialium
ſancte Clare ſibi ſubditarum Incipit.Licꝫ
olim et quia Bonifacius octauus ſua bul=
la inſeruit eam confirmando ideo. Quere
ibi pontificatus ſui anno ſecundo

¶Anno quinto nonis Junij commiſit cu=
ram monaſteriorum ſancte Clare in regno
francie generali miniſtro et prouincialib'
miniſtris cum poteſtate viſitandi/corrigē
di/reformandi ⁊c. Incipit. Paci et ſaluti.
Ori.eſt Trecis Quere infra fo.lviij.
¶Eodem āno dedit nouam regulam ſo
roribus ſancte Clare qua poſſent habere
redditus ſubdēs eas regimini et cure fra=
trum minorum.Et incipit.Cum omnis ve
ra religio.Originale eſt apud reuerendiſſi
mum patrem generalem miniſtrum.Que=
re infra ſecundo tractatu. fo.xxxi.
¶Eodē āno nonis Auguſti ꝯmiſit gene=
rali ⁊ prouincialibus curam fratrum ter=
cij ordinis in ytalia et in regno cicilie In=
cipit Uotum deuotorum Quere infra ſecū
do tractatu. fo.xxxvi.
¶Anno ſeptimo ſui pontificatus.v.kalē=
das Martij conceſſit in eccleſijs fratrum
minorum quibuſcunq; volentibus ſepeliri
liberam eſſe ſepulturam ſalua iuſticia ec=
cleſiarum a quibus corpora aſſumuntur
incipit.Cum a nobis petitur non ponitur
examplius per maremagnum habetur.
¶Eodem anno nonis Aprilis conceſſit
loca fratrum vbi conuentus exiſtunt eccle
ſie; conuentuales vocari: et in ipſis liber
ram eſſe ſepulturam. Incipit. Cum tanq;
veri ⁊ fideles.Quere infra primo tractatu
fo.xlv.
¶Anno decimo ſui pontificatus.xv.kalē=
das Octobris conceſſit fratres non ligari
conſtitutione illa ſ.quis poſſit conueniri ī
loco aliquo ratione contractus vel delicti.
incipit Cum olim duximus non ponitur
qꝛ plenꝰ habet̄ ꝑ maremagnū et alis.
¶Undecimo anno.xij. kalendas Augu=
ſti conceſſit de hiſque pro cultu diuino aut
pro victu ⁊ veſtitu vel ſimilibus offerunt̄
nulli canonicam teneri fratres ſoluere por
tionem. Incipit. Pacem veſtram Sub pliū
bo hꝫ in conuentu Rothoms. ⁊ alibi. Non
ponitur qꝛ per maremagnum habetur
¶Eodem anno.xij.kl'.Augu. ſtatuit Qꝫ
fratres non poſſint cogi ad collectionem
pecuniarum in ſuis predicationibus q̄uis
lr̄as habeāt apl'icas niſi fieret de hoc exp̄ſ
ſa mentio incipit Ueſtra ſemper in amore
virtutum.Originalis eſt in conuentu pari
ſienſi.Quere infra fo.lviij.
¶Eodē anno.ſ.xvi.kal'.octobrꝫ miſit lr̄as
ep̄is palētinēſi ⁊ calagoritanēſi eis mādās
vt ffes regni caſtelle a q̄buſcūq; moleſtari
ꝯtra eoꝝ ꝓuilegia nō ꝑmittāt Incipit In=
undās malicia nō ponitur qꝛ ꝑticularis ē.

¶Eodē āno. v. kl̃. decēbꝛꝫ ꝯceſſit p̄latꝫ ſuo volētes aggregari collegio alicuiꝰ cēſure ligatos ꝑuia ſatiſfactione beneficiū abſolutionis poſſe impētiri ipſoſqꝫ in fr̃es recipere etiā ſi poſt receptū hītū ſe ligatos recoluerit. Incipit Celeſtis amoꝛ et origi. eſt Treciſ ⁊ brugꝫ Quere infra .ij. trac. Fo. lvj.

¶Idē innocētiꝰ excōicauerat religioſos recipiētes ſeculares in diebus feſtiuis temere ad diña ī ſuis eccl̃is vel oratoriis et alia multa valde preiudicialia religioſis p̄cepe rat ſub eadē cēſura: q̄ q̄dē oīa reuocata fuerunt ab alexandro. iiij. ideo q̄re pontificatꝰ ipſius alexandri anno primo.

# Alexāder. iiii. ad

ſūmū pōtificij gradū anno dñi M. cclv. ſublimatus eſt. Qui antea dñs raynaldꝰ appellatꝰ cardinalis ⁊ ꝓtectoꝛ ordis erat cuꝫ cu frater iohānes de parma gñalis miniſter cū aliq̄bus fr̄ibus aliquē cardinalē ꝓtectorē iuxta regulā poſtularet ipſe ſūmus pontifex eis benigne rñdit ꝙ quādiu ipſe viueret volebat eē ordis imediatꝰ protectoꝛ: ſedit autē ānis. vj. in pōtificatu. Qui quātam btō frāciſco ⁊ eiꝰ ordini dilectionē habuerit nōminꝰ vulgata fama ꝙ īfra ſcripta priuilegia ab ipſo ordini nr̃o conceſſa propalāt.

¶Anno igit̃ primo ſui pōtificatus. xj. kl̃as Januarij reuocauit l̃ras īnocētij. iiij. prohibētes fr̃es recipere ſeculares diebus feſtiuis temere ad diuina ⁊ alia ꝑiudicialia religioſis ꝯcedētes. Incipit Nec inſolitū eſt nec nouū. Autē. in cōuē. roth. ⁊ Origi. hr̃ ī conuentu pariſieñ. Require infra. ij. tractatu. Folio. lviij.

¶Eodē āno allegādo pulchꝛe ſingl̃aria de ordine et eiꝰ amore ⁊ affectu ⁊ qual̃r antea fuerat ipſius ordis ꝓtectoꝛ dedit executoriā ad iudices ſup eādē reuocatoriā incipit Quedā ab apl̃ica ſede. Uide infra iſto tracta. Fo. xxv.

¶Ipſo āno. vj. idus aprilis poſt cōmēdationē montis aluerne rogat in virtute obſe mādās fr̄ibꝰ ordis minoꝝ ꝙ in ꝑdicto loco mōtis aluerne: quē nullo mō vult deſtrui vl̃ ab ordīe dereliqui aliſquoſ frēs ſtatuāt qui iugē ibi dño preſtent famulatū. Incipit. Si noue militie. Quere infra iſto trac. fo. xiij.

¶Eodē āno. v. idus aprilis ſcripſit vniuerſis p̄latis rogans ⁊ mādans illis / quatenꝰ fratres in ſuis ciuitatibus aut ad preſentiam ſuā euntes affabiliter ⁊ benigne recipiant: permittendo eos libere vti ſuis obſeruātijs regularibus ꝑ ſedē apl̃icam ap ꝓbatis: ac etiam litteris et indulgētijs quas a ſede apl̃ica habent: eiſqꝫ liberaliter cōcedant que ſūt neceſſaria pro animarum ſalute. incipit. Patris eterni. Quere infra iſto. tractatu. Fo. xiij.

¶Eodē āno pridie kal̃. maij confirmauit oīa priuilegia ordi. fr̃m minoꝝ ſignanter a gregorio. ix. et innocētio. iiij. cōceſſa. incipit Quia ordinē vr̃m. q̄re infra iſto tra. fo. xxvi

¶Eodē āno kal̃. iunij ꝓhibuit fr̄ibꝰ ꝑdicatoribꝰ poſſe obligatos ordini miorū recipere. incipit. Quo vos in chꝛiſto. Quere infra iſto tractatu. Fo.

¶Eodem anno. xij. kalendas iulij conceſſit familiares fratrum eorumqꝫ procuratores officia diuina poſſe audire tempore interdicti. incipit. Ut in veſtris domibꝰ. Quere infra. ij. tractatu. Fo. xiij.

¶Eodem anno idibus iulij conceſſit auctoritatem miniſtris et alijs fratribus capiendi et incarcerandi et alias rigori diſciplinē ſubijciendi apoſtatas ſui ordinis etiam per alios ſi neceſſe fuerit in quocunqꝫ habitu eos contigerit inueniri. incipit. Deuotionis veſtre. Non ponitur quia per mare magnum et ordinis conſtitutiones plenius habetur ⁊c̃.

¶Eodem anno primo. vij. kalendas auguſti prohibuit quemcūqꝫ prelatum ad ſecum manendum vel pro ſuis negocijs promouendis aliquem ex fratribus ſine ſui miniſtri licentia poſſe aſſumere. Et cum licentia aſſumpti nichilominus diſcipline et correctioni prelatorum ſicut et ceteri fratres debeant ſubiacere. incipit. Uobis per apoſtolice Nō ponitur quia plenius ꝑ mare magnum habetur.

¶Eodem anno quinto klendas auguſti conceſſit omnibus vere penitentibus et cōfeſſis qui eccleſiam ſancti franciſci ciuitatatis Salmanticenſis in feſtiuitatibus beati franciſci et anthonij et vſqꝫ ad octo dies viſitauerint deuote. xl. dies de indulgentia. Incipit. Cum ad promerenda. Multe ſimiles et ampliores reperiuntur in multis alijs conuentibus ſed non ponuntur ibi quia particulares ſunt.

¶Eodem anno quītodecimo kalendas ſeptembris conceſſit ꝙ non tenemur ad recipiendum curam monialium de quibus in bulla ſcilicet ſancte Clare pretextu quarūcunqꝫ litterarum etiam apoſtolicarum. incipit. Petitio veſtra. habetur infra iſto tractatu. Fo. xiij.

# Iuxta ordinē ſūmoꝝ pōtificū

¶ Eodem ãno. vij. idus octob. conceſſit mi=niſtris ⁊ cuſtodibus vt ſinguli in ſuis admi=niſtrationibꝰ poſſint abſoluere ⁊ diſpenſa=re cum ffibus ſiue ante ſiue poſt ordinis in=greſſū deliquerint incipit licet ad hoc non ponit. q2 ãpliora ſuꝑ hijs nūc ꝑ mare ma=gnū habentur.

¶ Ipſo ãno. iiij. idus octo. inhibuit fratres ab ordine expulſos vel proprio motu egreſ=ſos predicare cōfeſſiones audire aut doce=re: niſi de licētia ſedis aplice vel miniſtroꝝ ad aliū trāſiſſēt ordinē ⁊ ɔtrafaciētes poſſit a miniſtris excōicari incipit. Cōuenit vt ſa=cer: habetur non ſolum per mare magnum ſed etiã infra iſto. j. tra. Fo. xx.

¶ Eodē anno. xvij. kal. nouēbris conceſſit nullū ꝑlatū inferiorē aliquem ffem ad defe=rendum litteras vel ad denūciandum ſen=tentias contra principes cōitates vel quoſ=cūq; benefactores ſuos cogere poſſe ſine li=cētia ſedis apoſtolice/ de hac indulgētia et ordie mētionē faciēte icipit Cōuenit vt ſocer nō ponitur q2 nunc per mare magnū pleni=us habetur.

¶ Eodē anno. xij. kal. nouēbris cōceſſit fra=tres trāſferētes ſe de vno loco ad aliū poſ=ſe ſecū ducere edificioꝝ materiã locorū que dimittūt/ libros/ calices/ et paramēta et ce=tera hmōi: exceptis eccleſijs incipit. Ex par=te veſtra. habetur etiã per mare magnum Quere infra iſto trac. Fo. xiiij.

¶ Eodē ãno. iiij. kal. nouēbris ſcripſit vni=uerſis ꝑlatis egregie laudãdo extollēdo et magnificando glorioſū patrem noſtrum be=atū franciſcum et ſua ſtigmata de eis fidē exhibēs illis: ꝑcipiēſq; denūciēt pplis ma=gnalia q̄ deꝰ circa ipm ſctm fecit incipit. Be=nigna opa. Ori. eſt pariſiꝰ metis ⁊ brug q̄re infra. ij. trac. Fo. xxix.

Eodem anno. ſexto kalendas octobris mul=tum ſolenniter canoniſauit ſanctam Clarã dans indulgētias vnius anni ⁊ . xl. dierum viſitãtibꝰ eccleſiã ſuã i feſto ipiꝰ ⁊ ꝑ oct. eiꝰ incipit. Clara claris ꝑclara meritꝫ Origia=lis bulla hr in cōuētu ꝑiſieñ. Quere infra. ij tractatu. Fo. liiij.

¶ Eoꝺ ãno kl. decēb. ɔceſſit vt cū ffes ad lo=ca iterdicto ſuppoſita ɔtigerit ire ibi poſſit celebrare iuris ſolēnitate ſuata. Sꝫ hodie ē ius cōe ⁊ pla circa hec ꝑ mare magnū hn̄t incipit. Eis q̄ ſanãdis q̄re ifra ꝑmo tra. f. xx

¶ Eoꝺ ãno ɔceſſit miſtrꝫ ⁊ eoꝝ vicarijs ipo=rū ſinglos ffes de qbꝰ auctoritate ſedꝫ apli=ce ſeu legaoꝝ eiꝰ archiepis ⁊ epis ē ꝓuiſū viſitare corrigere ac ad eiudem ordinem reuocare poſſe/ virtuteq; quarumcumq; lit=terarum obtētarum vl obtinēdaꝝ de pñti=bꝰ mētionē nō faciētiū ñ teneri ꝑlatos ordi=nis deputare aliqs ffes i ſocios dictꝫ archi=epis ⁊ epis incipit. Sacre religionis nō po=nit q2 nūc ãplius per mare magnū habet.

¶ Eodē ãno ſui pōtificatꝰ nonis decēbrꝫ ɔceſ=ſit ffes ad dignitates electos bona ſuo vſui donata ordini reſignare debere Incipit Ex ꝑte vſa habes ifra iſto tract. Fo. xiiij.

¶ Anno ſcdo ſui pōtificatꝰ kalēdis Iunij ɔceſſit ffes i miſſis ſollēpnibꝰ de ſpū ſãcto et beata ꝟgine poſſe cãtare hymnū angeli=cū ⁊ ꝓſas nō obſtãte ſtatuto i ɔtrariū facto ꝑſertim metis i caplo gñali ffm minorum Incipit Preſſi graui. Ori. hētur ꝑiſiꝰ ⁊ am=bianis ⁊ rothomagi req̄re ifra. j tra. fo. xiij

¶ Eodē anno xij. kal. Auguſti ɔceſſit gñali ⁊ ꝓuicialibꝰ miſtris eodē mō ⁊ eadē aucto=ritate qbus pñt ipſi abſoluere et diſpēſare poſſe a ſuis ɔfeſſoribꝰ abſolui. Incipit Or=dinis vre nō ponit q2 nūc ãpliꝰ hētur ꝑ ma=re magnū etiã ꝓ vices gerētibus eorundē et pro cuſtodibus.

¶ Eodē ãno. v. kl. Iulij mãdat epo ꝑiſieñ. q ꝑturbatores ffꝫ ⁊ alioꝝ religioſoꝝ i ſtu=dio ꝑiſieñ puniant et ꝑuet bñficijs ⁊c. Inci=pit Licet olim. Ori. ē pariſius Quere ifra. ij. tractatu. Fo. lx.

¶ Eodē ãno. v. kl. Iulij ſcripſit multū affe=ctuoſe regi frãcie ꝓ ffibꝰ miorībꝰ ⁊ ꝑdicato=ribꝰ ɔtra Guillermū de ſctō amore ⁊ alios ꝑ=turbatores dictoꝝ ordinū Incipit Vere fi=dei. Ori. ē ꝑiſius quere infra. Fo. lx.

¶ Eodē ãno. iij. nonis octobrꝫ ɔdēpnauit li=brū magiſtri guillermi de ſancto amore fa=ctū cōtra ꝑdicatores ⁊ miores Incipit Ro=manꝰ pōtifex Ori. ē ꝑiſiꝰ q̄re ifra. ij. tra. fo. lxi

¶ Eodē ãno ɔmiſit iudicibꝰ vt exequantur ⁊ publicēt reprobatiōeꝫ libelli magiſtri guil=lermi de ſctō amore. Incipit Quidã ſcriptu=re ſacre. Ori. ē ꝑiſiꝰ q̄re ifra. ij. tracta. fo. lxij

¶ Eodē ãno. xvi. kl. Nouēbris regratiat regi frãcie de amore ipēſo ffibꝰ miorībus ⁊ ꝑdicatoribꝰ ipos affectuoſe recōmēdans ⁊c. Incipit veri ſolis radius. Ori. eſt ꝑiſius quere infra. ij. tractatu. fo. lxij.

Feria quinta ad ſanctum Laurentium.
Feria ſexta ad ſanctos .xij. apoſtolos
Sabbato ad ſanctum Petrum.
Feria quarta quatuor tẽporum mẽſis ſeptẽbris ad ſanctam mariam maiorem.
Feria ſexta ad ſanctos duodeci apoſtolos
Sabbato ad ſanctum Petrum.

¶ Expliciũt ſtationes vrbis rome.

¶ Sequit̃ ſũma indulgẽtiarũ vrbis rome fratribus ⁊ ſororib⁹ ⁊ ceteris ſupra expreſſis modo predicto conceſſarum.

¶ Notandum aũt ꝙ ſcdm aliquos rome eſt quotidie adminus in tribus locis ad q̃ mulieres non intrãt remiſſio plenaria oim̃ peccatorũ. Et in octo locis adminus remiſſio tercie partis. Et in vno loco remiſſio quarte ⁊ ſeptime i alio. Et in diuerſis eccleſijs ⁊ locis ipſi⁹ vrbis: alie quaſi innumerabiles. Et ſecundũ aliquos ſũt in ſũma quadraginta milia annorum ⁊ mille quadringẽte quadragene indulgẽtiarũ. Item ſũt alie multe ⁊ magne indulgentie in diuerſis locis ⁊ eccleſijs omni die. Et in dedicationib⁹ altarium ⁊ eccleſiarũ ⁊ diuerſis temporibus ⁊ feſtiuitatibus ſanctorum augentur indulgẽcie. Et duplicantur omnes in quadrageſima. Et has oẽs indulgentias vt ꝑmittit̃ poſſunt quotidie lucrari fratres et ſorores ⁊ alij ſuperius expreſſi viſitãdo eccleſias in quibus morantur ⁊ dicendo quinquies pater noſter ⁊ totidem Aue maria. vt̃. Uel viſitando ſeptem loca deputata ſpecialiter in memoriam ſeptem principalium eccleſiaꝝ vrbis rome ⁊ dicẽdo ſeptem pſalmos ⁊ Letanias qui voluerint vt prius ordinatum ⁊ conceſſum fuerat. Et layci certũ numerum Pater noſter a ſuperiorib⁹ eiſdem ordinãdum. Qui quidẽ modus adhuc ſeruatur a multis laudabiliter ne tanta gratia facilitate paruipendatur.

¶ Secundo quo ad grãs ſpũales etiam viue vocis oraculo (ſaltẽ vt in plurib⁹) conceſſas. cõſequẽter hic annotant̃ quedã gratie cõceſſe diuerſis tẽporib⁹ ꝑ diuerſos ſummos pontifices ꝑdictis fratrib⁹ de familia ſiue obſeruantia / ⁊ ad dictos ffes minores reformatos cõuentuales etiam de obſeruãcia antiquori ⁊ obediẽtia regulari ⁊ ſorores ac vtriuſq; ſex⁹ tercij ordinis ꝑſonas i quibus ſũt capaces vt̃. extenſas. ꝓut prefat⁹ venerãd⁹ pater frat. Petr⁹ pelleti ⁊ plures alij pr̃es eaſdẽ de partibus ytalicis ⁊ vrbe rome retulerũt ⁊ ab ipis pr̃ibus de familia acceperũt. ⁊ ꝓut etiã poſtea cõformit̃ ꝓ maiori vel magna ꝑte etiã ad litterã ab ipis de familia impreſſe ſũt ⁊ publicate i libro qui dicitur monumenta ordinis.

¶ In primis eugeni⁹ papa quartus Anno domini 1434. Ad ſupplicationẽ fratris Jacobi de marchia ⁊ ffis Jacobi de auſino ob multa ſcãdala euitãda ⁊ ob pacẽ cõſciẽtiaꝝ cõceſſit ffibus minorib⁹ de obſeruãtia quatin⁹ qñ ſũt aliqui excõicati nec notatim a iudice denunciati nec euitant̃ a clero vel a ꝑplo quoq; fratres non teneantur eos euitare niſi prout in communi euitantur. Idemq; intelligi voluit de interdicti obſeruatiõe ⁊ cuiuſuis alterius cenſure eccleſiaſtice.

¶ Itẽ ad ſupplicationẽ fratris Jacobi de marchia ⁊ ffis iacobi de douzellis de bononia ꝯceſſit idẽ Eugeni⁹ ffib⁹ oib⁹ pñtib⁹ et futuris ⁊ etiã nouicijs i religiõe ꝑſeuerare volẽtib⁹ quatin⁹ poſſit ſibi eligere ydoneũ confeſſorẽ qui auctoritate aplica abſoluat eos in articulo mortis ab omibus peccatis ⁊ cenſuris eccleſiaſticis etiã ſedi apoſtolice reſeruatis ſiue ex ſymonia ſiue ex quacunq; alia cauſa prouenientibus. et plenariam omnium peccatorum indulgentiam largiatur. Quam indulgentiam prefati fratres etiam tunc conſequantur ſi predictum confeſſorem eligere non potuerint ſeu obliti fuerint dummodo in ſtatu gratie mori=

antur: ꝗbuſcunqꝫ contrarijs non obſtantibꝰ
etiã ſi de eis oporteret de verbo ad verbũ
ſpecialẽ fieri mentionem.

¶ Item cõceſſit oibus cõfeſſoribꝰ nr̄is ꝙ
qñ non poſſunt ſe pñtare epiſcopis qꝛ ſunt
in itinere vel alibi ſic ꝙ tũc non poſſunt pe-
tere caſus epales eo caſu poſſunt plenarie
vti auctoritate epiſcopali euitando omnez
materiam ſcandali. et hoc de ſecretis.

¶ Item conceſſit ſiue delarauit ꝙ qñ fra-
tres fuerint preſentati epiſcopis et eorum
caſꝰ obtinuerint licet alibi poſtea ad habi
tandũ ſe transferant ad tempus et poſtea
reuertantur ad eaſdez dyoceſes non ſit ne
ceſſe iterato ſe preſẽtare eiſdem epiſcopis
et caſus de nouo petere vel obtinere.

¶ Item declarauit ꝙ quando quis tem-
pore paſchali ſe reppererit ĩ aliena dioceſi
ſemꝑ ibi itelligit̄ adeptus icolatũ vt ibi cõ
fiteri et communicare valeat ꝗtumcunqꝫ
illic modico tempore ſteterit

¶ Item declarauit ꝙ omnes fideles qui
confitentur ⁊ cõmunicãt per octo dies ante
reſurrectionem dñi et per octo poſt. j. infra
oct. mandato eccleſie dicuntur ſatiſfacere.

¶ Itez declarauit ꝙ artifices laborioſas
artes exercentes et ruſtici ſiue ſint diuites
ſiue pauperes non tenẽtur ieiunare ſub ꝓ-
cepto peccati mortalis ⁊ ꝙ abſolui poſſint
et induci ad elemoſinas ⁊ alia bona opa.

¶ Itez declarauit ꝙ nolebat ꝙ ſeculares
laborãtes in feſtis ſancte crucis Sãcti mi
chaelis in ſeptembri Sanctorum innocen-
tum ⁊ ſancti Silueſtri peccarẽt mortaliter
niſi venirent in dominica.

¶ Item diſpenſat cum barbitonſoribus
et alijs artificibus laborantibus in ſabba-
to et vigilijs de ſero vbi eſt conſuetudo.

¶ Item declarauit ꝙ quando ſacerdos
parrochialis dat licẽtiam ſubdito ꝙ a quo
cunqꝫ poſſit recipere euchariſtiam eo caſu
poſſit eam recipere a relegioſis.

¶ Item ad ſupplicationem fratris Ni-
colai de auſmo conceſſit fratres de obſer-
uantia poſſe abſolui per confeſſorẽ ab eis
de licentia ſuorum prelatorum electum ſe-
mel tm̄ ab omnibus cenſuris et penis exce
pto falſificationis litterarum apoſtolicarũ
crimie Florẽtie. 13. Januarij ãno dñi. 1434.

¶ Item conceſſit ꝙ fratres noſtri non te-
neãtur facere conſcientiam de decimis in
cõfeſſionibus niſi quando fuerint requiſi-
ti ab ordinarijs: ⁊ tunc ſufficit dicere Faci
to tibi conſcientiam et inducere peccatorẽ
ꝗtum poteſt ad ſoluendum. non tamen
propter hoc retineant abſolutionem.

## ¶ Nicolaus papa tertiꝰ

conceſſit ꝙ oẽs ffes dicti ordinis in omni-
bꝰ predicationibus ſuis extra domum ſu-
am poſſunt dare octoginta dies indulgeñ.
In domibus autem ſuis centum vltra pre
dictas indulgentias. j. centum. 80.

¶ Itẽ Clemens papa quartꝰ ⁊ Johãnes
xxij. totidem conceſſerunt vt patet per bul-
lã Joh. xxij. ĩfraſcriptam que incipit Filia
tioni veſtre ⁊c.

¶ Item Alexander papa quartus dedit
omnibus accedentius ad quecunqꝫ loca or-
dinis ſiue ad audiendum verbum dei ſiue
ad audiẽdum miſſas beate marie virginis
vel beati Franciſci dum cãtantur / centum
dies indulgeñ. vt patet per prefatam bul-
lam Johannis. xxij.

## ¶ Pius papa ſecundus

Anno dñi. 1. 4. 60. mantue apud ſanctam
Mariam de gracijs ad ſupplicationez fra-
tris Angeli de bulſeno conceſſit ꝙ prelati
noſtri circa ſubditos ſuos et loca condeſcẽ
dere poſſunt et compati debilibus et infir-
mis in hijs que non fu[illegible] contraria regule
Et fuerunt expreſſi multi caſus vt de ſotu-
laribus tempore neceſſitatis in itinere de
equitando licet non ſit arta neceſſitas vel
infirmitas. De receptione frumenti pro in
duendis fratribus vbi non eſt alius modꝰ
habendi. De procurandis elemoſinis in
die ſabbati pro carnibus vbi eſt conſuetu
et ſimilibus. Nec propter hoc dicuntur fa-
cere contra regulam. hec vbi ſupra. ¶ No
ta tamen ibi ꝙ iſta nunc congruentiori et
ſecuriori modo ſalua regule puritate fieri
poſſe declarantur per ꝓcuratorẽ dñi pape
nomie ⁊ auctoritate pape per modernas
ordinis conſtitutiones et declaratiões / ta-
lia a ffibus materialiter tm̄modo vel mini
ſterialiter ſine intentione acqſitionis ali-
cuius recipiendo vt tradantur procurato-
ri pape / qui talia cum conſenſu acquiſitio-
nis in ius ⁊ dñium pape efficaciter recipi-
at ⁊ ipiꝰ auctoritae vẽdat ⁊ cõmutet in res
neceſſarias et licitas ffibus iuxta declara
tiões ⁊ ordinatiões diuerſoꝝ ſũmoꝝ põti
ficũ maxime. Martini pape quarti ⁊ quiti
⁊ Nicolai tertij ⁊ quarti quia aliter talia a
ffibus recipere vez cũ tali itentione vẽdẽ-
di vel aliqd ꝓcio illius eſtimatio emẽdi ab
eiſdẽ ffibus eſſet iuriſdictionẽ et ꝓprieta-
tem talis rei habe[illegible] ymo etiã recipere pe-
cuniaz iuxta regule expoſitores ⁊ iuxta ro
ſellam et ſũmam angelicam qđ non fit ſiue

relaxatione vel diſpenſis regule quacunqꝫ
auctoritate fiat iſto modo per fratres.

## ¶ Sixtus papa quartꝰ

Anno dñi.1.4.8.2.die octaua Januarij ad
requiſitionē venerabilis patris fr̄is Ludo
uici de vicentia conceſſit ꝙ prelati nr̄i poſ=
ſint ꝯmutare legata fctā locis nr̄is ab vno
vſu ad aliū vſum neceſſarium ſine ſcanda
lo tamē illorum ad quos taliuꝫ legatorum
pertinet ſolutio. hec vbi ſupra. ¶ Nota tñ
ibidem ꝙ vbi interuenit venditio vel em=
ptio firmata ⁊ perfecta tunc fieri debet per
ꝓcuratorem dñi pape auctoritate ⁊ nomie
pape ⁊ eccleſie Ro. Alias etiaꝫ eſſet ibi ſpe
cies proprietatis ymo ⁊ receptionis pecu=
nie et relaxatio ſeu diſpenſatio regule ſine
cauſa et cōtra declarationes dñi pape Ni=
colai tertij et aliorum. vtſ.

¶ Item conceſſit eadem die prefato pa=
tri ꝙ illi q̄ ſūt in ſeruitio ſororꝝ ſancte Clare
et fratrum habeant indulgentiam plena=
riā in morte et ſemel in vita de reſeruatis

¶ Itē die ſeptima Marcij conceſſit oībus
monialibꝰ ſancte Clare et ſororibus tercij
ordinis cure ffm commiſſis ꝙ poſſint tangere
et lauare ſacros pānos exceptis corporali
bus. Et poſtmodum die ſeptima Januarij
ānno.1.4.8.2. ad ſupplicationē fratris Frā
ciſci de placentia conceſſit idem ꝙ omnes
ſorores ſupradicte ſub clauſura et in con=
gregatione degentes etiam corporalia et
purificatoria tangere poſſint dūmodo pri=
us extiterint lota a fratribus. Qd benigne
et pie conceſſit.

¶ Item die octaua Marcij.1.4.8.2. con=
ceſſit omnibus fratribus nr̄is non poten=
tibus perſoluere diuinuꝫ officium bene et
diligenter in choro vt tenentur propter de
fectuꝫ auditus vel viſus ſi quid pretermit
tant ꝙ non teneantur illud obmiſſū iterum
perſoluere ſed dicāt vnū pſalmū in fine ho=
rarum et ſufficiat eis.

¶ Item eodem die conceſſit ꝙ non potē
tes ieiunare bono modo pro ifirmitate vel
debilitate non teneantur.

¶ Item die quintadecima marcij decla=
rauit ꝙ mulieres ingrediētes monaſteria
ſancte Clare ⁊ ſcti Dominici non tenentur
ire ad curiā pro abſolutione ab excommu=
nicatione ſed eas poſſint abſoluere earum
confeſſores etiā ſi tales mulieres ingrede=
rentur mala intencione.

¶ Item poſtea cōceſſit ꝙ omēs tam viri
ꝙ mulieres intrātes monaſteria ſācte Cla
re ⁊ monialiū ſancti dominici ignoranter ⁊
ſine dolo ab omnibꝰ confeſſoribꝰ nr̄is poſ=
ſint abſolui ⁊ etiā ſi malitioſe ⁊ mala inten
tione intraſſent.

¶ Itē cōceſſit eodem die videlꝫ.xv. mar
cij omnibus fratribus familie ꝙ ſana con=
ſciēcia poſſint i habitare domos quas ha=
bent in ciuitatibus ⁊ caſtellis pro eoruꝫ cō
moditate.

¶ Item ad peticionē reuerendi patris
vicarij generalis pn̄te fratre Ludouico de
vincentia conceſſit ꝙ vicarius generalis ⁊
prouinciales poſſint diſpenſare cum fratri
bus ſibi ſubditis in irregularitate homici=
dij dūmodo nō ſint certi ꝙ ipſi actualiť occi
derint nec ꝓ certo ſciāt ꝙ fuerint tales mā
datores vel auxiliatores homicidij ita ꝙ ſi=
ne illis nō fuiſſet tale homicidiū ꝑpetratū.

¶ Item conceſſit ꝙ fratres poſſint tuta
conſcientia tenere ⁊ recipere paramēta ar=
gentea et aurea ⁊ alia ad diuinū cultū ꝑti=
nētia et habere cāpanas magnas ⁊ diuer=
ſas quādo capitulo ꝓuinciali videbitur ꝙ
ſine ſcādalo fieri poſſit (hec vbi ſupra) hoc
etiā quo ad paramēta et vaſa argētea ⁊ au
rea ⁊c. intelligendū ⁊ accipiendū eſt a fra=
tribus qn̄ veꝫ talia pure a benefactoribus
dātur ⁊ dedicātur ad diuinū cultū ⁊ ſāctorꝝ
ac eccleſie venerationē: ita ꝙ fratres tali=
bus ad talia ſolūmodo maxime ad diuinū
cultū vtantur tanꝙ alienis ſicut faciunt in
alienis eccleſiis ⁊ domibus cognoſcentes
etiā qualiter ſūt in aliena domo vel eccl'ia
cū nulliꝰ rei ius vl' dominiū habeāt nec ha
bere poſſint in hoc mūdo nec in ꝯmuni nec
in particulari attendēdo etiā ꝙ talia nullo
mō alienare vel cōmutare aut vēdere ſeu
vēdi facē ſua auctē pn̄t vt plenius nūc per
nouas ordis cōſtitutiōes ⁊ declaratiōes de
terminat qr aliť talia recipere hr̄e ⁊ talibꝰ vti
eſſet relaxatio r'le ⁊ ſtatꝰ pauptatis ſctē ⁊ de
clarationū ipiꝰ r'le ſine ſufficiēte cā. qd pa=
pa nō itēdit bn̄ iformatꝰ. ¶ Itē cōceſſit
ꝙ in receptiōe habitus cuiuſlibet triū ordi
nū ſancti Frāciſci ſit indulgentia plenaria
recipienti et ſimiliter in die obitus

¶ Item ꝙ ſeruiciales monialium ſācte cla
re portent honeſta indumenta ſecundū di=
ſpoſitionem et conſtitutionem miniſtroruꝫ
aut ſui vicarij.

¶ Item eodem anno.xiij. menſis nouēbris
ad ſupplicationeꝫ fratris Andree theutho
nici commiſſarij in curia romana conceſſit
ꝙ quicunqꝫ catholicus epiſcopus poſſit te=
nere ordies ſacros temporibus ad hoc ab
eccleſia ordinatis in locis fratrū de obſer=
uantia pro fratribus predictis duntaxat.

¶ Item ſuppleuit omnes defectus commiſſos in receptione locorum abſq; dolo ꝓ conuentibꝰ edificandis. Et ꝙ fratres ſecura conſcientia poſſint tenere et multiplicare loca etiam ſi non reperirentur bulle ⁊ ꝙ poſſint abſolui ad cautelam.

¶ Item conceſſit ꝙ prelati familie noſtre poſſint benedicere paramenta altaris et miſſalia indumenta exceptis corporalibus duntaxat.

¶ Item conceſſit ꝙ fratres cauſa viſitandi reliquas ſanctorum vt caput ſancti Johannis baptiſte ad ſanctum Siluestrum Rome qđ eſt monaſterium ſancte Clare et ſanguinem ſancti Franciſci in eccleſia monaſterij ſctē Clare aſſiſij et huiuſmodi de licentia gardiani vł cōfeſſoris illiꝰ loci aut alterius prelati ordinis poſſint duntaxat accedere ad eccleſias monialium et ſancte Clare: et etiam tempore ſtationum et generalium proceſſionū. ¶ Et nota ꝙ iſte paſſus de ingreſſu eccleſiarum et locorum exteriorum vbi fratres obſequentes ſororibus habitant et ſeculares omnes intrant modo plenius declaratus et diffinitus eſt per modernas ord. declarationes et conſtitutiones auctoritate apoſtolica et capituli generaliſſimi roboratas: quibꝰ ſtandū ē ⁊c.

¶ Item conceſſit ad petitionem fratris Jacobi de agello ꝙ fratres huiuſmodi cauſa neceſſitatis poſſint ante et poſt horā ſtatutam ab eccleſia celebrare.

¶ Item conceſſit ꝙ fratres in die ſancti Franciſci et ſtigmatum eiuſdem poſſint dicere prefationem propriā in miſſa. Nūc vero conceſſione et auctoritate apoſtolica ordinatum eſt ꝙ etiā in tranſlatione et infra oct. et in miſſis votiuis ipſius ſancti dicatur. Et ſimiliter Credo in dictis feſtis ipſius ⁊ in die octaue eius. Et etiam in feſto quinq; martyrum ord. noſtri et omniuz ſanctorum ordinis noſtri et ſancte Clare pōt dici Credo in miſſa prima die tm̄.

¶ Item declarauit ꝙ in .xl. qn̄ aliqs solꝰ p ſe dicit matutinū nō tenet duplicare letanias

¶ Itē ad ſupplicationē ffīs alberti de puſio cōceſſit ꝙ ffes familie nr̄e pn̄tes ⁊ futuri poſſint audire ꝯfeſſiōes pſonarū ſecularium vndecūq; veniētiū eadē auctoritate quā habēt ab ep̄o in cuiꝰ dyoceſi confitentur.

¶ Itē cōceſſit ꝙ cōfeſſores nr̄i dum ſūt in itinere et requirunt poſſint audire ꝯfeſſiones ſicut parrochiales etiaz ſi non fuerint preſentati ſcd̄m formam clementine.

¶ Item declarauit ꝙ per oct. oīm ſanctorū ſꝑ fiat idem officium ſicut in die cū officio beate marie virginis ſine aliquo alio feſto cū oct. duplici ſicut fit i oct. bti frāciſci

¶ Item conceſſit ꝙ ſeculares laborātes in monaſterijs ſctē Clare ac aliarū monialiū poſſint ibidē comedere in loco honeſto.

¶ Item ꝙ moniales ſancte clare ſecunde regule non teneantur intromittere de ſeruitoribus qn̄do medicus igreditur ſ; ſufficiat ꝙ a tribus vel quatuor monialibus de antiquioribus aſſocietur.

¶ Item ad ſupplicationez venerabilis patris fratris Natalis de pomelet commiſſarij in curia Romana in preſentia quorundam epiſcoporum et aliarum notabilium perſonarum ꝓut aſſerit idem frater natalis conceſſit idem papa Sixtus ꝙ fratres qui non ſunt deputati ad ſeruitium p̄dictarum ſororum poſſint accedere ad eccleſiam ⁊ loca vbi habitant fratres regimini earꝫ deputati habita ſuper hoc licentia a ſuis ſuperioribus.

¶ Item placuit eidē ſctiſſimo dn̄o nr̄o cōmunicare ſororibꝰ ſctē Clare viuētibꝰ ſub obedientia p̄fati vicarij ciſmōtani declaratiōes prime regule ſctē Clare quarū p̄ncipiū eſt. Quā admirāde virginis clare ⁊c. quas quondā magiſter Guillermus de caſali generalis miniſter ord. minorꝫ auctoritate ap̄lica cōpoſuit. citra tm̄ obligationis viculū. ſ; ſicut viſū fuerit p̄fato vicario gn̄ali cū conſilio aliquorꝫ proborum prm̄.

¶ Itē cōceſſit ꝙ ffes q̄ nō ſūt deputati ad ſeruitiū p̄dictarum ſororū poſſint accedere ad eccleſiam et loca vbi habitant ffes regimini earū deputati habita ſuper hoc licentia a ſuis ſuperioribus.

¶ Item idē Sixtus cōfirmauit omnia p̄uilegia ab eodem vel predeceſſoribus ſuis conceſſa ordini fratrum minorum et preſertim contēta in bulla eiuſdem que icipit Regimini vniuerſalis eccleſie Non obſtātibus quibuſcunq; litteris poſtmodū ordinatis a ſua ſanctitate preſertim illis q̄ incipiūt. Sup curam gregis dn̄ici ⁊c.

¶ Item confirmauit ꝓpter diuerſitatem opinionū caſus ep̄ales tā de iure q̄ʒ de conſuetudine quos ponit felicis recordatiōis Benedictus vndecimus in ſua extrauagāti que incipit Inter cunctas ⁊c. Addendo ꝙ maior pars et ſanior doctorum tenet ꝙ ffes prelati vti poſſunt illa extrauaganti i premiſſis. Et ꝙ fratres debite preſentati vel gracioſe a prelatis recepti poſſint etiā extra ſuam dyoceſim ſubditos illorꝫ audire etiam ſi eſſent in ytalia vel hyſpania ⁊c. cum hoc poſſint curati de iure.

¶ Itē idem Sixtus ꝯceſſit ffribus minoribꝰ
de obſeruantia nūcupatis ſororibꝰ ſancte
Clare ⁊ terciariꝭ vtriuſꝗ ſexꝰ ciſmōtanis
necnō domeſticis ⁊ familiaribꝰ eoꝝ oīa oia
indulta et priuilegia ſub quacūꝗ forma et
verborum genere que conceſſerat fratribꝰ
et ſororibus ſancte Clare et terciariꝭ vtri
uſꝗ ſexus vltra montanis et ſeruitoribus
et familiaribus eorum et ꝙ poſſint dictis
gratiꝭ vti tanꝗ̄ ſi eis fuiſſent conceſſe.

¶ Item ꝙ vicarius generalis pro tēpore
exiſtens poſſit diſpenſare cum fratribus
ſuis ſuꝑ irregularitate ſi quā contraxerint
ratione homicidiꝭ voluntariꝭ in bellis ī cau
ſis ſanguinis ſeu alias. dum tamē manua=
liter nō occiderint nec taliter cauſam effica
cē dederint ꝙ ſine ipſis non fuiſſent perpe
trata homicidia: et ꝙ poſſint dū alias ydo
nei fuerint et ſufficientes ad ſacros ordi=
nes vſꝗ ad ſacerdotiū incluſiue promoueri
Et caſu quo aliqui propter iuris ignoran=
tiam ſeu alias de tali caſu non aduertētes
promoti fuiſſent poſſint in ſuſceptis ordi=
nibus miniſtrare.

¶ Item conceſſit idem Sixtus oībus fra=
tribus de obſeruantia ſub cura vicarioꝝ
exiſtentibꝰ pñtibus et futuris tā profeſſis
ꝗ̄ nouiciꝭ: qui tamē habēt propoſitū pro=
fitendi. Necnon ſororibus ſancte Clare et
terciariꝭ vtriuſꝗ ſexus et famulis et ſerui
toribus oīm p̄dictorum in ꝑtibus ciſmon=
tanis ꝙ ꝗlibet eoꝝ poſſit ſemel in vita eli=
gere confeſſorem de familia ꝗ audita eius
confeſſione penitentiā ſalutarē ei iniungē
do abſoluat eū ab oībus criminibus exceſſi
bus et cēſuris eccleſiaſticis et diſpenſet eū
in oībus irregularitatibꝰ ſi quas forte con
traxerint (homicidio volūtario et mutila=
tione membri ſemꝑ exceptis) et ei remiſſio=
nem generalem et plenariam omniū pecca
torum impartiri valeat. Et hoc idem poſſit
in articulo mortis

¶ Item precepit idē dñs noſter ꝙ fiat octa
ua duplex et ſolempnis de feſto conceptio=
nis beate marie virginis.

¶ Item conceſſit libere ꝙ omnes gratie in
dulta ſeu priuilegia conceſſa ſub quacunꝗ
forma verboꝝ in genere partibus obſer=
uancie ciſmontane. ſororibꝰ ſancte clare ac
terciariꝭ extendantur ad fratres vltramō
tanos ſorores ſācte clare ac terciarios ſub
cura vicarioꝝ dños ſfamulantes ac ſi ꝓ eis
et ſuis ſeruitoribus domeſticis fuiſſent in
ſpeciali cōceſſa. Dicēdo. Ex quo inquit ſūt
vnum corpus obſeruantie volumusꝗ gau
deant eiſdem priuilegiꝭ.

¶ Item dictus papa Sixtus quartꝰ decla=
rauit ꝙ non intendit ſanctitas ſua vt prop
ter aliquam bullam vel breue factū vel fa=
ciendum eciam priuate gratie ſeu indulgē
tie conceſſe fratribus et locis eorum cōcer=
nentes fratres tantum ſuſpenſe aut reuo=
cate ſint aut ſuſpenſe aut reuocate ſint aut
ſuſpendantur vel reuocentur in futurū niſi
in talibus litteris fiat expreſſa mētio de in
dulto hmōi et ordine. cum tales gratie ⁊ in
dulgentie in nullo derogēt ſancte ſedi apo=
ſtolice quinymo ſunt ipſis fratribus et ſo=
roribus occaſio orandi continuo pro felici
ſtatu ſanctiſſimi dñi noſtri pape ⁊ ſacroſā=
cte ipſius curie romane. ac totiꝰ ſancte ma
tris eccleſie. cui ſpecialiter per hec et alia
deſeruire et continuo ſubeſſe et parere fide
liſſime intendunt.

## ¶ Innocēciꝰ papa octa-

uus conceſſit fratri Bernardino de gauza
commiſſario vltramōtano nona Februariꝭ
Anno Milleſimo quadringenteſimo octua
geſimo quinto. etiā pro toto ordine ꝙ poſt
ꝗ̄ fratres attigerint Annum viceſimum
tercium etatis: dum tamen alias ſint ſuffi=
cientes poſſint promoueri ad ſacerdotium
⁊ celebrare miſſas non obſtante iure ⁊ aliꝭ
in contrarium facientibus.

¶ Item vigeſima quarta Marciꝭ anno do
mini Milleſimo quadringenteſimo octua=
geſimo ſeptimo prefato fratri bernardino
ad pedes prefati domini Innocentiꝭ octa=
ui aduoluto viue vocis oraculo iterum cō
firmauit priuilegia ⁊ gratias a ſuis prede
ceſſoribus ſignanter a Sixto. iiij. conceſſas
ordini noſtro et familie.

¶ Item ad ſupplicationem ipſius Fratris
Bernardini conceſſit ꝙ omnia indulta gra
tie ac priuilegia conceſſa et concedēda fra
tribus familie ciſmontane cenſeantur eſſe
conceſſa vltramontanis et econuerſo

¶ Item extendit gratias ⁊ indulta cōceſſa
fratribus et ſororibus de tercio ordine ī cō
muni viuentibus etiam illis qui viuunt in
particulari.

## ¶ Sequuntur etiā que

dam gratie conceſſe reuerēdo patri fratri
Angelo de clauaſio Vicario generali vltra
montano reſpectu iſtarum partium galli-
canarum a Sanctiſſimo domino noſtro in
nocentio papa octauo Anno dñi Milleſi-
mo quadringenteſimo octuageſimo ſepti-
mo in die ſancte agnetis ſecundo.

¶ Dum inquit. Ego frater Angelus de cla

naſſo ordinis minoꝝ eſſē vicarius gn̄alis ſāctiſſimus dn̄s nr̄ Innocētius papa. viij. Anno potificatus ſui tercio in die ſācte agnetis ſecūdo cū eſſem corā eo quaſdā grās michi conceſſit quas ꝓ clariori noticia voluí ſub hmōi narratione fr̄ibus declarare modū qui ſeruandus eſt deſcribendo

**Et primo** Q꜡ gardian⁹ loci noſtri alicu⁹ ciuitat꜡ vel ꝓpinquioris ciuitati omni anno ſe p̄ſētet epo vel eius vicegerēti in ſpūalibus vel mittat aliū fratrē pro ſe ꝛ dicat eidē epo Reuerēdedn̄e ecce ego me p̄nto reuerēde.d. veſtre ꝓ me ꝛ omnib⁹ cōfeſſoribus deputatis ꝛ deputādis a nr̄o ꝓuinciali vicario ꝓ audiendis cōfeſſiōibus vr̄oꝝ ſubditoꝝ petēdo humiliter vt dignemini eſſe cōtētus ꝙ cū vr̄a bn̄dictione ipſos audiāt in cōfeſſiōe et abſoluāt. Et ſi qd auctoritatis vr̄e circa caſ⁹ vobis reſeruatos velitis nobis ꝯcedere benigne cōcedatis. Et ſil'iter circa votoꝝ diſpēſationē. Et etiā dignemini nos aduiſare ſi quid habemus facere ꝓ ſalute aiaru꜡ veſtre dn̄ationi cōmiſſarū. Quo facto ſiue cōcedāt ſiue denegēt S. dn̄s noſter Innocētius. viij. cōcedit ꝙ ſtatim cōfeſſores p̄dicti habeāt oēm auctoritatē abſoluēdi ab oib⁹ except꜡ caſib⁹ d̄ iure reſeruat꜡ epis vl' pape ❡ Itē cōceſſit ſua beatitudo ꝙ confeſſores p̄fati poſſint diſpēſare in oībus votis i quibus p̄nt epi exceptis votis peregrinatiōis vltra duas dietas. ❡ Itē cōceſſit ꝙ vicarij gn̄ales ꝛ ꝓuīciales poſſint bn̄dicē corꝑalia ❡ Itē declarauit ſāctitas ſua ſm̄ opinionē Innocēn̄ ꝛ hoſtien̄ ꝙ ſolū eſt hodie vna excōicatio q̄ de iure epis reſeruat' ſc꜡ iiectio violēta man⁹ in ꝑſonā eccl'iaſticā in caſib⁹ in quibus pertinet ad epm̄ Et ideo de excōmunicatiōibus q̄ ſūt a iure ꝛ nō reſeruātur pape p̄nt predicti cōfeſſores abſoluere. Similiter ab oībus excōmunicatiōibus p ſtatuta ꝓuicialia vel ſynodalia ꝓmulgatis q̄ ipſi cōditores ſpāl'iter ſibi vel alijs nō reſeruauerūt q̄n ſtatutū fecerūt. Ex quo colligāt confeſſores ꝑ prelatos deputati ad audiēdas cōfeſſiones q̄uo p̄nt audire oēs volētes eis cōfiteri q꜡ ſi ſūt i via vbi nō poſſūt ſe repreſentare epis et requirūtur p̄nt audire cōfeſſiones ꝛ h̄nt auctoritatē abſoluēdi exceptis caſibus de iure epis reſeruatis ꝑ aliā conceſſionē prius nobis factā Si vero ſint extra dyoceſim ꝛ vadūt ad eos ad loca noſtra pro cōfitendo poſſūt abſoluē eos ſicut poſſunt alios de illa dyoceſi ꝑ cōceſſionē domini Sixti pape quarti a me īpetratā. Si autē ſunt in dyoceſi poſſunt eos abſoluere ab omnibus a quibus poſſunt epi. Exceptis caſibus de iure reſeruatis: qui ſolum ſunt iſti.

❡ **Primus** eſt de pctō clerici propter quod incurrit irregularitatem.

❡ **Secundus** de incendiarijs q̄ doloſe ignē appoſuerunt vel combuſſerunt.

❡ **Tercius** de pctō enormi ꝛ manifeſto: qd̄ ſcādaliſauit quaſi totā terrā vel vrbē pro quo penitentia ſolēpnis debet ei īponi ſiue ſit blaſphemia ſiue qdcūq꜡ alid enorme pctm̄: ſiue extinctio pueroꝝ ex incautela vl' negligētia. ꝛc.

❡ **Quartus** de excōmunicatiōe pro iniectione manuū violenta in ꝑſonā eccl'iaſticā: que etiā quādo eſt atrox ꝛ cū iniuria enormi ꝑtinet ſolūmodo ad papā: ꝛ cōſeq̄nter de excōmunicatione a iure quo ad caſus papales tm̄modo: vel a ſpeciali ſtatuto dyoceſani vl' a iudice vel homine lata. Et hoc intelligendum eſt de illa quā ſibi vel alteri per iura eccleſiaſtica conditor canonis vc꜡ papa reſeruauit: vel quādo eſt ſpecialiter vel particularīter publice ꝛ nominatim in aliquē vel aliquos promulgata: vel q̄n eſt per ſtatuta prouincialia vel ſynodalia lata ꝛ ipſi epiſcopo vel alteri per talia ſtatuta ſpecialiter reſeruata.

❡ **Quintus** caſus eſt de pctō cōtrahētis m̄rimoniū contra interdictum eccleſie.

**Sextus** de pctō illius q̄ confeſſus ē epiſcopo et noluit eum abſoluere.

❡ **Septimus** ſecundū aliquos eſt de eo qui inuocauit demones vel fecit aſtralabiū cum eoꝝ inuocatiōe pro ſciendo vel inueniēdo aliquid. Et in iſtis caſibus reducūtur oēs doctoꝝ opiniōes: ita vt ſine ſcrupl'o quoad alios caſus abſoluere poſſint p̄dicti cōfeſſores: q꜡ diuerſitas doctoꝝ ſolūmodo eſt quo ad caſus de co nſuetudine: qd̄ nō pertinet ad nos De reſtitutiōe incertoꝝ nō eſt caſ⁹ epiſcopi ſecundum communē opinionē. Et propter ea q꜡ prout expedit ſaluti animaꝝ talem habemus auctoritatem: ne propter hoc veniamus in ſcandalum aliquorū prelatorum debemus ea modeſte vti ſolummodo caritate et ſalute fraterna vrgente in foro ſecreto conſcientie ꝛ cū omni diſcretione ne facilitate venie aliqui procliuiores ſint ad peccandum: et in hijs in quibus nullu꜡

ſcandalũ poteſt naſci:niſi forte vbi quãdo
ex hoc immineret maius periculũ ⁊ ſpũale
detrimentũ cõfitẽti. Si vero nullũ periculũ
vel ſcãdalũ imminet puta quia eſt ſecretũ
nec alias de iure reſeruatũ abſoluamus li
bere ab omnibus preterꝗ̃ a predictis a iu
re reſeruatis niſi etiã videremus aliqñ ꝙ
expediret ſaluti confitẽtꝫ remittere euꝫ ad
epm̃ ꝓ terrore. Ubi tamen aliqui epi beni
uoli de gr̃a cõcederẽt aliquãdo aliquibus
etiã ſuos caſus de iure in toto vel i parte
ſicut multi zelatores animarum faciũt: vel
etiã quãdo aliunde ex aliquo ꝑticulari pri
uilegio pape vel indulgẽtia alicui vel ali=
quibus concederetur facultas abſoluendi
etiã a reſeruatis ipſis a iure: vti debẽt tali
facultate ꝓut viderint expedire ſaluti con
fitentis. ¶ Secundum tamen extrauagan
tem domini Benedicti.xi. per papam Six
tum quartum vtſupra confirmatam que i=
cipit Jnter cunctas caſus de iure ſ epis re=
ſeruati non ſunt niſi quinqꝫ.

**¶ Primus** eſt peccatum clerici ꝓ
pter quod incurriſſet
irregularitatem.

**¶ Secundus** de peccato illius
qui confeſſus eſt
epõ et eps noluit eum abſoluere.

**¶ Tercius** de incendiariis. vt
ſupra.

**¶ Quartus** vbi indicẽda eſſet ſo
lempnis penitentia
quod ad iſta; ſolũmodo determinat vcꝫ vo
lũtarie homicidas/falſarios:eccleſiarũ im
munitatis et libertatis eccleſiaſtice viola=
tores et Sortilegos.

**¶ Quintus** abſolutio ab excõica
tione q̃ etiã pertinet
ad papam in multis caſibus.⁊c̃.

## Hec pro parte ex dictis

⁊ ſcriptis dicti reuerẽdi pr̃is ⁊ doctoris fa
moſi ffis Angeli de clauaſio vicarij gñalis
vltra mõtãi reſpctũ ꝑtiũ iſtaꝝ gallicanaꝝ
¶ Si hr̃e voluerꝫ ampliorẽ noticiã ⁊ decla
rationẽ excõicationũ ⁊caſuũ q̃ reſeruãt do
mĩo pape ꝑ iura cõia i q̃b⁹ abſoluẽ nõ poſ=
ſum⁹ nec diſpẽſare ſine particulari priuile
gio ipſi⁹ dñi pape:⁊ alioꝝ caſuũ excõis epi
ſcopis reſeruatorum in quibus oĩbus nũc
ꝑ ſupradicta poſſum⁹ excepta ſola excõica=
tione ꝓ iniectiõe manuũ violẽta i clericuꝫ
vt ſuperi⁹ declaratũ eſt: vide pleni⁹ docto=
res in ſuis ſũmis ⁊ maxime in Roſella ⁊ in
Angelica dicti ffis Angeli de clauaſio vbi
de talibus plenius et prolixius tractatur.

¶ Jtẽ quo ad preſentationẽ ffm̃ epis fien=
dã ſi vis in hijs incedere clarius et tucius
quo ad forum extrinſecum et publicum ⁊ ſe
cundum iura communia et alia autentica
ordinis priuilegia. Uide in ſumma Ange=
lica eiuſdẽ fratris Angeli de clauaſio mo=
dũ et cõcurſus qui obſeruandi ſunt a pre=
latis ordinis vt ſit talis pñtatio ſolẽpnis ⁊
iuridica. Et infra vide ⁊ require formulã
congruã dicte pñtatiõis cõgruẽter fiende.
Et nota ꝙ ſemel facta vni epõ talis pñta=
tio iuridica ſufficit fratri preſentatato ad
vitã epi et vſqꝫ ad alterius ſucceſſoris ca=
nonicam prouiſionem iuxta ordinis autẽ=
tica indulta ⁊ priuilegia plenius infra ſcri
pta nec neceſſe eſt habere mandatum ſcri
ptum ipſius epiſcopi vel eius vicarij ſuper
huiuſmodi caſibus et abſolutionibus. Sꝫ
bene pro predicatione fienda: vbi epiſcopi
prohiberent nos aliter in ſua dyoceſi pre=
dicare: vel prohiberent curatis aliquos ſi=
ue tali mandato recipere: propter verbum
regule Fratres non predicent in epiſcopa
tu alicuius epiſcopi cum ab eo illis fuerit
cõtradictũ Sꝫ vbi nõ ꝯtradicũt non reqrit
de neceſſitate talẽ licẽtiã petere ⁊ tale mã=
datum habere.

**¶ Jtẽ vbi domin⁹** papa qui
eſt prim⁹
⁊ principalis epiſcopus ⁊ curã hñs omniũ
xpianoꝝ expreſſe cõtradiceret ⁊ ꝓhiberet
tunc etiã ex regula non poſſemus. Sed vbi
ſine procuratiõe fratrũ ip̃e papa q̃ eſt p̃m⁹
et precipuus epiſcopus epiſcopoꝝ et om=
nium chriſtianorum pro ſua exoneratio=
ne et ſalute ac vtilitate credentium popu=
lorum ſibi commiſſorum committeret et
mandaret ac preciperet fratribus vbiqꝫ
(etiam archiepiſcopis et epiſcopis et alijs
contradicentibus) predicarent verbum dei
(prout aliquando feciſſe conſtat) tunc eti=
am ipſis inuitis tenerentur et poſſent lici=
te predicare fratres ſalua regule purita=
te que maxime in hijs que ſunt iuris diui=
ni et canonici et que concernunt facultatẽ
cathedralis iuriſdictionis ſubicit nos do=
mino pape et pedibus ſancte matris eccle
ſie. Sed talem facultatem ſibi procurare
non video conſonum regule nec intentio=
ni Beatiſſimi patris noſtri Franciſci qui
volebat nos tales revereri et per humili=
tatem pocius ꝗ̃ per auctoritatem lucra=
ri: ꝗ̃uis in caſu pro maiori bono hoc for=
te poſſet fieri. Sed quando dñs papa etiaꝫ
ſine procuratiõe vel ſupplicatiõe noſtra ꝑ
ſuas lr̃as apoſtolicas mãdaret Archiepis

ep̄is ⁊ aliis vt reciperēt ⁊ admitterent fra-
tres ad predicationem pro vtilitate populi
xp̄iani ſibi commiſſi: tunc libere poſſemus
⁊ neceſſario deberem⁹ (vbi ⁊ qn̄ opus eſſet)
mandatū pape exhibere ⁊ oſtendere cū om
ni humilitate ⁊ reuerentia. Et ſi opus eſſet
conſeruatores rogare vt tale mandatū pu
blicarent ⁊ ſeruari preciperēt ⁊ mandarēt.
Et ſi aliqui ordinarij obedire contēpnerēt.
tunc ſuperiori de tali inobediētia ⁊ contem-
ptu debite informato relinquēdū eſſet. vel
conſeruatoribus ſiue executorib⁹ ipſis no-
bis a ſede apoſtolica deputatis. Nec prop
ter hoc litigare aut lites aſſumere deberēt
fratres. tū qꝛ in hac re res eorū non agitur
ſed dn̄i noſtri pape cōmittentis tū qꝛ papa
non p̄cipit nobis tū qꝛ taliter litigare maxi
me cōtra eccleſie ſancte p̄latos ſtatui nr̄o ⁊
ipſius humilitati nō ꝯuenit. Ad hec namq̄
pluries (etiā ab antiquo) ⁊ plura talia data
ſunt mandata ap̄lica et declarationes ſine
fratribus. Archiep̄is ep̄is ⁊ aliis eccl'iaruꝫ
rectorib⁹ vt fratres ad p̄dicationes ⁊ con-
feſſiones benigne recipiāt ⁊ admittant ⁊c̄.
maxime a dn̄o papa Gregorio nono ⁊ In-
nocentio quarto ⁊ Clemente quarto quorū
autētica infra deſcribunt et quorum bulle
originales in conuentibus pariſienſi tre-
cenſi et metenſi prouincie francie ⁊ alibi in
multis aliis ordinis cōuētibus pleni⁹ ha-
bentur et ſeruant. Item nōnulla alia p̄ticu
lariter conceſſa ſunt fratrib⁹ de familia et
fratribus p̄dicatorib⁹ ſimiliter ad nos extē
ſa ſub diuerſis litteris ap̄licis ꝑ cōfeſſioni
bus et abſolutionibus quoꝝ etiam auten-
tica infra deſcribentur. Hec breuiter cauſa
humilis ⁊ breuis informationis aliquoruꝫ
ſimplicium circa confeſſionis ⁊ predicatio-
nis auctoritatem et formaꝫ. ibidem ad pro
poſitum inſeruiſſe ſufficiant ⁊c̄.

¶ Feſta localia. i. ſub quorum vocabulis
noſtre eccleſie ſunt conſtructe ſub feſto du-
plici celebrentur ꝑ volūtatem Sanctiſſimi
dn̄i noſtri Innocencij pape. viij.

¶ In feſto viſitatiōis beate marie v̄ginis
q̄ non hꝫ ꝓpriū fiat officiū ſicut i natiuitate
mutato nōie natiuitatꝫ. Poſſūt tn̄ legi legē
de proprie ſi habentur ⁊ euangeliuꝫ Exur-
gens maria ⁊c̄. ex conceſſione dicti ſanctiſſi
mi domini noſtri pape.

## ¶ Alexander papa ſext⁹

conceſſit q̄ fiat feſtum ſancti Gabrielis ma
ius duplex in vigilia ſancti Joſeph. Et idē
Julius ſecundus poſtea etiaꝫ ordinauit et
precepit pro tribus ordinib⁹ beati frāciſci.

¶ Itē q̄ fiat feſtū maius duplex de īuen
tione ſācti michaelis ꝓpter reuerentiam ⁊
honorē tante celeſtis militie videlicet om-
nium ſanctorum angelorum.

¶ Itē q̄ feſtū ſancte Barbare fiat duplex
min⁹. ¶ Itē q̄ in prouincia ſācti Jacobi fi
at feſtū eius cū oct. ⁊ cū officio ꝓprio et q̄
dicatur Credo per oct. eius.

¶ Item ſtatuit q̄ celebrent omnes octaue
virginis marie ſub feſto minori duplici.

¶ Itē idē alexander cōceſſit oīb⁹ dicenti-
bus i officio beate virginis i hymnis. Quē
terra pōt⁹. ⁊ O glīoſa dn̄a. v̄. Maria mater
gr̄e. decē ānos indulgētiarū ꝑ qualꝫ vice.

¶ Itē ad ſupplicationē fr̄is bernardini de
gauza cōceſſit idē Alexāder ſequētē cōceſſi
onē ſub hac ſupplicatiōe Beatiſſime pater
dignet Sāctitas vr̄a extēdere p̄uilegia ſū-
moꝝ pōtificū ſuoꝝ p̄deceſſoꝝ quo ad īterdi
ctuꝫ. q̄ etiā tēpore īterdicti poſſint fr̄es mi
nores celebrare ſolēpniter diuina officia in
ſuis eccl'iis ⁊ monaſteriis i ſolēpnitatib⁹ ſā
ctoꝝ beati Frāciſci Anthonij ⁊ beate Cla-
re etiā ꝑ ſuas octauas ad alios ſāctos p̄di
cti ordinis vcꝫ Ludouicū Bernardinum ⁊
Bonauētutā necnō ad feſt. q̄nq martyruꝫ
de marrochio ꝑ diē. Fuit ꝯceſſū vt petitū ē.

## ¶ Julius papa ſecūdus

modern⁹ ordinauit ꝑ trib⁹ ordib⁹ beati frā
ciſci ꝓpter diſſonātias ⁊ varietates euitā-
das ⁊ pro ꝯgrua obſeruantia antiq̄ celebri
tatis aduēt⁹ dn̄i ⁊ officioꝝ ei⁹ q̄ etiaꝫ vt in
plurib⁹ de beata virgine ⁊ ipſius ſanctiſſi-
ma v̄ginitate ⁊ ānūciatiōe mētionē faciūt/
q̄ de dn̄ica cadente īfra octauā cōceptiōis
eiuſdē beate v̄ginis fiat de ip̄a dn̄ica cū cō
memoratiōe oct. ibi tn̄ nō dicant p̄ces nec
officiū ꝑuū beate v̄gis ⁊ ſēp Glia tibi dn̄e q̄
nat⁹ es dicat. Sꝫ Te deū ⁊ Glia i excelſis
nō dr̄. Si vero dictū feſtum venerit i dn̄ica
trāſferat i ſecundā feriā. Et fiat de Sācta
lucia v̄gine eo die quo cadit ſꝫ nō de aliis
īfra ipſaꝫ oct. Hoc idem etiā ordinatū fuit
in cap̄l'is gn̄alib⁹ interāneñ. ⁊ Trecenſi.

¶ Itē q̄ quociēs in aduētu ⁊ in quadrage-
ſima occurrūt rn̄ſoria aliqua vel laudes ꝓ
prie fiat de feria niſi tūc feſtū ſolempne vel
duplex occurrat.

¶ Itē q̄ fiat feſtū mai⁹ duplex de ſancto io
achim in craſtino ſancti Joſeph.

¶ Item q̄ fiat duplex minus de ſancta ma
gdalena de ſancta katherina. de ſancta Eli
zabeth. de ſancta Barbara. De ſancto Ni-
colao epiſcopo.

¶ Explicit. Deo gr̄as.

¶ Incipiunt priuilegia ſub bullaꝝ forma hic non autēticata licet in diuerſis conuentibus ⁊ locis ſupius ⁊ infra annotatis habeant indubie originales bulle ſub plūbo ⁊ earū autētica. Et primo. Honori⁹ tercius viuēte beato frāciſco mandat terrarū ꝓlatis vt fratres tanq̄ catholicos ⁊ fideles recipiant.

HOnorius epiſcop⁹ ſeruus ſeruoꝝ dei Archiepīs ⁊ epīs abbatibus decanis archidiaconis ⁊ alijs eccl'iaꝝ ꝓlatis Cū dilecti filij frater Frāciſc⁹ ⁊ ſocij eius de vita ⁊ religione minoꝝ ffm abiectis vanitatibus huius mundi elegerint vite viā a romana eccl'ia merito approbatam: ac ſerēdo ſemina verbi dei apoſtolorum exemplo diuerſas circūeant māſiones: vniuerſitatem vr̄am rogam⁹ ⁊ exhortamur in dn̄o p aplica vobis ſcripta mādātes quaten⁹ latores pn̄tium de ꝓdictoꝝ fratrū collegio exiſtentes cū ad vos duxerint declinandū: ipſos recipiatis ſicut catholicos ⁊ fideles: alias eis ob reuerentiā diuinā ⁊ nr̄am exhibentes vos fauorabiles et benignos. Datū. iij. id⁹ Junij pōtifi. nr̄i anno. iij.

¶ Honori⁹ terci⁹ viuēte ſancto frāciſco primū approbat ⁊ approbatū declarat ordinē minorū ⁊ mandat archiepō Senoneñ. et eius ſuffraganeis vt eos in ſuis dyoceſib⁹ pmittant cōmorari habentes eos cōmēdatos. Ori. bulla ē in conuentu noſtro piſieñ.

HOnorius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Venerabilib⁹ frib⁹ Archiepiſcopo Senoneñ. ⁊ ſuffraganeis ſuis Salutem ⁊ aplicā bn̄d. Pro dilectis filijs ffib⁹ de ordine minoꝝ direxiſſe vobis recolimus nr̄a ſcripta vt eos haberetis diuini amoris ītuitu cōmēdatos. Sȝ ſicut ītellexim⁹ q̄dā vr̄m q̄ſi habeāt de ipſo ordine ꝯſciētiā ſcrupuloſā cū nichil ī eis ſuſpitiōis dignū īuenerit ſicut ab alijs ītellexim⁹ qb⁹ adhibere poſſum⁹ plenā fidē ipos ī ſuis manere dioceſib⁹ nō pmittūt. licet ex eo ſolo ꝙ lr̄as nr̄as eiſdē cōceſſim⁹ nichil ſiniſtri de ipis debuerit opinari. Vn̄ vniuerſitati vr̄e volum⁹ eē notū ꝙ nos ordinē talium de approbatȝ habem⁹ ⁊ ffes ordinis ipſi⁹ viros recognoſcim⁹ catholicos ⁊ deuotos. Quare monēdo vos duxim⁹ ⁊ hortādos. p aplica ſcripta ꝓcipiēdo mādātes quatin⁹ ipos tāq̄ vere fideles ⁊ religioſos ī vr̄is dyoceſib⁹ admittatis habētes eoſdē ꝓ diuina et nr̄a reuerētia ꝓpēſi⁹ cōmēdatos. Datū Viterbij. iiij. kal'. Junij. Pōtificat⁹ nr̄i āno. q̄rto.

¶ Hono. terti⁹ etiā viuēte ſācto frāciſco cōcedit ffes poſſe cū altari viatico ī ſuis locis diuina celebrare.

HOnori⁹ epīs ⁊c. Frib⁹ minorū ordinis. Qr populares tumult⁹ tanq̄ q̄ vr̄o aduerſant ꝓpoſito fugiētes ſecretos receſſ⁹ libent appetitis. vt ī ſancta q̄ete liberi⁹ orōni vacare poſſitis: nos attēdentes orōnū vr̄aꝝ ſuffragia plurimū opportuna: q̄m eo efficacior eē debet vr̄a īterceſſio apd deū: quo ꝑfecte viuētes ei⁹ digni eſtis grā potiori. Cōſiderātes q̄ꝙ vobis negandū nō eē vr̄ nemini derogat dū vr̄a expoſcit religio: vt q̄ ſūt etiā de grā ſpāli vobis cōcedere debeam⁹. Deuotiōi vr̄e cū ꝓfeſſi paupertatē ſitis parit ⁊ āplexi nō tpāle ꝯmodum ſȝ ſpūale q̄rentes: auctate pn̄tiū vr̄is īclinati ꝓcib⁹ īdulgem⁹: vt ī locis ⁊ oratorijs vr̄is cū viatico altari poſſitis miſſaruȝ ſolēnia ⁊ alia diuina officia celebrare: oī ꝓrochiali iure parrochialib⁹ eccl'ijs reſeruato. Nulli ⁊c. Datū. iij. non. decēb. pōti. anno. ix.

¶ Honori⁹ terci⁹ ꝓcipit epō tornaceñ ꝙ auctē ſedis aplice īhibeat ꝓlatis frācie ne ampli⁹ ſētēciā excōicatiōis īferant ī ffes minores aut in eorū hoſpites cā celebratiōis miſſaꝝ ī eorūdē fratrū domib⁹ cū altari portatili vel cā receptiōis eoꝝ a dictis hoſpitibus cū ipi ffes ꝓuilegiū ſup hoc haberent ⁊ ab omni iure ꝓrochiali cōtinerēt man⁹ ſuas. Origi. bulla habet ī ꝯuētu piſieñ.

HOnorius epīs ⁊c. Venerabili ffi epō tornaceñ. Salutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Nō deberēt eccl'iaꝝ ꝓlati qb⁹ religionē plātare cōuenit ⁊ fouere viros religioſos ꝑſeq̄ ⁊ eis ſup hijs maxime q̄ ad diuinū cultū ꝑtinēt obuiare. Accepimus ſane ꝯquerētib⁹ dilectis filijs miniſtris ordinis ffm minoꝝ francie ꝙ q̄dē ꝓlatoꝝ regionis illius occaſiōe ꝓuilegioꝝ que ſe habere proponūt alij vero ſuo dūtaxat arbitrio ffibus ꝓdictis īhibere ꝓſumūt ne vbi degūt valeāt ffib⁹ nr̄am īdulgētiā cū altari viatico ſolēpnia celebrare miſſaꝝ ī eos ⁊ hoſpites ſuos ī maiorē aplice ſedis iniuriā ⁊ cōtēptuȝ excōicatiōis ſētēciā ꝓmulgantes: quāquaȝ ꝓfati ffes ab oī iure ꝓrochiali cōtineāt manus ſuas. Qr vero debem⁹ religioſas fouere ꝑſonas ⁊ maxime dicti ordis ffes q̄ relictis oib⁹ xp̄m ſecunt ꝓ eo eſſe pauperē ⁊ ī paupertate viuere cōtinuo eligentes ac decet nos

apoſtolicas indulgentias conſeruare fra-
ternitati tue ꝑ apoſtolica ſcripta mãdam⁹
quatinus auctoritate noſtra inhibeas ge-
neraliter prelatis regionis eiuſdem ne de
cetero ſic excommunicent dictos fratres ⁊
hoſpites eorundem ne aliquo modo impe
diant quominus fratres ipſi dicta indulgẽ
tia poſſint vti. Quia nõ impune deinceps
talia facerent cum non poſſimus iniuriam
pauperum chriſti et ſeruorum eius inquie
tudinem equanimiter ſuſtinere. Datũ rea
te Nonis Octobris Pontificat⁹ noſtri An-
no decimo. Sic in plica manu. car. ſubſcri-
ptum. Hoſtieñ.

¶ Gregorius nonus precipit fratres de
penitentia exactionibus publicis officiis
vel iuramentis non grauari

Gregorius eps ⁊c.
Uniuerſis fratribus de penitẽ
tis per italiam conſtitutis. De
teſtanda humani generis ho-
ſtis inuidia tanto pertinacius perſequitur
ſeruos chriſti: et armans ſuos ſatellites cõ
tra ipſos ab eius ſeruitio doloſis illos ad
inuentionibus nititur amouere: quãto per
ſpicacius intuetur ipſos huius mũdi vani
tatibus derelictis: adhuc exiſtentes in cor
pore in terrenis iam mente in celeſtib⁹ ha-
bitare: ac abnegantes ſecularia deſideria
propter deum: iam frui non perituris ſed
eternis deliciis et gaudiis ſempiternis.
Unde ſecundum euangelicam veritatem:
cum immundus ſpiritus exiret ab homine
ipſum in exeundo plus ſolito diſcerpebat
et exeuntem dei populum de egypto non
prius egiptũ perſequi deſiernnt: ꝙ omnes
nutu diuino vno genere mortis extincti di
gnum ſuis actibus meruerunt interitũ in-
uenire: ipſum et omnium redemptorẽ euȝ
eſſe poſt baptiſmi lauachrum in deſertum
cũ xl diebus et totidẽ noctibus ieiunaſſet:
idem malignus ſpiritus aggredi nõ expa
uit. Propter quod quicunq; ad dei ſeruitu
tem accedit: iuxta ſententiam ſapientis in
iuſticia et timore d[e]bet ad tentationeȝ ani
mum preparare. Sane fe. Re. Honori⁹ pa-
pa predeceſſor noſter attendens vos fru-
ctus penitencie facientes: ab huius ſeculi
filiis anguſtiis inexquiſitis affligi per hoc
fouendos eſſe: laudabili actione religionẽ
veſtram amplexans in viſceribus ieſu chri
ſti proſecuturus eſt gratia ſpeciali mãdãs
vniuerſis archiepiſcopis ⁊ epiſcopis ꝑ ita
liam conſtitutis: vt vos ſeruarent immu-
nes a iuramentis que ciuitatum et locorũ
rectores ſuper eorum ſequela extorquere
a vobis illicite contendebant defendẽtes
vos ne officia publica recipere vel noua ex
actionum vel alterius grauaminis ſubire
onera contingeret vos compelli. Sed filii
tenebrarum qui humana ſapientes tene-
bras lucẽ ⁊ lucẽ tenebras ponere didicerũt
per maligne interpretationis calumniam
ſic veſtram indulgentiam vacuarũt vt gra
uioribus iniuriis affligamini nunc ꝙ pri⁹
cum non eratis tali priuilegio communiti
Nam cum dicti rectores a vobis non poſ-
ſent ſuper ſequela exigere iuramentum in
numeros quaſi caſus excogitant quibus
vos iurare compellant grauiora onera vo
bis ꝙ aliis ſuis ciuibus imponentes. Nec
fructus bonorum veſtrorum vos permit-
tunt pauperibus erogare licet debitꝫ one
rib⁹ que ſubire tenemini nichil deperire cõ
tingat alias vos plus debito et ampli⁹ ſo-
lito moleſtantes. Unde nobis humil'r ſup-
plicaſtis vt vobis indulgere miſericorditer
dignaremur ne aliquod iuramentum niſi
forſan pacis et fidei calumnie vel teſtimo-
nii facere teneamini et ne plus ꝙ veſtri ci-
ues impoſitiõe oneꝝ aggrauari poſſitꝫ: et
vt fructus bonoꝝ veſtroꝝ cauſa pietatis
impendere valeatis perſonis q̈bus expe-
dire videritis elargiri: ⁊ vt iiuriã nõ patia
mini propter veſtrorūꝫ ciuium debita vel
delicta nec teneamini cum ſuper his culpa
biles non ſitis debita ſoluere alioꝝ. Nos
igitur attendentes vos viam perfectionis
ingreſſos tanto a ſectatoribus huius mun
di vehementius impugnari quãto magis
iiſdem diſſimiles veſtris actibus compro-
bantur ac per hoc vt veritatis integritas
obumbretur ſiniſtre interpretationis calũ
niam machinari Uniuerſitati vẽ de quoꝝ
religione plene confidimus licentiam ſup
predictis omnibus auctoritate preſentiuꝫ
indulgemus et concedimus poſtulatam di
ſtrictius iniungentes vt cõceſſa vobis gra
tia ſic vti laudabiliter ſtudeatis ne ab ali-
quo veſtrum conuertatur forſitan in abu-
ſum quia priuilegio vobis conceſſo conti-
geret vos priuari ſi eius inueniremini abu
ſores. Nulli ergo. ⁊c. Datum Laterani ter
cio kalendas aprilis. Pontificatus noſtri.
Anno ſecundo.

¶ Gregorius. ix. concedit fratribus de
penitẽtia poſſe tpe interdicti audire diuina

Gregorius epiſco-
pus. ⁊c. Archiepiſcopis et epi-
ſcopis et aliis eccleſiarum pre

latis p italiã conſtitutis. Cũ illoꝝ q̃ ſua no
uiſſima memorãdo nõ poſt vanitates ſecl'i
ſz poſt xp̃m eũtes: penitẽtiã in hũiliato ſpũ
agũt ⁊ corde cõtrito caſtigãdo ⁊ i ſeruitutẽ
ſua corpora redigẽdo tota videat̃ intentio
circa ſeruitiũ creatoris: indignũ forſitã cre
dere ẽt: ſi p aliena culpa a diuinis obſequijs
⁊ ſacramẽtis eccl'iaſticis cõtigerit hos ex-
cludi: cũ in his ⁊ alijs q̃ ad ſeruiciũ dei ptī-
nẽt fauorẽ mereãtur ſedis apl'ice ſpecialez
Cũ igit̃ p italiã nõnulli tales eẽ dicãtur a
q̃buſdã ffes de penitẽtia nũcupati: diſcre-
tioni vr̃e p apl'ica ſcripta mãdam⁹: q̃tenus
vos eos in eccl'ijs vr̃is in q̃b⁹ a ſede apl'ica
eſt cõceſſũ gñaliter tp̃e interdicti hmõi dũ-
mõ ipſi cauſã interdicto nõ dederint: ad di
uina officia q̃ ſuppreſſa voce: interdictis et
excõmunicatis ex. luſis: nõ pulſatis cãpa-
nis / ianuis clauſis celebrãtur: ⁊ ad alia ec-
cl'iaſtica ſacramẽta necnõ ad ſepulturaz ec
cl'iaſticã admittatꝫ. Datũ puſij .iiij. nonas
Auguſti. Pontificatus noſtri. Anno tercio

¶ Grego.ix. mãdat p̃latꝫ eccl'ie ffes de
penitẽtia in ſuis diocesib⁹ cõmorãtes iura
mẽtis vel alijs onerib⁹ nõ grauari pmittẽ

G Regorius epiſco-
pus. ⁊c. Archiepiſcopis et epi-
ſcopis p italiã cõſtitutꝫ Nimis
patẽter diuine gr̃e cõprobat̃ abuſor: q̃ ad
dñm cõuerti volẽtibus obicẽ interiacet tar
ditatis: eiq; execrabiliter cõuincitur aduer
ſari q̃ cõuerſos ad ipſum auertere geſtiẽs
eis laqueos inijcit captiõis: ⁊ pſecutionis
ip̃os moleſtijs inq̃etat: tãq; pharaõis imi-
tatus veſtigia q̃ corde indurato nõ niſi pla
gis pcuſſus filios iſrael pmiſit exire egiptũ
⁊ egreſſos tandẽ ſeua tirãnide pſequi non
ceſſauit: donec ipſe cũ ſuis aq̃s validis me
ruit ſuffocari: poſteris relinquẽs exẽplũ vt
ex ſimili culpa ſil'is deberet formidari vin
dicta. Sane ad aures bone memorie hono
rij pape predeceſſoris nr̃i noueritis pueniſ
ſe q; nõnulli de partib⁹ vr̃is nouiſſima ſua
prouide memorãtes: derelictis ſeculi vani
tatibus penitẽtiã in corde cõtrito ⁊ humi-
liato ſpiritu agere in domib⁹ pp̃rijs vl' ali
bi ſtatuerũt: ⁊ vt retribuẽtes miſere filie ba
bilonis retributionẽ quã retribuit ip̃a eis
pmiſſe beatitudinis p̃miũ facilius ⁊ felici⁹
aſſequãtur: caſtigare corpus pp̃riũ in ſer-
uitutẽ redigere cõcupiſcũt. Sed ptãtes ⁊ re
ctores ciuitatũ ⁊ locoꝝ in quibus tales dñi
ſerui degũt nõ attẽdẽtes q; nemo militans
deo implicat ſe negocijs ſecularibꝫ: ⁊ q; ſpõ-
ſa lotos pedes abnuit inq̃nare ab eis vt ip
ſos ſequãtur ⁊ exerceãtur i armis iuramẽ
ta extorquere cõtendũt: ⁊ ad recipienda et
exequẽda publica officia cõpellere moliũt̃
q̃netiã illos q̃ ad agẽdã penitẽtiã ſecretos
petiere receſſus ad pp̃ria reuocãtes: ip̃is
noua onera ⁊ exactiões imponũt: alias in-
honorãdo ipſos quos tãq; dei amicos de-
berẽt modis oib⁹ honorare. Qr igit̃ inter-
eſt noſtra dei amicos in religiõis pp̃oſito
cõfouere: ad exẽplar p̃deceſſoris nr̃i Frater
nitati vr̃e p apl'ica ſcripta mãdam⁹ quate
nus hmõi penitentes (dũ tamẽ onera i qui
bus ratione bonoꝝ ſuorũ tenentur agno-
ſcant) in his vel alijs temere moleſtari qui
bus poſſit eoꝝ propoſitũ impediri nõ ſina
tis moleſtatores per cenſuram eccleſiaſti-
cam appellatione poſtpoſita compeſcendo

¶ Grego.ix. ꝯcedit ffes in ptes paganorũ
pficiſcẽtes poſſe cũ excõicatꝫ cõicare ⁊ alia

G Regorius eps ⁊c.
Fratribus in terra virgianoꝝ
et paganoꝝ proficiſcẽtib⁹. Cũ
meſſis multa ſit: operarij pau-
ci: euãgelicus ille pf. amilias adhuc mittit
operarios in vineam ſuam: et in hac quaſi
hora vndecima vinee ſue nouos deputat
vinitores: quoꝝ laborez pari cum primis
denario recompenſet. Cum igitur in ter-
ris virgianoꝝ ſarracenoꝝ alioꝝq; infide-
lium vobis animarum ſollicitudine cõmiſ-
ſa illius operãte clemẽtia qui de lapidib⁹
poteſt filios abrahe ſuſcitare verbo ⁊ exẽ-
plo proficiatis: ibidẽ exiſtentes in innio re
ducatis ad vitam: nos conſiderantesq; mi
niſterium veſtrum diligenter implentes:
vos operarios inconfuſibiles exibetis: vi-
ciorum ſẽtes extirpare de agro dominico
ſatagendo: propter quod indubitanter de
vobis fiduciam obtinemus: vt qui ſpiritu
viuitis ſpiritu et ambuletis: et de doctrina
veſtra ⁊ conuerſatione flores ⁊ fructus p-
ueniant gratiores. Deuotioni veſtre preſẽ
tium auctoritate concedimus vt in terrꝫ il
lis vobis ſit licitũ excõicatis cõicare in his
que ad ſalutẽ pertinent animarũ. Quibus
et dũmodo latini ſint ⁊ apoſtolice ſedi obe
diãt fratres veſtri preſbiteri valeãt ꝯgrua
ſatiſfactione premiſſa ſm formam eccleſie
abſolutionis beneficiũ impꝛtiri: eorũq; ꝯfeſ
ſione audita penitẽtiã ſalutarẽ iniũgere: ⁊
cũ ordinis veſtri fratribus ſuper leui irre-
gularitatis nota prouide diſpenſare. Nul
li ergo. Datum. xvj. kl's Junij. Pontificat⁹
noſtri. Anno ſeptimo.

¶ Greg.ix. ꝯcedit q̃ſi idẽ q̃d i p̃cedẽti bulla

GRegorius epũs ⁊c. Fratribꝰ ordinis minorꝝ in terras ſarracenorũ ⁊ paganorꝝ ꝓficiſcẽtibꝰ ꝓ zelo fidei chriſtiane ⁊ pro illuminatione gẽtiũ in ignorãtie ac erroris ambulãtiũ cecitate ꝑegrinationẽ vobis aſſumẽtibꝰ ad exteras regiones pñtiuȝ vobis auctoritate concedimus vt ꝓponere vbũ dei ⁊ illarum partium homines ꝑ miniſteriũ exhortationis veſtre ꝯuerti ad vnitatem fidei chriſtiane cupiẽtes recipere ac baptizare poſſitis: ⁊ eccl'ie ſacroſãcte filijs aggregrare/aggregatos inſignire caractere clericali: ac eos q̃ ꝑ apoſtaſiã ſciſma vel hereſim a chriſtiani confeſſione nois recedentes inter ſarracenos habitãt abſoluere ac reconciliare ꝑ grãm penitẽcie ſalutaris ſi ad obediẽtiã eccleſie romane in humilitatis ſpiritu duxerint redeũdum. Datuȝ. xvi. kal'. iunij. põtificatus noſtri anno ſeptimo.

¶ Grego. ix. mãdat vniuerſis prelatis vt i dioce. ſuis ffes benigne recipiãtẽ pũſiꝰ.

GRegorius epus ⁊c. Archiepis et epis abbatibꝰ/ decanis/ archidiaconis ⁊ alijs eccleſiarũ prelatis. Cũ qui recipit ꝓphetã in noie ꝓphete mercedem ꝓphete recipere mereat̃: dilectos filios ffes mi. q̃ more apl'orũ ſerẽdo ſemina vbi dei diuerſas circũeunt regiones: eo deuotioni veſtre fiducialius commendamus: quo ſalutẽ fideliũ propenſiꝰ affectãtes ardẽter cupimꝰ vt vobis apud deũ exinde augeatis cumulũ meritorꝝ. Quocirca vniuerſitatẽ veſtrã rogamꝰ ⁊ hortamur attente per apoſtolica vobis ſcripta mãdantes: quatenꝰ dictos ffes ad vos accedentes vt circa lucrum animarꝝ ⁊ euãgelizationẽ verbi dei ſuũ miniſteriũ exequantur: habeatis eius intuitu ꝯmẽdatos cuiꝰ ijdem obſeqꝫs ſunt aſſcripti benigne ac caritatiue recipiatis eoſdem vtpote catholicos ⁊ fideles eiſq; fauorabiles ac ꝓpicij in ſuis neceſſitatibus exiſtatis: credendo firmiter et certã de ipſis habendo fiduciam ꝙ cum ſpiritu viuant ſpũ et ambulẽt: ſe operarios in vinea dñi debeant inconfuſibiles exhibere. Datũ peruſij. ij. idus iunij põtificatꝰ nr̃i ãno. viij.

¶ Grego. ix. ꝯcedit nouicios ab ordie egreſſos ⁊ in alijs ꝓfeſſos inibi manere debere.

GRegorius epiſcopus ⁊c. Miniſtro et fratribus ordinis minorum. Licet olim quibuſdam ex fratribus veſtris ad fratruȝ predicatorum et aliquibꝰ ex eis ad veſtruȝ ordinem tranſeuntibꝰ vtroſq; ſuo reſtitui ordini mandaſſemꝰ: quia tamen temporis longi prolixitas et profeſſionis vinculũ repugnare videntur: quo minus ab vtriuſq; ordinis ſcandalo poſſit mandatum apoſtolicum adimpleri: vobis ⁊ animarum ſaluti prouidere volentes et diſſidijs obuiare ita duximꝰ prouidendum vt iam profeſſi in ordinibus memoratis nonobſtante mandato predicto in eis debeant remanere auctoritate preſentiũ: ne hac occaſione inter vos ⁊ illos ſcandalum oriatur: id de cetero fieri diſtrictius inhibentes. Datũ viij. idus nouembris pontificatus noſtri anno decimo.

¶ Gregorius. ix. quẽdã fratreȝ p̄dicatorẽ contra ſtigmata beati frãciſci aliqua ꝓponentem grauiter redarguit.

GRegorius epũs ⁊c. Prioribꝰ ⁊ prouincialibꝰ ordinis fratrum predicatorũ. Non minꝰ dolẽtes accepimus q̃ȝ mirãtes ꝙ quidã frater veſtri ordinis euechardus nomine immemor ꝙ ſermo predicantium ſalis grãe ſẽꝑ habere debeat condimentũ: cũ p̄miſſet opaniã moranie ciuitatẽ de p̄dicãte trãſiẽs in blaſphemũ: in cõmuni dicere nõ expauit ꝙ i laude beati frãciſci ꝑ quoſdam ex diſcipulis ſuis pie ꝓpoſita deberent haberi pro reprobis ꝙ in eius corpore chriſti ſtigmata non fuiſſent. Quid vltra? nec chriſto q̃ ſanctũ eũdẽ manibus pedibꝰ ac latere hmõi ſtigmatuȝ priuilegio decorauit: nec nobis qui ex tanto miraculo cũ ceteris ꝓbato ſolẽniter cauſam ſpecialẽ habuimus ꝙ ipſũ aſſcripſimꝰ catalogo beatorum deferẽdo: dicti fratris elatio in tãtã ꝓrupit inſaniã ꝙ diſcipulos memoratos coram populo q̃ſtuarios ⁊ falſos predicatores appellãs impudẽter aſſeruit ꝙ in ipſos ⁊ cõſimiles auctoritate nr̃a excoĩcationis poſſet ſentẽciã promulgare. Uerũ cum non ſolum iam dicte nequitie ꝓtulerit verba: ſed ⁊ ipſis alia peruerſa proximorũ pace ſuaq; ſalute poſtpoſitis cumularit: diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta in virtute obedientie diſtricte p̄cipiendo mandamus: quatenus ſi premiſſis veritas ſuffragatur: fratrẽ eũdẽ apud quẽcũq; fuerit ſuſpenſũ a p̄dicationis officio ad noſtram mittatis pñtiã penaȝ ꝓ meritis recepturꝰ. Datũ ſc'do kalendas aprilis. pontificatus noſtri anno vndecimo.

¶ Grego. ix. cõcedit portãtes mulieres habitum S. clare ad deponendum ipſuȝ ꝑ dioce. compelli debere.

Gregorius epõs ꝛc. Ar-
chiepis et
epis ad quos littere iſte ꝑue-
nerint. Ad audiētiā noſtrā no
ueritis perueniſſe ꝙ nonnulle
mulieres ꝑ veſtras ciuitates
ꝛ dioceſes diſcurrentes ſe fore de ſancti da
miani ordine mentiūtur: vt ꝛ aliꝗ ſue aſſer-
tioni mendaci fidē credulitatis accedāt di
ſcalciate vadunt: habitum ꝛ cingulū mo-
nialiū eiuſdē ordinis cordulas deferentes
quas quidā diſcalciatas ſeu cordularias.
aliꝗ vero minoretas appellāt: cū tamen mo
niales ipſe vt gratum preſtēt dño famula-
tum ꝑpetuo ſint incluſe. Unde qꝛ in eiuſdē
ordinis confuſionē ac derogationē ordinis
fratrū minoꝝ ꝛ ipſorum fratrū ſcandalum
ac monialiū earūdem ꝑdictaꝝ mulierū re-
ligio ſimulata redūdat: vniuerſitati veſtre
apoſtolica ſcripta precipiendo mādamus
quatenꝰ mulieres ipſas ad abꝗciendū cum
eiſdem cingulis ꝛ cordulis hmōi habitum
monitiōe premiſſa ꝑ cenſuram ecclˀiaſticaꝫ
cū ſuꝑ hoc reqſiti fueritis appellatiōe poſt
poſita cōpellatis. Datum laterani .ix. kal.
martiꝗ pontificat nři anno quartodecimo.

¶ Inno. iiij. inhibet fřes ciſtercieñ nři
ordinis ꝓfeſſos aliquo modo recipere. Ha
betur ſub autentico ī cōuentu rotho. ꝛ Ori
ginale habetur in conuentu pariſieñ.

Innocencius epi
ſcopus ſeruꝰ ſeruoꝝ dei. Dile
ctis filiꝗs vni. abba. ꝛ conuen-
tibꝰ ciſtercieñ. ordinis ad qͦs
littere iſte ꝑuenerint Salꝫ. et
apoſtolicam bñdictionem. Cum olim fe. re.
greg. papa ꝑdeceſſor noſter de religioſorū
finibus omnem turbationis materiaꝫ am-
putare deſiderans vobis in virtute obe
firmiter precipiendo mandauerit prout in
regiſtro ipſius predeceſſoris continetur ex
preſſe vt nullum de ordine fratrum mino-
rum pretextu alicuius indulgentie niſi pri
us ſedis apſtolice vł miniſtri ſui petita li-
centia et obtenta in veſtrum admitteretis
conſortium et receptos ad ſui reſumptio-
nem habitus remittere curaretis. Nos ſi-
cut accepimus non ſolum ad miſſos reſti-
tuere contempſiſtis ad plenum: verumeti-
am plures poſtmodum ex ipſis fratribus
preter formam a dicto predeceſſore noſtro
vobis impoſitam non abſqꝫ inobedientie
vicio recepiſtis. Uolentes igitur vt eiuſdē
predeceſſoris noſtri mandatum vtpote plu-
ribus ſalutiferum et ſeminarium pacis fir
miter obſeruetur a vobis Uniuiuerſitati
veſtre per apoſtolica ſcripta precipiendo
mandamus quatenus omnes quos de or
dine predicto vos vel anteceſſores veſtri
contra mandatum huiuſmodi recepiſtis
ad miniſtros ipſoruꝫ ſine difficultatis obi
ce remittentes ſtudeatis a receptione ta-
lium propter quietem ordinis vtriuſqꝫ de
cetero abſtinere. Alioquin ne hoc per ali-
quorum inſolentiā impediri contingat ve
nerabilibus fratribus noſtris archiepiſco
pis et epiſcopis locorum veeſtrorum dio-
ceſanis noſtris damus litteris in manda-
tis vt eos qui ex vobis huiuſmodi man-
dato apoſtolico noluerint humiliter obe-
dire/ad id monitione premiſſa per cenſu-
ram eccleſiaſticam appellatiōe remota cō-
pellant indulgentia ſedis apoſtolice con-
traria nonobſtante. Datum lugduni pri-
die idus iuniꝗ Pōtificatus noſtri Anno. iiꝗ

¶ Innocen. iiꝗ. mādat epis hic poſitꝭ ffes
regni caſtelle a quibꝰ ſuis ꝯtra priuilegia
ſua moleſtari non permittere.

Innocencius epi
ſcopus ꝛc. Uenerabilibus fra
tribus valentinenſi calagori-
tañ epis. S. ꝛ aplˀicā bñ. Inū-
dās malicia ꝑuerſoꝝ ꝑſonis
ſctē religiōi deditis adeo freqnt exhibet ſe
infeſtā: ꝙ ipſi diuino cultui vt deberent va
care non poſſunt dum illoꝝ maliciꝗs agi-
tantur. Cum ergo ſicut dilecti filiꝗ miniſter
fratrum minorum regni caſtelle et fratres
ſibi ſubiecti nobis ſignificare curarunt: nō
nulli qui nomen domini in vacuum recipe
re non formidant ipſos grauiter moleſta-
re preſumunt: nos et preſumptorum huiuſ
modi refragari conātibus et dictorum mi
niſtri et fratrum grauaminibus volentes
congruis remediꝗs ſubuenire Fraternitati
veſtre per apoſtolica ſcripta mādamꝰ qua
tenus ipſos in perſonis vel rebus non per
mittatis contra tenorem priuilegiorum et
indulgentiarum ſedis apoſtolice ab aliqui
bus indebite moleſtari: moleſtatores huiꝰ
modi per cenſurā ecclˀiaſticā appellatione
poſtpoſita compeſcendo: non obſtāte cōſti-
tutiōe de duabus dietis edita in cōcilio ge
nerali. Qꝫ ſi nō ambo his exequēdis potue
ritis intereſſe alter veſtrū ea nichilominus
exequatur. Datum Peruſiꝗ ſexto klˀs octo-
bris Pontificatus noſtri Anno decimo.

¶ Alexan. iiij. mandat vniuerſis prela-
tis fratres ab eis benigne recipi ac ſui ob
ſeruantꝗs regularibus libere vti.

Alexander epiſcopus ⁊c. Archiepiſcopis epi=
ſcopis abbatibꝰ prioribus ar=
chipſbiteris ⁊ alijs eccleſiarū
prelatis. Patris eterni benignitas pro ſui
nominis attollenda gloria ⁊ fidelium pro=
curanda ſalute inter perſonas plurimas
diuis obſequijs deputatas viros i eccleſia
ſua ſancta conſtituit conuerſationis et vi=
te honeſte conſpicuos ac ſcientie titulis i=
ſignitos. Hi ſunt dilecti deo et hominibus
fratres ordinis minorum et predicatoruꝫ
qui ſuū ſemper affectum ad amorem cele
ſtiū dirigētes: virtutē diuini nomis per or=
bē terrarū publicāt et chriſtiane religiōis
ampliando cultum vigili attentione deſu=
dant. Hi ſūt qui vitaꝫ et merita beatiſſimi
pauli apoſtoli cōtemplantes gloriantur i
ſola cruce dñi ſpernendo mundi ſolatia ꝓ
delicijs paradiſi. Hi ſūt qui hoſtes aie per
ſcutū fidei. loricā iuſtice gladiū ſpūs. ſalu=
tis galeā haſtā perſeuerātie debellantes
obtinere ſatagant: vt catholicis vniuerſis
fidei ſpei et charitatis augmenta proue=
niant ac perfidis veritatis via pateat et
heretice prauitatis inſania euaneſcat. De
tantorum ſiquidem meritorum prouenit
claritate ꝙ nos fratres eoſdem in chriſto
affectu ſinceriſſimo diligamꝰ ⁊ ipſos vbiqꝫ
terrarum ſtatu gaudere pacifico affectamꝰ
pro re indigna et nimis amara ducentes
ſi quis de numero fideliuꝫ et potiſſime pre
latorum eos aliquibus turbat iniurijs vel
offenſis. Rogamus itaqꝫ deuotionem ve=
ſtram et per dei miſericordiam obſecramꝰ
per apoſtolica ſcripta vobis mandātes ac
in remiſſionem vobis peccaminum iniun=
gentes quatinus illos qui ſunt ex eis i ve
ſtris ciuitatibus ⁊ dioceſibus cōſtituti ſeu
qui ad pñtiam veſtram qñcūqꝫ ꝑuenerit ꝓ
diuina et nr̄a reuerentia affabiliter et be=
nigne recipe ac eos vr̄e caritatis ſtudeatis
affluētia ꝯfouere ꝑmittēdo vti libere regu
laribus eoꝝ obſeruātijs ⁊ ſtatutis ꝑ ſedeꝫ
apl̄icā approbatis ac etiā indulgētijs ⁊ lit
teris quas circūſpecta pietas ſedis eiuſdē
olim cōceſſiſſe dinoſcit̄ de ſua grā ſpeciali.
Ceteruꝫ predictos fratres de fauoris vr̄i
plenitudine plenꝰ honorātes eis liberali=
ter cōcedatis et que ſūt oportuna pro aia=
rū ſalute fieri ab eis auctoritate veſtra li=
bere valeant exerceri: preſertim cum ipſi
cordi habeant miniſteriū ſuū ita laudabili
ter ⁊ prudēter exequi: ꝙ exinde apud vos
poſſint ſinceraꝫ ⁊ ſtabilem beniuolentiam
promereri. Preces autē noſtras quas vo=
bis ex intimo cordis affectu dirigimus ſic
adipleat veſtra ſinceritas ꝙ ꝓpter hoc vo
bis gratioſi fauoris premia opportuno tē
pore cōpenſemus. Datum neapoli. v. Idꝰ
aprilis. Pontificatus nr̄i Anno primo.

¶ Alexander quartus aliquos fratres
ſemꝑ in monte aluerne habitare mandat.

Alexāder epiſcopus ⁊c. Uniuerſis miniſtris
cuſtodibus et gardianis ac
ceteris fratribus ordinis fratrum minoꝝ.
Si noue militie militantis eccleſie in lau=
dem beati Franciſci ieſu victoris ſignife=
ri penſemus preconia necnon et gaudia et
iubilos triūphantis: ex animo nempe cogi
mur eiuſdem ſancti omnia peduꝫ veſtigia
latibula montium et cauernas terrarum
cum reuerentia vt humana fragilitas ſinit
indagare ſollicite ⁊ reperta cum omni re=
uerentia venerari. Sane o dilecti filij cele=
brem illum vernātis aluerne montē i quo
ſublimatuꝫ corpus a ſublimiori animo nō
diſſenſit cum ibi nimius amor interius in
mēte feruens intuitu ſeraph incaleſcens
incendij feruore prorupit exterius deco=
rans corpus in cruce ſplendidum ſuis mar
garitis affectionis brachijs amplectimur
tot et tanta mirifica recolentes. Quem eñ
amicum eterne ſalutis ille locus non dele=
ctet ꝙ plurimum vbi extremo iam inſtante
ſeculi ſeneſcētis interitu oñdit exceſſus re=
gis militē regijs militaribus inſignituꝫ vt
regis aciē iam labentem iāiāqꝫ ab hoſtibꝰ
fugientē defēderet: et certamen victorioſū
triūphatoris ſuꝑni verbis actibꝰ et hoſtes
aggredientibus ꝑdicaret. O ꝙ̄ ibi lugubria
cordis ſuſpira ⁊ ex intimis cordis anxios
ſingultus eduxit. O quotiēs felicē montis
humū felicioribus lachrimaꝝ riuulis ma=
didauit feliciſſimū pectꝰ ſternēs: ⁊ ſi certe
interdum ciuiū ſuperiorū ordinū pñtia et
ſolatio leuaretur. O quotiens in inferiorū
milicia mens eius plena diuinis iſtillatio=
nibꝰ letabat̄. Nos igitur de tāti pr̄is ꝯfo=
nibus ꝯfidētes: hūc ſctm̄ ꝑfati mōtis i ſpe=
cialem aſſumimꝰ cūctis nr̄is viribꝰ ꝓtegē=
dum. Quocirca vniuerſitatem veſtram ro
gamꝰ. monemꝰ ⁊ hortamur attēte per apo
ſtolica vobis ſcripta i virtute obediētie fir
miter precipiendo mandātes: quatenus in
predicto loco quē nulla ratione volumus
deſtrui vel ab ordine derelinqui fratres ali=
quos ſtatuatis q̄ iugē ibidē ſtatuāt dño fa
mulatum. Datum neapo. vi. idus aprilis.

Pontificatus noſtri. Anno primo.

¶ Alexander .iiij. ꝯcedit fr̃es ad recipiē
dū curā monaſterioꝝ .ſ. Clarenō poſſe ꝯpelli

ALexander epiſco
pus ⁊c. Gn̄ali ⁊ ꝓuincialibus
miſtris ac alijs fr̃ibus de or
dine fra. mi. Petitio vr̃a no
bis exhibita ꝯtinebat: ꝙ mo
niales q̄ꝓplurium monaſteriorioꝝ que or
dinis ſcti Damiani fore ſe aſſerunt dioceſa
na lege dioceſanis ep̄is ſubiectoꝝ nr̃as ad
vos lr̃as ip̄etrarūt. vt monaſterioꝝ ip̄oꝝ
ſollicitudinē gerētes: ⁊ curā eis corectiōis
et viſitatiōis offm̄ ip̄edatis ⁊ miſtretis ec
cleſiaſtica ſacramēta. Qr̄ vero q̄dā ex ipſis
monialibus interdū diſcurrūt ꝑ patriā cū
deberēt potius viuere ſub clauſura: idem
dioceſani ad quos cura monaſterioꝝ noſci
tur ꝑtinere nō ſolū ꝯtra moniales ip̄as ve
rūetiā ꝯtra vos q̄bus iuitis eaꝝ cura inter
dū dimittit̄ ſepiꝰ ꝯcitāt: ſr̄ quo petiſtis a no
bis ꝑ ipſiꝰ ſedis ꝓuidētiā ſubueniri. Cū
aūt intētiōis nr̄e nō exiſtat vos grauare ſr̄
hoc ſeu dioceſanis ep̄is aliq̄d p̄iudiciū ge
nerare: vobis vniuerſis ⁊ ſingulis auctori
tate p̄ntiū idulgemꝰ: vt ad gerēdū curā ali
quoꝝ monaſterioꝝ p̄dicti ordinis ſcti da
miani vl̄ eis hm̄ōi offm̄ ip̄edēdū ſeu miſtrā
dū ſacramēta p̄dicta niſi ad romanā eccle
ſiā nullo pertineant mediāte mīme tenea
mini p̄textu aliquaꝝ litteraꝝ a ſede apo
ſtolica ſub quacūq̄ forma obtētaꝝ vel ob
tinendaꝝ īpoſteꝝ: q̄ de p̄ntibꝰ plenā et ex
preſſam non fecerint mētionē. Illud idem
de monaſterijs nouiter exēptis vel decete
ro eximendis nos volumus obſeruari: vt
non teneamini cure ip̄oꝝ onꝰ aſſumere: niſi
q̄ꝯtū honeſtati veſtre videbitur expedire.
Nulli er. ⁊c. Datū anag. xv. kal̄. ſep. ponti
ficatus noſtri anno primo.

¶ Alexā. iiij ꝯcedit ꝓſas ⁊ hymnū ange
licum in miſſis de ſpiritu ſancto ⁊ beate vir
ginis marie fr̃es poſſe cantare. Habet̄ ſub
plūb. in conuentu/rothoma. ⁊ etiam in con
uentu pariſienſi. ⁊ ambianē.

ALexander ep̄s ſeruꝰ
ſeruorum
dei. Miſtris ⁊ ꝓui. ⁊ fr̄i. vni
uer. orđ. fra. mi. Salu. ⁊ apo.
b̄ndi. Preſſi graui orbis ſarcina ſub ip̄oſita
neceſſitate paſtoralis officij dū ꝓ coī ſalute
fideliū ī ꝯmiſſo nobis miniſterio ſatagimꝰ:
cū marthe ſollicitudine circa plurima forin
ſecus ꝯturbamur: ita vt nobis vix diei ho
rā poſſimus ſubripere: quia intrīſecus bea
te quietis vacemꝰ ocio ad pedes dn̄i cū ma
ria: ꝓpt̄ quod iuuari ꝑ ſijs deuotaꝝ oratio
num ſuffragijs plurimū indigemus. Hoc ſi
quidem dilecti filij pariſiēſis ⁊ q̄ꝓplurium lo
coꝝ fr̃es veſtri ordinis tanq̄ deuotionis fi
lij de patris veſtri ſalute ſolliciti attenden
tes ſtatuerunt: vt qualibet hebdomada ſin
guli eoꝝ ſacerdotes vnam miſſam de ſpiri
tu ſancto vel beata virgine in priuato ⁊ cō
uentus totus ſolēniter pro noſtra ſalute ac
noſtro et eccleſie bono ſtatu celebrent: ⁊ ali
as certaꝝ orationuꝫ ſacrificijs apud patrē
luminum interpellēt. Unde nos in hac par
te ipſorum deuotū ſtudiū dignis in domi̇o
laudibus cōmendantes: eis ꝙ in predictis
miſſis ſolēnibus angelicum hymnum vꝫ
Gloria in excelſis deo ⁊ ſequētias ſeu pro
ſas miſſis competentes huiuſmodi ſtatuto
cōtrario ⁊ p̄ſertim methis a vobis in gene
rali caplo edito nō obſtāte licite valeāt de
cātare ac etiā dicere in p̄uatis ꝑ nr̄as lr̄as
duximꝰ cōcedēdū. Quo circa vniuerſitateꝫ
vr̄am attēte req̄rimꝰ ⁊ ꝑ dn̄m obſecramus
qtūs freq̄ns negociū nr̄m quo p̄mimur ſol
licito pacis vr̄e ocio adiuuātes: illud idē in
ſingulis locis vr̄is ſtatuere ac ſeruare cu
retis. Nos aūt vt id liberiꝰ exequi valeatis
licentiā hm̄ōi vobis auctē p̄ntiū duximus
concedendam. Datum anagnie kalendas
Junij. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

¶ Alexā. iiij. cōcedit nulli fr̄eꝫ abſq̄ ſuorū
p̄latoꝝ licētia ab aliquo ī ep̄ꝫ aſſumi poſſe

ALexander ep̄s ⁊c. Mi
niſtro gn̄a
li ordinis fra. mi. Petitio tua
nobis exibita ꝯtinebat ꝙ cū
aliq̄ fr̄es tui ordis ī aliq̄bꝰ ec
clijs ī ep̄os eligūt̄ vel etiā po
ſtulātur: ijdē fr̃es lꝫ ꝓpriū velle nō habeāt
aut nolle ꝓ eo ꝙ renūciauerūt mūdo ⁊ pro
prie volūtati ⁊ per ſe nequeāt cōſentire: tn̄
irreq̄ſitis miſtris ſuis quoꝝ licētia ⁊ teſtio
niū eſſet ī talibꝰ requirēda: interdū electiōi
bus ſiue poſtulatiōibꝰ de ſe factis temē cō
ſentiūt: ⁊ locoꝝ archiep̄i fr̃es ip̄os in ep̄os
aſſumere ac ordinare p̄ſumūt. Propter qđ
plerūq̄ ī eodē ordie ſcādalū gn̄at̄: ſuꝑ quo
ꝓuideri ꝑ ſedē aplīcā humiliter poſtulaſti
Cū autē predictū ordinē cum ſit recte vite
ſpeculū ⁊ ſalutifere cōuerſationis exēpluꝫ
velimus ſemper de bono in melius: proſpe
rari auctoritate preſentiū de ſpeciali gra
tia inhibemꝰ: vt nulli p̄fati ordīs fratres ſi
eos in ep̄os eligi aut poſtulari contigerit:
electioni ſeu poſtulationi de ſe facte aude
ant conſentire: nec aliquis archiepiſcopus

ſeu quicũqȝ alius ꝓlatus vel etiaȝ legatus
ſedis ipſiꝰ niſi fuerit cardinalis dictos fra
tres niſi de tua vel ipſoꝝ ffm prouincialiũ
miniſtroꝝ qui pro tempore fuerint licẽtia
et aſſenſu aut ſedis eiuſdẽ ſpeciali mãda=
to ad epatus vel alias dignitates extra di
ctum ordinem aſſumere vel ordinare pre=
ſumat. Nos autem decernimus irrituȝ et
inane quicquid cõtra inhibitioneȝ hmõi a
quocunqȝ contigerit attentari. Nulli ergo
ꝛc. Datum ananie. v. Idus Junij. Pontifi=
catus noſtri. Anno ſecundo.

¶ Alexander. ꝯcedit ffes ad dignitates
aſſũptos bona ſua ordini reſignare debere

ALexander epiſco
pus ꝛc. Gñali et prouinciali=
bus mi. ordinis ffm minorũ
Ex pte vfa nobis fuit intimatuȝ: ꝙ cũ con=
tingat interdũ ad epalem ꝛ alias ſupiores
ſeu inferiores dignitates: aliquos de fratri
bus vfi ordinis ꝓmoueri: ipſi libros ꝛ alia
que tempore ſue ꝓmotiõis habeãt lȝ nõ ad
eos cũ propriũ eis habere non liceat ſȝ ad
ordinẽ ptineant memoratũ: ꝓprijs vſibus
applicare pſumũt in ſuarũ ꝑiudiciũ aiarũ
quare ſuppliciter poſtulaſtis a nobis vt ꝓ
uidere ſr hoc ſalubriter curaremus. Nos
igitur eorundẽ ffm ſaluti et indẽnitati vfi
ordis paterna volẽtes ſollicitudine ꝓuide
re vt libros ꝛ alia q̃ ipos ꝓmotiõis ſue tpe
habuiſſe ſeu habere ꝯſtiterit tibi fili gñal
miſter vel ſuis prouincialibꝰ miſtris ſub=
mota qualibet dilatiõe reſignent ipſis fra
tribus ꝓmotis in virtute obedientie: illis
autẽ quos ꝓmoueri contigerit ne reſigna
re differãt auctoritate pñtium duximus i=
iungendum niſi forſan vos ipſorum vſus
eis ad tps conceſſeritis de gratia ſpeciali.
Datum laterani. nonis decembris. Pon=
tificatus noſtri. Anno primo.

¶ Alexãder. iiij. ꝯcedit de male acqſitꝭ
et icertis relictis poſſe ffes recipe q̃cũqȝ ſi
bi donãtur. Hec habet ſub autẽtico i cõuen
rothomageñ. ꝛ Originale eſt in conuentu
piſieñ.

ALexander epiſco=
pus ſuus ſeruoꝝ dei. Gñali et
alijs ꝓuincialibus miſtris ac
ffibꝰ ordis minoꝝ ſalutẽ ꝛ apo
ſtolicam bñdictionẽ. Fe. re. J. papa ꝑdeceſ
ſor nr et nos poſtmodũ ad inſtar ipſius di=
lectis filijs magiſtro ꝛ ffibꝰ domus militie
tẽpli hieroſolymitani ꝓ exoneratione debi
toꝝ qbus teneri dicũt vt de vſuris rapinis
et alias quocũqȝ mõ illicite acqſitis q̃ xpi fi
deles mãdãt reſtitui i vltima volũtate vel
dum viuunt etiam ſi ſoſpitate fruũtur reſti
tuere ſunt parati: ſi quibus ipſorum reſti=
tutio fieri debeat omnino inueniri nõ poſ=
ſint: necnon de legatis indiſtincte in pios
vſus non expreſſis locis aliquibus vel per
ſonis vſqȝ ad decem milia marcarum argẽ
ti vbiqȝ locorum extra regnuȝ alemanie re
cipere valeant: per apoſtolicas ſub certa
forma litteras dicimur conceſſiſſe: diuerſis
ſuper hoc eis executoribus deputatis.
Uerum qr ſicut intelleximus dicti magiſtri
ꝛ ffes ſup premiſſis ſiue vobis ſiue depoſi
tioni vel ordinatiõi alicuiꝰ vel aliquoꝝ ex
vobis quomodolibet reliquũtur: ſeu ſi exe=
cutores decedẽtiũ de talibus eoꝝ diſpoſi=
tioni relictis vobis velint aliqua elargiri:
vos occaſione cõceſſiõis hmõi inquietant
multipliciter ꝛ moleſtant. Nos volẽtes pa
ci et trãquillitati vre ꝑſna ſuper hoc ſolli=
citudine ꝓuidere: vobis vniuerſis ꝛ ſingu
lis vt tales litteras ꝑdictis magiſtro ꝛ fri=
bus ab apľica ſede ꝯceſſas nullũ vobȝ vroqȝ
ordini ꝑiudiciũ gñet: qn eiſdẽ lris nequa=
qȝ obſtãtibꝰ ea q̃ de ꝑmiſſis vobis ꝛ ipſi or
dini relinquũtur et ab executoribus dece=
dentium exhibentur: recipe ac de hijs que
vre ꝯmittũtur diſpoſitioni ordinare ac diſ=
ponere libere valeatis: auctoritate pñtiuȝ
indulgemus. Predictis magro ꝛ ffibus ac
etiã executoribꝰ eorũdẽ in virtute obediẽ=
tie diſtrictius inhibentes: ne vos vel vrm
aliqs ꝑdictaꝝ lraꝝ ꝑtextu moleſtare ꝯtra
hmõi tenorẽ inqetare ſeu quõlibet pturba
re ꝑſumãt. Nos ei nichilominꝰ oẽs excõica
tiõis ſuſpẽſionis et iterdicti ſẽtẽtias quas
ꝑ eoſdẽ executores i vos vľ vrȝ aliqs occa
ſiõe hmõi ꝓmulgari ꝯtigerit decernimus
irritas ꝛ inanes. Nulli ergo ꝛc. Datũ viter
bij xvij. kalendas nouembris. Pontifica=
tus noſtri. Anno tertio.

¶ Alexander quartus idem qꝺ in ſupe
riori bulla concedit.

ALexãder eps ꝛc.
Uniuerſis executoribꝰ teſta
mẽtoꝝ pñtes lras iſpecturis
Ex pte dilectoꝝ filioꝝ miſtri gñalis ꝛ ffȝ or
dinis minoꝝ fuit ꝓpoſitũ corã nobis ꝙ cuȝ
aliq veſtrũ de male ablatis et illicite acq=
ſitis q̃ fideles neſcientes quibus hoꝝ reſti
tutio fieri debeat: necnon de his q̃ ijdẽ fide
les indiſtincte nõ expreſſis perſonis vel lo
cis veſtro arbitrio ſeu de conſilio alicuius
per vos i pios vſꝰ erogãda ꝯmittũt velint

eorumdem fratrum indigẽtijs prouidere:
nonnulli eccleſiarum prelati necnon hoſpi=
talis et militie templi hieroſolymitani ac
etiam militie ſancti iacobi domorum ma
giſtri et fratres ac alij pro quibus ſuper ob
tinẽdis ab eis certis quantitatibus legatorũ
huiuſmodi litteras noſtras direxiſſe dici-
mur: per executores ſibi ſuper hoc deputa=
tos a nobis impedire procurant ne predi=
ctoꝝ fratrum minorum indigentijs de pre
dictorum legatis per vos valeat ſubueni=
ri: propter quod duxerunt ad apoſtolice ſe
dis auxilium recurrendum. Cum igitur no
ſtre intentionis non fuerit nec exiſtat ꝑ hu
iuſmodi litteras prouidendi eiſdem fratri
bus de predictis legatis vobis adimere fa
cultatem: vniuerſitati veſtre preſentiũ au
ctoritate concedimus vt non obſtante con=
tradictione predictorum executorum eiſdẽ
fratribꝰ minoribus de ꝓdictis legatis pro=
uidere poſſitis prout eorum neceſſitatibus
videritis expedire. Nos enim iterdicti/ſu=
ſpenſionis vel excommunicationis ſenten=
cias ſi quas per executores eoſdem in ali=
quos veſtrũ vel fratres predictos ſeu quoſ
cunqꝫ alios occaſione huiuſmodi contige=
rit promulgari decernimꝰ irritas ⁊ inanes
Datum anagnie põtificatꝰ nr̃i anno tercio.

❡ Alexander papa quartꝰ cariſſimo frã
corum regi iniungit in remiſſionẽ pctõrum
quatinꝰ manũ fortẽ exhibeat epõ pariſieñ.
pro executione ſtatutoꝝ papaliũ. Et hoc cõ
tra rebelles ⁊ ꝓcaces qui non ceſſabant fra
tres mendicãtes perturbare. rogans eũ vt
dictos fratres protegat ⁊ deffẽdat. Origi.
bulla eſt pariſius apud predicatores.

Alexander epũs ſeruꝰ ſeruorum
dei. Cariſſimo in xp̃o filio regi
frãcoꝝ illuſtri. Salutẽ ⁊ apo=
ſtolicam bñdictionem. ❡ Bo=
na meritoria per que virtutũ
dño placere deſideras religioſa multipli=
cat dilectiõis caritas q̃ humiles religioſas
ꝙ ꝑſonas manibus diuine pacis ſpiritꝰ re
quieſcit humiliter amplectitur mãſuetudi=
nis regie celſitudo. Hoc quippe in celis ad
mercedis cumulũ tibi ꝓgnanter pura repo
nit intẽtio quã pia deſideriorũ tuoꝝ ſtudia
manifeſtãt. Hoc velut iſigne imitatiõis ex=
emplar fidelibus apte proponitur ad profe
ctũ. Ea ꝓpter ſi pro dilectis filijs. Predica=
torum et minorum ordinum fratribus qui
pariſius in ꝓdicatione ⁊ doctrina euãgelij
laborantes in refrigerij tui conſolatiõe re=
ſpirant protectionis regie ꝑſidiũ implora=

mꝰ. Credimꝰ ꝙ noſtre petitionis inſtantia
cum tuo voto concurrẽs regalem auditum
aut animũ nõ grauabit. ❡ Sane licet ijdẽ
fratres in executione mãdatoꝝ apoſtolico
rum que ſuꝑ ſtatu ſtudij ad conuertendã
ſeu conterendam ſecularium magiſtroꝝ et
ſcolariũ pariſieñ. duriciã emanarunt prom
ptum inuenerunt auxiliũ regie poteſtatis.
Super quo ⁊ ipſi pro te deo humilia ꝓ tua
ſalute vota perſoluunt. Et nos tue celſitu=
dini gratias agimus copioſas. Quia tamẽ
quãdã tulimꝰ de nouo ſentenciam et ſtatu=
ta ꝯdidimꝰ quibꝰ turbatoꝝ ſtudij pariſieñ.
cohibetur improbitas et ipſis fratribꝰ ac
alijs ſtudiũ diligẽtibus ſancte quietis tranſ=
quilitas ꝓuidet. Sublimitatẽ tuã rogamꝰ
⁊ hortamur in domino ac in remiſſionẽ tibi
iniũgimus pctõꝝ. quatinꝰ venerabili fratri
noſtro epiſcopo pariſieñ. cui ꝓdictoꝝ ſentẽ=
cie ⁊ ſtatutoꝝ executionẽ cõmiſimꝰ ꝓpitiũ
⁊ fauorabile ſuper hoc contra inobedien=
tes ⁊ rebelles ac quietis ſtudij turbatores.
et prefatorũ fratrum vexatores preſtare
brachij tui cures auxilium quo pax munia
tur humilium ⁊ inſolẽtiũ ceruicoſa perui=
catia confringat. Excludendo a regno frã=
cie vel alias cohercẽdo prout videris expe
dire. Ac memoratos fratres manꝰ regia ꝓ=
potenti virtute ab omni moleſtia ꝓtegat ⁊
defẽdat viuantqꝫ regio culmine tuti et ſub
tua ꝓtectione ſecuri inter inquietos pacifici
inter improbos innocẽtes preces noſtras
in hac parte ſic impleturus ꝙ nos q̃ eas ti=
bi ex cordis affectu dirigimus voti noſtri
plenitudinẽ ꝯſecuti. tuis cũ opportunũ fue
rit libẽtiꝰ annuamꝰ. Datũ viterbij. ij. kalẽ=
das auguſti pontificatꝰ nr̃i anno tercio.

❡ Alexãder. iiij. mãdat Guillermo de ſãcto
amore ſub pena excõicatiõis late ſẽtẽcie ac
ꝑpetue ꝓuatiõis ab officio et bñficijs q̃tinꝰ
nullo vnqꝫ tp̃e regnũ frãcie itrare ꝓſumat
nichilominꝰ cũ priuãda docẽdi et predicãdi
auctoritate.

Alexander epũs ſeruꝰ
ſuoꝝ dei
❡ Guillermo de ſãcto amore
ſi bonũ dirige regreſſꝰ ſuos.
Cũ ꝓpt multiplices culpas ⁊ grãdes offẽſas
quas temerarie ꝯmiſiſti ⁊ ſpãlit ꝓpt libel=
lũ ꝑniciosũ ⁊ deteſtabilẽ ãte ꝯpoſitũ. Et per
nos olĩ de frũ nr̃oꝝ ꝯſilio reprobatũ ⁊ imꝑ=
petuũ ꝯdẽnatum merueris graues penas.
Volumus et ꝑ apoſtolica tibi ſcripta in vir
tute obediencie ſub debito iuramẽti quod
ꝓſtit ſti deteſtãda preciſe mãdatis noſtris
Nec non et ſub excõmunicatiõis ac prius

tiōisꝑpetue ab officio ⁊ bñficijs penis quas
eo ipō te incurrere volum⁹. Si cōtra hmōi
ꝑceptū nr̄ꝫ venire tēptaueris Saluis alijs
mādatis tibi faciēdis a nobis diſtricte pre
cipiendo mādam⁹ quatin⁹ nullo vnq̄ꝫ tpe
regnū Frācie abſq̄ꝫ ſedis apoſtolice ſpecia
li licentia intrare preſumas. Et nichilomi
nus oēm docendi ac predicādi Auctorita=
te aplīca perpetuo interdicim⁹ facultateꝫ
Ita q̄ꝛ nec docere alicubi nec vnq̄ꝫ alicui cle
ro populo ſine ipius ſedis ꝑmiſſiōe. de cete
ro audeas predicare. Datū viterbij v. Id⁹
Auguſti pōtificat⁹ noſtri. Anno tertio.

¶ Alexāder. iiij. ad ſupplicationē xp̄ia=
niſſimi frācoꝝ regis Guillermū de ſctō amo
re a regno frācoꝝ ꝓpellit eidē regi fratres
ꝑdicatores ⁊ miores ꝯmēdās ⁊ vt ab iniu=
rijs moleſtijs exceſſib⁹ maloꝝ ꝓtegat. Ori.
bulla ē pariſius i cōuētu ffm ꝑdicatorum.

ALexāder eps̄ ſer
uus ſeruoꝝ dei. karmō i xp̄o fi
lio illuſtri regi frācie Salutē
⁊ aplīcā bñdictionē ¶ Cū ꝓ=
pter multiplices culpas ⁊ grādes offēſas
quas guillermus de ſctō amore temerarie
cōmiſiſſe dinoſcitur ⁊ ſpecialiter propter li
bellū ꝑniciosum ⁊ deteſtabilē ab ipſo cōpo
ſitū. Cui⁹ principiū ecce vidētes clamabūt
foris. Et titulus tractat⁹ breuis de ꝑiculis
nouiſſimoꝝ tēpoꝝ dicebātur: ac ꝑ nos olim
de frꝫ nr̄oꝝ ꝯſilio reprobatū ⁊ iperpetuū cō
dēnatū meruerit graues penas. Eidē guil
lermo nr̄is in virtute obediētie ſub debito
iuramēti quod preſtitit deteſtando preciſe
mandatis noſtris nec non ⁊ ſub excōmuni
cationis. Ac priuationis ꝑpetue ab officio
et bñficijs penis quas eoipſo icurrere vo=
lumus ſi contra huiuſmodi preceptum no
ſtrū venire temptauerit Saluis omnibus
alijs mandatis noſtris que ſibi forſitan vi
ua voce fieri fecimus aut nuncio vel lit=
teris duxerimus facienda. Diſtricte dedi=
mus lr̄is in preceptis vt nullo vnq̄ꝫ tpe re=
gnū frācie intrare ꝑſumat et nichilomin⁹
oēm docendi ac ꝑdicandi ſibi auctoritate
apoſtolica perpetuo inter diximus faculta
tem. Ita q̄ꝛ nec docere alicubi nec vnq̄ꝫ ali=
cui clero vel populo de cetero audeat pre=
dicare. Cum igitur nos celſitudo regia
rogauerit ſicut a tua credimus memo=
ria non elapſum vt eidem Guillermo pre=
dicti regni interdiceremus ingreſſum. Et
nos hoc pront duximus faciendum ſupe=
rius expreſſū eſt ſerenitatē tuā rogamus ⁊
hortamur attente quatinus prefatū Guil=
lermū regnū ipm intrare nullaten⁹ pacia=
ris. Et q̄ꝛ ꝓ certo nouimus q̄ꝛ dilectos fili=
os ffes ꝑdicatores et minores ſpeciali fa=
uore ꝓſequeris Sup q̄ te dignis i dño lau
dib⁹ efferētes gratiarū tibi referim⁹ multi
plices actiōes Magnificētiā tuā oī q̄ poſſu
m⁹ affectiōe rogam⁹ q̄tin⁹ eoſdē ffes ꝓ xp̄i
reuerētia. Cui⁹ ſūt deputati obſequijs hn̄s
benignitate ſolita cōmendatos. eos a quo
rūlibet iniurijs et moleſtijs ꝓtegas ⁊ defen
das. Ita q̄ꝛ tua potētia cōmuniti pace q̄eta
et q̄ete pacifica. pacis auctori valeāt famu
lari Datum viterbij. iij. Idus Auguſti Pō
tificatus noſtri. Anno. iij.

¶ Alexander papa. iiij. mandat epō pa
riſieñ quatin⁹ Guillermū de ſctō amore ꝑ
dicatiōe ac docēdi auctoritate regnoq̄ꝫ frā
cie denūciet publice ꝑiſius ꝑpetuo eſſe pri
uatū ꝓpter graues offēſas ⁊ ſpecialiter ꝓ=
pter librū deteſtabilē ab eo cōpoſitū. Ori.
bulla ē ꝑiſi⁹ i cōuētib⁹ frꝫ ꝑdicatoꝝ ⁊ mioꝝ

ALexāder eps̄ ſer=
uus ſeruoꝝ dei. Venerabili
ffi epō ꝑiſieñ. Salutē ⁊ aplīcā
bñdictionē ¶ Cū ꝓpt multi=
plices culpas ⁊ grādes offen=
ſas quas Guillerm⁹ de ſācto amore teme=
rarie cōmiſiſſe dinoſcit̄. Et ſpāliter ꝓpter
libellū ꝑniciosū ⁊ deteſtabilē ab eo cōpoſi=
tū. Cui⁹ ꝑncipiū. Ecce vidētes clamabunt
foris et titul⁹. Tract⁹ breuis de ꝑiculis no
uiſſimoꝝ tꝑoꝝ dicebāt̄. Ac ꝑ nos olī de frꝫ
nr̄oꝝ cōſilio reprobatū. et iꝑpetuuꝫ cōdem
natū meruerit graues penas eidē guiller=
mo nr̄is i virtute obediētie et ſub debito
iuramēti qḋ ꝑſtitit deteſtādo preciſe mādatꝫ
nr̄is necnō ⁊ ſub excōicatiōis ⁊ ꝑuatiōis ꝑ
petue ab officio ⁊ beneficijs quas eoipō in
currere volum⁹. ſi cōtra hmōi ꝑceptū nr̄m
venire tēptauerit Saluis oib⁹ alijs mādatꝫ
nr̄is q̄ ſibi forſitā duxim⁹ viua voce aut nū
cio vel lr̄is duxerim⁹ faciēda diſtricte dedi
mus lr̄is i ꝑceptis vt nullo vnq̄ꝫ tpe regnū
frācie itrare ꝑſumat. Et nichilomin⁹ oēm
docendi ac predicandi ſibi auctoritate apo
ſtolica perpetuo interdiximus facultatem
Ita q̄ꝛ nec docere alicubi nec vnq̄ꝫ alicui cle
ro vl̄ ppl̄o de ceťo audeat ꝑdicare Idq̄ꝫ ffni
tati tue ꝑ apoſtolica ſcripta mādam⁹ qua=
tinus in eccleſia ꝑiſieñ. Et alibi etiā vbi vi
deris expedire per te vel per alium predi=
cta publicare procures et ſi tibi conſtiterit
q̄ꝛ dictus Guillerm⁹ contra tale preceptum
noſtrum in aliquo venire preſumpſerit.
Tu denuncians ipſum excommunicatum

periurum.ac ꝑpetuo ab officio beneficiꝭs ꝗ priuatū. In iungas illis ad quos benefi ciorum ſuorum collatio pertinet vt eadem beneficia ſi qua eum habere contingit per ſonis ydoneis et eccleſie romane deuotis libere conferant et aſſignent denūcies etiam publice dilectis filijs vniuerſitati magiſtrorum ⁊ ſcolarium pariſien. ꝙ non pro eo ꝙ idem Guillermus vniuerſitatem ipſam deffendit Aut ꝙ pro ea forſitan in frācia vel apud ſedem apoſtolicam laborauit Cum magiſtros ſcolares predictos tanꝗ nobilia eccleſie membra ſinceritatis precipue affectibus proſequamur ſed pro prefatis exceſſibus et precipue pro predicto deteſtabili et a nobis damnato libello. ſic contra eum proceſſimus. Et ſi adhuc id exegerit proteruia contumacis grauius auctore dn̄o procedemus Latas autem alias in ipſum de mandato noſtro ſuſpenſionis vel priuationis beneficiorū ſuorum ſententias perſiſtere volumus i ſuo robore firmitatis. Contradictores autem ſi qui fuerint ꝑ cenſuraȝ eccleſiaſticam appellatione remota compeſcas. Datum viterbij.x.kl'. ſeptembris. Pontificatus noſtri. Anno tertio.

¶ Alexād'er papa.iiij. ad iſtātiā fratrū abſoluit ab excōicatione magiſtros ⁊ ſcolares pīſien. ꝓtextu cuiuſdā diſcordie ⁊ occaſiōe detentionis libelli Guillermi de ſctō amore dāpnati dūmodo ſtatuta ab eodem ꝓ ꝯſeruatione ſtudij pīſien. edita ſeruauerint ⁊ dictum libellum, in toto combuſſerint ⁊ aboleuerint.

ALexāder ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei. Venerabili fr̄i ep̄o pariſien. Salutem et ap'ſicam bn̄dictionē. ¶ Dilecti filij prior et fr̄es ꝑdicatores pariſien. nobis humiliter ſupplicarūt. Vt cū nōnulli magiſtri: ⁊ ſcolares pariſien. ꝓtextu diſcordie vſqȝ nūc pariſius habite ⁊ occaſione detencionis cuiuſdaȝ libelli olim dānati a nobis. Cui⁹ principiuȝ erat. Ecce videntes clamabunt foris. dicant ſētēciam excōicatiōis icurriſſe prouidere ſuper hoc ſalubriter curarem⁹. Nos itaqȝ ſic volētes ipſoꝝ ſaluti in hac parte conſulere. ⁊ equitati nr̄e ſētētie ſup hoc late nullaten⁹ derogare: fraternitati tue ꝑ ap'lica ſcripta mādam⁹. Quatin⁹ oībus magr̄is ⁊ ſcolarib⁹ ꝗ occaſiōe diſcordie ac ꝑfati libelli. iterdicti ſuſpēſionis: aut excōicatiōis ſentētias. nr̄a vel quauis auc̄te ꝓlatas hacten⁹ icurrerūt

Poſtꝗ tibi plene cōſtiterit ꝙ ipi ordinatione nr̄am quā ꝓ cōſeruatiōe ſtudij pariſien. de ꝯſilio fratrū nr̄orum edidim⁹ ⁊ que cōtinentur in ipſa ſn̄iam quoqȝ ac ſtatuta in ea ꝑ nos expreſſa diligēter et efficacit' ac ſine aliqua fictione obſeruēt et iurauerint ꝙ de cecero eadē obſeruabunt. Ac dictū libelluȝ prorſus in toto ⁊ in qualibet ſui parte combuſſerint. ac oīno curauerint abolere. Auctoritate noſtra iuxta formā eccl'ie bn̄ficiuȝ abſolutiōis ipendas ⁊ diſpēſes cuȝ eis ſup irregularitatibus ſi quas forſitā occaſione hmōi ꝯtraxerūt. Datū viterbij.v.kal'.octobris. Pōtificat⁹ noſtri.anno tertio.

¶ Alexāder.iiij.(allegādo qualiter magiſter odo de duaco doctor pīſien. ⁊ xp̄ian⁹ canonicus beluacēſis apd̄ ſedē ap'licā cōſtituti corā multis cardinalib⁹ ⁊ notario ſe retractauerūt iurādo idē facere pīſi⁹ ⁊ reintegrare cōuentus minoꝝ ⁊ predicatoꝝ ⁊ ſpāliter fr̄es Thomā de aqno ord' ꝑdicatoꝝ ⁊ ⁊ bonauētura ord' mīoꝝ ſocietati mgr̄orum pariſien.) interſerit inſtrumētū notarij.⁊c.

ALexander ep̄s ſeruus ſeruorum dei Venerabili ep̄o pariſien. Salutē ⁊ ap'licā benedictionem. ¶ Cū olim apud ſedem apoſtolicā cōſtituti magiſter odo d' duaco doctor theologice facultatis ⁊ xp̄ianus canonicus beluacen̄. Coram dilectis filijs noſtris. h.tt.ſ.ſabine presbitero. Et iohanne.ſ.nicolai in carcere tulliacen̄.diacon̄. cardinalibus iurauerint ſtare ꝑciſe mādatis noſtris eiſdē cardinales prefatis magiſtris ex parte noſtra quedā fecerunt mandata in virtute preſtiti iuramenti prout in inſtrumento publico inde confecto. Cuius tenor preſentib⁹ infra ſubnectitur plenius contiuetur. Volentes igitur in publicam venire noticiam ꝙ in hac parte dictis magiſtris ab eiſdem cardinalibus de ſpāli mādato ſalubrit' eſt iniūctuȝ fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mādamus quatinus precepta huiuſmodi ſine more diſpendio publices per te vel ꝑ aliū pariſius ⁊ alibi ſicut videris expedire. Si vero dicti magiſtri precepta ipſa ifra ſpaciū vnius menſis a tp̄e publicatiōis huiuſmodi adiplere nō curauerit pīſi⁹ efficacit' ⁊ ſimpl'r ac ſine aliqua fictione. tu eos ibidē publice denūcies eē ꝑiuros. Reſtitutioneȝ quoqȝ dicti mgr̄i odōis ad officia bn̄ficia: ⁊ alia qb⁹ auc̄te ꝗrūdā lr̄arū nr̄arū. Quaruȝ principium eſt cunctis proceſſibus ⁊c. Priuatus fuerat auctoritate noſtra reuocare

ꝓcuratores contradictores per cenſuraꝫ
eccleſiaſticā appellatiōe poſtpoſita cōpeſcē
do. inſtrumēti ꝟo ꝑdicti tenor talis ē.

# In nomine chriſti amen

Anno dñi. M. cclvi. xxiiij. die mēſis octobrꝭ
xv. idicti oē ananie i palatio dñi pape Vene
rabiles p̄res dñi. h. tt. ſ. ſabine p̄ſbit. Et io
hānes ſcti nicolai in carcere tullia●ñ. dia-
conus cardinales p̄ntibus ⁊ audiētibꝰ me
Bernardo de lr̃a notario ⁊ teſtibꝰ īfra ſcri
ptis. Scꝫ ꝓuidis viris iohāne archip̄ſbite
ro eccl'ie. ſ. Marie de caſtro cerneterꝭ Tho
maſio de riuo frigido canonico Caſleteñ.
iohanne preſbitero canonico capuañ. et ꝗ̃
pluribꝰ alijs ex ꝑte ſāctiſſimi patris dñi ale
xandri pape. iiij. Prouidis viris Magr̃o-
odoni de duaco theologice facultatis do
ctori. Et xp̄iano canonico beluaceñ. in eoꝝ
p̄ntia cōſtitutis q̄ etiā octauodecio die mē
ſis eiuſdē iurauerant corꝑaliter corā eiſd
dñis cardinalibꝰ ⁊ me ꝑdicto bernardo no
tario ſtare ꝑciſe mādatꝭ dicti dñi pape iꝟtu
te p̄ſtiti iuramēti mādauerūt p̄mo. Scꝫ ꝙ
ſaluis alijs mādatis q̄ eidē dño pape ſemel
vl' pluries ip̄is magr̃is mādare placuerit.
Et ſaluo ſi circa infra ſcripta idem dñs ali
ter ordinaret ipſi magiſtri ꝗ̃tum in eis eſ-
ſet extunc reciperent ⁊ publice pariſius re
cipiant. Cum ibi fuerint extunc obedirent
et obediāt in poſterum ordinationi dñi pa
pe q̄ incipit quaſi lignum vite ⁊c. Et ꝙ con
tra eā ſcienter non veniāt nec cōtradicen-
tibꝰ ordinationi ꝑdicte in cōtradicēdo au-
xilium vel conſilium preſtarent publice vel
priuate. ¶ Secundo ꝙ fratres predicato-
res et minores pariſius degentes magi-
ſtros et auditores eorum. Et ſpecialiter ac
nominatim fratres thomam de aquino de
ordine predicatorum. Et bonauenturam
de ordine minoruꝫ doctores theologie ex-
tunc quantum in eis eſſet in ſocietatem ſco-
laſticam. Et ad vniuerſitatem pariſieñ. re-
ciperent et expreſſe doctores ipſos recipe-
rent vt magiſtros et ꝙ cum pariſius fue-
rint faciāt publice illud idem. Ipſoſqꝫ iux-
ta ordinationem predictam ab vniuerſita-
te ſeu magiſtris et ſcolaribus pariſius cō-
morantibus procurent recipi bona fide
Et contra predicta nunqꝫ preſtent conſili-
um vel aſſenſum. ¶ Tertio ꝙ ſcienter iu-
ramenta ſtatuta vel obligationes non fa-
ciant. ſeu religioſis vel alijs exigant vel
ꝗ̃tum in eis fuerit exigi permittant per
que vel quos infringatur ordinatio ſupra
dicta ſeu contra eam modo quolibet venia-
tur. ¶ Quarto ꝙ non procurent nec quā-
tum in eis eſt fieri pemittant ꝙ pariſieñ.
ſtudium abſqꝫ licentia dñi pape occaſione
cuiuſqꝫ preterite turbationis ſeu facti diſ-
ſoluatur ſeu alio transferatur. ¶ Quinto
ꝙ tam in Romana curia ꝗ̃ pariſius bona
fide ac ſine fraude non adiciendo aliquid
ſcienter qd̓ ſapiat aliquid principaliter vel
conſequenter. Sed iſta que eis in hoc arti-
culo iniunguntur predicent publice. Et in
ciuitate pariſieñ. pluries et in diuerſis lo-
cis aſſeuerent fideliter in ipſis predica-
tionibus infra ſcripta ſcilicet ꝙ reprobent
libellum in ipſis predicationibus qui nuꝑ
fuit per ſummum pontificem condemna-
tus et errores in ipſos contentos qui ſunt
contra infra ſcripta que in ipſis predica-
tionibus aſſerant et affirment videlicet.
¶ De poteſtate Romani pontificis ꝙ poſ-
ſit ꝑdicatores et confeſſores mittere vbiqꝫ
per mundum iuxta ſue beneplacitum vo-
luntatis ſine conſenſu inferiorum prelato
rum quorumcunqꝫ ſeu parrochialium ſa-
cerdotum. ¶ Item ꝙ archiepiſcopi et epi-
ſcopi in ſuis dioceſibus licentiam dare poſ
ſunt predicandi et confeſſiones audiendi
ſine conſenſu inferiorum ſacerdotum vel
rectorum eccleſiarum cum viderint expe-
dire quoqꝫ predicatores et cōfeſſores ſic miſ
ſi poſſunt libere predicare et licite confeſ-
ſiones audire ac abſoluere penitentes.
¶ Item de mendicitate ꝙ ſtatus mēdicita
tis ꝓpt' chriſtum eſt ſtatus ſalutis et per
fectionis. ¶ Item ꝙ religioſi pauperes q̄
omnia relinquunt propter xp̄m mendican
do p̄nt acquirere victū ſuuꝫ ſine labore ma
nuum. Etiam ſi ſint validi corpore maxi-
me qui ſtudent verbo dei legendo diſpu-
tando predicando. ¶ Item ꝙ ea que conti
nebatur in libello predicto. et quibuſdam
articulis a magiſtro chriſtiano prefato
confectis que explicite vel implicite vide-
bantur ſeu poterant in predictorum ordi-
num infamiam redundare ſicut de pſeu-
do prophetis et apoſtolis et de nuncijs
antichriſti. de penetrantibus domos. Et
periculis nouiſſimorum temporum non
intelligunt. nec intellexerunt de fratri-
bus ordinum predictoruꝫ ꝙ tales ipſi ſint
vel fuerint vel etiam ſint futuri. Sed fate-
anť ipſos ordines eſſe bonos et ab eccleſia
approbatos. ¶ Et inter cetera aſſerant et
affirment ꝙ deus hoc ipſum per manife-
ſta indicia nr̃is tēporibꝰ ꝓprobauit. Nōnul
la miracula ſcilicet que ꝑ ſanctos vtriuſqꝫ
ordinis ſanctoꝝ cathalogo per Romanaꝫ

eccleſiam canonice legittime fideliter. ac rite aſſcriptos eſt miſericorditer opari dignatus. In cuius rei teſtimoniũ. Ego prefatus bernardus apoſtolice ſedis auctoritate notarius. Qui premiſſis rogat⁹ interfui de mãdato. dictorum dominoꝝ Cardinaliuꝫ hoc preſens publicũ inſtrumẽtum propria manu ſcripſi. ac in publicam formã redegi. Et ſignum meũ appoſui. Datũ Viterbij. vi. nonas octobris pontificatus nr̃i. anno tertio.

¶ Alexander. iiij. ſcripſit epõ pariſieñ. ne occaſiõe libelli magiſtri guillermi de ſãcto amore obſtinati in malicia ꝛ priuati neduꝫ regno beneficio ꝛ ꝑdicatiõe ſed etiã gradu et magiſterio. magiſtri ꝛ ſcolares pariſieñ. religioſos ꝑdicatoꝝ ꝛ minoꝝ ꝑturbare preſumant. Bulla Ori. ẽ pariſius.

ALexander epũs ſeru⁹ ſeruorum dei. Venerabili fratri epiſcopo pariſieñ. Salutẽ ꝛ apoſtolica bñdictionẽ. ¶ Indignãter accepim⁹ et ꝛ tibi referimus cum dolore ꝙ q̃dam magiſtri ꝛ ſcolares pariſius commorantes non vnitatis ꝛ concordie ſed diſſentiõis ꝛ ſcãdali amatores pariſieñ. ſtudiũ qđ ſopitis controuerſijs erat in tranquillo ſtatu poſitum perturbare. Ac religioſis quibuſdã et alijs a ſuo eos vel ſe ab ipſoꝝ ſocietatis conſortio ſeparando graues īferre moleſtias moliuntur. Pro eo ꝙ Guillermi de ſancto amore ipſius turbatoris ſtudij ſuis exigẽtibus culpis qm̃ tranſeũte lingua ejus ſuper terram poſuerat temere os in celũ per nos citra condignũ tamen q̃ penã meruerat grauiorẽ ab illis ꝑtibus ne illas corrũpat vlterius ſeparati releuationi ſeu reuocatiõi rẽnuũt cõſentire honeſtatem in hoc ꝛ iuſticiã amplectentes. Cũ igitur intentionis et voluntatis noſtre prorſus exiſtat dictũ Guillermũ cuius de multis malis q̃ hacten⁹ cõmiſiſſe noſcit nulla penitẽcie ſigna mõſtrãtur nunq̃ releuare in aliquo vel ad ſua beneficia ſeu Pariſius reuocare. Fraternitati tue per apoſtolica ſcripta diſtricte precipiendo mandamus Quatinus conuocatis omnibus magiſtris ꝛ ſcolaribus Pariſius ſtudentibus ſub excommunicationis pena eis diſtricte ꝑcipias vt nl̃los religioſos ſeu quoſcunq; alios occaſione huiuſmodi moleſtare preſumant ſe ab eorum ſiue ipſos a ſuo conſortio ſeparando q̃ prefati Guillermi releuatione vel reuocatione nõ preſtãt aſſenſum cũ illũ preſtare nõ debeãt nec hominis iurgioſi et in ſua obſtinati procacia releuationem ſeu reuocationẽ ſalua poſſũt conſcientia poſtulare. Denunciaturus nichilominus magiſtris et ſcolaribus memoratis ꝙ omnes penas et priuationes in ordinatione ſententijs litteris vel ſtatutis a nobis dudum emiſſis contentas incurrunt qui religioſos et quoſcunq; alios moleſtare preſumunt ſeparationem huiuſmodi ꝑcurantes cum ſeparare alios a ſe et ſubducere vel ſubtrahere taliter ſe ab alijs idem penitus reputemus. Non obſtantibus iuramentis vel promiſſionibus aut obligationibus ſeu quibuſcunq; ſtatutis quibus dicti magiſtri et ſcolares ſe aſtrinxiſſe, p releuatione vel reuocatione cuiuſlibet, p cauſis vniuerſitatis aſtricti dicuntur: maxime cum idem Guillermus non pro factis vniuerſitatis eiuſdem ſed pro ſue malignitatꝫ offenſa fuerit ſedis apoſtolice iudicio: iuſticia exigente punitus. Datum ananie nonꝫ aprilis. Pontificatus noſtri anno quinto.

¶ Alexander papa. iiij. ihibet ſub pena excõicatiõis late ſententie a qua null⁹ poſſit abſolui niſi de mandato ſedis apl̃ice vt nullus mittat nũcios vel litteras ad. M. Guillermum de ſãcto amore nec miſſos aut miſſas ab eo nuncios vel litteras recipiat.

ALexãder epũs ſeruus ſeruoꝝ dei. Venerabili fratri epiſcopo pariſieñ. Salutẽ ꝛ apoſtolicã bñdictionẽ. ¶ Multorum relatione didicim⁹ ꝙ ꝑ nuncios et litteras quos vniuerſitas ſcolariũ ꝑiſieñ. vel aliqui de ipſa Guillermo de ſctõ amore tranſmittunt et recipiunt ab eodem frequẽter pariſieñ. ſtudium ꝛ ſtatus religioſorum et aliorum exiſtentium pariſius non modicuꝫ ꝑturbatur. ¶ Volentes igitur prauorũ malicijs obuiare. Fraternitati tue per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus. Quatinus eidem vniuerſitati ꝛ ſingulis de ipſa ex parte noſtra ꝑcipere ac diſtricti⁹ ihibere procures ne de cetero dicto Guillermo aliquas litteras vel nuncios quibus poſſet bonus ſtatus pariſieñ. ſtudij et religioſoꝝ ac aliorum quomodolibet perturbari mittere vel ab eodẽ Guillermo recipere aliq̃ modo preſumãt cõmuniter vel diuiſim. Et ſi quis contrarium fecerit ipſo facto ſentẽtiam excommunicationis incurrat nec ab ea poſſit abſolui niſi de mãdato ſedis apoſtolice ſpeciali. Datum ananie. xij. kal. Julij. Pontificatus noſtri. Anno quinto.

¶ Aleſãder. iiij. cõmittit epõ ꝑiſieñ. vt iniuriã factã fratri Thome de aquino actu predicanti pariſius dñica i ramis palmaꝝ

s guilloto bedallo natiōis picardoꝝ aſcri
pniat et priuet: q̄q̄ libellū deteſtabilem
guillermi de ſācto amore cōtra mēdicātes
et alios publice cremari faciat. ⁊c.

ALexāder epiſco-
pus ſeruus ſeruoꝝ dei Uene
rabili fr̄i ep̄o pariſieñ. Salu-
te ⁊ apoſtolicā bñdictionē. Ex alto fuiſſe cō
ſpicimus Ciuitati pariſieñ. p̄uiſūq̄ hono-
rifico decore ſtudij generalis et tantorum
vniuerſitate ſcolariū illuſtrata ꝑlucēt orbȝ
ciuitatibus orbēq̄ lucidū redderet ſui lu-
minis claritate. Ipſa q̄dē vniuerſitas fōs
irriguus cōſueuit eſſe virtutum vniuerſa-
le ſpeculū mater ſtudere volentiū ⁊ magi-
ſtra ſcientiarū ad ſingulos dona deriuans
cunctoſq̄ clarificans illuſtribus radijs do-
ctrinarū. Et quia nonnulli ſeditionis ⁊ neq̄
tie filij lucē in tenebras conuertere ſatagē
tes tantū ſtudiū ſubuertere conabant̄ nos
eorum conatibus obuiantes certa ſtatuta
de noſtrorum conſilio fratrum edidimus ꝑ
q̄ ſtudio ſoliti reddebātur incremēta vigo-
ris: ⁊ taliū peruerſoꝝ intentio tollebatur.
Cūq̄ noſter animus optata ſup eo trāquil
litate q̄ſceret ꝙ ſicut habebat relatio plu-
rimorū ſtatum quietis ⁊ pacis vniuerſitas
reſumpſiſſet. Poſtmodum ꝙ turbati referi
mus qui dicebantur a ſuarum ſeditionum
languore ſanati: paſſos fore didicimus re-
cidiuam in diuini ꝯtumeliam nominis apo
ſtolici mādati contēptū ⁊ ſubuerſionē ſtudij
memorati. ¶ Nuper enim noſtris eſt auri
bus intimatū. Qȝ magiſtri ⁊ rectores arti-
ſtarū pariſieñ ſe a dilectoꝝ filioꝝ predica-
toꝝ ⁊ minoꝝ ordinū fratrū ⁊ quorūdā alio
rū magiſtrorū ⁊ ſcolariū / religioſoꝝ ⁊ ſecu-
lariū ſocietate ſeu cōſortio ſeparātes ipſos
in eluſionē mādati apoſtolici ſup hoc dire
cti ad ſuū cōſortiū pro ſue voluntatis arbi
trio non admittunt: ꝯ[tr]a ſtatuta olim a no
bis ſuper hoc edita: temere veniēdo. Uerū
q̄r id animū noſtꝝ eo acerbi⁹ voluerat quo
materia maiorȝ turbatiōis ⁊ ſcādali (niſi ſu
ꝑ hoc a nobis ſalubre exibeat̄ remedium)
poſſet exīn nō abſq̄ graui eccl'ie gñalis di-
ſpēdio facilius exoriri. Maxime cum hmōi
ſeparatio: quacunq̄ arte vel ingenio adin
uenta fuerit: ⁊ quocunq̄ nomine cenſeatur
expreſſe contra ordinationem noſtrā ⁊ ſta
tuta predicta pro trāquillo ſtatu ſtudij pa
riſieñ. edita ſit preſumpta. Uolumus ⁊ per
apoſtolica tibi ſcripta firmit̄ ꝑcipiēdo mā-
damus. Qtūs eiſdē rectoribus ⁊ artiſtȝ ac
alijs magiſtris et ſcolaribus pariſius com
morātibus ex parte noſtra diſtricte preci-
pias vt infra. xv. dies poſt hmōi preceptū
eoſdē fratres ac alios in ſuū conſortiū ſeu
ſocietatē iuxta eorundē ſtatutoꝝ tenorem
admittere ſtudeant et efficaciter retinere/
nichilominus inhibēdo ne ſi[mi]lia de cetero
attemptētur. Alioquin tā rectores artiſte
predicti ac alij qui memoratos ffes ⁊ eis ſu
per hoc adherētes ad hmōi ſocietatem ſeu
conſorciū iuxta preceptū noſtrū taliter ad-
mittere ac retinere nō curauerint: q̄ etiam
oēs illi q̄ cōtra inhibitionē hmōi publice vl'
occulte ſeu quouis alio modo venire preſū
pſerit: eoipſo ſentenciā excōicatiōis incur-
rāt. A qua nullatenus abſolui valeant niſi
perſonaliter ad apoſtolicā ſedē acceſſerint
abſolutionē hmōi petituri. Porro cum per
predicatiōes ⁊ diſputatiōes. G. de. ſ. amore
ffes predicti q̄ vt xp̄ȝ lucrifaciāt abiectionē
voluntarie paupertatis elegiſſe noſcuntur
⁊ q̄ plnres alij fuerint grauiter diffamati
nos ad confutandū ſuper hoc ipſius Guil-
lermi maliciā ⁊ elucidandā in talibus veri
tatē vniuerſis prelatis litteras noſtras q̄-
bus ſtatū dictoꝝ fratrū nō indigne appro-
bauimus / duximus deſtinādas. Quarum
tenorē per te vel ꝑ alios pariſius et alibi
in eccleſiis ⁊ locis alijs in ꝑdicatiōibus pu
blicis ꝓut expedire videris: corā clero ⁊ po
pulo tā latinis q̄ vulgarib⁹ verbȝ exponē
diligēter ſtudeas. ¶ Inſuper quendā libel
lum famoſū ⁊ deteſtabilem ab eodē guiller
mo editū (prout publice apud ſedē apoſto-
licā confeſſus extitit) quē ꝑ nos de fratruȝ
noſtroꝝ conſilio. Condemnatū igne crema
ri fecimus (Cuius titulus) Tractatus bre
uis de periculis nouiſſimoꝝ tēpoꝝ nuncu
patur (Principium autem eius erat) Ecce
vidētes clamabūt foris. Necnon ⁊ quoſdā
alios libellos famoſos in infamiā ⁊ detra-
ctionem eorūdē fratrū ab eoꝝ emulis i lit
terali ⁊ vulgari ſermone: necnō rigmis ⁊ cā
tilenis indecētibus de nouo vt dicitur edi-
tos: quos tibi exhiberi facias detētores ad
exhibitionē ipſorum per cēſurā eccleſiaſti
cam appellatione poſtpoſita cōpellendo cō
uocatis magiſtris ⁊ ſcolaribus pariſi⁹ exi-
ſtentib⁹ facias publice corā omnibus igne
cremari. Preterea guillotū bedellū ſcolariū
nationis picardoꝝ pro eo ꝙ ſue ſalutis im
memor in dominica de ramis palmaꝝ pro
ximo preterita predicante dilecto filio fra-
tre Thoma de aquino eiuſdem ordinis ꝑ-
dicatorum quendam libellum famoſum
quem vtpote contra eoſdem fratres editū
publice reprobaueras contenta excommu

nicationis ſententia quã in oẽs auctores/
detẽtores/et publicatores ipſius libelli au
ctoritate ordinaria/ pmulgaſſe diceris/ in
cõſpectu cleri ⁊ populi tũc ibidẽ exiſtẽcium
in tui ⁊ ipſoꝝ frm iiuriã publicare pſũpſit
excõicatũ preſentibus magiſtris et ſcolari
bus ſupradictis: ſtudeas nũciare/ priuãdo
ipſũ(nichilominus ppetuo bedellionatus
officio/ita ꝙ illud nec p ſe neqꝫ p aliũ de ce
tero exercere pſumat nec etiã ſalarium ali
quod ſibi(quem de ciuitate pariſieñ/ſubla
to appellatiõis obſtaculo perpetuo procu
res expellere)petẽ vl'recipere liceat ratiõe
officij ſupradicti auxilio cariſſimi i xpo filij
noſtri regis Frãcie illuſtris ad premiſſa ſi
opus fuerit inuocato nõ obſtãtib⁹ quibuſcũqꝫ
appellationibus a dictis magiſtris/ recto-
ribus et ſcolaribus interiectis. ¶ Ad hec
volumus vt oẽs illi q̃ deinceps huiuſmodi
libellos vel cõſimiles edere vl' detinere ſeu
publicare aut prefatũ bedellum Pariſiu̾s
reducere preſũpſerint ipſo facto ſentenciã
excõmunicationis incurrãt: a qua non niſi
iuxta modum abſolui valeãt prenotatum
Preſẽtes aũt litteras omni mora ⁊ difficul
tate poſtpoſita coram vniuerſitate dicto-
rum magiſtrorum et ſcolarium ſtudeas pu
blicare. Datum anania. vj. kl's Julij Pon-
tificatus noſtri. Anno quinto.

¶ Alex. iiij. cõcedit epõ Pariſieñ aucto-
ritatẽ abſoluẽdi ſeu etiã ad tẽpus ſuſpẽdẽ
dictis ꝛ forſan illis occaſione ꝓmiſſoꝝ quō
libet inodati exiſtant eadē auctoritate ab-
ſoluim⁹. Necnō ſecuꝫ ſuꝑ irregularitatib⁹
ſi quas ꝓmiſſis ſentētijs ligati forſan cele-
brādo diuina vel alias illis ſe miſcēdo nō
tn̄ in cōtemptū clauiū cōtraxerunt diſpēſa-
mus oēmꝗꝫ ihabilitatis ꝛ infamie maculā
ſiue notam ꝑ eos dicta occaſione cōtractā
abolem⁹ penit⁹ ꝑ ꝓn̄tes decernētes ex nūc
om̄es ꝛ ſingulos proceſſ⁹ et excōicationuʒ
ſuſpenſionū ꝛ interdicti ſententias aliaſꝗꝫ
cēſuras ꝛ penas ſi quos iterdicti et ſi quas
cōtra fr̄es de obſeruātia ꝛ obediētia ꝓfa-
tos vel eoꝝ aliquē occaſione premiſſorū vl'
alicuius eoꝝ promulgari ꝛ fulminari nec
non omnia alia et ſingula aduerſus tenorē
preſentium in quauis earum partte tam
per fratres ſe exēptos faciētes ac vicarios
ſeu cōmiſſarios ātedictos ꝙꝫ etiā per quoſ
cunꝗꝫ alios ſciēter vel ignorāter attēptari
cōtigerit/ irritos irritas ꝛ irrita et inanes
et inania nulliuſꝗꝫ penit⁹ exiſtere roboris
vel momenti. Non obſtātibus conſtitutio
nib⁹ ꝛ ordinationib⁹ apoſtolicis ꝛ litteris
etiā ſi de illis earūꝗꝫ totis tenorib⁹ de ver-
bo ad verbū ſpecialis ꝛ expreſſa mētio pre
ſentibus habēda foret aliiſꝗꝫ premiſſis ac
domorū heremitoriorū ꝛ locorū oīm Nec
non minoꝝ ordinis ꝓdictoꝝ iuramento cō
firmatione apoſtolica vel quauis alia fir-
mitate roboratis ſtatutis ꝛ conſuetudini-
bus ceteriſꝗꝫ contrarijs quibuſcunꝗꝫ. Nul
li ergo omnino hoīm liceat hanc paginam
noſtrorum conſtitutionis ſtatuti ordinatio
nis/ abſolutionis/ diſpenſationis/ abolitio
nis/ voluntatis et conceſſionis infringere
vel ei auſu temerario contraire. Si quis
autem hoc attemptare preſumpſerit indi-
gnationem omnipotentis dei ꝛ beatorum

petri ⁊ pauli aplo͞ꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſurū Datū rome apd̄ ſctām potētianā Anno icarnatiōis dn̄ice milleſimo quadringēteſimo quadrageſimo octauo decimo kl's Nouēbris. Pōtificatus nr̄i Anno ſecundo.

¶ Calixt⁹.iij. reponit oēs cōuent⁹ ⁊ ffes tā de familia ſiue bulla ꝙ̄ de alijs ſub rl'ari obediētia ⁊ cura imediata miſtro͞ꝝ reuocādo Eugeniū ⁊ ceſa oīa i ꝯtrariū ⁊c. Et i ffes hmōi obediētie ⁊ obſeruātie antiq̄oris vocat ffes ſimplicit̄ de obſuātia/alios ꝟo ſeparatos de familia/vocat fratres de obſeruantia ⁊ bulla.

CAlixtus ep̄s ſeru⁹ ſeruo͞ꝝ dei Ad futurā rei mēoriā Regiminiv niuerſalis eccl'ie ꝙ̄ꝗ̄ imeriti diſponēte dn̄o p̄ſidētes curis ꝑurgemur aſſiduis vt iuxta crediti nobis deſuꝑ adminiſtratiōis officiuz ꝓ fideliū quorūlz p̄ſerti ſub rl'ari obſuātia ſtudio vacātiū pie ifeſtatiōis vires ſalubrit̄ dirigēdo ſollicite vigilem⁹ ⁊ vt ſemotis querimonijs cōtrouerſiarū ⁊ diſcordiarū diſpēdijs ſub eo͞ꝝ ordiarijs ductorib⁹ ꝓſꝑere gubernent̄ opē libēter ⁊ opaz ipēdim⁹ efficaces. Sane ꝑ pte dilecto͞ꝝ filio͞ꝝ vniuerſo͞ꝝ ffꝫ de obſuātia nūcupato͞ꝝ ordis ffꝫ mio͞ꝝ ꝓuītie burgūdie iuxta morē dicti ordis nuꝑ exhibita petitio ꝯtinebat Q̄ꝫ lꝫ ipi retroactꝫ tpib⁹ ſub obia regimīe gubernatiōe viſitatiōe ⁊ correctiōe dilecto͞ꝝ filio͞ꝝ ⁊ eiuſdē ꝓuītie ꝓuītialis miſtri ⁊ alio͞ꝝ p̄lato͞ꝝ dicti ordis ꝓ tp̄e exiſtētiū ꝓut iuxta rl'aria iſtituta dicti ordis ꝑ ſedē apl'icā ex certa ſcīa ꝯfirmata tenēt̄ degere ꝯſueuerāt. Nūc ꝟo i eiſdē ptib⁹ grati ⁊ accepti ac i bona eſtimatiōe habiti extiterūt tn̄ a q̄buſdā ānis citra poſtq̄ꝫ nōnulli alij ffes etiā de obſeruantia ſeu de bulla nūcupati ab eadē obediētia deuiando p̄tēdētesq̄ ac dictos ffes ab obedientia miſtri ac p̄lato͞ꝝ p̄dicto͞ꝝ exēptos fore ad p̄fatā ꝓuīciā cōtulerūt ac nonnullas ſectas ac diuiſiōes ibidē inferre ceperūt affirmātes ſe ſub obedientia cura viſitatiōe ⁊ correctiōe gn̄alis ⁊ ꝓuīcialis ac alio͞ꝝ cuſtodū ꝓuīcie antedicte nō fore ⁊ nō viuētes inter cetera etiā corā magnatibus aſtruere ⁊ affirmare reliquos eiuſdē ordis ffes i ſtatu dāpnatiōis exiſtere ⁊ pleraq̄ſimilia propter q̄ eo͞ꝝ ffm de obſeruātia ſtat⁹ adeo immutat⁹ ⁊ iuerſus extitit vt q̄etis ꝓut antea ſoliti erāt mētib⁹ famulatū ipēdere nō poſſint. Quare ꝑ pte eorūdē fratrū nobis fuit humiliter ſupplicatū vt cū ſuꝑ hijs ꝑ reductionē ad priſtinā obediētiā miniſtri ⁊ p̄latorū predicto͞ꝝ ſaluberrime valeat ꝓuideri eo͞ꝝ ſtatui oportune ꝓuidere de benignitate apl'ica dignaremur. Nos igit̄ q̄ ad prefati ⁊ alio͞ꝝ quorūlibet regulariū ordis procurādā vnitatē ⁊ tollēdas diuiſiōes nr̄is tēporib⁹ vigilare itēdim⁹ hmōi ſupplicatiōib⁹ inclinati auc̄te apl'ica ⁊ ex certa ſcientia p̄ntiū tenore ſtatuim⁹ decernim⁹ ⁊ ordinam⁹ q̄ oēs ⁊ ſinguli tā de obſeruātia p̄dicta ꝙ̄ de bulla ⁊ alij q̄cunq̄ ordinis ffes eorūq̄ vicarij p̄ntes ⁊ poſteri infra limites eiuſdē ꝓuītie ꝓ tp̄e cōmorātes ſub obediētia cura viſitatiōe ⁊ correctiōe gn̄alis ⁊ ꝓuincialis miniſtri ⁊ cuſtodū ⁊ alio͞ꝝ ſuperio͞ꝝ ꝓuīcie antedicte ꝓut alias ante emanationē dicte bulle cōſueuerunt ac iuxta rl'aria inſtituta hmōi tenent̄ degere eiſq̄ ſubeſſe ⁊ ab eis regi corrigi ⁊ gubernari debeāt ⁊ teneantur. Quiq̄dē miniſtri ⁊ cuſtodes ⁊ alij ſuꝑiores ſuꝑ diuiſiōibus ⁊ alijs premiſſis ſtudeant ſecundum deum et dicti ordinis regularia inſtituta ſalubriter prouidere. Ut autē ſtatutum ⁊ ordinatio noſtra hmōi efficacius obſeruetur oībus et ſingulis tam de bulla ꝙ̄ alijs fratribus antedictis ſub ꝟtute ſctē obediēt̄ ⁊ excōicatiōis pena quā in quoſlz contrafaciētes ⁊ mādati noſtri hmōi contēptores icurrere volumus eo ipſo ⁊ a qua p̄terq̄ a romano pontifice a generali vl' prouinciali miniſtris predictis preterq̄ i mortis articulo cōſtituti abſolutiōis bn̄ficiū nequiāt obtinere diſtricti⁹ inhibētes: ne ipſi vel eo͞ꝝ aliq̄ publice vl' occulte aut directe vel idirecte talia de cetero aſſerere vl' p̄dicare aut populo ſeu quibuſuis perſonis ꝑſuadere quoquomodo preſumant quiymo eiſdem miniſtris cuſtodibus et p̄latis obedientiā ⁊ reuerētiā exhibeāt cōgruētes Et inſuper dilecto filio noſtro iohāni tituli ſācti Stephani in celio monte preſbitero cardinali ac venerabilibus fratribus noſtris archiep̄o Lugdunen̄ ⁊ ep̄o Cabilonen̄ per apl'ica ſcripta cōmittimus ⁊ mādam⁹ q̄tꝰ ipi vel duo aut vn⁹ ipſo͞ꝝ ꝑ ſe vel aliū ſeu alios eiſdē miniſtris cuſtodib⁹ ⁊ p̄latis ſuꝑ ſtatuto decreto ordinatione ⁊ mādatꝫ nr̄is hmōi efficacis defenſionis preſidio aſſiſtētes ipſos et eorum quēlibet ad viſitatiōis correctionis et alia per eos iuxta formam dicte regule exercenda officia per de bulla et alios fratres predictos eorumq̄ vicarios humiliter et deuote recipi et admitti ac eis obedientiā ⁊ reuerentiā debitas exhiberi auctoritate noſtra faciāt ⁊ ꝓcurent nō ꝑmittētes eiſdē cōtra ſtatuti decreti ordinationis mandati ⁊ littera͞ꝝ huiuſmod

tenorē ipedimētū aliqđ vl' moleſtiā ſeu iniu
riā erogari pſūptores ꝑdictos necnō ꝯtra
dictores quoſlꝫ rebelles cuiuſcūqꝫ ꝑeminē
tie ſtatꝰ gradꝰ vl' cōditiōis extiterit etiā ſi
archiepāli epāli aut alia quauis eccl'iaſti-
ca aut mūdana dignitate ꝑfulgeāt ꝑ cēſurā
eccl'iaſticam ꝛ alia iuris remedia appella-
tiōe poſtpoſita ꝯpeſcēdo inuocato ad ꝑmiſ
ſa ſi opꝰ fuerit brachij ſecularꝫ auxilio. Nō
obſtātibꝰ bulla ꝑdicta ac felicꝫ recordatiōis
Bonifacij pape octaui ꝑdeceſſoris nr̄i lr̄is
qbꝰ cauet/ne qs extra ſuā ciuitatē ꝛ dioce-
ſim niſi in certis expſſis caſibꝰ ꝛ i illis vltra
vnā dietā a fine ſue dioceſis ad iudiciū euo
cetur ſeu ne iudices ꝛ cōſeruatores a ſede
apoſtolica deputati extra ciuitatē ꝛ dioce-
ſim in qbus deputati fuerit ꝯtra quoſcūqꝫ
ꝓcedere aut alij vel alijs vices ſuas cōmit
tere preſumant. Ac de duabus dietis i con
cilio gñali vltra certū nūerū ad iudiciū nō
vocandis ac alijs cōſtitutionibus ac etiāꝫ
qbuſcūqꝫ tam i cōſtācienſi cōſilio qꝫ pie me
morie Martini quinti. ac Eugenij quarti
qbus iter cetera ſtatuit decreuit ꝛ ordina-
uit qꝫ gñalis miſtri dicti ordinis vicarius
frm̄ de obſeruātia nūcupatoꝝ ꝑdictoꝝ in
vltramōtanis ꝑtibꝰ ꝓ tp̄e deputatꝰ i ipos
fr̄es de obſeruātia oēm ptātem ꝛ facultatē
ſuā corrigēdi videlꝫ v ſitādi reformādi et
alia tūc expſſa faciēdi cōcedere ꝛ totaliter
cōmittere deberet qđqꝫ miniſtri vel cuſto-
des aut alij ſuperiores dicti ordinis de ob
ſeruātia corrigere capere aut captos tene
re miſtroqꝫ gñali aut qſpiā miſtroꝝ vl' cu-
ſtodū ſeu frm̄ dicti ordinis generali ſeu ꝓ
uincialibus vicarijs vel cuipiā fratrū fami
lie de obſeruātia nūcupate hmōi moleſtiā
ſeu ipedimentū aliqđ ſub excōicatiōis late
ſententie pena ꝛ alijs penis tūc expreſſis in
ferre nō audeat quinimoqꝫ ipe generalis
miniſter per ſe dumtaxat perſonaliter ge-
neralē vicariū ꝛ alios fr̄es hmōi ꝛ alioꝝ lo
ca de ꝯſilio fratrū viſitare corrigere ꝛ emē
dare de regimine vero eorūdē frm̄ de ob-
ſeruātia ſe nullatenꝰ itromittere poſſit Nec
nō Nicolai quīti vl' alioꝝ quorūcūqꝫ Roma
noꝝ pōtificū predeceſſoꝝ nr̄oꝝ reductioni
bus reformatiōibꝰ ꝑuilegijs ordinatiōibꝰ
approbatiōibꝰ extēſiōibus deffectuūqꝫ ſup
pletiōibus quorūcunqꝫ tenorū exiſtāt Que
oīa illa ac ſi de verbo ad verbū p̄ntibꝰ in
ſerta forent pro expreſſis habētes ad pre-
miſſam puiciam volumus non extendere
ꝛ quo ad illā penitus reuocamꝰ caſſamus
et annullamus ac pro nullis irritis ꝛ infe-
ctis haberi volumꝰ ſtatutiſqꝫ ꝛ cōſuetudi-
nibꝰ ordinis domorū ꝛ locoꝝ ꝑdictorū iu-
ramēto cōfirmatione ap'lica vel quauis fir
mitate alia roboratis ceteriſqꝫ cōtrarijs q-
buſcunqꝫ. Aut ſi aliqbus cōiter vel diuiſim
ab eadē ſede ſit indultū qꝫ interdici ſuſpē-
di vl' excōicari aut extra vl' vltra certa loca
ad iudiciū euocari nō poſſit ꝑ lr̄as ap'licas
nō faciētes plenā ꝛ expreſſā ac de verbo ad
verbū de indulto hmōi mētionē. Nulli er
go oīno hoīm liceat hāc paginā nr̄e volūta
tis reuocationis caſſationis ꝛ annullatio-
nis ifringere vel ei auſu temerario cōtraire
Si quis autem ꝛc. Datuꝫ rome apud ſan-
ctum Petrum Anno incarnationis dñice
milleſimo quadringenteſimo quinquageſi
mo quinto kl's Septembris. Pontificatus
noſtri Anno primo.

¶ Bulla piana ſeu eugeniana ſeparās
obſeruantes a conuētualibus.

Pius epiſcopꝰ ſer
uus ſeruorum dei Dilectis fi
lijs generali et prouinciali-
bus miniſtris ac vicarijs ce-
teriſqꝫ fratribus ordinis be-
ati Franciſci taꝫ conuentualibus qꝫ de ob-
ſeruantia nuncupatis. Salutem et apoſto
licam benedictionem. Pro noſtra ad bea-
tum Franciſcum deuotione et pro ea be-
niuolentia et caritate qua veſtrum com-
plectimur ordinem libenter ea facimus et
concedimus que ipſius ordinis et veſtraꝫ
omnium et ſingulorum pacem vnionem
atqꝫ concordiam quomodolibet concernē-
re videātur. Sane felicis recordationis eu
genius papa quartus predeceſſor noſter
ad eandem vt videtur pacem vnionem et
concordiam veſtri ordinis et veſtram an-
helans: litteras infraſcripti tenoris con-
ceſſit.

Eugenius epiſcopus ſeruus ſer-
uoꝝ dei Ad perpetuā
rei memoriam. Ut ſacra ordinis minorum
religio cuius zeli ſinceritas ex ſuis lauda-
bilibus clarens operibus commendabi-
le plurimum catholice fidei preſtare non
deſinit augmentum ab omni reddatur
quantum permiſerit altiſſimus aduerſi-
tate ſecura: internis gerimus inſitum vo-
tis efficere: vt ſubmoto quod officit et ſub
rogato quod proficit nil maneat qđ fr̄es a-
cepti forſan ſubtrahat ſalubritate ꝓpoſiti
aut vllatenus robur ſacre religionis ifrin
gat Sane ſiquidem dilectus filius Antho-
nius de ruſconibus ſacre theologie pro-
feſſor ac ordinis minorum generalis mi-

niſter nobis ſuadentibus etiam nonnullis
ſacre theologie profeſſoribus ⁊ probis ipſi
us religionis viris ſuaſionis veſtre propo
ſitum laudantib⁹ aſſentiētibuſq; ⁊ idipſum
cōſulētib⁹: duos inſtituit vicarios dilectos
ſcilicet filios iohānē de capiſtrano/in ⁊ ſup
omnes in partib⁹ ciſmontanis: ⁊ Joannem
de mauberto/in ⁊ ſuper oēs in partib⁹ vl=
tra montanis eiuſdē ordinis fratres de ob
ſeruantia nūcupatos profeſſores cū plena=
ria ſui officij poteſtate vtriq; ſigillatim cō=
ceſſa vt ſuis noſtris inſertis litteris euidē=
ter apparet. Cum igit̄ ex prefata inſtituti=
one ſtat⁹ quietē fugata vagatiōis materia
ſacro ſtudio attentionē ꝑſonaꝝ augmētuꝫ
⁊ plurima bona vt certa experientia didici
mus ipſis fratribus de obſeruātia nuncu=
patis: necnon chriſtiane religioni ex eoruꝫ
exēplari vita acceſſiſſe itelligam⁹: ⁊ plurio=
ra domino concedēte i futurū euenire ſpe=
rentur ſi eadem inſtitutio futuris tēporib⁹
perſeueret: nos qui ſinguloꝝ preſertim re=
gulari obſeruantie deditorū quietē pariter
⁊ ſalutē intenſis deſiderijs affectamus: in=
herentes cōſtitutionib⁹ ⁊ ſtatutis ſuper hu
iuſmodi diſpoſitiōibus editis ſacri cōſtan=
cienſis concilij ⁊ felicis recordationis Mar
tini pape quinti ꝑdeceſſoris nr̄i: motu pro=
prio: non ad aliquam ſup hoc nobis oblate
petitionis inſtantiā: ſed ex certa noſtra ſci=
encia auctoritate apoſtolica de conſenſu et
aſſenſu venerabiliū fratrū noſtroꝝ ſancte
romane eccleſie cardinaliū ſtatuimus ⁊ or=
dinamus vt deinceps vicarius generalis
ipſorū fratrum de obſeruantia vltra mon=
tanus circa finem triennij ex quo ad officiū
vicariatus elect⁹ fuerit: poſſit et debeat cō=
uocare vicarios et diſcretos vocem in con
gregatiōe habētes deputatos: quarūlibet
vicariarū et prouinciarū ſibi ſubiectarum
in loco per ipſum vicariū generalem depu
tandū: et circa finem ipſius triennij capitu
lariter facere cōgregari: quoꝝ ſi qui īfirmi
tate vl̄ legittimo ipedimēto detenti intereſ
ſe nō poſſent: ꝑ nuncios ab eis deputatos
vel ſuppletis votis eorum iuxta eoꝝ ꝯſue
tudinē ꝓſētia ſuppleatur q̄ ſic cōgregati fa
cultatem habeant omnia et ſingula facien
di ordinandi atq; diſponendi: q̄ de iure cō=
ſuetudine et ex priuilegijs poſſunt fratres
ordinis in eorum generali capitulo cōgre=
gati et ꝑcipue eligendi et eligere ſint aſtri
cti vnū religioſum eiuſdem ordinis in eoꝝ
ſimilez vicariū generalem: cuius electionē
ſi a maiori parte eligentiū celebretur: q̄ pri=
mū cōmode fieri poterit gn̄ali miniſtro to=
tius ordinis iuxta eorū conſuetudinem fa
ciant preſentari. Ipſe vero gn̄alis miniſter
infra triduū a preſentatiōe ſibi facta: pre=
dictum electū confirmare teneatur: cōcedē
do ei et cōmittēdo plenarie vices ſuas: dā
do ſcilicet liberā poteſtatē et auctoritate ꝫ
ac omnimodā facultatē ſuam ſup omnes ⁊
ſingulos fratres de obſeruantia nuncupa
tos: et ſi alio nōie quipiam eoꝝ nominētur
in ptibus vltra montanis cōmorantes et
cōmoraturos tam in capitib⁹ q̄ in mēbris
viſitandi publice et priuate: vocādi/citādi
inquirēdi/examinādi/procedendi/iudicā=
di/ammonēdi/terminādi/decidēdi ſignan
di/approbādi/reprobādi/coartandi/deti=
nendi/puniendi/carcerandi/a carceribus
liberandi/actus legitimos reſtituēdi/fra=
tres vicariarum ⁊ ꝓuinciarū huiuſmodi col
locādi et cōmutandi/expellendi/et reuocā
di. Fratres de ciſmontanis partibus cum
bona licentia venientes recipiendi apoſta
tas omnes ad ordinem redire volentes cū
penitentia que eidem vicario videbitur in
iungenda reducendi ⁊ acceptandi: fratres
conuentuales dummodo ſuis miniſtris nō
ſint rebelles et ab eis licentiam petierint ⁊
penitentiam non effugiant delictorum ve=
raciter cupientes ad meliorem frugem ſe
transferre et viuere regulariter recipiendi
officiales et prelatos quoſlibet ſibi ſubie=
ctos cum opus fuerit aut caſus exigerit: ꝓ
uandi/abſoluendi/deponendi/et reſtituen
di vel alios loco eorum de conſenſu tamen
fratrum eorundem locorum in quibus hu
iuſmodi officiales aut prelati exiſtunt vel
ſaltem maioris partis eorundem fratres/
conuentus/domos/loca et heremitoria ꝓ=
dicta preſentia pariter et futura eis ſubie
cta informādi et reformādi abſq; ſocio vel
ſine licentia de ciſmontanis partibus veni
entes ſeu vltramontes delinquentes puni
endi. Et quos nouerint habiles et idoneos
etiaꝫ ad ſacros ordines vſq; ad ſacerdociū
incluſiue promoueri faciendi ad confeſſio=
nis et predicationis officia promouendi: ⁊
promotos cum eideꝫ vicario videbitur pri
uandi et ſuſpendendi: omnes et ſingulos
fratres ſibi ſubiectos ab omnibus peccatiſ
ſuis et penis ſpiritualibus et temporalib⁹
excommunicationibus/ſuſpenſionib⁹/trāſ
greſſionibus regule et ſtatutorum caſibus
irregularitatibus et cenſuris prefato ge=
nerali miniſtro commiſſis et reſeruatis li=
bere abſoluendi/liberandi et diſpenſandi
quotiens opus fuerit. Se quoq; ab huiuſ=
modi abſolui liberari et diſpenſari facien

di etiā quotiēs ei videbitur oportere: ad
oēs ꝓuincias ⁊ vicarias ⁊ phtiā ipſi⁹ gene
ralis ad romanā curiā accedēdi ⁊ mittendi
fugientes a ſeculo ac quoſcūqꝫ volētes deo
in dicto ordine deſeruire tā ꝓ laicis q̄ꝫ pro
clericis ad habitū ⁊ ꝓfeſſionē recipiēdi: gra
tie ſiue littere quecūqꝫ a prefato gn̄ali mi=
niſtro eiſdē fratribus cōceſſe vel deſtinate
vel in poſterū concedēde vel deſtinande ſi
tales eſſent per quas ab obſeruācia regu=
ri diſtraherētur fratres hmōi: aut que ſcā=
dalū in regimine eidē vicario cōmiſſo pare
rent habeātur ꝓ infectis. Cōtradictores ⁊
rebelles per cenſurā eccleſiaſticā ⁊ alia iu=
ris ⁊ dicti ordinis remedia etiā ꝑ inuoca=
tionē brachij ſecularis vel eccleſiaſtici ſi o=
pus fuerit cōpeſcendi. Cōgregatiōes ī pro
uincijs ⁊ vicarijs omibus eis ſubiectis ſiue
ꝓ electiōe vicarioꝝ ſiue pro alijs vtilibus
negocijs et occurrētib⁹ oportunis faciendi
ſiue fieri faciēdi. Et generaliter ſpecialiter
qꝫ oīa alia ⁊ ſingula circa ffes cōuent⁹/ do=
mos/ loca ⁊ heremitoria hmōi faciēdi/ exer
cēdi/ ⁊ diſponēdi/ ordinādi/ adminiſtrādi/
⁊ ſtatuēdi que ipſe miniſter gn̄alis facere
poſſet ſi perſonaliter intereſſet eaſdē inſu=
per auctoritates ⁊ grās: poteſtates ⁊ facul
tates per ipſū miniſtrū generalē eidē vica=
rio cōceſſas vel earū partē alijs fratribus
quos ad hec iudicauerit ydoneos cōmittē
di et cōcedendi: necnō per ipſos predicti vi
carij cōmiſſarios cōmitti ⁊ concedi facien=
di. Mādat preterea ipſe gn̄alis miſter (qd̄
mandatū in cōmiſſione predicto vicario fa
cta in ſcriptis ſemper appareat) oībus ⁊ ſin
gulis ffībus in prefatis vltramōtanis par
tibus cōmorātibus ⁊ cōmoraturis prelatis
ac ſubditis ad meritū obedientie ſalutaris
in virtute ſpūs ſcti. q̄tūs omni appellatiōe
poſtpoſita: quā nullo mō facere liceat: in oī
bus et per oīa firmiſſime pareāt ⁊ obediāt
eidē vicario toto tempore ſui vicariatus tā
q̄ꝫ perſone ipſius miniſtri generalis: ⁊ nul=
lo colore vel cauſas queſitis poſſint ipſi fra
tres ſub pena excōmunicationis ⁊ carceris
ac priuationis officioꝝ ⁊ omniū actuū legi
timoꝝ late ſentencie ad ſubterfugiendam
correptionem examinātis ⁊ reformātiſ pre
fati vicarij ſeu vicariorū illis ſubditoꝝ o=
bedientiā ad cōuentus domos ⁊ heremito
ria ſeu loca alia quecūqꝫ illius cur nō com=
miſſe aufugere: neqꝫ ſi illam fugerint vel
deinceps ſi aufugere contingeret: miniſtri
et cuſtodes: gardiani ſiue quicūqꝫ alij fra=
tres eidē vicario prefato nō ſubditi cuiuſ/
cūqꝫ cōditiōis gradus dignitatis exiſterēt
ſub pena priuatiōis officij excōmunicatio
niſqꝫ late ſentencie et priuationis omniū
actuū legitimoꝝ ſtudeāt illos recipē aut
forte receptos vel in poſterū recipiendos
retinere contra eiuſdem vicarij velle vel vi
cariorū illi ſubditoꝝ. Et ſi quid aliud facul
tatis et auctoritatis in dictis litteris con=
tinetur quarū tenorē volumus haberi pro
ſufficienter expreſſo ac eis ſi de eis de ꝟbo
ad verbū facta eſſet mētio ſpecialis q̄ com=
miſſio aſſūptione: ad dignitatē/ ſuſpenſiōe
depoſitione vel obitu ipſius gn̄alis cōmit=
tētis nullaten⁹ expiret: ſꝫ firma auctē aplīs
ca ad tēp⁹ ꝯceſſa ⁊ ſtabilis ꝑſeueret Quo tri
duo elapſo ⁊ electo nō cōfirmato: elect⁹ ipſe
nō ꝯfirmatus cū plenaria ptāte hmōi atqꝫ
ꝓceptiſ vſqꝫ ad ſucceſſoris electionē habea=
tur ſedis apoſtolice auctoritate: īfra quod
tēpus predictus vicari⁹ nō valeat ſuo renū
ciare officio ſine ſcitu vicarioꝝ oīm vicaria
rū ⁊ prouinciarū diſcretorūqꝫ aut maioris
partis eorunde. Poſſit nichilominus pre=
dictus vicarius cōuocare oēs vicarios illi
ſubiectos diſcretos infra tempus ſui officij
in loco per ipſum deputando quotiens ſi=
bi opus viſū fuerit. Et ſi tēpore electionis
prefati vicarij vacaret gn̄alatus officium
aut gn̄alis excōicatus eſſet vel ſuſpēſ⁹ ele=
ctū ipſū vicariū cū premiſſa ptāte cōfirma=
tū cenſeri eſſe volumus ⁊ ordinamus. Inte
rim vero dū fuerit confirmatus: is q̄ ꝑdicti
vicariatus officiū exercuit ante electionē
exerceat officiū vicarij gn̄alis: ⁊ premiſſa q̄
circa cōuocationē/ cōgregationē/ ordiatio=
nem/ diſpoſitionē/ executionē/ electionem/
preſentationē: cōfirmationē/ ⁊ cōmiſſionis
ſtabilitatē per prefatos dilectos filios gn̄a
lem miniſtrū ⁊ eius prefatū vicariū ⁊ cetos
vt premittitur fieri volumus: ita qꝫ inferio
res miniſtros et eorū vicarios prouincia
les hmōi ⁊ qui adeſſe habent eſſe ⁊ debē fie
ri in ſuis prouincijs et vicarijs ſingulis an
nis ſtatuimus et ordinamus: vicaria bone
propter illius amplitudinē excepta. Si ve=
ro generalis vicarius infra ſui officij tem=
pus ex hac luce migrauerit ſeu alias ab of
ficio ammotus fuerit: vicarius in cui⁹ pro
uincia mori vel amoueri contigerit nūciet
q̄ꝫ citius poterit alijs vicarijs vltramōtanꝫ
⁊ de cōſilio atqꝫ cōſenſu duoꝝ proximorū
vicariorū determinet locū ⁊ tēpus: niſi fuiſ
ſent per vicariū ante ipſius obitū vel amo
tionē deputata: et conuocet qui fuerit euo
candi pro ſucceſſoris vicarij electione cele
branda. Quo vacationis tempore auctori
tate apoſtolice ſedis exerceat officium vi=

cariatus huiuſmõi: vicarius ipſe in cuius
prouincia obijt vel ammotus fuit prefat⁹
vicarius generalis cū plena poteſtate pre
miſſa. Hoc idē itelligi volumus de vicarijs
vicariarū ſeu ꝓuinciaruꝫ cū eos mori vel
ammoueri ɔtigerit: ꝓuincias ſeu vicarias
regi et gubernari per gardianū in cui⁹ gar
diania talia euenerūt: ſalua ſemper ⁊ reſer
uata predicti vicarij generalis vt premit-
titur poteſtate. Generalis vero aut quiſq̄
miniſtrorū vel cuſtodū ſeu fratrū dicti or-
dinis predicto vicario generali ſeu ceteris
vicarijs vel cuipiā fratri eiuſdem familie
de obſeruātia nūcupate moleſtiam ſeu im
pedimentū aliquod inferre nō audeat nec
preſumat ſub pena excōmunicationis late
ſententie priuationis officij omniūq̄ actuū
legittimorum: vt in predictis litteris conti
netur niſi ꝙ prefatus miniſter generalis
per ſe: dūtaxat perſonaliter viſitare ⁊ corri
gere poſſit ⁊ valeat predictum vicarium ge
neralem: fratrem ſeu fratres: cōuentuꝫ: do
mum: locum: et heremitoriū: eiuſdē familie
pie: benigne ⁊ charitatiue ad meliorē fru-
gem prouocando. Et ſi quemq̄ quod abſit
reppererit crimīnoſū: ipſum vicariū de cō
ſilio et aſſenſu maioris partis vicariorum
premiſſorum: ceteros vero de conſilio ⁊ aſ-
ſenſu maioris et ſanioris partis fratrū: do
mus / heremitorij / loci / vel cōuentus viſita
torꝫ in eodē loco ⁊ nō extra corrigē valeat
⁊ punire penitēciare ⁊ emēdare ſm̄ q̄ꝺ deli
cti qualitas exegerit faciēdū De regimine
vero et cura predictorum de obſeruancia
nuncupatorum ſe aliter non intromittat.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtrorum ſtatuti decreti ordina-
tionis et voluntatis infringere vel ei auſu
temerario contraire. Si quis autem hoc
attēptare preſūpſerit indignationē omni-
potētis dei et beatorū petri ⁊ pauli apl̄orꝫ
eius ſe nouerit incurſurum. Datuꝫ Rome
apud ſanctum petrum Anno incarnatiōis
dn̄ice milleſimo q̄drigēteſimo q̄drageſimo
ſexto decimo kalendas auguſti. Pontifica
tus noſtri Anno ſextodecimo.

¶ Deinde felicis recordatiōis Ni
colaus Papa quartus
predeceſſor noſter aliquot diſcordijs et cō-
tentionibus inter vos exortis et diu agita
tis. poſtq̄ vtroſq̄ tam ipſe q̄ per commiſ-
ſarios ſuos nonnullos cardinales alioſq̄
prelatos ſepenumero ſicut accepimus dili
genter audiuit: determinationi et ordina-
tioni ſupradicte ſui et noſtri predeceſſoris
Eugenij acquieſcēs nichil omnino innoua
uit. Poſtea felicis recordationis Calixtus
papa tertius predeceſſor noſter cū dicto ni
colao quinto ſucceſſiſſet ⁊ contentiones va
rie inter vos conuentuales et obſeruātes
ſuſcitate eſſent tandem litteras ipſe etiam
dedit infra ſcripti tenoris.

¶ Calixtus Ep̄s ſeru⁹. ⁊c. Ad ꝑ
petuā rei memoriaꝫ
Cōditor orbis qui gregē dn̄icū de laq̄o ſer-
uitutis eripuit inter alia que huius gregꝫ
opera afferūt fructuoſa: vices ſuas nobis
licet immeritis in terris cōmittē dignatus
eſt: vt circa quorūcūq̄ religioſorꝫ ordīeꝫ p-
ſertim eorꝫ q̄ ſub vita laudabili ac obſeruā
cia rl̄arē vitā ſibi eligūt peruigilē nr̄e cōſi-
deratiōis intuitū dirigimus ꝑ quē religio
ſi ipſi et quicūq̄ eorundē ordinū ꝓfeſſores
ſublatis quibuſuis turbationū materijs ne
cōtagiōe ſerpētina occaſio heſitādi in eiſꝫ
amplius cōualeſcat ſub votiua pacꝫ ⁊ quie
tis māſuetudine ſedulo deuotiorē altiſſio
impendere valeāt famulatū ⁊ his q̄ ꝓpter ea
nr̄arū litterarū obtētu ꝓ pacꝫ ⁊ q̄etis hmōi
augmēto et virtutū incremēto: multiplici
prouide acta ſunt vt firma et illibata per-
ſiſtāt: apl̄ici muniminis adijcimus firmita
tem. Nuper ſiquidem cupientes dilectos fi
lios vniuerſos ordinis fratrum minorum
profeſſores de obſeruācia nuncupatos ne
glecto calamitatis et deſolationis itinere
ad tranquillū pacis et quietis augmentuꝫ
reducē: litteras cōceſſim⁹ tenorꝫ ſubſeq̄ntꝫ

¶ Calixtus ep̄s ſeruus ſeruo
rum dei. Ad
perpetuam rei memoriam. Illius cuius in
pace factus eſt locus vices quamq̄ imme-
ritis gerētes in terris circa profeſſores re
gularium ordinum quorumlibet vt ſemo-
tis contentionum et diſcordiarꝫ vepribus
in amenitate quietis ⁊ pacis illius famulē
tur auctori noſtre vigilātie ſtudiū ꝓpēſius
adhibemus. Sꝫ id minirū in ſacra religio
ne fratrū minorꝫ q̄ feruore charitatꝫ igniti
eorꝫ dulci eloquio fructū in agro militātis
eccleſie afferant ſalutarem: eo ſtudioſius
agere ſatagimus: quo ipſi veluti quedā ſa
lutaris eruditionis exemplaria ceteris fi-
delib⁹ eſſe debēt: quorꝫ diſcordie ſi diutius
ꝑdurarent: vergere poſſēt in eorum perni
ciem ⁊ perniciosum exemplum ac ſcanda-
lum plurimorum. Sane cum olim nonnul-
li romani pontifices predeceſſores noſtri
circa quietem et tranquillum regimen di-
lectorum filiorum profeſſorum eiuſdem or
dinis pie et ſancte ac multipharie laboraſ
ſent ordinantes aliqua circa regulam per

beatum franciſcū in traditā prout ipſis ex=
pedire videbatur:tandem felicis recorda=
tionis eugenius papa quartus predeceſſor
noſter quaſdaꝫ tunc inter eos qui de obſer
uantia nuncupantur ⁊ alios fratres eiuſdē
ordinis profeſſores vertētes differētias ſe
dare et amputare:ac eis in poſterum bene
viuendi normā tradidiſſe ratꝰ nōnulla cir=
ca regimē et gubernationem et alia eoſdeꝫ
fratres de obſeruantia nuncupatos contin
gentia ordinauit:ſtatuit ⁊ conceſſit prout ī
diuerſis ipſius litteris deſuꝑ confectis ple
nius continetur. Ueruꝫ vnde prefatus pre
deceſſor pacem dediſſe credidit: emulo hu
mani generis ſuperſeminante ʒizaniā:eru
perunt ꝯtentiones ⁊ odia:ac diſſenſiones ⁊
ſciſmata emerſerunt:que in eorum exacer=
bata mētibus vſqꝫ ad noſtra tempora pro=
catius perdurarunt. Ex quo nos cupiētes
illa(ne prefate religioni diutiꝰ inueterata
quod abſit naufragium deſolationis pari=
ant infirmorum)noſtre prouiſionis auſpi=
cijs perpetuo terminari digeſta ſuper his
cum venerabilibus noſtris fratribus ſan=
cte romane eccleſie cardinalibus delibera=
tione prehabita:de ipſoruꝫ fratrū noſtroꝝ
cōſilio pariter ⁊ aſſenſu ad laudē oīpotētis
dei ⁊ honorē beati frācifci ad quem ſingu=
larem deuotionē gerimꝰ:necnon perpetuā
dicte religionis quietem et pacem nonnul=
la ſalubria ⁊ deo vt ſperamus accepta ſta=
tuta ⁊ ordinationes edidimus per eoſdem
ffes ⁊ coꝝ prelatos perpetuis futuris tem
poribus auctore dn̄o inuiolabilit̄ obſeruā=
da. Auctoritate igitur apl'ica ⁊ ex certa ſciē
entia tenore p̄ntiū ſtatuimus ⁊ ordinamus
ꝙ oēs ⁊ ſinguli ffes dicti ordinis p̄ntes et
futuri quocūqꝫ noīe vocent̄ ⁊ cēſeantur:ip=
ſiqꝫ miniſtri cuſtodes ⁊ vicarij ⁊ alij quicun
qꝫ gn̄ali miniſtro dicti ordinis ꝓ tp̄e exiſtē=
ti iuxta ꝯtinentiā p̄fate regule obedire te=
neantur:necnō ꝙ oēs ⁊ ſinguli cuſtodes vl'
vicarij fratrum predictoꝝ de obſeruantia
nūcupatoꝝ quarūcūqꝫ prouinciarū coꝝqꝫ
diſcreti ad capitulum gn̄ale iuxta morē di=
cti ordinis teneantur accedere in quo poſt=
ꝙ vicarius vicarioꝝ vel cuſtodū eoꝝ offi=
cio vicariatus hmōi ceſſerit vt ē moris ijdē
cuſtodes aut vicarij ⁊ diſcreti preſidente di
lecto filio gn̄ali miniſtro pro tēpore exiſten
te aut aliquo ab eo deputato ſi ibidē inter=
eſſe noluerit:qui aſſumptis duobus ſcruta
toribꝰ ex numero vocaliū alioꝝ vota ſcru=
tent̄ vt moris eſt:⁊ tres ex eiſdē fratribꝰ de
obſeruātia nuncupatis nominēt:⁊ p̄fatꝰ ge
neralis miniſter vnum ex dictis tribꝰ ſic no

minatis in vicariū cuſtodum vel vicarioꝝ
eorūdē fratrū de obſeruātia nuncupatoruꝫ
inſtituat:⁊ is quē ex p̄fatis tribꝰ gn̄alis pre
fatus inſtituerit vel ꝯfirmauerit hmōi inſti
tutioni vel cōfirmationi ꝯſentire teneatur.
nec poſſit ſine rōnabili cauſa vel iuſto ipe=
dimēto renūciare. ⁊ ſi forte aliqua ꝯtrouer=
ſia circa noīationē inſtitutionē vel ꝯfirma=
tionē hmōi oriret̄ noīetur ī eodē caplo vnꝰ
alius ab eiſdē ffibꝰ de obſeruātia dictis:q
preſit ⁊ faciat ea q̄ incūbunt quouſqꝫ cōtro=
uerſia hmōi ſopiatur quēadmodū de mini
ſtris obſeruatur. Prefatus vero inſtitutus
poſtqꝫ acceptauerit:gn̄alis prefatus cōmit
tat illi plenarie vices ſuas:⁊ nichilominus
eādē auctoritatē ⁊ poteſtatē in ffes de ob=
ſeruātia nūcupatos habeat quā dictꝰ gn̄a
lis habet. In qua quidē electiōe noīatione
ſeu cōfirmatiōe celebranda ſi vocales defi=
cerēt ad noīationē p̄dictoꝝ triū: ſuppleant̄
ex predictis ffibꝰ de obſeruātia nūcupatis
Ordinātes etiam ꝙ cuſtodes ⁊ vicarij p̄di=
cti de obſeruantia noīati in eodem genera
li capitulo ad electionē miniſtri generalis
vocem actiuā tantū habeāt ſicqꝫ dn̄o largiē
te ꝑ tranquillo ipſius famulatu ordinamus
⁊ ꝓuidemus q̄ ſcd̄m deuꝫ talem eligere ſtu
deant:quē ad pacē et vnitatem dicti ordīs
conſeruandā fore crediderint aptioreꝫ. Et
inſuper qui miniſtri ꝓuinciales per ſeipſos
vel eis legittima cauſa ipeditis ab ipſis de
putati electioni vicariorum ſeu cuſtodum
prouīcialiū eoꝝ qui de obſeruātia nūcupā=
tur intereſſe poſſint q̄ vna cū duobꝰ ſcruta=
toribꝰ ex numero vocaliū ab eis eligendis
alioꝝ vota ſcrutent̄ ⁊ q̄ a maiori parte fue
rit nominatus ⁊ electus:vicariꝰ ſeu cuſtos
per eoſdem prouinciales miniſtros in ſin=
gulis prouincijs confirmetur.et nichilomi=
nus ſic pro tali habeatur. Et ſi aliqua diſce
ptatio vel controuerſia ſuboriretur interiꝫ
vnꝰ eligatur ab eiſdem in ip̄o capitulo qui
preſit ⁊ alia faciat que incūbunt quēadmo=
dū de miniſtris obſeruat̄ ⁊ de alijs ſe nulla
tenꝰ ītromittat Guardiani vero in ꝯgrega
tionibꝰ inſtituti:legant̄ in tabula ꝓuīciali=
um caploꝝ ſimilit̄ aūt p̄dicatores ⁊ ꝯfeſſo=
res ī ꝯgregationibꝰ prouincialibꝰ nuꝑ ele=
cti:ī eiſdē ꝓuīcialibꝰ capl'is ꝯfirment̄. Ordi=
namꝰ p̄terea ꝙ p̄fatꝰ gn̄alis miniſter poſſit
ꝑ ſeipſū dūtaxat prefatum vicarium vel cu
ſtodem vicariorum de obſeruantia nuncu
patorum viſitare. Et ſi eius demerita id ex
egerint:pūire ac pro notorio pro quo ad
depoſitionem legittime ꝓcedēdū eſſet crimi
ne:ab eodē officio deponē poſſit ⁊ valeat de

consilio tamen et consensu saltē quinq; vel
sex ex vicarijs vel custobibus antedictis:ꝙ
si forte contigerit aliquem ex fratribus de
obseruantia nominatis huiusmodi prefa=
to generali ministro pro crimine deferri vl'
accusari:tunc ⁊ eo casu generalis predict⁹
per seipsum aut vicarium eiusdem prouin
cie in quo accusatus resideat:seu etiā vica
rium vicarioꝝ vel custodum seu quemuis
alium fratrem de obseruantia in eadem ꝓ
uincia continue residentem visitare aut cō=
uictum seu confessū in aliquo loco fratrum
de obseruantia huiusmodi vbi conuict⁹ seu
confessus fuerit aut in quo deliquerit corri
gere ⁊ punire.etidem obseruet quo ad om
nem locum fratrum de obseruantia predi=
ctorum. Ceterū volumus ꝙ nullus fratrū
de obseruantia huiusmodi de loco suo am=
moueatur. Sed in eo potius ad famulan=
dum altissimo quieta mente foueatur pro=
ut in cōstitutiōe felicis recordationis Mar
tini pape quinti predecessoris nostri pleni
us dicitur contineri:ꝙq; nullus fratrum cō
uentualiū nuncupatorum absq; licentia di
cti generalis seu prouincialium ministrorū
saltem petita ad loca fratrum de obseruan
tia et econuerso nullus eorum qui de obser
uantia nuncupantur:etiam legitima causa
subsistente: ad loca seu cōuentus aliorum
fratrum conuentualiū predictorū sine spe
ciali eorundē vicarij custodū seu prouincia
liū vicarioꝝ petita ⁊ obtēta licentia: exce=
pto euidēti sue salutis periculo possint ac=
cedere:prout in constitutione prefati Mar
tini pape dicitur contineri:sub pena priua
tionis officiorum que obtinent et inhabili
tatis ad quoscunq; actus legitimos exercē
dos. Et vt eisdem fratribus de obseruan=
tia deliquendi ⁊ vagandi tollatur accasio:
volumus ꝙ si quis prelatorum aut fratrū
tam cōuentualium q̄ de obseruantia nūcu
patorum aliquem fratrum fugitiuum rece
perit ab officio cui p̄est suspens⁹ ⁊ ad actus
legitimos exercendos inhabilis fiat eoip̄o
Adijcientes ꝙ ipse fugitiuus a suo prelato
vbicunq; repeti ac pro crimine leuitate aut
alia sue fuge causa corrigi et puniri possit.
ꝙ si postq; correctus et punitus fuerit rece
dere voluerit:petere licentiam debeat pro
ut superi⁹ enarratur.nec de cetero a quo=
uis fratrum de obseruātia repeti possit. ni
si forte constiterit eū ad frugē melioris vi=
te redire voluisse. Si quis aūt prelatorum
aut fratrum p̄dictorum super restitutione
fugitiuorum huiusmodi requisitus illam fa=
cere noluerit:suspensionis et inhabilitatis
predicte sententiam incidat eoipso. Quos
fugitiuos dictus generalis minister libris
⁊ alijs rebus suo vsui concessis etiam pro=
pter hoc priuari debeat. Volentes insuper
ꝙ generalis minister ⁊ vicarius vicariorū
vel custodum predictorum attente caueāt
ꝙ nulli fratrum conuentualium vel de ob=
seruantia nuncupatorū discurrendi vel va
gandi per prouincias licentiā cōcedat abs=
q; rationabili causa et euidenti necessitate:
super quo eorum consciētias oneram⁹:eti=
am sub aliquarum indulgentiarum specie
vel p̄textu. Quod si littere concessionū hu
iusmodi alias q̄ pro causa ⁊ necessitate si=
milibus reperirentur:ille nullius sint robo
ris vel momenti. Ac etiam pro euitandis
scandalis prefatus generalis minister ab=
solutionem eorum qui votū castitatis trās=
gressi sunt ⁊ in posterum transgredientur si
ad eum pro absolutione accesserint:per se=
ipsum impendere possit:⁊ nichilominus ꝓ
eodem delicto vel crimine eos ad vicarios
vel custodes prouinciales dumtaxat eosdē
remittere teneatur et debeat qui illam per
se exerceant:nec eam committere possint ni
si guardianis locorum delinquentium eo=
rundem. qui pro modo culpe iniūgant sa=
tisfactionem et penitētiā salutarem vt om
nibus qualitatibus ⁊ circunstancijs diligē
ter pensatis:melius deo animas lucriface=
re possint. Vicarij vel custodes prouincia=
les fratres de obseruantia predictos in eo
rum prouincijs constitutos de loco ad locū
transferre possint prout viderint expedire
Et si cui forte fratrum eorundem concessū
foret ne de aliquo loco remoueri possit:tūc
vicarius ipse causam ob quā remotionem
facere vellet indicare debeat concedenti.
Ceterum si vicarium vicariorum vel custo
dū citra ⁊ vltra montanorū infra tempus
sui officij inexpleti a rebus humanis dece=
dere cōtigerit:vicari⁹ vel custos ꝓuincia=
lis in cuius prouincia decesserit:gerat loco
eius cōmissariat⁹ officiū vsq; ad capitulum
generale vel illius successoris electionē:si=
cut de ministro obseruatur. Vicari⁹ autem
vicariorum vel custodū officiū suum gerat
vsq; ad capitulū generale in quo eidē offi=
cio libere cedere teneatur: ⁊ extunc alteri⁹
vicarij huiusmodi prouisio fiat prout supe
rius dictum est:⁊ sic successiue obseruetur:
nec ipse cedens pro ipsa vice nominari vel
institui. aut p̄fici possit seu valeat quoquo=
modo. Et quoniam vt etiam accepim⁹ pro=
pter questas que nonnunq; a vagantibus
fratribus vbiq; fiunt q̄ plurima scandala

in codē ordine ſepenumero oritur: omnibus ⁊ ſingulis tā cōuentualibus ꝙ̄ de obſeruācia fr̄ibus predictis ſub excōmunicationis pena diſtrictius inhibemus: ne ipſi de obſeruācia ſub nomine cōuentualiū ire: ne ve conuētuales ſub nomine aut pretextu. de obſeruācia fratrū aut locoꝝ queſtuare quoquō preſumāt. Mādātes eoꝝ ſuperioribus vt eos q̄ cōtra inhibitionez noſtram hmōi fecerint carceribus vſqꝫ ad codignā penitentiā mācipent ⁊ obſeruēt q̄ queſtuātes nichilominus ad oēs actus legittimos inhabiles ꝑpteres cēſeātur ac eoipo etiā excōmunicationis ſentenciā incurriſſe declarari: ⁊ pro excōmunicatis publice nūciari poſſint: a q̄ quidē ſentēcia cōuentuales a generali miniſtro. De obſeruantia ꝟo fratres predicti a vicarioꝝ vicario duntaxat et non ab alijs preterꝙ̄ in mortis articulo cōſtituti: poſſint abſolui: qui etiā ab ipſorū prelatis rebus queſitis hmōi protinus priuentur. Statuimus etiaz et ordinamus ꝙ omnes ⁊ ſinguli ffes tā cōuentuales ꝙ̄ de obſeruancia nūcupati: ad ciuitates terras ſiue caſtra in quibus cōuentus dicti ordis fuerint ꝑ tēpore accedētes teneātur et debeāt ſaltē poſt vnā diē naturalē ſe (cōuentuales vcȝ cōuentualiū Et de obſeruancia fratres predicti: eorundē de obſeruācia) ꝓ coꝝ prelatis preſentare: in qua quidē ciuitate vel terra ſi vnus duntaxat cōuent⁹ fuerit ad ipſius vnius ꝑlatū debeāt ſe cōferre illius mādatis humiliter pariturı: nos cn̄ ipſis ſub excōicatiōis ac ſi'is inhabilitatis pena mādamus a qua ſi īcurrerint: poſſint per eoꝝ ſuperiores abſolui: ne in eiſdez ciuitatibus ſeu terris ſine prelatoꝝ ſuorum licētia diutius ꝑmanere preſumāt. Quod ſi ſecus egerint: ꝑlati predicti eos capē punire: ac rebus ad eoꝝ vſū cōceſſis ⁊ pſertim apud eos repertis libere priuare valeant: niſi a ſuperioribus eoꝝ aliud habuerint in mandatis Poſtremo cū vicaria auſtri per plures prouincias iuxta morē dicti ordis extendatur: ne a quo miniſtro prouinciali vicarius vel cuſtos prouincie cōfirmari debeat heſitari poſſit volumus vt ille prouincialis miniſter congregationi fratrū de obſeruācia predictorū in eadem prouincia vl' vicaria intereſſe et vicariuz huiuſmodi vl' cuſtodē cōfirmare poſſit et debeat in cuius prouincia congregacio ipſa fuerit celebrata. Quo circa prefatis generali miniſtro ⁊ alijs miniſtris cuſtodibus vel vicarijs quibuſcunqꝫ predictis ceteriſqꝫ fratribus ⁊ perſonis dicti ordinis preſentibus et futuris in virtute ſancte obedientie ad quā ex voto tenētur ac per ſpem ſalutis eterne diſtricte precipiēdo mādamus qtūs circa obedientiā: electiōes/ noīatiōes/ inſtitutiōes/ ⁊ cōfirmatiōes et alia ſuperius expreſſa ordīatiōes/ ſtatuta/ mādata/ ⁊ inhibitiones noſtra hmōi ſtudeāt inuiolabiliter obſeruare premiū exinde ab eo q̄ auctor eſt cōcordie et pacis vberrimū recepturi regularibus inſtitutis dicti ordinis nichilominus quo ad reliqua in ſuo robore permanētib⁹. Nō obſtātibus cōſtitutiōibus et ordinationib⁹ apoſtolicis ac eugenij prefati et alioꝝ quorūcunqꝫ predeceſſoꝝ noſtrorū romanorum pontificū ordinationibus/ ſtatutis priuilegijs et litteris quorumcūqꝫ tenoꝝ exiſtant q̄ ſi et inꝯtrū preſentibus obuiēt haberi volumus pro infectis: necnon ſtatutis et conſuetudinibus ordinis et prouintiaruz predictorum iuramento: confirmatiōe apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis: ceteriſqꝫ cōtrarijs q̄buſcūqꝫ. Volumus autem ꝙ trāſūpto preſentiū litteraꝝ manu publica ac dilecti filij noſtri dn̄ici tituli ſācte crucis in hieruſalē preſbiteri cardinalis maioris penitēciarij noſtri a dicti ordinis ꝓtectoris ſigillo munito: plena fides adhibeatur in oībus ⁊ per omnia: ac ſi origīaliter ipſe littere exhibite eſſent vel oſtēſe. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane: ſi ſecus ſuper his a quoqꝫ quauis auctoritate ſciēter vel ignorāt cōtigerit attētari Nulli ergo omnino hoīm liceat hāc paginā noſtroꝝ ſtatuti/ ordinatiōis/ ꝓuiſionis inhibitiōis/ mādati/ ꝓcepti/ ꝯſtitutiōis/ ac volūtat' īfrīgē vel ei auſu temerario cōtraire. Si q̄s aūt hoc attēptare ꝑſūpſerit: indignationē oīpotētꝫ dei et btōꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datū rome apud ſāctū petrū. Anno incarnationis dn̄ice. M. cccc. lv. quarto Nonas februarij. Pontificatus noſtri. Anno. j.

**Nos igitur vt huiuſ**modi noſtre preinſerte litterē omniaqꝫ et ſingula in eis contenta que pro ſalubri ordinis et profeſſorum eorundez regimīe feliciter dirigendo peracta ſunt: roboris obtineant firmitatem: ne de eorum viribus a quoqꝫ in poſterum heſitetur: ſed perpetuo et inuiolabiliter obſeruentur litteras ⁊ in eis contenta omnia et ſingula huiuſmodi ac ſecuta et ſecutura ex eis cum omnib⁹ et ſingulis capitulis ac in illis ꝯtentis clauſulis/ penarum adiectionibus/ ſententiarū fulminationibus: et irritantibus decretis

prout ſupraſcriptis ꝓhibentur: aucte apl'i
ca ⁊ ex certa ſciētia approbamus ⁊ ꝯfirma
mus ac preſentis ſcripti patrocinio cōmu=
nimus ſupplentes oēs ⁊ ſingulos defectus
quoſcunq̄ ſubſtāciales ſi qui forſā interue=
nerint in eiſdē. Et nichilominus ne aliqui
formidine ꝑpetue infelicitatis miſerrime
ipſi execati ſuaꝝ mentiū diſturbia inquirē
tes cōceptis ꝑ eos ſiniſtris euētibus: lr̄as
pretextas oīa ⁊ ſingula cōtenta in illis ac ſe
cuta ⁊ ſecutura ex eis hmōi ēt, p aliq̄ ipſaꝝ
parte queritent quoquomō moderari au=
ctoritate et ſciētia ſimilibus oīa ⁊ ſingula
priuilegia concessiōes ⁊ indulta quecunq̄
cū inde ſecutis et ſecuturis per nos aut ſe=
dem apoſtolicā ad quarūcunq̄ perſonaruꝫ
aut quorūuis profeſſorū eiuſdē ordinis et
prouinciarū quarūlibet inſtantiā ſiue ſup=
plicationem etiāꝫ motu proprio ⁊ ex certa
ſcientia hactenus conceſſa et in antea con
cedenda etiā ſi perſone ipſe regali ducali/
militari aut quauis eccleſiaſtica vel mun=
dana prefulgeāt dignitate cum quibuſuis
derogatoriarū derogatorijs clauſulis etiā
de preinſertis et pn̄tibus noſtris litteris ſi
ue earū totali effectu expreſſam mentionē
facientibus etiā ſi indultis ⁊ cōceſſionibus
huiuſmodi caueatur expreſſe ꝙ illis niſi de
eorū totis tenoribus de verbo ad verbum
ſpecialis et ſpecifica ac indiuidua mentio
preſentibus fieret derogari non poſſit: ſi et
inquantum per ea preteritis et preſentib9 no
ſtris litteris aliquod preiudicium quoquo
modo generetur dummodo priuilegia cō=
ceſſiōes ⁊ indulta ipſa noſtrū laudabile ꝓ=
poſitū quod nuper circa ſāctā cruciatam ꝑ
nos cōtra ſpurciſſimos macomete ſecte cul
tores nephādiſſimos xp̄i nois inimicos in
itā firmiter oſtēdimus nō cōcernāt eis om̄i
bus et ſingulis ſpecialiter ⁊ expſſe deroga
mus ⁊ derogatū eſſe volumus: eaq̄ ipſa cō
ceſſa ⁊ cōcedenda priuilegia et indulta ſi q̄
in ſupplicationū aut bullaꝝ apl'icarū ſiue
noſtre camere apl'ice regiſtris ⁊ alias vbi=
libꝫ regiſtrata reperiātur abinde aucte ⁊ ſci=
entia predictis caſſamus/irritamus ac de
medio tollimus eaq̄ cū inde ſecutis ⁊ ſecu
turis pro infectis haberi volumus etiam
perinde ac ſi quoad hoc vt ſupradictis no=
ſtris litteris quoquomodo obuietur a no=
bis vel dicta ſede nullatenus emanaſſent.
Nulli ergo omnino hoim liceat hāc pagi=
nā nr̄e approbatiōis/ꝯfirmatiōis/ꝯmoni=
tiōis/ſuppletiōis/derogatiōis/caſſationis
irritatiōis/⁊ volūtatꝫ īfrīgē vel ei auſu te=
merario cōtraire. Si qs aūt hoc attēptare
pſūpſerit: indignationē oīpotētꝫ dei ⁊ btōꝝ
petri ⁊ pauli apl'oꝝ ei9ſe nouerit icurſuꝝ:
Datū rome apud ſāctū petrū. Anno incar
nationis dn̄ice. M.cccc.lvi. viij. kl's Maij:
Pontificatus noſtri. Anno .ij.

**Que quidem** littere Calix=
to ipſo ante=
ceſſore noſtro qui eas conceſſit viuente mi
nime obſeruate fuerūt immo bis: primo in
capitulo mediolanēſi. Scd̄o in capl'o roma
no vbi pn̄s gn̄alis fuit electus cōtra earun
dē tenorē ꝓceſſū extitit q̄ ad voces actiuas
obſeruātib9 cōceſſas ipſo āteceſſore nr̄o ta=
cēte ac ſuas lr̄as nō defēdēte: vn̄ nobꝫ pau
lo poſt veſtrū i alma vrbe capitulū celebra
tū ad ſūmi pōtificatus apicē aſſūptꝫ vtraq̄
pars veſtrū a nobis cū īſtātia ⁊ humilitate
cōuentuales vt libertas et vnitas ordinis
ſeruetur cōtra q̄ duo vt dicebāt bulle predi
cte faciebāt: obſeruātes vero vt ſciāt ſub q̄
forma viuant cū bulla Eugenij in aliq̄bus
per bullas calixti modificate ⁊ alterate eſ=
ſent. Bulle vero Calixti nō haberent obſer
uantiā poſtularūt adeo vt hmōi ſupplica=
tionibus ⁊ petitionibus ꝓ nr̄o paſtoralis
officij debito duximus oportune ꝓ viri=
bus ꝓuidendū. Ea igitur re aliq̄n cū nōnul
lis venerabilibus noſtris ſancte Romane
eccleſie cardinalibus cōmunicata venera=
bili loiſſarioni fratri noſtro epiſcopo tuſcu
lanenſi/ necnon ordinis ipſius protectori.
Et dilectis filijs noſtris guillermo tituli ſā
cti martini in montibus rothomagenſi: ac
alano tituli ſancte praxedis auinionenſi:
necnon Nicolao tituli ſancti petri ad vincu
la presbiteris cardinalibus. et venerabili/
bus fratribus noſtris angelo fratino ⁊ io=
anni barchinonēſi epis cōmiſim9 ⁊ dedim9
in mādatis vt partibus diligenter auditis
ac vtriſq̄ rōnibus iurib9 ⁊ allegationibus
intellectis nobis referre curarēt: a q̄b9 om̄i
bus relatiōe aliq̄n nobis attētiſſime audiē
tibus facta ⁊ partibus deīn vocatis a no=
bis pn̄tibuſq̄ cōmiſſarijs antedictis diligē
ter auditis ⁊ examinatis: vidimus atq̄ in=
telligimus res ipſas veſtri ordinis eiuſfo
re conditionis et nature: vt neq̄ breui tem
pore neq̄ leui faciliq̄ tractatu ſatis dirigi
et componi valeant. Et magnis nuper om
niumq̄ maximis occupationibus detine=
ri cepimus: que noſtram et noſtrorum om
nium operam expoſcunt: ita vt cum omni=
bus chriſtiani orbis imperatore/ regibus/
prelatis/principibus/ et populis ꝯueniēdū
vt rem chriſtianā turcorū aliorumq̄ bar=
barorum inuaſionibus periclitātem adiu=

uante exercituū dn̄o p̄tegamus. Quare veſtram vtriuſq; partis deuotionē in dn̄o exhortamur: vt vr̄e religionis dec⁹ ⁊ fundamētum humilitatem amplectentes: ſaluatoris noſtri exemplo qui ſeipſuz exinaniuit p̄ nobis mutuā ſeruantes caritatem. Alteri alteros ſupportetis ac obſequio in vera humilitate preueniatis. Et nichilominus nos de venerabiliū fratrū nr̄oꝝ ſancte romane eccleſie cardinaliū cōſilio et aſſenſu antedictoꝝ ⁊ epiſcopoꝝ volumus: decernim⁹: declaramus: p̄cipimus et mandamus ſub penis in litteris felicis recordatiōis Eugenij quarti p̄deceſſoris nr̄i ɔtentis: quas cōtrauenictes ipſo facto incurrāt: vobis vtriuſq; partis fr̄es ordinis beati franciſci ⁊ a vobis quomodolibet dependētib⁹: omnia int̄ vos viciſſim facere ⁊ ſeruare quo ad omēs clauſulas earūdem que in p̄dictis. Eugenij quarti p̄deceſſoris nr̄i lr̄is ɔtinent̄: quouſq; per nos dāte dn̄o aut p̄ ſedē ap̄licam vocatis vtriſq; qui ſunt vocandi: vniuerſali toti us ordinis bono aliter p̄uidebitur. Ad pacē vero ⁊ quietē iter vos interea ɔſeruādā volumus ⁊ inhibemus ſub excōicatiōis late ſn̄ie pena quā cōtrauenientes ipſo facto incurrant: ne pars vna alteri⁹ loca cōuent⁹ vel monialiū monaſteria quouis q̄ſito colore inuadere ⁊ capere audeat vel aliter perturbare: nec eos qui hucuſq; ex obſeruantibus ad cōuētuales vel ecōuerſo diſceſſerūt: aliquo modo moleſtare vel inquietare. Inſuper quia p̄uincia auſtrie in pluribus prouincijs diffuſa: eſt ab illo miniſtro declaramus vicariū illius prouincie confirmandū: in cuius p̄uincia cōgregationē p̄uincialez per eūdē vicariū cōtigerit celebrari: nō obſtātib⁹ p̄dicti p̄deceſſoris noſtri caliſti aut alijs ap̄licis litteris forſan quōlibet emanatis q̄buſcūq; quas tenore p̄ſentium ſuſpendimus. ⁊ quouſq; aliter p̄uideatur p̄ nullis haberi volum⁹ ⁊ mādam⁹ ceteriſq; in cōtrariū facietib⁹ quibuſcūq;. Ut aūt p̄ſentiū litterarum noticia facilius haberi poſſit: quarū originale difficile foret ad ſingula loca deferre: decernimus q̄ ipſaꝝ tranſſūptis manu publici notarij ſubſcriptis et ſigillo cauſarum camere ap̄lice auditoris aut dicti ordinis p̄tectoris ſeu alicuius archiepiſcopalis vel epiſcopalis curie munitis: tan q̄ p̄ſcriptis nr̄is litteris ſi originaliter exhiberent̄ littere: plena fides adhibeat̄: ⁊ p̄inde ſtetur ac ſi originales littere exhibite forent vel oſtenſe. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā nr̄oꝝ exhortationis p̄cepti declarationis: ſuſpenſionis: voluntatis mādati et conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario cōtraire: Si quis aūt hoc attētare preſumpſerit: indignationem omnipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurū. Datū rome apud ſanctum petruz. Anno incarnationis dn̄ice Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octauo quinto idus octobris. pontificatus noſtri anno primo.

¶ Pius papa ſecundus declarat ⁊ concedit q̄ conuentus reformati ſub vera obedientia miniſtrorum remanere poſſint non obſtantib⁹ premiſſis videlicet in bullis Eugenij. iiij. ⁊ ipſius pij contentis ⁊c. preſertiz dole. bellicij. cabilonis rubeimōtis. thonis. Saleriarū. noſereti. biſfrati. donionnij. dullendij. caſtrarū. murati ⁊ aziliani ⁊c. Data poſt aliam eiuſdem pij que incipit. Pro noſtra ad beatum franciſcum deuotione. Originalis habetur in conuentu ſororuz de anxoua.

Pius epiſcop⁹ ſeruus ſeruorum dei. Ad perpetuam rei memoriam Religioſam vitam profeſſis preſertim ſub regulari obſeruantia ſtudio pie vite vacantibus oēm ſic expedit ſubtrahi inquietudinis ⁊ turbationis materiaz q̄ in contemplationis ſuauitate quieſcere valeant ⁊ tranquillum domino reddere famulatuz. Dū ſiquidem felicis recordationis. Calixtus papa terci⁹ predeceſſor noſter attendens q̄ poſtq̄ nonnulli predeceſſores ſui circa quietem ⁊ trāquillum regimē dilectorum filioꝝ ſinguloꝝ ordinis fratruz minoꝝ p̄feſſoꝝ multipharie laborēt pie memorie. Eugeni⁹ papa quartus etiā p̄deceſſor noſter quaſdā inter eos qui de obſeruantia nuncupant̄ ac alios dicti ordinis p̄feſſores vertētes differētias ſedare ⁊ amputare ſatagēs nōnullas certoꝝ tenoꝝ ediderat lr̄as p̄ quas plura circa regimen ⁊ gubernationē ac alia ip̄os fr̄es de obſeruātia nūcupatos contingētia ordinauerat ſtatuerat ⁊ conceſſerat duos inter cetera p̄petuos ⁊ gn̄ales citramontanū ſcz ⁊ vltromōtanū vicarios certo mō aſſumēdos ac p̄ gn̄alē miſtrū dicti ordis ɔfirmādos ſeu īſtituēdos ac alios officiarios tunc exp̄ſſos ſub q̄b⁹ illi de obſeruātia citra ⁊ vltra montes reſpectiue degerēt ordinando ac etiam conſiderans ipſe calixtus p̄deceſſor q̄ differentie ipſe nondū ceſſarent ſed adhuc tēpore ſuo p̄durabāt cupiēs ipſas diſſenſiones ⁊ ſcandala ſuis tēporibus terminari nōnulla de fratrū ſuorum conſilio cū q̄b⁹ ſup̄ hijs

deliberationem prehabuit ſtatuta et ordi-
nationes circa decem ⁊ octo capitula conti
nentia quorum aliqua vtputa primum om
nes aliqua vero ex alijs illos tantū qui de
obſeruantia nūcupantur fratres minores
concernere dinoſcuntur per ſuas ſub data
quarto nonas februarij. Pōtificatꝰ nr̄i An-
no primo edidit fecit ⁊ cōſtituit mādās illa
ſub grauibus penis per dilectos filios gn̄a
lem ⁊ ꝓuīciales miniſtros ac cuſtodes ⁊ vi
carios ceteroſqꝫ dicti ordinis ffes ⁊ ꝑſonas
īuiolabiliter obſeruari ac ꝑuilegijs ac litte
ris aplicis necnō cōſuetudinibꝰ dicti ordi-
nis ⁊ prouintiarū eiuſdē ceteriſqꝫ contrarijs
que pro inſertis habere voluit derogando
primo ⁊ ſubſequēter ꝓ illorū maioris robo
ris firmitate idem calixtꝰ ꝑdeceſſor noſter
per alias ſuas litteras vcꝫ ſub data octauo
kal. maij. Pontificatꝰ eiuſdē ſui. Anno ſecū
do auctoritate apoſtolica et ex certa ſcien-
tia priores ſuas litteras ipſas illa inſeren-
do approbauit et confirmauit ⁊ nichilomi-
nus oīa et ſingula priuilegia cōceſſiones ⁊
indulta per eum aut ſedem apoſtolicaꝫ aut
quarūcūqꝫ perſonarum etiam dicti ordinis
profeſſorū vel aliorū ſupplicationem vel in
ſtanciā etiā motu ꝓprio ⁊ ex certa ſcientia
in cōtrariū cōceſſa nūc aut in poſterūꝫ con-
cedenda etiaꝫ ſi perſone ipſe regali ducali
militali vel alia dignitate ꝑfulgerēt cū qui
bus ius declaratoriarū derogatorijs clau-
ſulis expreſſā de illis mētionē facientes cru
ciatā tn̄ non cōcernētes caſſauit reuocauit
irritauit ac de medio ſuſtulit illa ꝓ infectis
haberi volēs ac ſi nullatenꝰ emanaſſēt pro
ut in ipſis poſterioribꝰ ſuis litteris quaruꝫ
tenorē ac ſi pn̄tibus inſerte forēt haberi vo
lumꝰ ꝓ expreſſis plenius cōtinetur. Uerum
ſicut exhibita nobis nuꝑ ꝓ parte dilectoꝝ
filioꝝ gardianoꝝ fratrū ⁊ cōuentuū nōnul
loꝝ locoꝝ domoꝝ et heremitorioꝝ burgū
die frācie aquitanie ⁊ alijs vltramontanis
ꝑtibus cōſtitutorū ꝑſertim dole bellicij ca-
billonis rubeimōtis ⁊ nozoreti ſaleriaꝝ biſ
frati donionij: de thonis: dullēdij: caſtrarū
murati ⁊ azuliani ſub eiuſdē ordīs rk̄aribus
inſtitutꝫ iuxta reformationē ex operatione
quōdā colete boelet olim ſororꝫ ſctē Clare
ꝓ illius ac monaſterioꝝ ꝑ eādē coletā fun
datoꝝ ſuarūqꝫ ſoroꝝ obſeruatiōe factā ꝓ
tēpore degētiū petitio ꝯtinebat licet ipi ab
initio dicte reformationis ⁊ ſuoꝝ locoꝝ cō
ſtructionis ſub obediētia gn̄alis ⁊ ꝓuīcia-
liū miniſtroꝝ dicti ordinis eorūqꝫ officiari
orū ꝓut iubere dinoſcit̄ ſcti frāciſci rk̄a vi-
xerit ꝓut viuere intēdūt licet inſuper pre/

fati ſub reformatiōe colete hmōi degentes
ffes ſeu ꝗplures ex eis q̄ ſuꝑ hac ad apli-
cā ſedē recurſū habuerūt tā a felicis recor
datiōis nicolao papa quinto etiā ꝑdeceſſo
re nr̄o ꝗ eodē calixto plures litteras apli-
cas ſuꝑ eoꝝ eorundē fratrū de obſeruācia
nuncupatoꝝ vicarijs ⁊ officiarijs nullatenꝰ
obedire ſeu cū eis ſe quomodolꝫ cōmiſceri
aut impediri haberēt obtinuerint: tn̄ quia
nōnulli tā clerici ꝗ laici prefatis ſub refor
matiōe hmōi degētibus fratribus hoc etiā
obſeruātie nomē aſſcripſerūt ⁊ aſſeribūt ita
vt in pluribꝰ ſeu cōmuniter aut vulgariter
de obſeruātia nūcupantur ac ex certꝫ alijs
cauſis ab aliquibus pretēdi poſſe dubitan
tibus ꝑfatos exponētes ffes ad obſeruatio
nē ordinationū ⁊ lr̄arū calixti predeceſſoris
hmōi quo ad ea que fratres de obſeruātia
nūcupatos ſub vicarijs degētes cōcernunt
teneri ⁊ ſub eis comprehendi debere ab eiſ
demqꝫ vicarijs ad ſibi parendū ⁊ obedien
dū cōpelli poſſe ac nos lr̄as ⁊ ordinationes
hmōi ad eos extēdi voluiſſe atqꝫ velle eos
a ſolita debitaqꝫ gn̄alis ⁊ ꝓuincialiū mini
ſtroꝝ obedientia ſubtrahēdo ſeu diuerten
do vicarijs ipſis ſeu eoꝝ decretis ſubijciē-
do quare ꝓ ꝑte gardianoꝝ ⁊ cōuētuū hmōi
nobis fuit hūiliter ſupplicatū vt cū ipi cu-
piant iuxta tenorem et formam regule pre
narrate necnon eis conceſſoruꝫ priuilegio
rum predictorum tenores altiſſimo deſer-
uire ad ſerenandam ſuper hoc conſcientiā
eis oportūe prouidere de benignitate apo
ſtolica dignaremur. Nos igitur q̄ cūctoruꝫ
fideliū preſertim ſacre religioni vacātiuꝫ
pacis et q̄etis cōmoda libenter procuramꝰ
oēꝫ dubietatis et turbatiōis ac inq̄etudis
materiā iter ffes ipos vt eo deuotiꝰ q̄ quie
tiꝰ altiſſimo vota ſua reddere valeāt peni-
tus adimere cupiētes hmōi ſupplicatiōibꝰ
īclinati volumꝰ ⁊ auctoritate aplica decer
nimꝰ ꝗ illi ex eiſdē ffribꝰ ſupplicatiōibꝰ ⁊ ſub
reformatiōe hmōi degētibꝰ pn̄tibꝰ ⁊ futurꝫ
q̄ a ꝓuīcialiū miſtroꝝ obedientia recedere
vel ſubtrahi ac vicarioꝝ obie ſubici nolue
rit ipi ad id ꝑtextu earūdē calixti lr̄aꝝ ſeu
alias a q̄quā quāuis auctoritate ꝯpelli neq̄
ant nec ꝓptea iterdici ſuſpēdi vl̄ excōicari
aut penis affici valeāt etiā ꝑ ꝑmiſſa vl̄ ali
as lr̄as aplicas nō facientes plenā ⁊ exꝑſſaꝫ
ac de v̄bo ad v̄bū de pn̄tibꝰ mētionē. Decer
nētes lr̄as ac ordiatiōes ꝑdictas q̄ ad ea q̄
fratres de obſeruātia nūcupatos ſub vica
rijs degētes duntaxat ⁊ concernūt ad eos
qui noluerint vt prefertur nō extendi vo-
luiſſe atqꝫ velle necnō illos ex eis q̄ ſe potiꝰ

metū penaꝝ in ꝑfatis lr̄is appoſitarū quā
ſpōte vel libere a ꝓuincialiū miſtroꝝ obe=
diētia ſubſtraxerūt ⁊ vicarioꝝ obedieutie
ꝑtextu lr̄aꝝ hmōi ſubmiſerunt ad ꝑſtinaz
obediētiā reuerti ⁊ remanere poſſe necnō
irritū ⁊ inane ſi ſec⁹ ſup hijs a quo ꝗ qua=
uis auctoritate ſciēter vel ignorāter attē=
tatū forſā eſt hacten⁹ vel in poſteꝝ cōtin=
geret attēptari. Preterea oēs et ſingulas
eiſdē ffib⁹ de obſeruātia nūcupatis ſub mi
niſtris ⁊ reformatiōe hmōi degētibus ſup
obediētia p eos vicarijs ⁊ cōmiſſarijs alio
rū ffm de obſeruātia nūcupatoꝝ nō preſtā
da ⁊ ſuper eo ꝙ ſub gnālis ⁊ ꝓuincialiū mi
niſtroꝝ aliorūq eoꝝ officiarioꝝ obedien=
tia ꝑmanere teneant tā a Nicolao ꝗ Ca=
lixto ꝑdeceſſorib⁹ nr̄is ſupradictis obtētas
lr̄as aplīcas ratas ⁊ gratas habētes illas
quatin⁹ eis p alias eiuſdē calixti ꝑdeceſſo
ris nr̄i ꝑmo dictas illis de obſeruātia pro=
curātib⁹ emanatas lr̄as hmōi in aliq̄ dero
gatū exiſteret ⁊ queq inde ſecuta quo ad
miniſtroꝝ obediētiā hmōi dūtaxat in oēm
earū dictū ꝑſtinū ſtatū reponim⁹ reſtituim⁹
⁊ reualidam⁹ et vim vigorēq habere ſuū
plenariū effectū ſortiri debere decernimus
ac ſi ꝑmodicte calixti predeceſſoris nr̄i ꝑdi
cti aut alie ſites lr̄e aplīce hmōi nullaten⁹
emanaſſent ſeu in poſterū minime emana=
rēt nō obſtantibus premiſſis primodictis
calixti lr̄is et ordinationib⁹ quib⁹ quo ad
hoc dumtaxat ſpecialiter ⁊ exꝑſſe deroga
mus illis aliasin ſuo robore permanſuris
ac oībus illis q̄ tā nicolaus ꝗ calixt⁹ ꝑde=
ceſſores noſtri ꝑdicti in ſuis ſingulis lr̄is
predictis voluerūt nō obſtare ceteriſq cō=
trarijs quibuſcūq Volumus autē ꝙ trāſūpto
ꝑntiū lr̄aꝝ manu publica ac venerabilis fra
tris nr̄i viſarioñ epī tuſculañ eiuſdē ordis
ꝓtectoris ſigillo munito plena fides adhi
beat in oībus ⁊ p oīa ac ſi originales litte
re ipſe exhibite forēt vel oſtēſe. Nulli ergo
oīno hoim liceat hāc paginā nr̄e cōſtitutio
nis repoſitiōis reſtitutiōis reualidatiōis
decreti derogatiōis ⁊ volūtatis infringere
vel ei auſu temerario cōtraire. Si qs autē
hoc attēptare ꝑſumpſerit idignationē oī=
potentis dei et beatorū petri ⁊ pauli aplo=
rum eius ſe nouerit incurſurū. Datuz rome
apud ſctm̄ petrū Anno incarnationis dñi
milleſimo.cccc.quinquageſimo octauo de
cimo ſeptimo kl's Nouēbris Pōtificat⁹ nr̄i
Anno primo.

¶ Ex ꝑuilegijs ffz Carmelitarū ad fra
tres miores ⁊ ꝑdicatores ꝑ bullā aureā Sixti
quarti extenſie: vbi papa Pius.ij.cōmittit
oīmodā auctoritatē ⁊ facultatē gnāli ⁊ ꝓ
uincialib⁹ priorib⁹ ordinis carmelitaꝝ re=
formādi ordinē ſuū iuxta rlām ⁊ ei⁹ rlāria
iſtituta ac ꝓteruos puniēdi ⁊ debite coher
cēdi Quod ad gnālē miſtrū ⁊ ꝓuiciales mi
niſtros ordis miloꝝ extēdit ꝗuisipis ⁊ etiā
vicarijs gnālib⁹ ⁊ cuſtodib⁹ i ſuos ſubditos
⁊ ſubditas tā ffēs ꝗ ſorores ⁊ illis qb⁹ cō=
miſerit maior facultas deſ auctoritate apo
ſtolica ⁊ capl'i gnālis reformādi ſubditos
p modernas ordis gnāles et aplīcas cōſti
tutiōes ifra.iij ꝑte deſcriptas Uide capl'o
nono ſeptia ꝑticula ꝓpe finē ꝑticule.fo.xlij
et in diuerſis alijs paſſibus huiuſmodi cō=
ſtitutionum.

# Dius epūs ſeruus

ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs ge
nerali ac vniuerſis ꝓuiciali
bus ꝑorib⁹ ordis ffm glioſiſ
ſime dei gentricis ſpq̄ ꝟgis
marie de mōte carmeli Salutē ⁊ aplīcā bn̄
dictionē. Pōtificalis auctoritas nos admo
net vt rlāriū exceſſ⁹ ꝑſonaꝝ q̄ pre ceteris ca=
ſti⁹ ⁊ honeſti⁹ ex voto ꝓfeſſiōis viuere ſūt
aſtricte: eo diligēti⁹ puniam⁹ q̄ eoꝝ culpe
remanēt dāpnabili⁹ icorrecte ⁊ ab alijs tra
hūtur facili⁹ i exēpliū. Cū itaq ſicut accepi
mus nōnulli vr̄i ordis ꝓfeſſores ſuoꝝ ſta/
t⁹ ⁊ ſalutis imemores exceſſ⁹ cōmittere ac
rlāribus dicti ordis iſtitutis q̄ iuxta eoruz
ꝓfeſſiōes efficaciter ſeruare ꝓmiſerūt ob=
uiare: necnō domoꝝ dicti ordis i qb⁹ degūt
reformatiōi ⁊ ad ſtatū ꝑſtinū reductioni p
nos faciende non ſolum contradicere mini
me vereantur verūetiam pro ſua rebellio=
nis defenſione parentes amicos et laycas=
les perſonas ⁊ dños tēporales adire: eaſq
ad ſue obſtinatiōis ⁊ tergiuerſatiōis fauo
rem ꝯmouere: ipſorūq preſidia efflagitare
preſumunt propter q̄ ad huiuſmodi inor=
dinatos fauores quibus illi et nōnulli alij
eos minus debite proſequuntur: ipos pu=
nire et emendare nequitis ac domorum
eorundem et in eis degentium perſonarū
reformatio retardatur ac exceſſus remaz=
nent incorrecti. Nos quorum intereſt ſup
hijs de remedio oportūo prouidere diſcre
tioni veſtre preſentiuz tenore committim⁹
et mandamus quatinus iuxta conceſſam
a dño vobis gratiam et officiorum veſtro
rum exigentiam omnes et ſingulos dicti
ordinis profeſſores iuxta ſanctorum pa=
trum et veſtra regularia inſtituta in vita
et in morib⁹ reformare ac regulari diſcipli
ne ſubdere et ad meliorem vitaz reducere

procuretis:ita ꝙ per veſtre laudabilis di=
ligentie ſtudium in dicto veſtro ordine re=
gularis diſciplina et vite caſtimonia lau=
dabiliter obſeruentur ac in eo deuote ſol=
licitudinis ſtudio benedicatur altiſſimus
et odor bone fame perſonarum illius vti=
liter diffundatur. Et ne quod abſit peruer
ſorum eorundem prauitas qui paterna et
proficua veſtra correctiões et monita ſubi
re recuſãt in ſue ꝓfeſſionis tranſgreſſione
dampnabiliter perſeuerẽt aut ſatore ziza=
nie et hoſte humani generis ꝓcurante in
deterius prolabatur et eorũ ĩpunitas tra=
hi poſſit ab aliis in exemplum. Uniuerſos
et ſingulos patriarchas archiepõs epõs ⁊
ceteros locorum ordinarios necnon duces
marchiões/comites/barones/ſeneſcallos
iudiciarios/poteſtates/capitaneos ceteroſ=
ꝗ dños tpales et coꝝ loca tenẽtes vniuer
ſitates quoq ⁊ cõmunitates ciuitatũ terra
rũ caſtroꝝ et alioꝝ quorũcũq locoꝝ roga=
mus reqrim⁹ ⁊ hortamur attẽte: ſubditis
vero nr̃is iniũgim⁹ ⁊ mãdam⁹ qtũs ꝓ tã ſa=
luberrimi opis cõplemẽto vobis efficacis
fauoris et adiumẽti p̃ſidio quotiẽs oppor
tuniũ fuerit ⁊ ꝓ vr̃i parte fuerit reqſiti aſſi
ſtãt et fauores p̃beãt opportunos ita ꝙ vos
et vr̃m qlibet q̃ſcũq icorrigibiles diſcolos
et deliquẽtes ipi⁹ vr̃i ordis ꝓfeſſores puni
re corrigere ⁊ iuxta ſuã ꝓfeſſionẽ vitã duce
re ↄpellere valeatis Ceterũ vt optata ipi⁹
ordinis illiuſq domorum et perſonarum
reformatio abſq alicuius impedimẽti aut
obſtaculi machinatione ſuccedat vniuer=
ſis et ſingulis tam profeſſoribus predictis
q̃ aliis quibuſcunq eccleſiaſticis et ſecula
ribus perſonis cuiuſcunq dignitatis gra
dus ſtatus ordinis vel conditionis exiſtẽt
diſtricti⁹ inhibem⁹. ne reformatiõi domoꝝ
aut perſonaꝝ ordinis ãdicti quouis q̃ſito
colore ſe opponere aut illam ĩpedire preſu
mant ſub excoicationis pena quod ſi ſec⁹ fe
cerint eos ⁊ coꝝ quemlibet incurrere volu
mus ipſofacto ⁊ a qua donec a p̃miſſis reſi
puerint cũ effectu abſolui nequeant p̃terq̃
in mortis articulo cõſtituti. Non obſtañ ſi
aliquib⁹ a ſede apl'ica indultum exiſtat ꝙ
interdici ſuſpendi vel excoicari non poſſint
per litteras apoſtolicas non facientes ple=
nam et expreſſam ac de verbo ad verbum
de indulto huiuſmodi mentionem. Datum
mantue. Anno incarnationis dñice. 1459.
nonis decẽbris. Pontificatus noſtri Anno
ſecundo.

¶ Pius ſecund⁹ contra appellantes ad
futurum concilium. Ubi ipſo facto mirabi=
les pene ſpirituales ⁊ tẽporales talib⁹ ⁊ eo
rũ notariis ⁊c. inferuntur etiã q̃ inferuntur
reis leſe maieſtatis ac hereticis.

PIus epiſcop⁹ ſer=
uus ſeruoꝝ dei Ad perpetuam
rei memoriã. Execrabilis ⁊ pri
ſcis temporib⁹ inauditis tempe
ſtate nr̃a inoleuit abuſus vt a romano pon
tifice iheſuchriſti vicario cui dictum eſt in
ꝑſona beati petri paſce oues meas. Et qd=
cunq ligaueris ſuper terram erit ligatum
et in celis. nonnulli ſpiritu rebellionis im=
buti non ſanioris cupiditate iudicii ſed cõ=
miſſi euaſione peccati ad futurum conſili=
um prouocare preſumant. Quod quantum
ſacris canonibus aduerſetur quantum rei
publice criſtiane noxiuz ſit quiuis nõ igna
rus iurium intelligere poteſt. Nãq vt alia
p̃tereãm⁹ q̃ huic corruptele mãifeſtiſſime
refraget᷑ nemo nõ illd ridiculũ iudicauerit
ad id appellari qd nuſq̃ ẽ neq ſcit᷑ qñ futu=
rũ ſit Pauperes a potẽtiorib⁹ ꝑ hmõi ſubter
fugia multipliciter opp̃mũt᷑ remanẽt ipũi=
ta ſcelera nutrit᷑ aduerſus p̃mã ſedẽ rebel
lis/libertas delinqndi ↄcedit᷑/ ⁊ ois eccl'iaſti
ca diſciplina ⁊ iherarchie ordo ↄfũdit᷑. Uo
lẽtes igit᷑ hoc peſtiferũ vir⁹ a xp̃i eccl'ia ꝓ=
cul pellere ⁊ ouiũ nob' cõmiſſarũ ſaluti cõ/
ſulere oẽmq materiã ſcandali ab ouili nr̃i
ſaluatoris arcẽ de venerabiliũ ffꝫ noſtroꝝ
ſcẽ romane eccl'ie cardinaliũ cũctoꝝq p̃
latoꝝ ac diuini ⁊ hũani iuris interpretũ cu
riã nr̃am ſeqntiũ cõſilio ⁊ aſſẽſu ac ex certa
nr̃a ſcientia ꝓuocatiões hmõi dãnam⁹ ⁊ tã
q̃ erroneas ⁊ deteſtabiles reprobam⁹/ caſ
ſam⁹ ⁊ penit⁹ ãnullam⁹ ſi q̃ hacten⁹ tal'r in
terpoſite reperiãt᷑ eaſq tãq̃ inanes ⁊ peſti
feras nulli⁹ momẽti eſſe decernim⁹ ⁊ decla
ram⁹. precipiẽs vt deinceps nemo audeat
quouiſqſito colore ab ordĩatiõib⁹ ſentẽciis
ſiue mãdatis nr̃is q̃uiſcũq aut ſucceſſorũ
noſtroꝝ talit᷑ appellatiõem iterponere ſeu
itereſſe ipm aut aliũ hacten⁹ iterpoſita vti
Si qs aũt hoc in antea fecerit a die publi=
cationis preſentiũ in cãcellaria apoſtolica
poſt tres menſes cuiuſcunq ſtatus grad⁹
ordinis vel conditionis ꝯtumnis excelſe
aut ſublimis eccleſiaſtice ſecularis ve fue
rit dignitatꝫ ipo facto ſentenciã excõicatio
nis incurrat a qua niſi per romanũ ponti=
ficẽ ⁊ in mortꝫ articl'o abſolui nõ poſſit vni
uerſitas vero ſeu collegiũ eccl'iaſtico ſubia=
ceat interdicto. Et nichilominus tam colle
gia ipſa vniuerſitates q predicte et alie
q̃cunq ꝑſone eas penas atq cẽſuras incur

rāt quas rei leſe maieſtatis ac heretice pra
uitatis icurrere dinoſcunt. Tabelliões iſup
et teſtes ꝗ in hmōi actib⁹ interfuerit ⁊ gnā
liter oēs q ſciēter auxiliū dederint cōſilium
vel fauorē taliter appellantib⁹ pari pena
plectantur. Nulli ergo omnino hoīm lice
at hāc paginā nroꝝ dāpnatiōis reproba=
tiōis caſſatiōis annullationis cōſtitutiōis
declaratiōis et precepti infringere vel ꝛc.
Si quis ꝛc. Datū mātue anno icarnatiōis
dñice. 1.4.5.9.16. kl's Februarij Pontifica=
tus noſtri Anno ſecundo.

¶ Pius papa. ij. male vt credit̄ iformatus
ꝯtra rl'e ⁊ decreti cōſtācieñ atqꝫ eugeni
ane ꝓuiſiōis formā declarat vicarios fra=
trum de familia ꝓos eſſe miniſtros ſolo no
mine differentes ſic plura capita in eodem
corpe ponēdo et contradictoria iplicando
et hoc quoaduſqꝫ apl'ica ſedes aliꝰ ordina
re ſtatuerit quā ꝯſtat pluries poſtea cōtra
riūꝫ ordinaſſe. Et lꝫ alexāder. vi. pōtificat⁹
ſui anno pmo idē ꝯfirmauerit tñ poſtea an
no nono idē reuocauit et etiā Julius. ij. pa
pa modernus Cuius etiam contrariū fra
tres de familia cōſulte ſeruāt nec tanqꝫ mi
niſtri regularibus iuribus miniſtrorum:
ſed commiſſionibus et gratijs tanqꝫ vica=
rij et commiſſarij vtuntur confirmationes
ſuas a miniſtris ſub nomine et officio vi=
cariatus vt prius recipiendo/nec genera=
lem eligendo ꝛc.

D Ius eps̄ ſeruus
ſeruorūꝫ dei. Dilectis filijs
Uicario generali ⁊ vniuerſis
fratribus ordinis beati Frā
ciſci de obſeruantia nuncu=
patis in vltramontanis partibus conſtitu
tis Salutem et apoſtolicam benedictionēꝫ
Circa regularis obſeruantie ꝓfeſſores
ſollicitudinis noſtre vices libenter impen
dim⁹ vt et eoꝝ religio ſalutarē fructum fe
cūdius afferat ipiqꝫ icremētis cōtinuis lau
dabilius in dño ꝓficiant dubietates oēs
ꝑ quas eoꝝ mētes poſſint ambigue reddi
eas ꝓſertim q ſuꝑ cōceſſis eis a ſede apl'ica
gracijs et idultis circa eoꝝ modū viuendi
ac ſalutarē regule obſeruātiā ordīatis ori
unt e medio tollim⁹ ac eoſdē apl'ice decla
ratiōis luce illuſtram⁹. Cū itaqꝫ nuꝑ acce=
perimus fuiſſe aliqñ nōnullos qui i dubiū
ducrēt vtrū vos ꝗ in ꝓfeſſione rl'e vr̄e vide
mini obligari viuere ſub obediētia miſtro
rū ordis iuxta ipius rl'e a btō Frāciſco edi
te ꝑ ſedē aplicā multiplicit cōfirmate ⁊ ap
probate lrām cū nūc ex ꝯceſſiōe ⁊ determina
tiōe apl'ica ꝓſertim Felicis recor. Eugenij
iiij. ⁊ Nicolai. v. romanoꝝ pōtificū nroꝝ ꝑde
ceſſoꝝ ⁊ nr̄a veſtros ſuperiores vicari=
os appelletis ⁊ nō miniſtros regule ipſius
mandatum adimpleatis: an potius preter
illā agentes grauiter et cōtra votū ꝓfeſſio
nis ꝓſertim obediētie delinquatis vñ factū
ſit vt in conſcientijs aliquoꝝ ex vr̄is ꝓpte
rea ſcrupulus aliqñ ſuboriatur ex eorū ſen
tentia qui apl'icas prefatas determiatiões
non ad plenū intelligūt. Uolētes ſuꝑ hmōi
ambiguitate vobis conſulere ⁊ cōſciētiaꝝ
ꝗeti de benignitate apl'ica ꝓuidere oimqꝫ
mētes propterea de vr̄o ſtatu ābiguas pa
ternali affectu ꝗtum in nobis eſt quietas
reddere: et ſalubriter attendentes ꝙ ſicut
ſine apoſtolice ſedis auctoritate nulla regu
la ſeu modus religioſe viuendi recte inſti=
tuitur aut declaratur neqꝫ iterpretari pōt:
ita in eius poteſtate eſt et inſtituta ſi velit
in melius commutare: et prout viuentium
in eis animarum ſaluti nouerit conueni=
re ſuo arbitrio ordinationes nouas ac de=
terminationes inſtituere ⁊ prelatorum eo
rūdē vocabula ⁊ denoiationes immutare al
terare et interpretari: auctoritate apl'ica ⁊
ex certa ſciētia nr̄a interpretamur ⁊ decla=
ram⁹ ꝙ cū ſedes ꝑfata vr̄e familie de obſer
uātia poſt gnālē toti⁹ ordis miſtrū gnāleꝫ
et prouinciales vicarios miniſtrorum loco
certis pſijs ⁊ ſctis reſpectib⁹ eſſe voluerit ⁊
decreuerit vicarij ipſi qui vobis preſunt ⁊
quibus vos ex debito profeſſionis veſtre
ꝑdicte obeditis veri ⁊ idubitati vr̄i miſtri
⁊ tales btūs Frāciſcus regulā ipaꝫ cōdēs
fore intēdebat ſunt et ꝑpetuo erūt quoad=
uſqꝫ apl'ica ſedes in cui⁹ arbitrio conſiſtit
aliud alio tūc reſpectu ordinare ſtatuerit:
differentes a ꝑdictis miſtris ſolo nomine:
et id ex ꝑmiſſa determinatiōe apl'ica quaꝫ
ipi quoqꝫ pñtium tenore ex ſil'i auctoritate
⁊ ſciētia ratā et gratā habentes ꝯfirmam⁹
et approbamus. Uoſqꝫ qui eiſdem vicarijs
obeditis ſecundum determinationem ꝑdi
cte ſedis apoſtolice: regule veſtre ꝑfate ⁊ ꝑ=
cipue in ea parte vbi eſt. Precipio firmiter
fratribus vniuerſis vt obediant ſuis mi=
niſtris: plene ⁊ integre ſatiſfacitis pleneqꝫ
et integre ſatiſfacere auctoritate prefata
per preſentes decernimus et declaramus
in contrarium facientibus non obſtantib⁹
quibuſcunqꝫ. Datum Rome apud ſanctuꝫ
petrum Anno incarnationis dñice milleſi=
mo quadringenteſimo ſexageſimo tertio
Pridie idus Januarij. Pontificatus noſtri
Anno ſexto.

¶ Piꝰ .ij. cõcedit fratribus de obſeruantia regulari, ꝓuĩcie burgũdie ſub obediẽtia miniſtroꝝ degẽtibꝰ ad obiam vicarij ge. veniẽtibꝰ oẽs idulgẽtias p̲ quoſdaʒ ſũmos põtifices cõceſſas qui tñ venire nõ curarũt ſciẽtes nullũ inuolũtariũ ⁊ ſine ſufficiẽte cã maioris boni ab obſeruãtia ſue ꝓfeſſiõis ⁊ voti relaxari poſſe ſaluo iure diuino. ⁊ papã male informatũ fuiſſe. Que et cito poſtea reuocata fuit.

PIus epiſcopꝰ ſeruus ſeruoruʒ dei. Dilecto filio vicario generali ordinis minorum de obſeruantia vltramontano Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionem. Scribimꝰ dilecto filio vicario prouinciali ⁊ fratribus ꝓuincie Burgũdie tui ordinis de obſeruantia regulari vt gratioſe ad tuã obediẽtiã ſe dare nõ poſtponãt: Mandamꝰ igit̃ tibi vt in oĩbus vijs honeſtis te ꝓbeas in hmõi vnione fauorabilẽ. Et vt libẽtiꝰ ad tuã obediẽtiã veniãt volumus ⁊ ap̃lica auctoritate cõcedimus vt tã ipi ꝙ̃cunq̃ alij fratres ordinis minorũ qui rite ad tuã aut tui ꝓ t̃pe ſucceſſoris obediẽtiã iuxta tuã obſeruãtiam ⁊ regularis inſtituta voluntarie ſe ſubmiſerint oĩbus ⁊ ſingulis gratijs priuilegijs indultiſ ⁊ indulgẽtijs tam p̲ nos ꝙ̃ per bone memorie calixtum papã .iij. p̃deceſſorẽ noſtrũ fratribus ſub obediẽtia vicarioꝝ gñaliũ citramõtani ⁊ vltramõtani tã ꝓ ſe ꝙ̃ ꝓ ſuis conſanguineis ⁊ parẽtibus in fauorẽ ſacre obſeruãtie conceſſis vti poſſint plenarie parit̃ ⁊ gaudere cõtrarijs non obſtantibꝰ quibuſcũq̃. Datum rome apud ſanctum petrũ anno incarnationis dñice. M.cccclxiij. quinto idus Junij pontificatus noſtri anno quĩto.

¶ Pius .ij. declarat formã ⁊ modum habẽdũ a fratribꝰ circa interdicti obſeruãtiã.

2 PIus eps̃ ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectiſ vniuerſis fratribus ordinis ſancti franciſci de obſeruantia nũcupatis Salutem ⁊ apoſtolicaʒ benedictionẽ. Sciens inimicus humani generis obedientiam plus valere ꝙ̃ victimã: omnẽ conatuʒ adhibet vt eccleſiaſticarum cenſurarum cõtemptum introducat ⁊ ſic ſeruorum rebellium multitudinem in baratrum trahat. Hic malignus in multis regionibus adeo preualuit ꝙ eccleſiaſticum interdictum minime curatur: atq̃ vt intelleximꝰ aliquos etiam religioſos corrupit ꝙ aſſerant ſe ad alicuius talis interdicti minime teneri obſeruantiam: niſi poſtꝙ̃ ⁊ matrix eccleſia obſeruauerit. Nos vero qui curam gregis dñici ſuſcepimꝰ ⁊ ne ex omnibus nobis commiſſis quiſq̃ perdatur: dũ ſolliciti ſumꝰ maxime ad vos ſeruos dei reſpicimus qui contempto mundo beatum franciſcum imitantes in preceptis apoſtolicis ad ſolum chriſtum tenditis: ne quiſq̃ in vacuum currat ⁊ aberret: quomodo eccleſiaſticuʒ interdictũ per vos ſeruandum ſit declaramus. Interdictum enim eccleſiaſticũ aut a ſede apoſtolica et eius commiſſarijs emanat: aut ab inferioribus ſedibus ⁊ earum commiſſarijs. Si primum tunc poſtꝙ̃ vobis qui loca interdicta inhabitatis inſinuatio facta eſt ad illius obſeruantiam interdicti nulla exceptione aut excuſatione admiſſa etiã ſi ceteri religioſi aut ſeculares ex quacũq̃ cauſa defecerint mox aſtringimini. Non eniʒ habetis niſi apoſtolicum preceptum reſpuere et ei etiam iuxta regulam veſtram ſimpliciter vt mandatur obedire. Si vero interdictum ab inferioribus ſedibus emanaret: licet ab illis exempti ſitis ad obedientiaʒ tamen interdicti eius obligamini quãdo matricem eccleſiaʒ illud ſeruare videritis: cui tunc vos conformare debetis: ne cẽſure eccleſiaſtice per veſtram difformitatem vigore vacuentur. Hac diſtinctione vtamini et non declinetis ab illa. Et ita precipimꝰ ⁊ in virtute ſancte obedientie vobis iniungimꝰ vlteriores diſputationes ⁊ opiniones penitus vitantes vt inueniamini in ſimplicitate obediẽtie ſicut decet deo caros ⁊ religioſos ambulare. Datum rome apud ſanctum petrum Anno incarnatiõis dominice. Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono kalendis Februarij pontificatus noſtri anno ſexto.

¶ Pius ſecundꝰ inhibet fratribꝰ de obſeruantia cõuentualiũ monaſteria vel ſibi ſubiectarum moniãliũ recipere ſub grauiſſimis cenſuris et penis.

PIus eps̃ ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad futuraʒ rei memoriam. Super gregem dñicũ noſtre diuinitꝰ vigilãtie creditũ ſpeculatoris intẽti prout nobis deſuper conceditur exercentes officium: chriſtifideles quoſlibet preſertim regulari obſeruantie deditos eo prouidentie ſtudio gubernari cupimꝰ: vt curioſꝰ eccl̃ie ſcrutator i eis nichil ĩueniat nota dignũ: ſʒ eoꝝ religio ſtatu ſuſcepto proſpero necnon ſublatis que ſcandali ſunt ⁊ diſpendij fomẽta: potiuis congratulentur euẽtibus et cõti

nuū dãte dño ſuſcipiat incremētū. Sane li
cet olim tā felicis recordatiōis. Nicolaus
v. ⁊. Calixtus. iij. romani pōtifices p̄deceſ=
ſores noſtri q̄ꝫ etiam nos per varias litte=
ras et preſertim illas q̄ incipiunt. Pro nr̄a
ad beatū Frāciſcū deuotione ſub datis ro=
me apud ſanctū petrū quinto idus octobꝛ.
Pōtificat⁹ nr̄i anno p̄mo. Uniuerſis f fribus
tā cōuentualib⁹ q̄ꝫ de obſeruātia nūcupat.
ſub excōicatiōis pena quā ꝯtra faciētes eo
ipſo incurrererēt diſtricti⁹ īhibuerimus ne
ipſi ſibi iuicē ꝯuētuales vꝫ illis de obſer=
uātia nūcupatis et illi de obſeruātia ꝯuē=
tualib⁹ ffribus domos aut loca q̄cūqꝫ dicti
ordinis ſeu monaſteria ſctē clare capere vl̄
de alterutri⁹ obediētia ſubtrahere p ſe vel
aliū ſeu alios quouis q̄ſito colore aut ſe de
illis intromittere: nec ffes q̄ hucuſqꝫ ex ob
ſeruātibus ad cōuētuales vel ecōuerſo di=
ſceſſerunt aliq̄ mō moleſtare vel inq̄etare
quoquomō p̄ſumerēt: quas ꝓpter ip̄aꝝ ma
gnitudinē hic iſeri nolum⁹: quaꝝ tenores
p̄ntib⁹ ac ſi de verbo ad verbū inſerti forēt
hēri volum⁹ p expꝛſſis pleni⁹ ꝯtinet. tm̄ ſicut
nouiſſime nō abſqꝫ mētis ꝑturbatiōe ꝑcepi
mus nōnulle diſſētiōes/cōtrouerſie/ſeditio
nes et diſcordie i ꝓuincijs caſtelle et ſācti
iacobi tā int̄ eoſdē ꝯuētuales ⁊ obſeruātes
nūcupatos q̄ꝫ barones ⁊ nobiles caſtelle ⁊
legiōis regnoꝝ occaſiōe domoꝝ/ꝯuētuū ⁊
heremitorioꝝ eorūdē q̄ ijdē de obſeruātia
nūcupati dictis ꝯuētualib⁹ ſurripuerūt et
ſubtraxerūt ac ſurripere capere et ſubtra=
here ſub colore nitūtur exorte ſūt. Que oīa
dicta ſcādala cariſſim⁹ in xp̄o fili⁹ nr̄ Hēri=
cus caſtelle ⁊ legiōis rex illuſtris ſūmope
ſubmoueri ⁊ penit⁹ extirpari cupiēs: nobis
fecit ſupplicari vt ne dicti ffes de obſeruā
tia nūcupati ſil'ia de cetero attētare p̄ſumāt:
termis ſuis ꝯtēti maneāt ⁊ ip̄i p̄miſſos er=
rores corrigāt: ſup hoc opportūe ꝓuidere
de benignitate apl'ica dignaremur. Nos
igit̄ quoꝝ intereſt ꝓuidere ne apl'ice ſedis
mādata ⁊ ordinatiōes iutiles ⁊ cōtēptibi=
les reputent̄: ac p̄dicta ſcādala deſup peni
tus extinguere cupiētes: hmōi ſupplicatio
nibus inclinati: p̄fatos ffes de obſeruātia
nūcupatos et fautores coadiutores et con
ſultores eoꝝ directe vel idirecte publice vl̄
occulte cuiuſcūqꝫ fuerit p̄eminentie/digni=
tatis ſtat⁹ grad⁹/cōditionis vel qualitat.
etiā ſi ducali/marchionali/comitali/archi
epiſcopali/ep̄ali aut alia quauis eccleſia
ſtica vel mūdana dignitate aut officio p̄ful
geant tenore preſentiuꝫ ſub excōicationis
ſuſpenſionis/et interdicti alijſqꝫ cenſuris
et penis eccleſiaſticis quas eos niſi moni=
tioni mādato noſtro hmōi de cetero hūili=
ter ⁊ efficaciter paruerint incurrere volu=
mus ip̄o facto: tenore p̄ntiū monem⁹ ⁊ ſtri
cte p̄cipim⁹ ⁊ mādam⁹ ne deinceps obſer=
uātes nūcupati p̄dicti quecūqꝫ dom⁹/ꝯuē=
tus/monaſteria etiā ſctē Clare ac heremi=
toria ⁊ loca q̄ actu ſub obediētia p̄dictoruꝫ
miſtroꝝ ſūt quoquomō capiāt neqꝫ recipi=
ant etiā ſine miſtri aut ei⁹ vicarij vel cuſto
dis cōſenſu vtpote de villa regali/⁊ metiue
de pomerio toletane et burgēſis diocesū q̄
vere reformata fuerūt: nec ſub aliq̄ colore
capere ſeu recipere nitant̄: neqꝫ ffes de ob
ſeruātia nūcupatos q̄ hucuſqꝫ ex obſeruā=
tib⁹ ad cōuētuales vel ecōuerſo cauſa ſtu=
dij vel alia iuſta cauſa diſceſſerunt aliquo
mō moleſtare ſeu turbare audeāt. Et ſi (qđ
abſit) ijdē obſeruātes vulgariter nūcupati
aliq̄d attēptare preſūpſerit ꝯtra p̄ntiū nr̄a=
rū lr̄aꝝ tenores ab occupatione et captiōe
ſeu receptione cōuētuū domoꝝ/monaſte=
rioꝝ etiā ſctē Clare ⁊ hermitorioꝝ p̄dicto
rū q̄ actualiter ſub p̄dictoꝝ miſtroꝝ obe=
diētia ſūt abſtinere: ip̄iqꝫ ⁊ alij p̄dicti facto
res/auxiliatores ⁊ ꝯſultores mādat. nr̄is
hmōi plene obtēperare noluerit: nos i eoſ=
dē obſeruātes nūcupatos necnō fautores/
cōſultores et adiutores p̄dictos q̄ in p̄miſ=
ſis culpabiles fuerit publice vel occulte di
recte vel idirecte exnūc ꝓut extūc excōica=
tiōis/ſuſpēſionis/et iterdicti ſētētias cēſu
ras ⁊ pēas ferim⁹ i his ſcriptis: ac loca ad
q̄ ipſi obſeruātes nūcupati fautores ⁊ con=
ſultores p̄dicti ꝓ tp̄e declinauerit eccl'iaſti
co ſuppponim⁹ iterdicto nullo i p̄miſſis vl̄
circa ea alicui obſeruantiū nūcupatoꝝ ac
alioꝝ factoꝝ/ꝯſultoꝝ ⁊ coadiutoꝝ p̄dicto
rū appellationis et exceptionis reclama=
tionis aut alio diffugio quōlibet ꝓfuturo.
Et nichilominus venerabilibus fratribus
noſtris mindonienſi et ginenēſi epiſcopis
ac dilectis filijs ſancti iſidori legionēſis ac
montis ſalutis cōchenſis dioceſum mona=
ſterioꝝ abbatib⁹ p apoſtolica ſcripta mā=
dam⁹. quatinus ipſi vel duo aut vn⁹ eorū
per ſe vel aliū ſeu alios p̄miſſa omnia ⁊ ſin
gula vbi qn̄ et quotiēs expedire viderint
ſeu requiſiti fuerint ſollenniter publicātes
obſeruātes nuncupatos ſi de cetero vide=
licet a datis preſentiuꝫ litteram aliquā do
mū connentum ſeu monaſteriū etiā ſancte
Clare aut heremitoria ⁊ loca ſub obedien
tia dictoꝝ miniſtroꝝ ſunt ceperint ſeu occu
pauerint niſi infra duodecim dieꝝ ſpaciuꝫ
quorum quatuor pro primo et totidez pro

ſecundo et reliquos ꝑ tercio ⁊ vltimo per-
emptorio termino eis aſſignatos realiť di-
miſerint: ac fautores ꝯſultores ⁊ adiutores
ꝓdictos tā nominatim ꝙ̄ in genere niſi mo
nitioni et mandato hmōi paruerint vt pre
fertur: excoīcatos ſuſpenſos ⁊ interdictos:
necnon loca ad que obſeruantes nuncupa-
tos ac fautores ⁊ conſultores et adiutores
predictos forſan declinare cōtigerit vt pre
fertur ſi per duos dies cēſuras ipſas ſuſti-
nuerint interdicta eſſe auctoritate nr̄a de-
clarent: ac per alios in eccleſijs ⁊ locis eccle
ſiaſticis dū maior ibi populi multitudo cō-
uenerit ad diuina audiēda declarari ⁊ pu-
blicari ac ab oībus arctius euitari faciant
ſingulis dñicis et feſtiuis diebus quouſq̄
conſtiterit eis obſeruātes nuncupati et alij
ſupradicti pariturí monitis ⁊ mandatis no
ſtris hmōi iurauerint ſuper his abſolutio-
nis ⁊ reconciliationis a nobis obtinere be-
neficium. Contradictores auctoritate nr̄a
appellatione poſtpoſita cōpeſcendo: inuo-
cato ad hoc ſi op⁹ fuerit auxilio brachij ſe-
cularis. Nonobſtantibus premiſſis ac qui
buſcunq̄ conſtitutionibus ⁊ ordinationib⁹
apoſtolicis ac priuilegijs ſtatutis ⁊ conſue
tudinibus domorum monaſteriorum ⁊ or-
dinum predictorum iuramento confirma-
tione apoſtolica vel quacūq̄ firmitate alia
roboratis ſtatutis ⁊ conſuetudinibus ac lit
teris apoſtolicis per nos vel predeceſſores
noſtros ⁊ ꝓſertim illis q̄ incipiunt. Ad hec
ex ſuperne ꝓuidencie maieſtatis ſub datis
Senis kalendis Junij pontificatus nr̄i an-
no ſecundo conceſſis ⁊ etiā cōcedendis. qui
bus quo ad hoc expreſſe derogam⁹ niſi i il-
lis de preſentibus litteris de verbo ad ver
bum ſpecialis ⁊ expreſſa mētio fiat ceteriſq̄
cōtrarijs quibuſcūq̄ aut ſi obſeruātib⁹ nūcu
cupatis ⁊ factorib⁹ ꝓfatꝫ aliud ſpālr̄ ſit cō-
ceſſū vel eis cōiter vel diuiſim a dicta ſit ſe-
de ordiatū vel alias idultū ꝙ reformare vl̄
ſuſcipē poſſint aliquā domū ſeu iterdici ſu
ſpēdi vl̄ excōicari nō poſſint ſeu ad iudiciū
euocari ꝑ lr̄as ap̄licas nō faciētes plenā ⁊
expꝓſſā ac de ỽbo ad verbū de idulto hmōi
mētionē. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hāc pa-
ginā nr̄oꝝ monitiōis / ꝓcepti / mādati / pla-
tiōis / ⁊ ſuſpēſiōis infringē vl̄ ei auſu teme
rario cōtraire. Si q̄s aūt hoc attēptare pre
ſūpſerit idignationē oīpotētis dei ⁊ btoꝝ
petri et pauli ap̄loꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſuꝝ.
Datū rome apud ſctm̄ petrū. Anno icarna
tiōis dñice. M.cccc.lxvij. nonis nouembris
Pontificatus noſtri Anno ſexto.

¶ Paulus ſecundus de concordia inter
conuentuales et de obſeruantia fratres.

Paulus epiſco. ⁊c.

Ad perpetuā rei memoriam.
Cū ſacer ordo fra. mi. in agro
militantis eccleſie tanq̄ ruti-
lans in amictu ſponſe carbū-
culus aut candida margarita prefulgeat
indiguū ⁊ eius ſanctimonie cōtrariū repu-
tamus illū diſſentionū ſentibus implicari:
vnde ne inteſtine diſcordie que per verſu-
tum humani generis hoſtē inter dicti ordi
nis profeſſores iamdudū diſſeminari cepe
rūt diutius inualeſcant: ad officiū noſtrum
ꝑtinet eas eradicare: ⁊ vt ipſi inter ſe mu-
tua charitate cōiūcti expectatū fructū affe
rāt etiā exēplo proficiāt: partes noſtre ſol-
licitudinis adhibere. Sane licet olim tā fe
licis recordationis Nicolaus. v. ⁊ calixtus
iij. ac Pius ſecundus ꝙ̄ nonnulli alij roma-
ni pontifices predeceſſores noſtri ad am-
putandas aliquas diſſentiones inter fra-
tres ipſos qui conuentuales ⁊ qui de obſer
uantia nūcupantur vertētes diligēter intē
derint: et varia eoꝝ ſtatuta et ordinatiōes
litteras ediderint. Noſq̄ ipſoꝝ predeceſ-
ſorū veſtigiis imitati: eiſdē fratribus de ob
ſeruātia nūcupatis ne loca cōuētualiū aut
monaſteria monialiū eoꝝ cure ſubiecta re
cipere: neq̄ vt illa a cura ipſoꝝ cōuētualiū
auferātur tētare: aut etiā priuatis ꝑſonis
ꝑſuadere preſumāt ſub excōicatiōis late ſē
tēcie pena prohibuimus ꝓut in noſtris et
eoꝝ ꝓdeceſſoꝝ litteris plenius ꝯtinetꝰ. Tū
ꝓpter ipſius ordinis lōge lateq̄ diffuſi ma
gnitudinem aliqua adhuc diſcordiarū ſe-
mina ſuperfuerūt: nos ea de dilectoꝝ Frā
ciſci de ſauona generalis miſtri dicti ordi
nis: ⁊ marci de bononia ipſius gnālis i ciſ-
montanis partibus ſuper fratres de obſer
uantia generalis vicarij: necnō generalis
procuratoris fratrum conuētualium ac cō
miſſariorum de obſeruantia predictorum
tam citra ꝙ̄ vltramontanorum in romana
curia deputatorum et ſufficiēter prout no
bis plane conſtat mandata habentium ex
preſſo conſenſu: per moderationem littera-
rum predictarum et aliarum prouiſionum
adiectionem amputanda auferendaq̄ du-
ximus. Cum itaq̄ in predictis noſtris lit-
teris: in fratres de obſeruantia prefatos
ſi quoquomodo de alicui⁹ domus conuent⁹
ſeu monaſterij oblatione perſuaderēt excō
municatiōis feratur ſentencia eo ipſo cu-
ius abſolutio dumtaxat ſedi apoſtolice re
ſeruatur: et propterea de predicti vicarij

et commiſſarii coram nobis expoſuerūt fa
cilis ad multos ſimplices ea dem ſentētia
illaqueādos et pro obtinēda abſolutione
ad romanā curiā vagādi via pararet: nos
cupiētes eorūdem fratruʒ de obſeruantia
metū tollere; eoſq nichilominus ne dom⁹
conuentualiū et ab eoruʒ cura monaſteria
predicta ſubtrahāt eadē pena viā preclu
dere. Et viciſſim ne conuentuales ad eoꝝ
perturbationē proſiliāt ꝓuidere: necnō ꝑ
dictas noſtras lr̄as q̄ incipiūt. Supne diſ
poſitionis. Nō obſtātib⁹ quouis in eis ad
iectis derogatoriaruʒ derogatoriis aliiſq
fortioribus clauſulis quas ⁊ ipaꝝ littera
rū tenores etiam de verbo ad verbuʒ et ꝑ
earū derogatione forſan reqri videretur
pn̄tib⁹ nō enarrent hēri volumus ꝓ expſ
ſis harū ſerie ⁊ certa ſciētia moderātes et
ſi quid vltra ſit vel cōtrariū reuocātes au
ctoritate apl̄ica et ſciētia ſimili tenore pre
ſentiuʒ tā conuentualibus q̄ de obſeruan
tia ⁊ nōnullis aliis qui generali duntaxat
ſeu etiam ꝓuincialibus miniſtris ſubſunt
et de obſeruantia nuncupātur dicti ordis
ffibus tam citra q̄ vltramontanis ſub ex
cōicationis late ſententie pena diſtrictius
īhibemus ne ꝓprio motu induſtria et mali
cia videlicet fratres conuentuales obſer
uantium et econuerſo illi de obſeruantia
per ſe vel per alium ſeu alios quouis q̄ſito
colore vel ingenio de cetero conuentualiū
fratrum predictorum aliquam domū. locū
cōuentū ſeu monaſteriū monialium. de no
uo recipere/ inuadere/ vel perturbare/ aut
de illa vel illo ſe quomodolibet intromitte
re. Conuentuales autem et alii fratres de
obſeruantia generali duntaxat ſeu etiam
prouincialibus miniſtris ſubditi eorumq
prelati: ne aliquos fratres de obſeruantia
ſub vicariis viuere ſolitos tranſfugos ſeu
ad eos fugientes niſi oſtenderint litteras
licētie a prelato ſuo per eos obtentas in q̄
bus contineatur nomen conuentus a quo
receſſerint et illius ad quem remiſſi ſunt
etiam ſub pretextu cuiuſcūq licētie ſuper
hoc ipſis fratribus conuentualibus ⁊ aliis
de obſeruantia dictis vicariis non ſubdi
tis eorumq prelatis ab apoſtolica ſede cō
ceſſe: quā quo ad hoc penitus reuocamus:
acceptare quoquomodo preſumant. Sed
illos ad prelatos ſuos iuxta litterarū dicti
pii pape predeceſſoris noſtri ſuper hoc edi
tarum (quas per omnia volum⁹ obſeruari)
cōtinentiā remittere teneātur. Et vice ver
ſa prohibemus ne fratres de obſeruantia
nūcupati ꝑdicti ſcandaloſos et criminoſos
fratres cōuentuales et diſciplinaſ ordinis
ſubterfugientes recipere: ſed illos ſil'r ad
prelatos ſuos remittere debeant ſeruata
tū pie memorie Eugenii pape quarti ⁊ pii
predicti predeceſſoꝝ noſtroꝝ litteraꝝ ſuꝑ
ad hoc edicarum forma. Alioquin nos ex
tūc prout ex nūc in contrafacientes et īhi
bitionum oīm noſtraꝝ ꝑdictarū trāſgreſ
ſores tam cōuentuales q̄ de obſeruantia
et alios fratres ꝑdictos eiſq in premiſſis
oībus dantes auxilium ꝯſiliū vel fauorem
publice vl' occulte directe vel idirecte cuiu ſ
cūq ſtatus grad⁹ vel dignitatis fuerint ⁊
ordīe: excōicatiōis ſn̄iā haꝝ ſerie ꝓmulga
mus a qua non poſſint niſi a romano pon
tifice preterq̄ in mortis articulo conſtituti
abſolutionis beneficium obtinere. Si vero
illi fratres qui de obſeruantia nuncupātur
et ſoluʒ generali ſubſunt inhibitioni predi
cte contrauenerint: vltra premiſſas penas
etiaʒ per miniſtros prouinciales eorumq
vicarios miniſtro extra illam ꝓuinciā exi
ſtente: ad omnē ipſorū fratrum de obſeruā
tia inqſitionē (non obſtātibus ipſis ꝑ ſedē
apoſtolicā: vel alia cōceſſa exēptiōe) arceri
et ad ſatiſfactionē in ꝑmiſſis ꝯpelli poſſint
et debeāt remediis oportunis. Preterea cū
intellexim⁹ nōnullos dicti ordinis ffes de
ſub obediētia quā vouerūt viuere ſubter
fugiētes: variis pretenſis coloribus etiaʒ
mediantibus litteris apoſtolicis ſibi ꝓcu
raſſe cōuentus ⁊ loca in quib⁹ ſine obediē
tia ſuoꝝ ſuperioꝝ degerent. Nos attendē
tes id eſſe regulari dicti ordinis diſcipline
contrarium: auctoritate et ſententia ſupra
dictis earūdem tempore pn̄tium oēs ⁊ ſin
gulos ꝑ eoſdē ffes totaliter receptos cōuē
tus ſeu domos: aut gn̄ali imediate aut ꝓui
cialibus miſtris ſeu vicariis de obſeruan
tia dicti ordinis ſubeſſe debere decernim⁹
et mādamus. ita ꝙ infra quindecim dierū
ſpaciū habita pn̄tiū noticia: illi ffes q̄ ea re
ceperint vel q̄ eis habitāt: eligere ⁊ mani
feſte ſub publico teſtimonio dicere tenean
tur vtrum generali vel prouincialibus mi
niſtris: an vero vicariis de obſeruātia ſub
eſſe maluerint ſtatuētes ꝙ in poſteꝝ null⁹
talis frater aliquē locū ſeu domū etiā qua
rūcūq lr̄aꝝ apl̄icaꝝ obtētu recipere vale
at: niſi de licētia gn̄alis ſeu ꝓuincialis mi
niſtrorū vel vicarii obſeruātie illi⁹ ꝓuincie
in qua locus ſeu domus ipſa conſiſtet ni
ſi his litteris fuerit ſpecialiter deroga
tum. Quem ſi receperit ſi ipſe maluerit
ſub eſſe vicariis de obſeruantia nuncupa
tis; ipſis prelibatis vicariis alioquin ip

ſis generali vel ꝓuincialib⁹ miniſtris ſub
eſſe debent vt ſuperius eſt expreſſum. Et ſi
forte recuſauerint ita ſubeſſe: nos per eos
taliter recepta loca ex nunc prout ex tũc ec
cleſiaſtico ſubijcimus interdicto. Ceterum
vt ſeraphic⁹ iſte ordo dilatetur: auctorita=
te ꝛ ſciẽtia predictis ſtatuim⁹ ꝛ ordinam⁹:
ꝙ eiſdẽ fratribus de obſeruãtia eorũqȝ vi=
carijs perpetuo liceat (habita tamen ſuper
hoc ab eadẽ ſede licentia) in quacũqȝ ciuita
te caſtro ſeu alio loco: etiã ſi in illa vel in il=
lo: alia uel alie cõuẽtualiũ fratrũ dom⁹ exi=
ſtant: nouas dom⁹ edificare. vel ſi edificate
a ꝑncipib⁹: dominis cõmunitatib⁹ aut ali
is eis largientur: dũmodo non ſubijciantur
conuentualib⁹ aut immediate generali mi
niſtro dicti ordinis: accipere ꝛ inhabitare.
Inhibentes miniſtro ꝛ fratribus cõuentua
lib⁹ ac alijs eis ſeu dũtaxat generali ſubdi
tis ſupradictis ſub eadẽ excõicationis pe=
na quam in cõtra faciẽtes ex nũc prout ex
tunc ferimus in his ſcriptis ꝛ a qua nõ poſ
ſint niſi per eũdem romanuȝ põtificem pre
terqȝ in mortis articulo abſolui: ne proprio
motu vel induſtria per ſe vel alium ſiue ali
os quouis queſito colore vel ingenio ſuper
receptiõe vel retentione talium domorum
per eos iuxta huiuſmodi noſtrã licentiã ac
cipiẽdarũ contra pñtiuȝ tenorem impedire
aut eis moleſtiaȝ aliquã inferre preſumãt
Et ſimiliter ſub eadem pena ꝓhibem⁹ fra=
trib⁹ de obſeruãtia p̄dictis: ne eoſdem ffes
cõuentuales aut alios gñali vel ꝓuinciali=
bus miniſtris ſubditos quomin⁹ in eiſdem
ciuitatib⁹ atqȝ locis etiam noua loca cõſtru
ere ꝛ ꝯſtructa (dũmodo vicarijs nõ ſubſint)
ſi eis vt prefertur donẽtur vel cõcedantur
accipere et retinere poſſint: ĩpedire audeãt
Et nichilominus volumus et tenore preſẽ
tium ordinamus ꝙ ſi quoquomodo (qđ ab
ſit) conuentuales vel de obſeruancia aut a
lij fratres predicti inhibitiõib⁹ noſtris hu
iuſmodi contrauenerint: aut alias contra
tenorẽ pñtiũ attẽptauerit ex tũc de obſer=
uancia ad generalem vel prouinciales mi
niſtros: et econuerſo conuentuales et alij
fratres predicti ad vicarios memoratos ꝓ
obſeruatione preſentium in rebellium cor
rectione recurrere poſſint. Quiquidem mi
niſtri et vicarij tranſgreſſores ipſos teneã
tur et debeant auctoritate noſtra per cen=
ſuram eccleſiaſticam et oportuna remedia
vſqȝ ad ſatiſfactionem debitam coercere a
lijs penis predictis in ſuo robore nichilo=
minus permanentibus decernentes irritũ
et inane ſi ſecus ſuper premiſſis vel eoruȝ
aliquo per quoſcunqȝ quauis auctoritate
ſcienter vel ignoranter contigerit attẽtari
Non obſtantib⁹ premiſſis ac cõſtitutioni=
bus et ordinationibus apoſtolicis necnon
ſtatutis et conſuetudinibus dicti ordinis
iuramento confirmatione apoſtolica vel
quauis firmitate alia roboratis ceteriſqȝ
contrarijs quibuſcunqȝ. Per hoc autem pri
uilegijs et litteris generali ꝛ conuentuali=
bus ſiue vicarijs et fratribus de obſeruan
tia predictis per eugenium et pium prefa=
tos et alios romanos pontifices predeceſ=
ſores noſtros conceſſis: non intendimus a
lias in aliquo derogare niſi inqȝtum ſupra
dictis contrairent. Poſtremo quia difficile
foret preſentes litteras ad ſingulas ꝓuin
cias originaliter deſtinari: volumus ꝛ di=
cta auctoritate decernimus: ꝙ tranſumptis
earum manu notarij publici et curie cauſa
rum camere apoſtolice aut alicuius archi=
epiſcopalis et epiſcopalis ſigillo munitis
ea prorſus in iudicio et extra vbicunqȝ ex=
hibite vel oſtenſe fuerint fides adhibeat
ac ſi ipſe originales littere forent exhibi=
bite vel oſtenſe. Nulli ergo oĩno hoĩm lice
bat hanc paginam noſtre moderatiõis/in
hibitionis/reuocationis/prohibitiõis/ꝓ=
mulgationis/mandati/ſubiectionis/ſtatu
ti/ordinationis/intentionis/voluntatis et
decreti infringere vel ei auſu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare p̄=
ſumpſerit indignationem omnipotẽtis dei
et beatorum petri et pauli apoſtoloruȝ ei⁹
ſe nouerit incurſuruȝ. Datum rome apud
ſanctum marcum. Anno incarnationis do=
mince. M.cccc.lxvj pridie kalendas marcij
Pontificatus noſtri Anno tertio

¶ Paulus ſecũdus confirmauit omnia
priuilegia noſtro ordini conceſſa.

**Paulus epiſcopus**
ſeruus ſeruorum dei Ad per=
petuam rei memoriam. Inter
ceteros ordines ĩ agro dñi plã
tatos ſacrum ordinem minorum ſuis exi=
gentibus meritis gerimus in viſceribus
caritatis: et ad ea vigilanter intẽdimus ac
operam efficaceȝ impartimur ꝑ que eiuſ=
dem ordinis ad diuini nominis gloriã ꝛ ex
altationem catholice fidei ꝓſperis ſemper
affluat ſucceſſibus ꝛ his que prefato ordini
et eius fratrib⁹ per predeceſſores noſtros
romanos pontifices conceſſa ſunt libenter
cũ a nobis petitur munimẽ adijcimus cum
firmitate. Cum ſicut exhibita nobis nuꝑ
pro parte dilecti filij Franciſci de ſauona

totius ordinis ffm minoꝝ gñalis in theo=
logia magiſtri petitio cõtinebat ꝙ plures
romani pontifices predeceſſores noſtri di=
uerſa priuilegia ſub varijs formis eidem
ordini illiuſqꝫ fratribus hactenus cõceſſe=
rũt: et ꝓpterea dictus gñalis ꝓ pace ⁊ quie
te fratrũ eiuſdẽ ordinis ſũmopere deſide=
ret illa per eandẽ ſedẽ apoſtolicã approba
ri vt ordo ipſe ac illius fratres dicte ſedis
fulti preſidijs deuotius et quieti⁹ vota ſua
altiſſimo exſoluere poſſint: ea ꝓpter gñalis
ipſe nobis humiliter ſupplicauit vt omni=
bus ⁊ ſingulis priuilegijs / libertatib⁹ / ex=
emptionibus et immunitatibus ordini p̄=
dicto ⁊ illius ffibus cõceſſis pro illorũ ſub
ſiſtẽcia firmiori robur aplice cõfirmatiõis
adijcere: illaqꝫ iuxta formas eoꝝ obſerua=
ri mandare ac alias ſuper hoc oportune ꝓ
uidere de benignitate aplica dignaremur
Nos igitur attendẽtes fructus ſalutares
quos ordo ipſe in eccl'is dei ꝓduxit hacte=
nus ⁊ producit indies ac ſperãtes ꝙ de bo
no in melius pſeueret ⁊ propterea volẽtes
ꝙ hmõi priuilegia / exẽptiões / imunitates
⁊ libertates ſublatis quibuſuis dubitatiõi
bus ⁊ diſpendijs firmiter obſeruent hmõi
ſupplicationibus inclinati omia ⁊ ſingula
priuilegia exemptiões libertates ⁊ immu=
nitates per quoſcũqꝫ romanos põtifices p̄=
deceſſores noſtros ipſi ordini ſub quacũqꝫ
verboꝝ forma hactenus conceſſa illoꝝ te=
nores necnõ nomina dictoꝝ põtificũ ac ſi d
verbo ad verbũ pñtibus insererẽtur ꝓ ex=
preſſis habendo auc͠te aplica tenore pñtiũ
ex certa ſciẽtia cõfirmam⁹ ⁊ approbamus
ac plenũ firmitatis robur obtinuiſſe ⁊ obti=
nere decernimus necnõ irritũ ⁊ iane q̃cq̃d
ſecus a quoqꝫ quauis auc͠te ſciẽter vl' igno
rãter attentatũ forſã extiterit hactenus vl'
in poſterũ cõtigerit attẽtari. Nõ obſtãtib⁹
cõſtitutionibus ⁊ ordinatiõibus aplicꝫ nec
nõ oibus illis q̃ dicti predeceſſores in eiſdẽ
priuilegijs voluerũt non obſtare etiã ſi de
illis ⁊ de eorũ tenoribus per preſẽtes debe
ret haberi de verbo ad verbum mentio ſpe
cialis ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcunqꝫ.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtrorum ſtatuti decreti ordina=
tionis et voluntatis infringere vel ei auſu
temerario contraire. Si quis autem hoc
attẽptare preſũpſerit indignationẽ omni=
potẽtis dei et beatorũ petri ⁊ pauli apłoꝝ
eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Rome
apud ſanctum marcũ Anno incarnatiõis
dñice milleſimo q̃drigẽteſimo ſexageſimo
quinto decimo ſexto kalendas Decembris
Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

¶ Six. 4. oia ꝑuilegia ordi. nro cõceſſa ap
probat et confirmat.

¶ Dilectꝫ filijs Uniuerſis et ſingulis ffib⁹
ordinis minoꝝ obſeruantie regularis.

¶ Sixtus papa quartus

Dilecti filii ſalutẽ
⁊ aplicã bñdictionẽ. Cũ ſemꝑ
dilexerimus familiam veſtrã
diligamuſqꝫ et i futurũ quoad
vſqꝫ rl'ariter vixeritꝫ diligem⁹
Ad qð faciendũ vos oẽs ⁊ ſingulos tã pre
latos q̃ ſubditos hortamur ⁊ monemus tũ
pro veſtra oim ſalute tum etiã pro fide q̃
de vobis in populis chriſtianis augenda
pariter ⁊ cõfirmãda eſt ad electionẽ vicariũ
veſtri eo modo: ea animi libertate ꝓcedatis
ea ſinceritate vt vobis nichil obijci poſ
ſit Inſuper vt noueritis ꝙ bñplacitũ eſt no
bis familiã veſtrã in virtutibus ⁊ meritis
proſpere ſe hře ⁊ indies augeri auctorita=
te aplica oia priuilegia gřas ⁊ indulta, ha
ctenus vobis a ſũmis põtificibus predeceſ
ſoribus noſtris cõceſſa per pñtes cõfirma=
mus roboramus ac firmiter autenticam⁹.
Et maxime bullam felicis recordatiõis pa
pe pauli ſecundi q̃ prohibet ꝙ nullus frat
familie poſſit ipſã exire nec a fratrib⁹ ſub
miniſtris degẽtibus recipi niſi ſeruata ip=
ſius pauline forma ſub penis in ea cõtẽtis
Datum rome apud ſanctum Petrũ ſub a=
nulo piſcatoris die quarta Maij. M. cccc.
lxxij. Pontificat⁹ nři anno. ij. Grifus.

¶ Sixt⁹. iiij. Declaratio q̃dã ſixti pape. iiij
ſup ſtatutꝫ ãtiqs ffꝫ mi. ad iſtãciã miſtroꝝ

Sixtus eps ſeruus
ſeruoꝝ dei. Ad ꝑpetuã rei me
moriã. Circumſpecta aplice ſe
dis benignitas ſalutis operibus ſemꝑ in=
tenta ad ea precipue ſollicitudinis ſtudiuꝫ
cõuertit ꝑ que xp̄i fideles ſinguli preſertiꝫ
ſub ſuaui religiõis iugo altiſſimo famulã=
tes: ſemotis ſcrupulis vniuerſis in pacis
trãquillitate ⁊ cõſcientie puritate illi cui ſe
ſpõte deuouerũt vota ſua exſoluere valeãt
cenſuras et penas aliqñ reuocãdo: interdũ
vero limitando prout conſpicit in domino
salubriter expedire. Sane ꝓ parte dilecto
rum filiorum miniſtri generalis et vniuer=
ſorum fratrum ordinis fratrum minorum
nobis exibita petitio continebat ꝙ lꝫ mul=
tis fratribus eiuſdem ordinis ſatis duruꝫ
et difficile ſit regulam beati franciſci tene=
re: ac ad ſuarum ſalutem animarum ſuffi=

cere videatur regulā ipſā laudabil'r obſer
uare nichilominus qꝛ nōnulli romani pon
tifices predeceſſores noſtri ⁊ aliꝫ ac etiā ge
neralis et ffes ipſius ordinis feruore deuo
tionis acceſi vltra dictā regulā nōnulla ſta
tuta ⁊ ordinationes ſiue cōſtitutiōes fece=
rint per que aliqua eiſdem fratribus pro=
hibetur vtputa comedere carnes in natiui
tatis/reſurrectionis/⁊ aſcēſionis dñi noſtri
ieſu chriſti: et penthecoſtes /ac beatorum
petri et pauli apoſtoloꝝ ceteriſqꝫ aliꝫs feſti
uitatibus ⁊ diebus. Quedā vero alia ipis
precipiuntur fieri ſub excōmunicatiōis vl'
aliꝫs cenſuris eccleſiaſticis ſeu aliꝫs penis
quas contrafacientes ipſo facto incurrunt
multi propterea dicti ordinis fratres ꝯtra
faciendo cenſuris et penis taliter latis ſe=
penumero inuoluuntur et illaqueātur: vn=
de ſtatuta ⁊ ordinationes predicta potius
ad animarum ſuarū diſpendium ꝗ̄ ſalutē
edificare videntur. Uerum ſi cenſure et pe=
ne predicte in cōtrafacientes vt prefertur
ipſo facto late in comminatorias infligen
das aut temporales penas mutarentur: ꝑ
fecto ſaluti plurimorum oportune conſule
retur. Quare pro parte miſtri et fratrū pre
dictoꝝ nobis humiliter fuit ſupplicatū vt
ipſis in premiſſis oportune prouidere de
benignitate apoſtolica dignaremur. Nos
igitur qui fideliū animarū diſpēdiꝫs liben=
ter obuiamus earūqꝫ ſalutē ſinceris deſide
riꝫs exoptamus: hmōi ſupplicationibus in
clinati auctoritate ap'lica tenore preſentiū
ſtatuimus atqꝫ decernimus ꝙ miniſtri/cu=
ſtodes/gardiani/⁊ fratres dicti ordis pre=
ſentes: et qui pro tēpore fuerint ex ſtatutis
ſeu conſuetudinibus vel declarationibus
dicti ordis preter regulā quōlꝫ et a ꝗbuſcū
qꝫ editis etiā cōfirmatione ap'lica vel ꝗuis
firmitate alia roboratis: illis cōtrafaciēdo
nulla eccl'iaſtica cenſura nulloqꝫ mortalis
pcti vinculo ligari valeāt: neqꝫ cenſuras et
penas ſeu mortale pctm̄ hmōi incurrāt ni
ſi tales eſſēt caſus vel exceſſus: ꝗ diuina le
ge ſeu precepto romane eccl'ie merito indu
cerent ad mortale: cēſuras ⁊ penas talit' la
tas harū ſerie reuocātes ⁊ annullātes illaſ
qꝫ ad vim ꝯmutatiōis penaꝝ cōminatoria
rū ⁊ ferendarū ſeu corporales ⁊ tꝑales pe=
nas predictas ꝑ gnālē miniſtrū /cuſtodes/
gardianos et ꝓlatos ipſi' ordis ferēdas et
infligēdas reducētes: ꝗꝗ miniſtri/ cuſto=
des/gardiani: et aliꝫ ipſi' ordis ꝓlati ꝓdicti
corporales ⁊ tꝑales ſeu alias penas ꝓ nō
obſeruatiōe dictoꝝ ſtatutoꝝ ſm̄ qualitatē
ꝑſonarū locoꝝ ⁊ tēpoꝝ et alias prout vide
bit' ſaluti aiaꝝ ffm̄ earūdē ī dño expedire:
ferre ⁊ ꝓmulgare ac delinqntes ab illis ab=
ſoluere valeāt. Nō obſtātib' ſtatutis: ordi
nationibus ⁊ declaratiōib' ꝓmiſſis ꝗb' quo
ad hoc expreſſe derogam' ac cōſtitutiōib'
et ordinatiōib' ap'licis necnō aliꝫs ſtatutis
⁊ cōſuetudinibus dicti ordis etiā iuramēto
cōfirmatiōe apoſtolica vel quauis alia fir
mitate roboratis contrariꝫs quibuſcunqꝫ.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtrorum ſtatuti decreti ordina=
tionis et voluntatis infringere vel ei auſu
temerario contraire. Si quis autem hoc
attēptare preſūpſerit indignationē omni=
potētis dei et beatorū petri ⁊ pauli ap'loꝝ
eius ſe nouerit incurſurum. Datū Rome
apud ſanctum marcū Anno incarnatiōis
dñice Milleſimo ꝗdrigēteſimo octogeſimo
kl's Decēbr' Pontificatus nr̄i Anno .x.

¶ Sixtus papa .4. approbat cōceſſiōes fa
ctas monialib' de nō ſoluēdis decimis. ⁊c.

Sixtus epūs ⁊c.
Ad ꝑpetuā reiꝫ mēoriā Ut
eterne btītudis amatrices
ꝗ habitu ſacre religiōis aſ
ſūpto vni viro ieſu xp̄o ſe
voto celebri deſpōſauerūt
valeāt iuxta votū ꝗete mē
tis ꝓficere ⁊ r'lari obſeruācia ſtabiliri: tāto
ꝓpēſioribus equū eſt illas attollere grꝫs
ſpūalib' epulis reficē ac eaꝝ pia cōſeruare
ꝓpoſita: necnō ea q̄ ꝓ illarū ꝗete ⁊ vtilitate
ꝓceſſerūt ap'lico munimine roborare: ꝗ̄to
ſexus feminei fragilitas ad ferēdū obſuā=
tie on' potiori fauore idigē noſcit'. Un̄ nos
in ſacra petri ſede meritis lꝫ inſufficiētib'
cōſtituti vt religio ꝗlibet dilatet' ⁊ florido de
cētiqꝫ cādore refulgeat luminoſiſqꝫ ſctimo=
nie radiꝫs ad exēplar imitatiōis enitescāt
operarias manus apponimus ⁊ ſtudiū effi=
cax impartimur vt eadē cultores cuiuſlꝫ re
ligionis annuente diuina grā preſentis in
ſtadio vite ſub ſāctoꝝ patrū regulis et in=
ſtitutis deo militantes: felicis triūphi bra
uium valeant adipiſci. Dudum ſiquidem
felicis recordationis Eugenio pape quar=
to predeceſſori noſtro ex parte dilectaꝝ in
chriſto filiarū abbatiſſarū ⁊ cōuentuū vni=
uerſorū monaſteriorū ſācti damiani ac mi
noriſſarū ſancte clare ordinis eiuſdem ſub
generalis miniſtri aliorumqꝫ officialiū or=
dinis fratrum minorum cura vbilibet con
ſtitutorum expoſito ꝙ ob vicarias decima
rum et caritatiuorum ſubſidiorum aliorū=
qꝫ onerum impoſitiōes tā ꝑ romane eccl'ie

Ad perpetuam rei memoriā. Dum fructus vberes quos ſacri ordinis fratrum minorꝫ profeſſores circa propagationem religionis et fidei in agro militantis eccleſie per incrementa temporum magnis laboribus crebris vigilijs et indefeſſo animo produxerunt hactenus producunt ⁊ in futurum producturos ſpe firma confidimꝰ diligenter attendimus: dignum cenſemus et congruum vt in his que illorum proſperitates et commoda concernere poſſēt eos benignis fauoribus proſequamur. Dudum ſiquidem felicis recordationis Martinus papa quartus predeceſſor noſter cupiens honeſta adhibere remedia quibus dicti ordinis pura obſeruantia in ſuo vigore ſeruaretur: et vt fratres eiuſdem ordinis excluſis quibuſlibet ſollicitudinibus liberius et quietius diuinis vacarent obſequijs/ac offerentium et donantium aut ī vltima voluntate relinquentiū dicto ordini ſeu illiꝰ fratribus aliquid propter deum pia intentio non frauderetur romana quoqꝫ eccleſia ad quem omnium rerū mobilium ⁊ immobilium quibus fratres ipſi vti poſſent ius proprietatis ⁊ dominium nullo medio pertinet: et ad quam fratres ipſi quotiens neceſſitas ingruebat vel vtilitas perſuadebat recurrere ſoliti erant a cura et ſollicitudine prouidendi eorundem fratrū neceſſitatibus releuaretur: necnon heredum et executorum piarum voluntatum defunctorum etiam negligentijs obuiaretur ipſiqꝫ fratres ſecundum modos permiſſos ⁊ licitos relictis ſibi elemoſinis gaudere valerent: per quaſdam litteras ſuas apoſtolica auctoritate ⁊ de poteſtatis plenitudine voluit: ſtatuit et decreuit ꝙ ſpeciales perſone per generalem ac prouinciales miniſtros ac cuſtodes dicti ordinis nominande in premiſſis adminiſtrationem legitimam generalem et liberam dicta auctoritate gererent et veri legitimiqꝫ adminiſtratores yconomi ſyndici et actores eſſent ac res ipſas et earum precium predictaſqꝫ elemoſinas nomine ipſius romane eccleſie reciperent et in ipſorum fratrum vtilitates ꝓut eis liceret ex regula vel eius declaratione ſicut et quando ab eiſdem generali et alijs quo ex prouincialibus miniſtris cuſtodibus in cuſtodia vel prouincia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribus de ipſorum generalis vel prouincialis miniſtri ac cuſtodis aſſenſu forent requiſiti conuertere poſſent et deberent cū plena generali ⁊ libera poteſtate petendi/exigēdi/recipiendi/alienandi/tranſigendi/paciſcendi/conueniēdi/cōpromittendi/renunciandi/refutandi/quitationem faciendi/comparandi/agēdi/defendendi/ac in animam eorum de calumnia vitanda et de veritate dicenda iurandi: et cuiuſlibet alterius generis iuramenti preſtandi cum illis et contra illos qui huiuſmodi res mobiles ⁊ immobiles aut precium earum vel relictas elemoſinas fratribus in teſtamentis occuparent vel violenter auferrent ſiue contra voluntatē fratrum quomodolibet detinerent: et generaliter in omnibus cauſis pro rebus et locis huiuſmodi ad ipſam Romanam eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum vſui conceſſis: necnon pro immunitatibus/libertatibus/iuribus/priuilegijs/et indulgētijs eorum ſine cuiuſlibet dationis aut cautionis onere prefata auctoritate in iudicio et extra plenam generalem et liberam poteſtatem haberent. Conceſſitqꝫ eiſdem generali ⁊ prouincialibus miniſtris necnon cuſtodibus plenam generalem et liberam poteſtatem perſonas huiuſmodi que non eſſēt de dicto ordine pro ſingulorū locorum indigentia nominandi et perſonas eaſdem ac earum quamlibet reuocandi: et eorum loco alios ſubrogandi vel nominandi per ſupradictum modum nominationis quotiens oportunum foret qui eandem in predictis vel ſimilem haberent poteſtatem. Et deinde pie memorie Martinus papa quintus etiā p̄deceſſor noſter ꝑ alias lr̄as ſuas cōceſſit p̄fato gn̄ali (donec aliud per ſedem ap̄licā foret ordīatū) facultatē ꝯcedēdi ꝓcuratoribꝰ domoꝝ ⁊ locoꝝ dicti ordīs ꝓ tp̄e exiſtentibus vt poſſeſſiones ⁊ bona quecunqꝫ mobilia ⁊ immobilia ac annuos prouētus hactenus prefato ordini et eius conuentibus relicta et in poſteꝝ relinquēda aut aliqua

nominib⁹ acquiſita vice et noīe romane ec cleſie recipere/tenere/ꝛ poſſidere ac ipſoꝝ fructus reddit⁹ ꝛ ꝓuent⁹ petere/erigere et percipere ipſoſqꝫ in cõmodum ꝛ vtilitatem ipſoꝝ frm conuentuum ꝛ locoꝝ eorūdem ꝛ alias in vſ⁹ eius quibus relicta ꝛ deputata forent dumtaxat. ꝛ de ipſoꝝ fratrū conſilio requiſitione et aſſenſu conuertere et exponere poſſent et deberent prout in ſingulis dictorum predeceſſorum litteris huiuſmodi plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij zaneti de vtino dicti ordinis generalis miniſtri et theologie profeſſoris petitio continebat. Noſqꝫ etiam dum in minoribus conſtituti ipſius ordinis generalis miniſtri fungeremur officio experientia comprobauimus dicti ordinis fratres domino benedicente pullulauerint ꝙ propter eoruꝫ multiplicationem frigeſcēte nonnunqꝫ erga eos id nonnullis mundi partib⁹ fidelium karitate ex incerta mendicitate et minutis elemoſinis ſe ſuſtentare: et illis qui ſacre theologie ſtudijs vt eorum ingenia rore ſapientie illuſtrata multos ac fertiles actus dirigere poſſent operam prebent neceſſaria miniſtrare: ſtructuras et edificia domorum dicti ordinis conſeruare nõ poſſunt illaqꝫ plurimum ad ruinam tendere dinoſcantur: et a nonnullis reuocetur in dubium. an perſone per eoſdem gnalem et prouinciales miniſtros ac cuſtodes iuxta litteras prefati martini quarti predeceſſoris noſtri pro tēpore nominate hereditates in quibus domus ſeu fratres dicti ordinis aut domorū eorūdē eccľie vel capelle aut picture ſeu fabrice īſtituūť vľ ſubſtituūť: ꝛ q̄ ad eos (ſi capaces forent) alias deuoluerētur petere cõſequi et habere poſſint nomine prefate romane eccleſie: et bona hereditatuꝫ earumdem vendere et in vſus licitos eorumdem fratruꝫ conuertere valeant iuxta predictarum litterarum continentiam: fueritqꝫ propterea pro parte dicti zaneti de vtino nobis humiliter ſupplicatum vt voluntatem ſtatutum decretum conceſſiones ac quaſcūqꝫ alias litteras a ſede apoſtolica circa premiſſa dicto ordini conceſſas ac in illis contenta dicta predeceſſorum pro illorum ſubſiſtenti a firmiori noſtre approbationis munimine roborare: ac alias predictorum fratruꝫ neceſſitatibus oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur prefati ordinis qui omnium conditori gratiſſimus eſt et pie deuotioni fideliuꝫ acceptus: vt illius perſonarum quaruꝫ predicationibus verbi et euangelice veritatis ſacrorumqꝫ eloquiorum explanatione conſilijs et charitatiuis admonitionibus fideles ipſi circa animarum ſuarum ſalutē magna commoda conſequuntur: ſtatuꝫ proſperum et felicem intenſis deſiderijs affectantes necnon pias decedentium quorum amplius nõ redit arbitriū voluntates executioni mandari: ꝛ ex eis que diuine propiciationis intuitu pia largitione fidelium conceduntur ſtructuras ꝛ edificia domorum dicti ordinis ac ſtudium ſacre theologie ī ordine predicto manuteneri: et eiuſdem ordinis profeſſoribus huiuſmodi ſtudio vacare volentib⁹ vt id commode facere poſſint ſubueniri: chriſtiane reipublice permaxime vtile ac neceſſarium fore ac inter ſumme meritoria ꝛ deo grata opera non immerito cõnumerari poſſe ꝛ debere putari: huiuſmodi ſupplicationib⁹ īclinati predictas et quorumcūqꝫ alioꝝ romanorum pontificum etiam predeceſſorum noſtrorum ꝛ preſertim recolende memorie eugenij pape quarti circa premiſſa dicto ordini ſimiliter conceſſas litteras apoſtolicas qui in eis contenta dicta auctoritate apoſtolica ꝛ ex certa ſcientia ac de plenitudine poteſtatis ſue predicte preſentium tenore approbamus: ac robur perpetue firmitatis obtinere ꝛ obſeruari debere decernim⁹. Et nichilomin⁹ volumus ac eiſdem auctoritate ſciencia et poteſtatis plenitudine ſtatuimus ꝛ ordinamus: ꝙ de cetero perpetuis futuris temporibus inſtitutiones et ſubſtitutiones/relicta/legata/donationes inter viuos ꝛ cauſa mortis: alieqꝫ pie et non pie diſpoſitiões quecunqꝫ quocūqꝫ nomine nuncupentur tā ſimplices et pure ꝙ conditionales ꝛ modales: fratres et domos dicti ordinis ipſarūqꝫ domorum eccleſias/capellas/picturas ꝛ fabricam ſeu illorum commodum ꝛ fauorē quomodolibet concernentes hactenus facte et in poſterum perpetuis futuris temporibus faciende: etiam ſi in tempore inſtitutionum ſubſtitutionum relictorum fideicommiſſorum/legatorum donationū/aliarumqꝫ diſpoſitionum hmõi fratres ipſi in quorum fauorem emanarent nondū ordinem predictuꝫ ingreſſi forent: eidē romane eccľie ꝛ de illa ordi ꝛ frībus ac locis eorūdē facte eēītelligāť/ꝛ eūdē plenariū ſortiāť effectū quē ſortireť ſi noīati ꝛ expſſe pfate romane eccľie ꝛ de illa ac ī ei⁹ fauorē facte forētnec poſſit ptextu īcapacitatꝫ eorūdē frm quouis mõ de inualiditate notari. Hereditates vero q̄ eiſdē frib⁹ ſi in ſeculo forēt ab

inteſtato deferrētur p̄fate romane eccleſie
q̄ ipſorum fratrū locū quo ad hoc tenet de=
ferantur: ipſa quoq3 romana eccl'ia quo ad
hereditates ⁊ bona q̄ ordinē ip̄m igredien=
tes ſub ꝯditione mortis eoꝝ ſine filijs reſti
tuere grauati ſūt: filioꝝ locū teneat ſicut te
nēt monaſteria ꝓpriū hn̄tia in ꝯmuni: ſi ta
les grauati illū igreſſi forent. Q3ꝗ eadē ro
mana eccleſia ⁊ ꝓ eo illius ſyndici iuxta lit
teraꝝ p̄dictaꝝ martini quarti p̄deceſſoris
nr̄i p̄fati tenorē ꝓ tp̄e noiati in ſubſtitutio=
nib⁹/relictis/legat3/donatiōib⁹/alijſq3 pijs
diſpoſitiōib⁹ p̄dictis: necnō ex illis q̄ ab in=
teſtato ꝓfeſſorib⁹ dicti ordinis (ſi capaces
forēt) deferrētur: hereditatib⁹ et bonis que
ingrediētes ordinē ip̄m ſub cōditiōe mort3
eoꝝ ſine filijs reſtituere grauati ſūt: id totū
petere ꝯſequi ⁊ habere poſſint: ac ſi inſtitu=
tiōes/ſubſtitutiōes/relicta/legata/donati=
ones/alieq3 diſpoſitiōes hmōi: in ipſius ro
mane eccl'ie vtilitatē3 noiatim emanaſſent
vel emanarēt: ipſeq3 ab inteſtato heredita
tes ipſi romane eccl'ie ſiue ipſi⁹ fiſco delate
forēt: ⁊ qđ retinerēt filij taliū de reſtituēdo
ſub ꝯditione mortis ſiue filijs grauatoꝝ ſi
extarēt. Habeāt quoq3 ſyndici prefati circa
p̄miſſa partē: quā idē martin⁹ quartus pre
deceſſor eos habere voluit circa in eiſdem
l'ris ſuis ꝯtētā facultatē. Volum⁹ tn̄ q̄ bona
q̄ eos noie eiuſdem romane eccleſie p̄miſſa
rū ⁊ p̄ntiū l'raꝝ tenoris vigore ꝯſeq̄ ꝯtigerit
iuxtam earūdē tenorem alienare ⁊ in vſus
licitos eorūdē fratrū (p̄ſertim i fabricā ⁊ re
ſtaurationē ſtructuraꝝ ⁊ edificioꝝ domoꝝ
fratrū eorūdē necnō manutētionē ſtudij ſa=
cre theologie ⁊ ſtudentiū i illa ſubſtētatiōe)
ꝯuertere debeāt ⁊ teneant̄ de ꝯſilio ⁊ aſſēſu
fratrū ⁊ capituli ꝯuent⁹ vel loci cui talia re
licta ⁊ legata ſūt/auctoritate dicti ḡnalis vl'
miniſtri ꝓuincialis etiā accedēte. Nōobſtā
tib⁹ ꝯſtitutiōib⁹ ⁊ ordiatiōib⁹ ap̄licis ac di
cti ordinis regularib⁹ inſtitutis et illoꝝ de
clarationib⁹: necnō iuramento ꝯfirmatione
ap̄lica vel quauis alia firmitate roboratis
ſtatutis/ꝯſuetudinib⁹/ceteriſq3 ꝯtrarijs q̄=
buſcūq3. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc
paginā nr̄e approbatiōis/decreti/volūta=
tis/ſtatuti ⁊ ordinatiōis infringere: vel ei
auſu temerario ꝯtraire. Si q̄s aūt hoc attē
ptare p̄ſumpſerit: indignationē oīpotentis
dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ ei⁹ ſe nouerit
icurſurū. Datū rome apđ ſctm̄ petrū Anno
icarnatiōis dn̄ice millesimo q̄drigēteſimo
ſeptuageſimo p̄mo p̄die kl'. martij. pōtifica
tus noſtri anno primo.

¶ Alexāder papa ſext⁹ ſequēdo ampliā
do ⁊ extēdēdo bullā ſubrepticiā Alexandri
quīti cōuētui de chāberiaco cōceſſam ꝓ re=
cipiēdis legatis relictis ⁊ elemoſinis ⁊ qui
buſcūq3 pecuniarū ſūmis/⁊ bonis alijs/per
eos ⁊ eoꝝ ꝓcuratores petēdis exigēdis tā
gendis ⁊ habendis conceſſam. ⁊ deinde ad
totā prouīciam ſancti bonauēture ſubrepti
cie extēſam ip̄am iterum male informat⁹ ⁊
ſubrepticie extendit ad prouinciam frācie.
Que tn̄ recepta non fuit nec admiſſa i ipſa
tota ꝓuincia frācie nec etiā a fr̄ib⁹ obediē
tie ⁊ obſeruātie regularis i prouincia ſācti
bonauēture q̄ nūc miniſtros ꝓuinciales de
ſuis hn̄t ſ3 viſo tractatu ⁊ queſtiōe mḡri Jo
hānis prim (ꝯtra tales ip̄etrationes ſubre=
pticias ⁊ dāpnabiles ⁊ eaꝝ occaſione tunc
tēporis oportune edito) repudiata fuit ⁊ ve
lut illegittima ⁊ falſa remāſit ſine effectu/
fr̄ib⁹ bonis ſui ſtat⁹ zelatorib⁹ ⁊ deū timēti
b⁹ tā de ꝯuētualib⁹ q̄ alijs id zelo dei ꝓcurā
tib⁹ ⁊ eiſdē bullis ſubrepticijs obſiſtētib⁹.

ALexander ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei
ad ꝑpetuā rei memoriā. Ea q̄
ꝑ nos ⁊ alios romanos pōtifi
ces p̄deceſſores nr̄os ꝓ ꝑſona
rū quarūlibet p̄ſertim ſub ſua
ui religiōis iugo degētiū cōmoditate ꝓui=
de cōceſſa fuerit libent̄ cu3 a nobis petitur
ad alia eiuſdē religiōis loca ⁊ ꝑſonas extē=
dim⁹ ⁊ ampliam⁹ ac de nouo ꝯcedim⁹ ⁊ alia
ſuꝑ hoc decernim⁹ ꝓut in dn̄o cōſpicim⁹ ſa
lubriter expedire. Dudū ſiquidē felicis re=
cordatiōis. Alexādro pape quinto p̄deceſſo
ri nr̄o ꝓ ꝑte tūc gardiani et fr̄m domus de
chāberiaco ordinis fr̄m minorum. Oratio
napolitañ. dioceſis expoſitū ē q̄ nōnulli xp̄i
fideles antiquas pecuniaru3 ſūmas res et
bona alia eis ⁊ eoꝝ domui p̄fate annis ſin
gulis ſuꝑ reb⁹ ⁊ bonis ſuis exſoluēda tam
ꝓ āniuerſarijs q̄ ꝓ miſſis celebrādis ⁊ alis
is pijs ſuffragūs ꝓ ſuarū ſalute aīaru3 per
eos altiſſimo effūdēdis in eoꝝ teſtamentis
et vltimis volūtatib⁹ ac alias pias elemoſi
nas legare donare ⁊ erogare cōſueuerāt q̄
obſtātib⁹ ꝓhibitionib⁹ Canonū ⁊ ſtatutis
ac regula dicti ordinis eis recipere nō lice
bat. Idē p̄deceſſor eorūdē gardiani et fr̄m
in ea ꝑte ſupplicatiōib⁹ inclinatus eis vt le
gata relicta ⁊ elemoſinas hmōi. necnō quaſ
cūq3 pecuniarū ſummas res et bona alia q̄
eis tunc in futurū pia largitiōe fideliū per
quaſcunq3 ꝑſonas largiri erogari relinqui
⁊ legari cōtingeret vt p̄fert̄ (dūmodo res et
bona ip̄a mobilia forēt) ꝑ eos vel eoꝝ ꝓcu
ratores petere recipere exigere donare tā

gere vel habere ac in ſuos ad quos eroga
ta vel donata forent conuertere poſſent ꝑ-
ſonas indulſit. Et deinde nos ex certis cau
ſis indultum huiuſmodi ad miniſtrum fra
tres et prouinciam ſancti Bonauenture di
cti ordinis ſecundum morem ordinis eiuſ-
dem actiones et ſingulas domos ordinis
et prouincie predictorum etiam quas eos
pro tempore habere necnon bona immobi
lia q̄ eis largiri/erogari/relinq̄/⁊ legari cō
tingeret ꝑ alias nr̄as lr̄as auc͞te ap̄lica ꝑ-
petuo extēdim⁹ ⁊ ampliauimus. Et nichi-
lomin⁹ illa oīa ⁊ ſingula eis ⁊ eoꝝ domib⁹
ꝑdictis mō ꝑmiſſo etiā quo ad dicta imobi
lia bona cōceſſim⁹ ꝓut i ſingulis lr̄is ꝑdictꝫ
pleni⁹ cōtinetur. Cū aūt ſicut exhibita nobꝫ
nuꝑ ꝓ parte dilectorū filioꝝ miniſtri ⁊ fra
trū prouincie frācie dicti ordinis ſm̄ morē
ordis eiuſdē petitio cōtinebat ꝙ ipſi cupiāt
ſingulas lr̄as indulta ⁊ cōceſſiōes hm̄ōi ad
eos ac omnes ⁊ ſingulas eoꝝ domos pro-
uincie frācie hm̄ōi extēdi ⁊ ampliari ꝓ ꝑte
miſtri ⁊ ⁊ fratrū ꝓuincie frācie ꝑdictoꝝ no
bis fuit hūilr̄ ſupplicatū vt lr̄as īdulta ⁊ cō
ceſſiōes hm̄ōi etiā ad eos ipſorūq; domos
extēdere ⁊ ampliare ac alias ſtatui eoꝝ in
ꝑmiſſis oportune ꝓuidere de benignitate
ap̄lica dignaremur. Nos igit̄ miſtrū ⁊ ſin-
gulos ex ffrib⁹ frācie hm̄ōi a q̄buſcūq; excōi
catiōis ſuſpēſiōis ⁊ interdicti aliiſq; ſentē-
cijs cēſuris ⁊ penis a iure vel ab hoīe q̄uis
occaſiōe vel cā latis ſi q̄b⁹ q̄uolꝫ inodati ex
iſtunt ad effectū p̄ntiū dūtaxat cōſequendū
harū ſerie abſoluētes ⁊ abſolutos fore cēſē
tes hm̄ōi ſupplicationibus inclinati ſingu
las litteras īdulta et conceſſiones hm̄ōi cū
oīb⁹ ⁊ ſingulis in eiſdē lr̄is cōtētꝫ clauſulis
ad miniſtrum fratres ⁊ prouinciam frācie
predictos ⁊ omnes ⁊ ſingulas domos ordi
nis ⁊ eorū prouincie predictoꝝ etiā quas
eos ꝓ tp̄e hr̄e cōtigerit auctoritate predi-
cta tenore p̄ntiūꝫ i futurū extendimus pari
ter ⁊ ampliamus ac illa omnia et ſingula
eis et eorum prouincie ac illorum domib⁹
predictis etiam in futurū vt prefertur ha
bendis modo et forma predictis ſimili au-
ctoritate concedimus. Decernētes eos eo-
rūq; domos ac prouinciā ⁊ ffes predictos
de cetero illis omnibus ⁊ ſingulis vti potiri
⁊ gaudere libere ⁊ licite poſſe in oībus ⁊ per
oīa ꝑinde ac ſi per ſingulas lr̄as predictas
⁊ eoꝝ prouincie illiuſq; domibus p̄fatꝫ pre
miſſa omnia et ſingula indulta et conceſſa
fuiſſent et quominus illis vti potiri et gau
dere libere et licite poſſint per quaſcun-
q; perſonas cuiuſcunq; ſtatus gradus or-
dinis/dignitatis/preeminentie/⁊ cōditio-
nis exiſtāt impediri aut alias ꝑmiſſoꝝ oc-
caſiōe moleſtari ſeu inquietari nullatenus
poſſe neq; debere. Nōobſtañ ꝑmiſſis ac cō-
ſtitutiōibus ⁊ ordinatiōib⁹ ap̄licis ſtatutis
quoq; ⁊ cōditiōibus ꝓuincie frācie ⁊ ordis
predictoꝝ iuramēto cōfirmatiōe ap̄lica vl̄
quauis firmitate alia roboratis: necnō oī-
bus illis que in ſingulis lr̄is predictis con
ceſſū fuerit nō obſtare ceteriſq; cōtrarijs q̄-
buſcunq;. Nulli ḡ ⁊c. Datū rome apud ſan
ctū petrū Anno dn̄i. M.cccc.xcix. iiij. kl̄s ſe
ptembris. Pontificatus nr̄i. Anno octauo.

¶ Nicolaus. v. cōcedit formā circa cu
rā monialiū ſctē clare earūq; ab batiſſe ele-
ctionē: ſinglares grās ſcillis ſiue mlierib⁹
aut ꝯuerſis eiſdē obſeq̄ntibus concedendo

N Icolaus ep̄us ⁊c.
Ad futurā rei memoriam. Di-
gna reddimur attentione ſol-
liciti vt admittendis earū vo-
tis beniuolum imparciamur
aſſenſum que illecebris mundanis ac mor
talis viri thoro propulſis in illius qui ſpe
cioſus eſt pre filijs hominum beneplacitis
ſub regulari obſeruācia laudabiliter ꝯuer
ſantur hinc eſt ꝙ nos cupientes vt vniuer
ſa et ſingula monaſteria ⁊ loca monialium
ſeu ſororum ordinis ſancte Clare ſācti Da
miani vel minoriſſarum illarumq; perſone
que ſub cura ⁊ regimie fratrū or. mi. de ob
ſeruācia nuncupatoꝝ degūt ac illoꝝ perſo
ne q̄ in ipſis monaſterijs ⁊ locis q̄ ſicut acce
pimus ſub regulari obſeruātia dicti ordis
ſācte clare altiſſimo iugiter famulātur eo
feruētius ⁊ deuotius diuinis obſequijs ſe
coaptēt quo ſe ꝑ nos et ſedē ap̄licā ſpecia-
libus gracijs munitas fore cōſpexerint di-
lecti filij Jacobi de primadicis ꝓfeſſoris ⁊
generalis vicarij domoꝝ ⁊ ordinis obſer-
uantie eorundē in citramōtanis partibus
cōſiſtentiū ſupplicatiōib⁹ inclinati auc͞te a-
p̄lica preſenti perpetua irrefragabili con-
ſtitutiōe ſtatuimus ⁊ ordinamus ꝙ i āte a
perpetuis futuris temporibus omnia ⁊ ſin
gula monaſteria domos et loca ordinis ſā
cte clare predicta per abbatiſſam ſeu ma-
tres monialium quarū videlicet ſingulorū
monaſteriorum domoꝝ ⁊ locorū predicto
rum ſingularium abbatiſſarum ſeu matrū
monialium electiōes q̄ ſi a maiore ꝑte ea-
rū numero dūtaxat facte fuerint canonice
cenſeantur ad ipſoꝝ monaſterioꝝ domoꝝ
ſiue locoꝝ moniales aut ſorores ordinem
ipſm ꝓfeſſas ⁊ q̄ ꝑ triēniū vel circa in ipſis

monaſteriis moram traxerint ſpectent ⁊ pertineant. ac predictarum abbatiſſarum ſeu matrum monialium dignitates vel officia hmōi per annū tantum durēt: tēpore q̄ illo decurſo etiā ſi iuſtas renūciatiōes nō fecerint vacēt ac vacare cēſeant regantur ⁊ gubernent ac regi et gubernari debeant: necnon omnes ⁊ ſingule nūc pn̄tes videlicet in fine anni a datis pn̄tium: future vero a die electionis earum computādi regiminī ⁊ adminiſtrationi monaſterioꝝ domoꝝ ⁊ locorum ſuoꝝ in vicarioꝝ prouincialium prouinciarū eiuſdem ordinis ffm minoꝝ de obſeruantia in q̄bꝰ loca ⁊ monaſteria ipſa conſiſtunt vel ſaltē viſitatoꝝ monaſterij domorum ſeu locorum predictoꝝ p eoſdē vicarios in congregatione ffm deputandoꝝ ⁊ ad id ab eiſdem vicariis poteſtatē habentium manibꝰ ac in pn̄tia ſoroꝝ ſeu monialiū ſeu monaſteriorū ſeu locorū hmōi ad id ſpecialiter vocatarū ſub excoicationis pena quā ſecus facientes incurrāt ipſo facto renūciare cetere litteras quorum litteras ⁊ claues monaſterioꝝ ⁊ officinarum reſtituere teneantur ⁊ ſint aſtricte. Q̄q̄ moniales et ſorores p̄dicte niſi de vicarij vel viſitatoris huiuſmodi expreſſa licentia aliquā ad religionem vel profeſſionē recipere ⁊ niſi a prefato vicario ſeu viſitatore p ydoneo reputatus fuerit in earū capellanū aliquē recipere ſeu receptū tenere preſumat. ¶ Preterea omibus ⁊ ſingulis mulieribꝰ dictis monialibꝰ ſeu ſororibꝰ ſeruiētibus aut pro eis elemoſinas querētibꝰ pn̄tibus et futuris q̄ quociēſcūq̄ pro pte abbatiſſarū hmōi requiſite fuerint earū monaſteria cū cōſilio diſcretarū intrare nōnunq̄ etiā in precipuis ſolēpnitatibꝰ p ipſarum conſolatione (licentia tamen prius p eas deſuper a vicario prouincie obtenta) cū ipſis monialibus vel ſororibus comedere. Q̄q̄ confeſſor monialiū ſeu ſororum hmōi vel alius frater eiuſdem ordinis ad hoc per vicarium puīcie hmōi p tēpore deputatꝰ l olbꝰ ⁊ p oia iuxta formā ⁊ tenores priuilegiorum ac conceſſionū eiſdē monialibus vel ſororibus eis quo ad ipſaꝝ pſonas deſup a ſede predicta ſeu alias quōlibet conceſſorū in omibus preterq̄ dicte ſedi caſibus reſeruatis quociēs fuerit oportunum ipſarū ſeruiētiū confeſſionibus diligenter auditis eis p cōmiſſis exceſſibus criminibus et delictis debitam abſolutionem impendere et iniungere penitentiam ſalutarem. Nec non ipſas ſeruientes ſi id humiliter petierint a quibuſcūq̄ excōmunicatiōis ſuſpēſionis ⁊ interdicti aliiſq̄ ſententiis cenſuris et penis eccleſiaſticis q̄bus pro tempore inodate fuerint in forma eccleſie conſueta iniūctis ſibi pro modo culpe penitentia et aliis que tunc fuerint iniūgenda abſoluere eiſq̄ eucariſtie ſeu extreme vnctionis ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare libere ⁊ licite. dyoceſanorum locorum ac rectorum parrochialium eccleſiaꝝ et cuiuſcūq̄ alterius licentia ſup hoc nullatenus requiſita auctoritate apoſtolica tenore pn̄tium indulgemus. Non obſtantibus felicis re. Clementis pape quinti predeceſſoris noſtri et quibuſuis aliis apoſtolicis conſtitutionibus. necnon monaſteriorum et ordinis ſancte clare predictorum iuramento confirmatione apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis. Priuilegiis q̄q̄ et indulgenciis ac litteris apoſtolicis ipſis ordini ſācte clare ⁊ monaſteriis ſub quacunq̄ verborum forma in ſpecie ſeu genere per ſedem eandem alias quomodolibet conceſſis. quibus omnibus eorum etiam ſi de illis eorūq̄ totis tenoribus de verbo ad verbum preſentibus habenda foret mētio ſpecialis illis alias in ſuo robore permanētibus quo ad premiſſa derogare intēdimꝰ et expreſſe derogamus per preſentes ceteriſq̄ contrariis quibuſcūq̄. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginaꝫ noſtrorum ſtatuti ordinationis. conceſſionis. intētionis. derogationis. infringere vel ei ⁊c. Si quis autem ⁊c. Datum rome apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis dn̄ice. 1447. Nonis marcij. Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Alexander papa ſextus diſpenſat. et concedit confeſſoribus monialium. de familia poſſe ex rationabili cauſa ingredi earūdem monaſteria.

¶ Dilectis filiis generali ac prouincialibus vicariis ordinis minorum de obſeruātia nuncupatorum in partibus vltramontanis commorantibus.

¶ Alexander papa ſextus.

Dilecti filii ſalutē et apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis fecerunt dilecte in chriſto filie abbatiſſe et moniales monaſteriorum ordinis ſancte clare in partibus illis conſtitutoꝝ q̄ licet per ipſarū regulam concedatur expreſſe q̄ confeſſores per vos eiſdem pro tempore deputati neceſſitate adueniente pro adminiſtrandis ſacramentis eccleſiaſticis poſſint competēti ſocietate comitati

clauſuras eorũdẽ monaſteriorum ingredi.
quia tamen interdum accidit aliquas mo=
niales ipſorum monaſteriorum diutina in=
firmitate detineri ꝛ quandoqꝫ ꝑ annum aut biẽ=
niũ ita morbo laborare vt pro receptiõe ſa
cramentorum nõ poſſint ad cõmunem cra=
tem accedere ſpirituali ꝓpterea cõſolatiõe
(illa preſertim qua cetere moniales q̃ in re
ceptione eucharistie quītodecimo die recre
antur) oino carent cũ ↄfeſſores ṗdicti ex eo
ꝙ dicte moniales ĩ extrema neceſſitate aut
mortis articulo cõſtitute nõ ſint abſqꝫ con=
ſciencie ſcrupulo ꝓ eaꝝ viſitatiõe ꝛ admi=
niſtratione ſacramẽtoꝝ clauſuras interio=
res eorũdẽ monaſterioꝝ ingredi nõ audẽt.
Quare nobis eedem abbatiſſe et moniales
ſupplicare hũiliter curarũt vt dignaremur
ſpũali conſolationi (infirmarũ preſerti mo=
naliũ) circa hoc paterna benignitete cõſu=
lere. Nos religioſarum perſonarum (fragi
lioris preſertim ſexus) votis vt eo feruen=
tius diuino famulatui inſiſtãt q̃tũ cuꝫ deo
poſſum⁹ benigne annuẽtes. hmõi ſupplica
tionib⁹ inclinati vobis vt ffribus ſeu cõfeſ=
ſoribus ꝑ vos ꝓ tempore deputatis vt mo
naſterioꝝ monialiũ earũdẽ que veſtro re
gimini et adminiſtrationi imediate ſubijci
untur pro eiſdem cauſis et alijs rationabi=
libus interdum occurrentibus pro tempo=
re (prout vobis ſecundum deum expedire
videbitur) clauſuras interiores ĩgredi poſ
ſitis ꝛ moniales predicte portam maiorem
aperire licite valeant auctoritate apoſtoli
ca licentiam concedimus pariter et indul=
gemus. Non obſtantibus conſtitutionib⁹
et ordinationibus apoſtolicis ceteriſqꝫ in
contrarium facientibus quibuſcunqꝫ. Uo=
lumus inſuper ꝙ preſentium litterarũ trã
ſumpto manu publici notarij ſubſcripto et
alicuius prelati eccleſiaſtici ſeu perſone in
dignitate conſtitute ſigillo munite plena ꝛ
indubia fides adhibeatur. Datum corneti
ſub anulo piſcatoris die decimaſexta nouẽ
bris M.cccc.xciij. Pontificat⁹ noſtri Anno
ſecundo.

¶ Idẽ alex. papa. vi. ↄcedit ſeu diſpenſat cũ
monialib⁹ ſctẽ clare circa ſcalã ꝛ portã ꝓut
hic hr̃: iꝫ poſtea nũc ꝑ ĩfraſcripta ĩ vltia ꝑte
ſtatuta earum auctoritate apoſtolica robo
rata etiam prouiſum eſſe ſuper hoc cõgru
entius videatur pro oĩbus de ordine ipſo.

¶ Alexander papa ſextus.

Dilecte filie Sa=
lutem et apoſtolicam benedi
ctionem Exponi nobꝫ fecit di
lectus vicarius gñalis ordĩs fratrum mi=
noruꝫ regularis obſeruãtie vltramõtanus
ꝙ licet inter primeua inſtituta regularis
ordinis ſãcte clare ſeu illoꝝ modificatiões
que a ſede apoſtolica emanarũt inter alia
caueatur expreſſe ꝙ in quolibet monaſte=
rio monialiũ veſtri ordinis vnũ tantũ oſtiũ
habeatur ad intrandũ clauſtrum ꝛ exeun=
dum cũ oportunũ fuerit in quo nullum ſit
oſtiolũ vel feneſtra et illud fiet in ſublimio
ri parte monaſterij q̃tum fieri poſſit cõue=
nienter itaqꝫ ad ipſum oſtiũ per ſcalã leua
toriam aſcendatur: que ſcala per cathenaꝫ
ferreã ex parte ſoroꝝ ſtudioſe ligata ꝛ com
pletorio dicto vſqꝫ ad primam ſequentis
diei et tempore diurne dormitionis et viſi
tationis ſuſpenſa ſtare debeat niſi interdũ
aliud euidens requireret neceſſitas vl' vti
litas manifeſta Et propter neceſſitates ali
quando imminentes que non poſſent per
ſupradictum oſtium vel rotam commode
expediri in eiſdem inſtitutis ſeu modifica=
tionibus permittatur ꝙ aliud oſtium infe
rius ĩ loco decenti in monaſterijs fieri poſ
ſet per quod ceteris temporibus intromit
terentur vel remitterentur que forent op=
portuna Quod quidem continue eſſet cla=
uibus ferreis ſeris ꝛ repagulis communi=
tum et muro a parte exteriori muratuꝫ ita
vt non poſſit aliquatenus aperiri vel per=
ſona inde loqui ꝛ ipſarum neceſſitatũ tem
pore murus ipe dirui et oſtium ipſum ape
riri deberet: ꝛ tunc apertum teneri q̃tomi=
nuus fieri poſſet (ſub tamen fida cuſtodia)
expeditiſqꝫ neceſſitatibus clauibus ſeris ꝛ
repagulis extrinſecus remuraretur prout
in eiſdem inſtitutis ſeu modificationibus
plenius dicitur contineri Nichilominus
ordinationes et modificationes huiuſmo=
di quo ad oſtium habendum in ſublimi lo=
co monaſteriorum eorundẽ cum ſcala leua
toria et quo ad clauſuram oſtij inferioris
muro a parte exteriori remurandi cum ex
pediret non fuerant monialibus vtiqꝫ re=
cepta ꝛ ad miſſa nec hacten⁹ obſeruata du
bitatiſqꝫ ne propterea ſit veſtra onerata
conſcientia ne ve dicatur vos in ea parte
inſtituta predicta non obſeruare. Paci igi
tur conſcientiarum veſtrarum et fratrum
dicti ordinis minorum qui ad audiendas
confeſſiones veſtras deputati hactenus
fuerunt et pro tempore deputabuntur in
premiſſis volentes opportune prouide=
re vos et que pro tempore fuerint et in
futurum perpetuo erunt veſtrorum mo=
naſteriorum abbatiſſas et moniales ad

habendū in ſublimi parte monaſteriorum
cum ſcala leuatoria ⁊ aliud inferius muro
a pte exteriori clauſum obligatas hacten⁹
non fuiſſe nec eſſe in futurū ad inſtituto-
rum hmōi in ea parte obſeruationem non
teneri: et pro eo ꝙ oſtia ꝑdicta i dictis mo
naſterijs modo predicto hactenus non ha
bueritis nec i preſentiarū habeatis et i fu
turū nō habebitꝫ nullū ↄſciētie ſcrupulū ha
bere deq; in obſeruantia regule vr̄e in ea
parte moribus vtentium non recepta ⁊ nō
admiſſa notari non poſſe auctoritate apo-
ſtolica pn̄tium tenore declaramus: et pro
potiori cautela vobis quo ad habendum
oſtiū predictum de cetero in ſublimi parte
monaſteriorum veſtrorum cū ſcala leuato
ria et tenendum oſtium inferi⁹ muro a par
te exteriori muratum non teneamini. Lice
atq; vobis habere oſtiuꝫ qđ inſtitutis ſeu
modificationibus predictis vobis concedi
tur in ſublimiori parte monaſteriorum ve
ſtrorū in aliquo loco inferiori cōmodo ⁊ cō
uenienti et preter illud etiā aliud oſtiū ma
ius muratuꝫ a pte exteriori nō clauſuꝫ. Et
ne illud totum pro cuiuſlibet rei et perſone
intromiſſione aperiri oporteat in eo oſtio
lum paruum: que quidem ambo oſtia ſint
clauibus ſeris et repagulis alias iuxta in-
ſtituta predicta munita eadem auctorita-
te concedimus. Nonobſtantibus premiſ-
ſis ac conſtitutionibus et ordinationibus
apl̄icis ceteriſq; contrarijs quibuſcunq;.
Datum rome apud ſanctum Petrum deci-
cimo kl's Junij Anno milleſimo quadrin-
genteſimo nonageſimo quinto. Pontifica-
tus noſtri Anno tercio.

¶ Superſcriptio dicti breuis.

¶ Dilectis in xp̄o filiab⁹ vniuerſis ab-
batiſſis et conuentibus monaſteriorū mo-
nialium ſancte Clare vltra montes coſiſtē
tium et ſub cura et directione vicarij gene
ralis et fratrum ordinis minorum regula
ris obſeruantie degentium.

¶ Nicolaus papa quītus concedit bul-
las protectionis et conſeruationis deuotaꝝ
ſoroꝝ prime regule ord̄ ſctē clare mendicā
tiū reformatiōis btē colete in qua etiaꝫ al-
legatur qualiter ſub cura et obediētia fra-
trum minoꝝ de obſeruantia nuncupatorū
ab; obedientia et cura generalis miniſtri
minime exemptorum ſiue ſubſtractorum
viuebat ſub quorum regimine ſemꝑ ſtare
voluit ⁊ nō ſub alijs de obſeruantia ſiue fa
milia exemptis.

Nicolaus epiſco-
pus ſeruus ſeruorum dei. Di
lecto filio nobili viro Bernar
do de armāchiaco marchie ⁊
ꝑdriaci et caſtreñ comitatuū
comiti. Salutem et apoſtolicā benedictio-
nem Inter curas multiplices quib⁹ occur
rentium rerum negotiorumq; varietatib⁹
obſidemur illam attentius amplectimur
per quā regulares ordines et loca iugi ſā-
ctimonie ac diuino cultui dedita illorumq;
perſone in ſpiritu humilitatis dn̄o ſeruiē-
tes ſic ſolida ſtatus ſui ſecuritate fruantur
ꝙ ad vberiorem ſacre religionis propagi-
nem proſperis ⁊ votiuis continuo profice-
re valeant incrementis. Cum itaq; ſicut ꝓ
parte dilectarum in xp̄o filiarum vniuerſa
rum abbatiſſarū ſoroꝝ et conuentuuꝫ mo-
naſteriorum ordinis ſancte Clare ꝑ quon-
dam Coletā boelet eiuſdē ordinis ſororeꝫ
natione ambianeñ. aliquoꝝ ex ipſis mo-
naſterijs fūdatricē reformatoꝝ nobis nu-
ꝑ exhibita petitio ↄtinebat ꝙ ip̄e abbatiſſe
ſorores ⁊ ↄuētus q̄ ſub regulari obſeruan
tia ⁊ ꝑpetua clauſura ſcđm regulā eiuſdeꝫ
ſctē ac ſub profeſſoꝝ eiuſdē ordis ffm mio
rū de obſuātia nūcupatoꝝ a gn̄alis eiuſđ
minorū ordinis miniſtri ꝓ tp̄e exn̄tis ⁊ ꝓ-
uincialiū ſupioritate ⁊ obedientia minime
ſubſtractoꝝ cura ⁊ nichil ꝓpriū poſſidētes
de puris xp̄i fideliū elemoſinis q̄ ꝓ eis per
eoſdē ꝓfeſſores mēdicando q̄runt iuxta re
formatiōes fundatricis hmōi pro tempore
viuūt: vt a quibuſdā iniuſtis oppreſſionib⁹
et moleſtijs preſeruare vota ſua ſolidi⁹ et
attēti⁹ altiſſimo reddere valeāt tēporalis
bn̄ficij ꝓtectiōe idigere ꝙ maxie dinoſcant
⁊ ſicut eadē petitio ſubiūgebat ip̄e abbatiſ
ſe ſorores ⁊ ↄuēt⁹ te quē ad vtriuſq; dictoꝝ
ordinū magne deuotiōis zelū hēre ⁊ nō ſo-
lū in earū ⁊ monaſterioꝝ ſꝫ ēt ꝓfeſſoꝝ ꝑdi
ctoꝝ ac domoꝝ heremitorioꝝ ⁊ locoꝝ ſuo
rū opportūitatib⁹ bn̄factorē ꝓpiciū hacte
nus te exhibuiſſe nouerit ac q̄tidie exhibē
reꝝ oīm magiſtra expientia teſte ↄprobāt
ipaꝝq; ⁊ illoꝝ ꝓtectiōis volūtario ⁊ beniuo
lo affectu ſuſceptuꝝ eē nō ābigūt i ſuū huꝫ
legittiꝫ ⁊ ꝑpetuū patronū ⁊ ꝓtectorē ↄſtitui
feruēt exoptēt. Nos hmōi actiōes tuas lau
dabiles plurimū i dn̄o ↄmēdātes ipaꝝq; ab
batiſſaꝝ ſoroꝝ ⁊ ↄuētuū i hac pte ſupplica
tiōib⁹ iclīati te nō ſolū abbatiſſaꝝ ⁊ ſoroꝝ ꝓ
tp̄e exn̄tiū ac ↄuētuū necnō fūdatoꝝ ⁊ alioꝝ
ſi q̄ illis ↄformia i futuꝝ canōice fūdari ↄtige
rit moāſterioꝝ ſꝫ ēt ꝓfeſſoꝝ ſilr̄ ꝓ tp̄e exn̄tiū

domorum heremitoriorum ꝛ locorum pre-
dictorum ꝙdiu vitam duxeris in huma-
nis patronum procuratorem protectorem
et deffenſorem auctoritate apoſtolica teno
re preſentium facimus conſtituimus crea-
mus ordinamus et etiā deputam⁹ dantes
et cōcedētes tibi plenā ʒ liberā et omnimo
dā facultatē ac etiam poteſtatem contra ꝛ
aduerſus omnes et ſingulas tam eccleſia-
ſticas ſeculares et regulares ꝙ etiam lay-
cales perſonas que abbatiſſis ſororibus
conuentib⁹ monaſterijs profeſſoribus do-
mibus heremitorijs et locis predictis vel
alicui eoꝝ iniurias moleſtias offēſas vexa
tiones perturbationes inquietationes op
preſſiones et iacturas aut alia noxia et ꝑ-
iudicialia quelʒ indebite irrogauerint ſeu
irrogare voluerint aut quouiſmodo que-
ſierint cuiuſcunqꝫ dignitatis ſtatus gra-
dus ordinis preeminētie et cōditionis fue
rint per te aut quoſcūqꝫ a te deſuper ſubſti
tuendos in hijs videlʒ que ad auxiliū atti-
nent brachij ſecularis faciendi: gerēdi ex-
ercendi: et exequēdi oīa ꝛ ſingula que ve
ri et legittimi monaſterioꝝ ꝛ alioꝝ religio
ſorū pioꝝumqꝫ locorum quorſlibet ꝛ perſo
narum eorundem patroni ꝓcuratores, ꝓte
ctores ꝛ defenſores ſeculares facere: gere
re: exercere et exequi poſſunt et debēt tam
de conſuetudine ꝙ de iure Ceterum vt cir
ca hmōi patrocinationis miniſteriuʒ con-
uenientius et perfectius proficere valeas
quia ſepe ſicut ſpiritualis gladius ſine tē-
porali ita et temporalis ſine ſpirituali gla
dio coferre non pōt Uniuerſis ꝛ ſingulis lo
corum ordinarijs ꝛ alijs ſpūalē iuriſdictio
nem habentibus et habituris in partibus
videlʒ monaſteriorum domorum heremi-
toriorum et locoꝝ predictorum conſiſten-
tibus ꝛ conſiſturis haruʒ ſerie diſtricte ꝑ-
cipiendo madamus quatinus ipſi ſi ꝛ qñ ꝓ
premiſſis vel eorum occaſione oportuerit
et pro parte tua fuerint requiſiti aduerſus
quoſcunqꝫ iniuriatores offenſores moleſta
tores vexatores perturbatores inquieta-
tores ꝛ oppreſſores hmōi cēſuras eccleſia-
ſticas ꝓut iuſtum fuerit fulminare illoſqꝫ
per eas poſtpoſita appellatione compeſce
re ſtudeant et procurent. Non obſtantib⁹
conſtitutionibus et ordinationibus apo-
ſtolicis ac monaſteriorum domorum here
mitorioꝝ et ordinū ꝑdictorum iuramento
confirmatione apoſtolica vel quauis alia
firmitate roboratis ſtatutis et conſuetudi
nibus ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcunqꝫ aut
ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſe-
de apoſtolica ſit indultum ꝙ interdici ſuſ-
pendi vel excōicari non poſſit per litteras
apoſtolicas non facientes plenam et exꝑſ-
ſam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi
mentionem. Datum rome apud ſanctam
potentianā. Anno incarnationis dñice mil
leſimo quadringenteſimo quadrageſimo
octauo. decimo kl's nouembris. Pontifica
tus noſtri anno ſecundo Et erat ſic ſcriptū
in plica Gratis de mandato dñi noſtri pa-
pe. ¶ Item eadem die ſimul fuit expedita
alia bulla eiuſdem dñi Nicolai pape quin
ti incipit Decet et conuenit apoſtolicam ſe
dem in hijs potiſſimuʒ reddere propiciaʒ
et benignā ꝛc. In qua narratur qualiter ſā
cte vixit beata coleta boelet nationis am-
bianenſ. et a xl. annis citra ordinem ſācte
Clare nō mediocriter reformauit et ampli
auit monaſteriaqꝫ erexit et formam atqꝫ
modum ſancte viuendi tradidit ſororibus
ipſis ꝛ ordinationes ꝛ ſtatuta et alia fecit
et ordinauit que i dicta bulla approbātur
et confirmātur ꝛ que nuncuſqꝫ per dei gra
tiam curioſe a ſororibus ipſis reformatis
ſeruantur. Originalia iſtarum et aliarum
bullarum ad hec et tranſumpta deſuper
habentur in diuerſis monaſterijs ipſaruʒ
ſoroꝝ ꝓuinciarum Francie et ſancti Bo-
nauenture Ambianis ꝛ alibi.

¶ Conſeruatoria quedam dictarum ſo
rorū ſancte Clare ſub huiuſmodi reforma
tione beate colete degeñ. inhibens fratres
de obſeruātia ſiue familia poſſe ſe de illis
ſeu earum regimine intromittere ſed ſolū
generalem ꝛ ꝓuinciales miniſtros ꝛ viſita
tores earū de obediētia et obſeruantia re-
gulari exiſtentes.

Sixt⁹ eṗs ſeruus
ſeruorum dei Venerabilib⁹
fratribus Cameraceñ et Ca
ſtrieñ. epis ac dilecto filio de
cano eccleſie ſācti Donatiani
Brugeñ ꝛ Tornaceñ dioceſis Salutem et
apoſtolicam benedictionem. Hodie dilectʒ
filijs fratribus ordinis minorum de obſer
uantia nuncupatis ſub excōmunicationis
late ſententie pena quā contrafaciētes eo
ipſo incurrerēt et a qua non niſi a Roma-
no pontifice et preuia ſatiſfactione ꝓterꝙ
in mortis articulo conſtituti abſolui poſ-
ſent diſtrictius inhibuimus ne de cetero
iuriſdictionem ſeu ſuperioritatem aliquā
in moniales ſeu ſorores ſancte Clare per
quondam Coletam monaſteriorum dicti
ordinis in regno francie reformatricē ac

alias quaſcunqꝫ dicti ordinis ſancte clare
preſertim in dicto regno degentes exerce-
re nec de illis ſe intromittere etiam p̄textu
quarumcunqꝫ litterarum ap̄licarum ſeu pri
uilegiorum etiā ſub quacunqꝫ forma et ex-
preſſione verborum forſan eis conceſſaruꝫ
et impoſterum concedendoruꝫ quoquomo
do directe vel indirecte preſumerent ſꝫ ge
neralem et ꝓuīciales miniſtros ⁊ viſitato-
res ffm dicti ordinis minorum ſua poſſeſſi
one exercendi curam et ſuperioritatem hu
iuſmodi pacifice frui et gaudere permitte-
rent. et ſi aliquid ex monaſterijs monialiū
eiuſdē ordinis ſancte clare ſub cura ſua re
cepiſſent illud ſtatim omni excuſatione ⁊ di
latione ceſſantibus penitus et omnino eiſ-
dem generali et prouincialibus ac viſita-
toribus dimitterent. Quocirca diſcretioni
veſtre per apoſtolica ſcripta mandamꝰ qua
tinus vos vel duo aut vnus vr̄m ꝑ vos vel
alium ſeu alios litteras predictas ac om-
nia et ſingula in eis contenta vbi et quan-
do expedierit fueritiſqꝫ deſuper legittime
requiſiti ſolempniter publicantes ac eiſdē
monialibus et ſororibus in premiſſis effi-
cacis defenſionis auxilio aſſiſtentes nō per
mittatis eas contra tenorem litterarū pre-
dictarum per fratres de obſeruantia huiuſ
modi ſeu quoſuis alios ſuper iuriſdictione
et ſuperioritate prefatis quomodolibet im
pediri ſeu etiā moleſtari et illos quos pre-
miſſorum occaſione cenſuras et penas pre
dictas vobis incurriſſe conſtiterit illos li-
gatos eſſe publice nuncietis faciatis ꝙ ab
alijs nunciari et ab omnibus artius euita-
ri. Contradictores per cenſuram eccleſia-
ſticam appellatione poſtpoſita compeſcen
do inuocato ad hoc etiam ſi opus fuerit au-
xilio brachij ſecularis. Non obſtantibus cō
ſtitutionibus et ordinationibus apoſolicꝫ
ceteriſqꝫ ꝯtrarijs quibuſcunqꝫ aut ꝙ fratri
bus de obſeruantia prefatis vel quibuſuis
alijs communiter vel diuiſim ab apoſtoli-
ca ſede ſit indultum ꝙ interdici ſuſpendi
vel excommunicari nō poſſint per litteras
apoſtolicas non facientes plenam et exp̄ſ-
ſam ac de verbo ad verbum de indulto hu
iuſmodi mentionem. Datum Rome apud
ſanctum Petrum. Anno incarnatiōis do-
minice. Milleſimo quadringenteſimo octo
geſimo ſecundo. Tercio kalendas Iulij
Pontificatus noſtri Anno vndecimo.

¶ Alie etiā plures bulle ⁊ lit tere apo
ſtolice date a diuerſis ſummis pontificibꝰ
preſertim a domino Nicolao quinto Calix
to tercio. et Pio ſecundo reperiuntur in di
uerſis monaſterijs dictarum ſororum ſan
cte Clare mendicantium reformatiōis hu
iuſmodi ſororis Colete que ibidem cauſa
breuitatis obmittuntur. Date in ſubſidiū
et fauorem dicte reformationis et fratruꝫ
obedientie et obſeruantie regularis eiſdē
obſequentium et ſub quorum cura et regi-
mine (etiam diuina reuelatione premonita
vt aſſeritur) ſemper eſſe voluit et ſuas po-
ſteriores propter obedientie ſancte eorum
maiorem et perfectiorem ac regule ſancte
beatiſſimi patrꝫ noſtri Frāciſci diuinitus
date magis conformem ſtatum et cultum
imitandum deo et beato franciſco magis
acceptum vt dicebat aſſeruerunt fratres ⁊
ſorores qui et que cum ea vixerunt et con-
uerſati ſunt et mirandas eius virtutes et
miracula excellentiſſima et apertiſſima re-
ferunt. Cuius etiam reformationis et obe
dientie ſancte ſtatus ipſius ſanctitas ⁊ pu
ritas ac tanta et tam multiplex approba-
tio ſine vlla vnqꝫ legittia reprobatiōe vl re
uocatione continuata atqꝫ ipſius perſeue-
rantiam et continuum augmentum talia
a deo fuiſſe et horum veritatem manifeſte
ſatis arguunt et probant. In qua quidem
obedientia et ſtatu auditis rationibus eiꝰ
et poſt diuinum oraculum ipſam et dictos
fratres ſemper ſtare ⁊ perſeuerare monu-
it venerabilis et eximie ſanctitatis pater
fratrer Iohannes de capiſtrano qui fuit
vicarius vltramontanus ante eugenianaꝫ
immediate ſub generali ſcd̄m regule for-
mam ſine exemptione prout fuerat prede
ceſſor ſuus ſanctus Bernardinus q̄ poſtea
vcꝫ poſt dictam eugenianam datam ob ru
mores ſanctitatis et miraculorum ac ope
rum ipſius Colete ipſam in biſūtio perſo-
naliter viſitauit. Similiter et frater Iohā
nes de mauberto primus vicarius gene-
ralis ciſmontanis ſub eugeniana qui cum
eadem ſemper habuit ſocium ſuum cum
quo venerat ad obſeruantiam qui erat cō
feſſor dicte ſororis colete magiſter in theo
logia et vocabatur frater Petrus de ana-
libus alias de raius vir eximie perfectio-
nis que et alium habuit non minoris ſcien
tie et ſāctitatis qui vocabatur frater Hen
ricus de balma. Iſti ſupradicti diuerſis tē
poribus vicarij generales licet primum eā
dem et ſuos fratres et ſorores ad obediē-
tiam vicarioꝝ ſub dicta Eugeniana ⁊ con
ſilio conſtancieñ trahere ſatagerent tamē
poſt inſtantes orationes et vigilias atqꝫ
afflictiones auditis tandem rationibus eiꝰ

et ſdictoꝝ patrū cōfeſſoꝝ ⁊ ſocioꝝ ei⁹ eādē ⁊
ſuas ⁊ dictos ffes eidē obſeq̄ntes ſic ſtare ꝑ
ſeuerare non ſolum permiſerunt ſed etiam
monuerunt et confeſſi ſunt ipſum ſtatū di=
ctorum fratrum obedientie regularis ſta=
tui ſuo de familia certiorem atq; perfectio
rem eſſe; vt aſſerunt tam fratres q̄ȝ ſorores
vita et fama non mediocres qui tunc tem=
poris cum eadem fuerunt ⁊ vt rei effectus
finaliter poſtea ſatis probauit qꝛ ambo re
feruntur a fide dignis tandem in ipſa obe=
dientia regulari miniſtrorum vitam fini=
uiſſe licet cum ipſis de familia quos alias
rexerant ſint ſepulti ſicut ⁊ ſanctus Bernar
dinus qui duobus annis ante Eugenianā
in obſeruantia et obedientia regulari mi=
niſtrorum defunctus fuit licet corpus eius
ſit cuȝ illis quos antea rexerat ⁊ qui modo
ſunt alterius familie et obediētie licet ma
ior pars ipſorum de familia contrariū cre
dat et aſſerat ac teneat male informa=
ta. Nam dictus de capiſtrano recepto vno
fratre pro ſocio ſuo a dicta ſorore Coleta
et ſuis ad partes Saxones et hungarie
acceſſit et ibidem plura loca et conuentus
ſub obediētia regulari miniſtrorum edifi=
cauit et reformauit. Quorum aliqui ad fa
miliam tranſierunt alij vero vſq; ad hec tē
pora ſub regulari obedientia generalis
et prouincialium miniſtrorūȝ in vera obſer
uantia regulari perſeuerāt. Dictus quoq;
pater beatus frater Johannes de capiſtra
no poſt glorioſam victoriam ſuper turcos
cum ſuis fratribus habitam tandem in
partibus illis vitam finiuit. Jſta igitur vni
uerſalis ⁊ generalis diuiſio orꝰ et exēptio
ſiue ſeparatio ipſorum de familia quo ad
obedientie formaȝ non incepit tempore ꝑ=
moruȝ fundatorum obſeruantie regularis
in partibꝰ vltramontanis videlicet fratris
Paulutij de fulginio conuentus brulliani
prouintie ſancti Francíſci nec tempore ſā=
cti bernardini primi vicarij generalis eo=
rum nec tempore vicariatus dicti fratris
Johannis de capiſtrano ſed tempore vica
riatus ſucceſſoris eius fratris Jacobi de
primardus de bononia vt clari⁹ patet per
diuerſas bullas Eugenij quarti ſuper hꝰs
tempore ipſorum vicariorum datas. Pro=
curante etiam vt fertur fratrē Alberto de
ſarciano ⁊ alijs ſancto Bernardino et opi=
nioni eius aduerſarijs eo q̄ elegiſſet fra=
trem Anthonium de ruſconibus in gene=
ralem miniſtrum et non ipſum fratre Al=
bertuȝ Et qꝛ ſub regulari obedientia mini
ſtrorum iuxta regule formam ſine quacūq;
exemptione vſq; ad finem vite ſemper ſta=
re voluit quam et ſuis ſermonibus in ter=
tio opere ſuo tantū commendauit. Et ideo
videtur q̄ illi ſoli de ipſorum primorū ſan
ctorum fundatorum et ſancti. P. noſtri
Franciſci primi et precipui fundatoris
familia et obſeruantia regulari dici de=
berent qui ipſorum et regule obedientiā ⁊
obſeruantiā ſine exemptionibꝰ purius ſe=
quuntur iuxta modum ⁊ formam ipſorum
fratrum antiquioris et prime obſeruantie
regularis ſub miniſtris. Quibus et nunc
ab aliquibus additum eſt nomen reforma
tionis eo q̄ ipſi indies alios cōuentuales
quos nunc in diuerſis prouincijs ſuperant
et regunt pacifice et ad verum reformant
et ex eiſdem reformatis numerus eorum
quotidie augeatur facto hec et ꝑ probā=
tes regule noſtre ſancte et prouiſionum
ipſius atq; remediorum ſufficientiam con
tra relaxatos prelatos et alia quecunq; im
pedimenta.

**Huius Secunde par
tis tractatus ꝑmi finis
(auſpice deo) adeſt: cui⁹
quidem continentiā pre
poſitā huic parti ſūma=
rium ambobus tractati
bus accomodū ſeriatim
luculenter indicat.**




O q̄ pulchꝛa polo. reſidere maria pꝛobaris
Que tā pulchꝛa ſolo. mãib⁹ depicta paris
O regina poli: mater gratiſſima pꝛoli
Spernere me noli: me commendo tibi ſoli.

¶ Secunde partis pꝛincipalis tractatus ſecũdus. De pꝛiui legijs et regulis autenti catis triũ oꝛdinũ bea ti Franciſci.



Seraphici quicũqꝫ legis/ patris acta pꝛecare
Numine ab vtroqꝫ/ vt deferat auctoꝛ opem


Niſi granum frumenti cadēs in terram mortuū fue
rit ipſū ſolū manet ⁊c̄. Jo. xij. Qui vult venire poſt
me abneget ſemetipſū et tollat crucē ſuā et ſequatur
me. Mat. xvj. Itē Mat. xj. Venite ad me oēs qui la
borat, et honerati eſtis et ego reficiā vos. Tollite iu
gū meū ſuper vos et diſcite a me quia mitis ſum et
humilis corde: et inuenietis requiem animabus ve
ſtris. Jugum enim meū ſuaue eſt, et onus meū leue
⁊c̄. Hec dixit dñs iheſus dilectis imitatoribus ſuis.
Qui appoſuerit ad hec
apponet deus ſuper il
lum plagas: ⁊ qui di
minuerit auferet deus.
partē ei⁹ de libro vite
et de ciuitate ſācta ⁊c̄.
Apocalip. vltimo.
Quicunq; hanc regulam ſecuti
fuerint, pax ſuper illos ⁊ miſe
ricordia. ⁊c̄. Ad galathas. vj.
Quicunq; obſeruauerit hec in celo repleat be
nedictione altiſſimi pr̄is celeſtis ⁊ in terra re
pleat būdictiōe dilecti filij ſui cū ſctiſſimo
ſpū paraclito ⁊ oib⁹ virtutib⁹ celor ⁊ oib⁹ ſ
ſctis. Et ego frater frāciſc⁹ paruul⁹ veſter
ſeru⁹ quātūcūq; poſſū cōfirmo vobis intus
et foris iſtā ſctiſſimā būdictionem am.
De verbor ſig. ca. Exijt. li. vj. Hi ſūt il
li⁹ ſctē regule pfeſſores q̄ euāgelico fū
dat eloquio vite xp̄i roborat exēplo fun
dator militātis eccl'ie apl'or ei⁹ ſermo
nib⁹ actibuſq; firmat. Hec ē apd deū
patrē mūda ⁊ imaculata religio q̄ de
ſcēdēs a pr̄e luminū p ei⁹ filiū exēpla
rit ⁊ verbalit apl'is tradita ⁊ demū per
ſpm̄ ſcm̄ btō frāciſco ⁊ cū ſeqntib⁹ iſpi
rata toti⁹ i ſe quaſi cōtinet teſtioniū tri
nitatis. Hec ē cui atteſtāte paulo nemo
de cetero debet eſſe moleſtus quā xp̄s
paſſionis ſue ſtigmatibus confirma
uit volēs inſtitutorem ipſius paſ
ſionis ſue ſignis notabiliter in
ſigiri. Hec Nicolaus papa
iij. vbi ſupra.
Regla et vita minor frr̄ hec ē ſcīl dn̄i n̄ri ieſu xp̄i ſctm̄ euāgel. obſua
re viuēdo in obediē tia ſine p̄ prio et i ca ſtitate. frāciſc⁹ pmittit obe dientiā. ⁊c̄.
Ihs xp̄s
Approbatores regle
honorius 3⁹
gregorius 9⁹
nicolaus 3⁹
innocēti⁹ 4⁹
alexander 4⁹
Gloria minor fratrū egenor ſalue frāciſce.
Conſerua tuorū ſtatū filiorū pater franciſce.
Būdic iſtorū gregi puſillor dulcis frāciſce.
O fōs pfeſſor vita pfcōr nos iuua frāciſce.
Reforma cūctorum ſtatus deuotorum nos au
ge franciſce.
Eſtus viciorū virus peccatorū dilue frāciſce.
Stigmatum ſacrorum ſigna mirandor oſtē
de franciſce.
Datori bonorum vt gregi ſanctorum iunga
mur franciſce.
In regno celor. choro āgelor cōcede frāciſce.
Amen.

## ¶ Incipit autenticatio principalium priuilegiorum regularum triū ordinū beati Franciſci per vnū ex cōſeruatoribus eorū autēticatorū cū fulminatione proceſſus deſup ad ea vbiqꝫ exequendū ⁊ ſeruari faciendū vigore illius clauſule quatinus per vos aut alium ſeu alios ⁊c.

In noīe Sāctiſſime ac indiuidue trinitatis prīs ⁊ filij et ſpūs ſancti Amen. Reuerendiſſimis ac reuerendis in xpo patrib⁹ et dominis dominis dei ⁊ apoſtolice ſedis gratia patriarchis Epiſcopis/eorumqꝫ ⁊ cuiuſlibet ipſorū in ſpiritualibus et temporalib⁹ Uicarijs ſeu officialibus generalibus ac/ Abbatibus quibuſcūqꝫ/necnō veneralib⁹ et circūſpectis viris dn̄is quarūcūqꝫ parrochialiū eccleſiarū Rectoribus ſeu loca tenētibus eorūdē per vniuerſas mūdi partes ⁊ puītias cōſtitutis/⁊ eoꝝ cuilibet iſolidū Oibuſqꝫ alijs ⁊ eoꝝ ſingulis quorum intereſt intererit i intereſſeqꝫ et quē ſeu quos infraſcriptū tāgit negociū ſeu tangere poterit quomodolibet in futurū/etiaʒ cōiter vel diuiſim quibuſcūqꝫ nolbus cenſeant ⁊ quacūqꝫ pfulgeāt dignitate ſeu auctoritate

uintiales ordis tui ꝑ ſedẽ apoſtolicã depu
tati aliquoꝝ in hac ꝑte ſuoꝝ cõplicũ ſufful
ti potẽtia nõ iuxta obſeruãtiã regularẽ ac
inſtituta ordinis p̃dicti: ſed tirãnice ac ma
liuole prouincialatus officia ꝑ ſedẽ apoſto
licã eis decreta exercere nõ verẽtur. Unde
vigor regularis non mediocriter lenteſcit
hmõi ⁊ in eodẽ ordine ſcandala ſuſcitãtur
vt plurimũ ac etiã aiaꝝ diſpẽdia ꝓcurant̃
Nos volẽtes huic morbo vt tenemur ↄgruo
ſubuenire antidoto/ac trãſgrediẽtiũ auſ⁹
hmõi refrenare/tibi i hmõi: ⁊ quoſcũq ali-
os miſtros ꝓuītiales dicti ordinis etiã ſi
fuerit ꝑ eãdẽ ſedẽ deputati ac deputãdi q̃
officia p̃dicta iuxta obſeruãtiã ⁊ iſtituta p̃-
dicta ⁊ alias debite nõ exercuerit: aut cir-
ca illa negligẽtes extiterit ſeu remiſſi ꝓuia
ratione quotiẽſcũq tibi videbitur ⁊ opor-
tunũ extiterit auctoritate nr̃a deponendi ⁊
deſtituẽdi ⁊ alios eiuſdẽ ordinis ꝓfeſſores
ſciẽtia ⁊ vita approbatos in regulari obſer
uãtia hmõi ⁊ lege dñi eruditos loco depo-
ſitoꝝ ſeu deponẽdoꝝ ꝑ te p̃dictoꝝ in predi
ctis ꝓuintijs in ꝓuinciales miniſtros ſm̃
morẽ ordinis p̃dicti cõſtituẽdi ⁊ deputãdi
Super quib⁹ etiã tuã ↄſcientiã oneramus
Qui quidem deputandi omia ⁊ ſingula ge
rere exercere ꝓſequi et facere poſſint q̃ ad
ꝓuincialat⁹ hmõi ꝓuincie ſeu ꝓuinciaruz
ſpectat officiũ ⁊ q̃ ꝓuinciales miniſtri earũ
dẽ ꝓuintiaꝝ qui fuerũt ꝓ tempore gerere
exercere ⁊ ꝓſequi ⁊ facere licite potuerunt
ſeu etiã poterunt: ſeu etiã debuerũt. Ac mã
dandi vniuerſis ⁊ ſingulis quoꝝ intereſt vt
eiſdẽ miniſtris ꝓuīcialib⁹ quos deputaue
ris. in his q̃ ad hmõi ꝓuintialatus ſpectãt
officiũ plene pareãt ⁊ intendãt. Contradi-
ctores quoq ⁊ rebelles cẽſura eccleſiaſtica
et alias iuxta inſtituta p̃dicta cõpeſcendi
auctoritate predicta vſq ad nr̃m benepla
citũ plenã ⁊ liberã tenore p̃ntium concedi
mus facultatẽ. Nos eñi penas ⁊ ſentẽtias
quas rite tuleris in rebelles faciemus au-
ctore dño vſq ad ſatiſfactionem cõdignaz
inuiolabiliter obſeruari. Datũ luce quarto
decimo kalendas ſeptembris Pontificat⁹
nr̃i. Anno decimo Oldradus. v. Gregorij ꝓ
Armando in. v. de piſtorio.

¶ Eugenius quartus reponit oẽs ⁊ ſingu
los fratres ordinis minorum preſertim cõ
uẽtus ſancti ſpũs in termino muri veteris
de tullio ⁊ pariſieñ qui p̃textu priuilegioꝝ
vniuerſitati pariſienſi conceſſorũ ſe de cor
pore ſtudij eſſe dicẽtes ab obĩa miniſtroꝝ
et aliorũ officialiũ ordinis ſe retrahere co
nãtur et alios quoſcũq cuiuſcũq conditio
nis ⁊ grad⁹ exiſtãt eorũq cõuentus dom⁹
et loca vbicũq cõſtituta ſub obediẽtia: ⁊ iu-
riſdictiõe gñalis miniſtri ⁊ alioꝝ ab eodez
deputandorũ miniſtrorum iuxta regule ac
ꝓfeſſionis ſue ⁊ ſtatutorũ ordinis formaz.

**Eugenius** epiſcopus ſeruus ſer
uoꝝ dei Dilecto filio
Fratri Guillermo de caſali ſacre pagine
profeſſori ordinis minoruz generali mini-
ſtro. Salutẽ ⁊ apoſtolicã benedictionẽ. Ad
ea que religionis augmẽtũ religioſorumq
ordinũ cõſeruationẽ cõcernunt intẽdentes
illa libẽter fauore ꝓſequimur oportũo Sane
cũ ex inſtitutiõe regule bti Frãciſci vniuer
ſi eiuſdẽ ordinis fratres vnũ ex fratribus
dicte religionis teneant̃ ſemꝑ habere ge-
neralẽ miniſtrũ ⁊ illi firmiter obedire et fi-
de digna relatione intellexerim⁹ quoſdam
dicti ordinis cõuẽt⁹ pretẽtis quibuſdã pri-
uilegijs alijſq excuſationib⁹ preſertim cõ-
uentum ſancti ſpiritus in termino muri ve
teris in valle que dr̃ de tullio dicte valenti
nenſis: et iuxta dicti ordinis morez prouin
tie arragonie ſe ab tua obedientia ſubtra-
here ꝓut idẽ cõuentus certo tempore ſub-
traxit atq de cõuentu pariſieñ intellexeri
mus ꝙ nonnulli in eo degentes pretextu

priuilegiorū apoſtolicorū vniuerſitati pariſieñ cōceſſorū ſe de corpore ſtudij eſſe dicētes ab miniſtrorū ⁊ aliorū officialiū ipſi⁹ ordinis obediētia ſe retrahere cōnētur: decenſq; et rationabile exiſtimemus nullum fore q̄ a regula tam ſalubriter inſtituta et quaꝫ oēs tenētur obſeruare ſe ſubſtrahat Idcirco omēs et ſingulos dicti ordinis fratres cuiuſcūq; gradus ⁊ cōditionis exiſtāt et quibuſcūq; noībus cenſeantur eorūq; cōuētus domos ⁊ loco vbicūq; cōſtituta. Nec non pſonas ipoꝝ vbicūq; reperiātur vł in ſuis cōuentibus ⁊ locis: vel extra ⁊ preſertim cōuentus p̄dictos ſancti ſpūs in termino muri veteris ⁊ pariſieñ obedientie ſubiectioni ⁊ iuriſdictioni tue ſecundū formaꝫ regule et pfeſſionis ipoꝝ ſtatutorūq; einſdē ordinis tā a pontificibus romanis q̄ꝫ a generalibus emanatoꝝ ſubmittentes plenariā tibi ⁊ p te deputādis obedientiaꝫ in cunctis iuxta p̄dictam regule formā exhibere volum⁹ et p̄ſentiū tenore mandam⁹. Conſuetudinibus quibuſcūq; ⁊ priuilegijs apoſtolicis cuicūq; vniuerſitati collegio vł perſonis pticularibus ſub quacūq; verborū forma cōceſſis. Et de q̄bus etiā de verbo ad v̄bum faciēda eſſet mētio ſpecialis. Indultis etiā preſertim benedicti tercijdecimi in ſua obedientia noīati que q̄ntuꝫ ad hoc tantuꝫ ceteris imunitatibus p̄dicto cōuentui ſancti ſpūs reſeruatis caſſam⁹ ⁊ reuocam⁹. Ceteriſq; in cōtrariū faciētib⁹ nō obſtañ quibuſcunq;. Tibi nichilomin⁹ et p te deputandis oēs ⁊ ſingulos ſupradictos obedire recuſantes ⁊ contradictores quoſcunq; p cenſurā eccleſiaſticā ⁊ alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi auctoritate et tenore ſimilibus licentiā poteſtatēq; plenariam cōcedētes. Inuocato etiā ad hoc ſi op⁹ fuerit auxilio brachij ſecularis. Nulli ergo oīno hominuꝫ liceat hanc paginam noſtre ſubmiſſionis / voluntatis / mandati / caſſationis / reuocationis / ⁊ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis ⁊c̄. Datum bononie. Anno Incarnationis dñice Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo quīto Idus Januarij. Pontificatus noſtri. Anno ſeptimo. Jo. de Monte cinere.

¶ Exemptio fratrum minorum ab ordinarijs. Et auctoritas generalis miniſtri ſup totum ordinem et quoſcunq; eiuſdem ordines fratres et eorum liberam correctionē viſitationem ⁊ punitionem etiam quacūq; auctoritate apoſtolica qualitercunq; exemptos. Nicolaus quintus.

Nicolaus epiſcopus ſeruus ſeruorū dei. Ad ppetuaꝫ rei memoriā. Et ſi cūctoruꝫ fideliū quoruꝫ licet imeriti ex ſupmi pōtificatus officij curā gerim⁹ ſtatu ſalubriter dirigēdo noſtre ſollicitudinis ptes libēter adhibeam⁹: ad ordinē tñ fratrū minorū eo ſpecialius nr̄e mentis oculos flectimus quo ex illo fruct⁹ vberes in agro dñico continuo prouenire cōſpicim⁹ ⁊ vt oīm aduerſantiū ab eis adēptis anfractibus cū pacis dulcedine ⁊ q̄etis amenitate ſub regulari habitu in mandatis dñi valeant libētius gloriari. Exhibita ſiquidē nobis nup pro pte dilecti filij agneli de peruſio miniſtri gñalis ⁊ fratruꝫ dicti ordinis petitio cōtinebat. Qꝫ licet ipſi fratres ipoꝝq; domus ⁊ loca p ſpeciale ſedis apoſtolice p̄uilegiuꝫ ab omi iuriſdictione ⁊ ſupioritate quorūcūq; ordinarioꝝ ſint exēpti pariter ⁊ imunes ⁊ dūtaxat Romano pontifici ac ſedi apoſtolice imediate ſubiecti exiſtāt. Nichilomin⁹ nōnulli archiepiſcopi: epi eorūq; vicarij ſiue alij locoruꝫ ordinarij in diuerſis mūdi ptibus ⁊ preſertim in hyſpanie ⁊ legionis regnis conſiſtētibus eoſdē fratres moleſtare pturbare inquietare / capere / carcerare / ac de eorū domibus inuitos expellere ⁊ detinere preſumūt in graue ipoꝝ archiepiſcopoꝝ: ⁊ epoꝝ ac alioꝝ ordinatoꝝ hmōi aiaꝝ piculuꝫ: dicte ſedis ptēptū / ac fratrū ⁊ ordinis p̄dictoruꝫ dāpnū ⁊ p̄iudiciū ⁊ ſcandalū pluri morum: quare p pte miniſtri ⁊ fratrū p̄dictorū nobis fuit hūiliter ſupplicatū: vt ſup hoc eis prouidere de oportuno remedio dignaremur. Nos igit̄ illo volētes eiſdeꝫ miniſtro et fratribus p̄ſidio ſubuenire qd̄ hmōi pſonaꝝ p̄ſumptio retundat̄: ⁊ eiſdē archiepis epis ⁊ officialib⁹ ⁊ alijs ordinarijs antedictis precludat̄ aditus ſīlia cōmittēdi hmōi ſupplicationibus inclinati auctoritate apoſtolica p̄nti irrefragabili cōſtitutiōe ſtatuimus ⁊ mādamus q̄ nulla pſona cuiuſcūq; dignitatis ſtatus gradus vel ꝯditionis exiſtat de cetero eoſdē fr̄es moleſtare / pturbare capere carcerare / vel de eoꝝ domib⁹ in antedictis inuitos expellere quoquomodo p̄ſumāt. Qꝫ ſi forſan quiſpiā ꝯtra hāc nr̄am ꝯſtitutionē temere venire p̄ſūpſerit et ab ipſis fratribus monit⁹ a p̄miſſis reſipiſcere q̄quomō ꝯtēpſerit excōicatiōis penā ipo facto incurrat. Et nichilomin⁹ ne eiſdē fratribus delinquendi tacite concedi videatur ipunitas aut occaſio malignādi miniſtro gñali dicti ordinis pro tempore exiſtēti cōcedim⁹ q̄ omēs ⁊ ſingulos fratres ſiue

in monaſterijs monialiū ſiue in alijs domi
bus cōuentibus heremitorijs ⁊ locis dicti
ordinis cōmorātes. Etiā ab obediētia viſi
tatione et correctione dicti miniſtri ꝑ ſpe=
cialia ſedis apoſtolice indulta ſe exēptos
eſſe pter regule ſtatutorū dicti ordinis for
mā ptendētes (Non obſtantibꝰ quibuſcūq₃
priuilegijs exemptionibus indultis et litte
ris apoſtolicis eis eorūq₃ monaſterijs ſiue
domibus conuentibus locis pfatis ⁊ here=
mitorijs ꝑ nos vel ſedē apoſtolicā in gene
re vl' ſpecie cōceſſis de quibꝰ in nr̄is lr̄is ha
bēda eſſet mētio ſpecialis) iuxta cōſtitutio
nes ⁊ regularia inſtituta antiqua dicti or=
dinis corrigere/viſitare/punire/⁊ emēda=
re ac in criminibus grauioribus ſi res ipa
exegerit cū moderamine tn̄ torture ſubijce
re poſſit ⁊ valeat auctoritate apoſtolica te
nore pn̄tiū licētiā concedimꝰ ac pariter fa=
cultatē. Cōſtitutionibꝰ apoſtolicis ac dicti
ordinis iuramēto confirmatione apoſtoli=
ca vel quacūq₃ firmitate alia roboratis cō=
suetionibus vel ſtatutis ceteriſq₃ cōtrarijs
nō obſtantibꝰ quibuſcūq₃. Nulli ergo oīno
hominū liceat hanc paginā noſtrorū ſtatuti
mādati ⁊ cōceſſionis infringere vel ei auſu
temerario contraire. Si quis autem ⁊c.
Datū rome apud ſanctū petrū Anno incar
natiōis dn̄ice. Milleſimo quadringētesimo
quinquageſimo Decimo ſeptimo kalēdas
Februarij Pōtificatꝰ noſtri Anno quarto.
¶ Marcellꝰ. L. de corſialis ¶ Auctoritas
generalis miniſtri ſuꝑ inquiſitores.

**Eugenius** epūs ſeruus ſeruorū
dei. Dilecto filio ge=
nerali miniſtro ordinis fratrū minorū. Sa
lutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. Ex iminēte
paſtoralis officij cura nobis ꝑtinere cogno
ſcimus vt inquiſitionē heretice prauitatis
ad tollēdos xp̄iane legis plerūq₃ ſuborien=
tes pnitioſos errores viris ydoneis cōmit
tamus. Cōſiderātes itaq₃ ꝙ tu quē ad di=
uerſas mūdi ꝑtes ſepiꝰ proficiſci contigit:
et cū magiſtris baccalarijs aliiſq₃ fratribꝰ
ordinis tui lr̄is moribus preſtātia atq₃ in=
genio ydoneis frequētius cōuerſaris at=
tēdēteſq₃ ex locoꝝ diſtātia in qͥbus aliquis
veniret inſtituēdus inquiſitor dicte here=
tice prauitatis ꝓpter cauſas plerūq₃ emer
gētes quibꝰ nō pōt repēte vt expediret per
ſedē apoſtolicā ꝓuideri. ⁊ ſilr cum aliquis
inquiſitor ex dignis cauſis deſtituēdus eſ=
ſe videretur multa mala ⁊ ſcandala ſubori
ri poſſēt anteq₃ ſedes apoſtolica cōſulatur
cognoſcētes integritatē vite litterarū ſciē
tiā ⁊ pſtantiā ingenij aliaſq₃ vtutes quibꝰ
altiſſimus te reddidit inſignitū ⁊ ſperātes
ꝙ quecūq₃ ad cōſtitutionē vel deſtitutionē
inquiſitorū heretice prauitatis hmōi tibi
ſalubria xp̄iane fidei ⁊ vtilia videbuntur
optima electione ⁊ conſilij maturitate pro=
ſequeris nō aduertens amicitiā aut odiū
vel aliquā paſſionē qͥbꝰ poſſis a veritatis
tis tramite deuiare tibi vt in quibuſcunq₃
locis ⁊ cōuētibus tue cure cōmiſſis: vbi no
ticiā fratrū tuorū vel informationē de ip=
ſorū ydiomate ⁊ vtutibus habeas inqͥſito
res hmōi heretice prauitatis ex dicto ordi
ne ꝯſtituere eligere/⁊ deputare. Et ſimili=
liter ipſos deſtituere/caſſare/⁊ amouere poſ
ſis ⁊ valeas. Non obſtañ conſtitutionibus
lr̄is aut īdultis apoſtolicis gn̄aliter vl' ſpe
cialiter cōceſſis etiā ſi de ipſis de verbo ad
verbū ſit mētio ſpecialis habenda. Et alijs
quibuſcūq₃ in cōtrariū faciētibꝰ vſq₃ ad no
ſtrū ⁊ ſedis apoſtolice beneplacitū/apoſto
lica auctoritate tenore pn̄tiū plenā et omi
modā cōcedimꝰ facultatē. Datū rome apō
ſanctū petrum. Anno incarnationis dn̄ice
Milleſimo quadrigēteſimo triceſimo ſcd̄o
Quarto kalēdas Maij Pontificatus nr̄i.
Anno ſcd̄o Ja. de langnſto. R. de valentia.

¶ Breue cōfirmatoriū conſtitutionū or
dinis reuocātiū prouiſiones ⁊ exemptiōes
quorūcūq₃ fratrū ab obediētia ⁊ cura mini
niſtrorū ⁊ cuſtodum ordinis exemptorum
et maxime ꝓ reformationibus cōuentuū
et fratrum ordinis fiendis.

**Alexander** papa ſextus Dilecte
fili Salutē et apoſto
licā benedictionē. Nuper attēdētes ꝙ fra=
tres minores ab illoꝝ ordinis ſanctiſſima
inſtitutione adeo deuiauerāt vt nulla illiꝰ
priſtine inſtitutionis norma apud eos vi=
gere videtur ac diuerſoꝝ regū ⁊ principiū
aliarūq₃ pluriū ꝑſonarū ſuꝑ hoc nobis pla
tis q̄relis aſſidue pulſati cupiēteſq₃ eūdē
ordinē ad verā illius ſemitā reduci ⁊ refor
mari: tibi ac miniſtris ⁊ vniuerſis fratribꝰ
dicti ordinis in ciuitate noſtra interameñ
capitulū gn̄ale eiuſdē ordinis iuxta illius
morē tūc celebrātibus ꝑ diuerſas noſtras
in forma breuis litteras mandauimus vt
ne iuxta regum ⁊ principum ac aliarū ꝑſo=
narū hmōi vota domꝰ ⁊ cōuētꝰ veſtros ad
verā vitā dicti ordinis fratrū de obſeruan
tia nūcupatorū redigere cogeremur domo
rū ⁊ cōuetuū eorūdē reformationi diligen
ti ſtudio intēderetis cōcedētes vobis. que
cūq₃ ſtatuta ⁊ ordinationes q̄ pro reforma
tiōe hmōi ac ſalubri dicti ordinis directio
ne expedire videritis edendi facultatē ac

deinde cum tu nomine huiuſmodi capituli
nonnulla ſtatuta ordinationes petitiones
ac regule veſtre declarationes ⁊ interpreta
tiones per vos ſuper hoc edita nobis reue
renter preſentaſſes nos venerabili fratri
Georgio epiſcopo Albaneñ p̄dicti ordinis
vice protectori ac dilecto filio noſtr ꝫ Anto
nioto tituli ſc̄te Praxedis preſbitero car=
dinalibus viue vocis oraculo dedimus in
mandatis vt ſtatutis et ordinatiōibus pre
dictis per eos diligenter viſis ⁊ mature ex
aminatis nobis illa referre curarent ⁊ cum
Gregorius epiſcopus et antoniotus cardi
nales predicti ſe illa omnia diligenter vi=
diſſe ⁊ examinaſſe atq̄ in ſalubrem eiuſdē
ordinis gubernationem ⁊ dictorum fratrū
animarum ſalutem cedere ⁊ exinde quere
las huiuſmodi obuiari nobis ſignificaſſēt
nos illa om̄ia ſicuti diligēter et mature di
ſcuſſa per eos auctoritate apoſtolica confir
mari approbari et concedi mandauimus
prout per eos confirmata ⁊ approbata fue
runt: ⁊ nos harum ſerie confirmamus ⁊ ap
probamus ⁊ perpetuis futuris temporibꝰ
inuiolabiliter obſeruari mandauimꝰ ⁊ mā
damus. Nos igitur volentes vt huiꝰ ſctiſſi
me reformationis opus nullatenus preter
mittatur: ſed ordo ipſe quem in viſceribus
gerimus caritatis in priſtinum ſplendorēʒ
et decus reducatur: tibi de cuius ſingulari
doctrina/religionis zelo/prudentia et pro
bitate plurimum in domino confidimus:
⁊ ad quem ſicuti ad eiuſdem ordinis gene
ralem miniſtrum dictorum fratrum corre=
ctio ⁊ reformatio pertinent auctoritate pre
fata tenore preſentium committimus ⁊ mā
damus vt per te vel alium ſeu alios ad id
idoneos et ſufficientes omnes et ſingulas
prouincias domos ⁊ conuentus predicti ⁊
alia illius: necnon ſancte clare ⁊ tercij ſan
cti franciſci de penitentia nuncupati ordiꝫ
loca et monaſteria per vniuerſum orbem
conſtituta cuiuſcunq̄ congregationis exi=
ſtant que tibi ſecundum regulam veſtram
vel eorum ſeu earum profeſſionem vel ali
as ſubiecta ſint ⁊ per te viſitari poſſint eo=
rumq̄ perſonas tam in capite ꝙ in mēbris
auctoritate noſtra viſites et iuxta ſtatuta
ordinationes declarationes huiuſmodi ad
veram ipſius religionis normā reformes
et reducas: illaſq̄ inuiolabiliter obſeruari:
ac omnia et ſingula alia facias/exerceas/
diſponas/⁊ exequaris que pro bona ipſius
ordinis gubernatione ac reformatione hu
iuſmodi tibi neceſſaria videbuntur et quo
modolibet oportuna. Contradictores quoſ

libet ⁊ rebelles per cenſuras eccleſiaſticas
eciam incarcerationis ac alia oportuna re
media/predicta auctoritate appellatione
poſtpoſita compeſcendo inuocato etiaꝫ ad
hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecula=
ris. Super quibus omnibus liberam ⁊ om
nimodam tibi earundem tenore preſentiū
concedimus facultatem. Hortantes nichi=
lominus vniuerſos et ſingulos archiepi=
ſcopos ⁊ epiſcopos locorum ordinarios re
ges principes Duces Barones ⁊ alios do
minos temporales communitates vniuer=
ſitates et alias perſonas quaſcunq̄ vt tam
tibi ꝙ ſingulis per te ad premiſſa deputatꝫ
in eiſdem premiſſis quocienſcunq̄ pro tua
vel eorum parte fuerit requiſiti efficaci fa=
uore et auxilio aſſiſtant. Non obſtantibus
premiſſis et conſtitutionibus et ordinatio
nibus apoſtolicis necnon ſtatutis et cōſue
tudinis prouinciarum congregationuꝫ do
morum et monaſteriorum locorum ⁊ ordi=
nis predictorum iuramento confirmatione
apoſtolica vel quauis alia firmitate robo=
ratis priuilegijs quoq̄ indultis exemptio
nibus et litteris apoſtolicis prouincijs cō
gregationibus domibus monaſterijs locꝫ
⁊ ordini huiuſmodi ac quibuſuis alijs etiā
ſuper deputatione quorumcunq̄ reforma
torum ⁊ alias quodlibet ſub quibuſuis ver
borum formis et regulis etiam derogato=
riarum derogatorijs alijſq̄ fortioribus ef=
ficatioribus et inſolitis clauſulis irritanti
buſq̄ decretis etiam ad Regum principuꝫ
⁊ dominorum temporalium ac ordinario=
rum communitatum et vniuerſitatū predi
ctorum ſupplicationem et inſtanciam eorū
q̄ conſideratione et intuitu nunc et pro tē
pore conceſſis quibus earum tenores pre=
ſentibus pro ſufficienter expreſſis haben=
tes quo ad premiſſa ſpecialiter et expreſſe
derogamus. Ceteriſq̄ contrarijs quibuſcū
q̄. Et vt pax in ordie permaneat precipimꝰ
ne de cetero fratres reformati vel reformā
di poſſint tranſire ad alias eiuſdeꝫ ordinis
congregationes maxime ad fratres de fa=
milia nuncupatos ſine ſuorum prelatorum
licentia petita et in ſcriptis obtenta ſub ea
dem pena tranſeuntibus et recipientibus
quam incurrunt recepti et qui recipiunt p̄=
dictos fratres de familia nuncupatos Poſ
ſis tamen tu ſolus inq̄tum reformatiōi ex
pedire videbitur ex omnium congregatio
ne aliquos probos viros vt alios inſtruāt
et reforment vt tibi videbitur de congrega
tione in congregationem transferre. Da=
tum Rome apud ſanctum petrum ſub anno

lo piſcatoris die ſeptima Aprilis Milleſi=
mo quingenteſimo primo. Pontificatus no
ſtri Anno nono. ¶ Adrianus Dilecto filio
Egidio delphin de Ameria i theologia ma
giſtro ordinis ffm minoꝝ miniſtro gñali.

¶ Honorius quartus decernit irrita pa
cta quecunqꝫ a fratribus cum prelatis ec=
cleſiarum in preiudicium ordinis locorum
vel fratrum ſine miniſtri generalis vel ca
pituli generalis aſſẽſu inita.

HOnorius ep̃s ſer
uus ſeruoꝝ dei Dilectis filijs
generali miniſtro ⁊ fratribus
ordinis minorum Salutem ⁊
apoſtolicam benedictionem
Religionis fauor ſub qua virtutum domi=
no deſeruitis et fructus vberes qui ex ve=
ſtris laboribus in eccleſia vniuerſali diui=
na gratia cooperãte proueniunt nos indu
cunt vt illa vobis fauorabiliter concedam⁹
per que ab impedimentorum obſtaculis li=
berati fructificare liberius in eadem eccle
ſia vale atis. Sane ex parte veſtra fuit pro
poſitum coram nobis ꝙ nonnulli miniſtri
cuſtodes gardiani et fratres veſtri ordinis
in receptionibus domorum et locorũ eiuſ=
dem ordinis cum prelatis et clericis eccle=
ſiarum in quarum territorio domus ⁊ loca
predicta conſiſtunt ſine tua fili generalis
et alicuius predeceſſorum tuorum ac gene
neralis capituli ordinis predicti licentia ⁊
aſſenſu compoſitiones et pacta varia i pre
iudicium indulgentiarum ⁊ priuilegiorũ
apoſtolice ſedis eidem ordini conceſſorum
inire temere preſumpſerint cum id eis nec
ex auctoritate competeret nec ex ſpeciali eſ
ſet conceſſione commiſſum: nec a te ſiue a
tuis predeceſſoribus prefate generalis vel
ab eorum capitulis fuerunt compoſitiones
et pacta huiuſmodi acceptata. Quare no=
bis humiliter ſupplicaſtis vt qꝛ ex conuen
tionibus et pactis eiſdem preſumptis tali
ter iu hijs que ordini prefato tam ex apo=
lice ſedis priuilegijs ac indulgẽtijs ꝙ a iu
re communi conceſſa eſſe noſcuntur nimiũ
derogetur ꝓuidere ſuper hoc paterna ſol=
licitudine curaremus. Nos itaqꝫ volentes
ſuper hoc de apoſtolica benignitate proui
dere preſentium tenore decernimus ꝙ ex
conuentionibus et pactis talibus ⁊ taliter
initis in hijs que ipſi ordini vel perſonis
aut locis eiuſdem ſiue de iure communi cõ
petant ſiue per priuilegia vel indulgẽtias
ſint conceſſa eidem ordini locis domib⁹ vel
perſonis preiudicium nullum fiat ſed com

poſitionibus et pactis ipſis dũmodo nec a
te memorate generalis nec a predeceſſorũ
tuorum aliquo: vel dicto capitulo accepta=
ta fuerint nequaqꝫ obſtantibus et taz ipſi⁹
ordinis domibus perſonis et locis ꝙ hijs
cum quibus eedem compoſitiones ⁊ pacta
ſunt inita ius priſtinum abſqꝫ alicuius im
pedimenti obeſſe integrũ conſeruet. Nulli
ergo ⁊c. nr̃e conceſſiõis infringere vel. ⁊c. Da=
tũ Rome apud ſanctã ſabinam quarto Id⁹
Februarij Pontificatus noſtri. Anno p̃mo

¶ Innocentius papa iiij. Qz nemo defe
rat habitũ fratrũ minoꝝ neqꝫ ei ſimilez ni=
ſi fuerit eiuſdem ordinis.

INnocẽti⁹ epiſco
pus ſeruus ſeruoꝝ dei Vene
rabilibus fratribus archiepi
ſcopis ⁊ epis preſentes litte=
ras inſpecturis Salutẽ ⁊ apo
ſtolicam benedictionem. Quia confuſio ha
bitus ſepe confuſionem inducit ordinum ⁊
etiam animorum auctoritate apoſtolica di
ſtricte duximus inhibendum vt nulli ſiue
ſit in religionis ordine ſiue extra ordinem
conſtitutus habitum dilectorum filioꝝ fra
trum minorum aut ita conſimilem ꝙ pro=
pter eum frater minor credi poſſit deferri
liceat abſqꝫ mandato ſedis apoſtolice ſpe
ciali. Volumus ergo et fraternitati ve=
ſtre per apoſtolica ſcripta mandamus qua
tenus ſinguli veſtrum in ſuis ciuitatibus ⁊
dioceſibus illos qui prefatum habitum vł
predicto modo conſimilem contra ihibitio
nem noſtram deferre preſumpſerint ad de
ponendum ipſum cum ab ipſis fratribus
fuerint requiſiti monitione premiſſa ſubla
tionis obſtaculo compellatis. Datũ latera
ni tercio kl's decembris. Põtificatus noſtri
Anno primo.

¶ Innocentius quartus. Qz
fratres non poſſunt conueniri
ab aliquo niſi facta mentione
huius bulle.

INnocẽti⁹ epiſco
pus ſeruus ſeruorum dei Di
lectis filijs generali miniſtro
et vniuerſis fratribus ordĩs
fratrum minorum Salutem
⁊ aplícã bñd. Cũ tã ꝓ eius grãm qui q̃ mũ=
dus abhominat aſſumit vr̃i ordis titulus
adeo ſit iſignis ꝙ vix credit ab hijs q̃ cõtra
vos litteras ipetrãt ſine malicia ſubticeri.
nos ⁊ illoꝝ fraudibus obuiare vr̃am inocẽ
tiã fauorabilr̃ ꝯfouẽ volẽtes aucte p̃ntib⁹ vo

bis indulgemus vt nequeatis per litteras
apoſtolicas conueniri que de hac indulgē-
tia et veſtro ordine mentionem non fecerit
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtre cōceſſionis ⁊ indulti infri-
gere vel ei ⁊c. Si quis autem ⁊c. Datũ late
rani vndecimo kalendas decēbris. Ponti-
ficatus noſtri. Anno primo.

¶ Benedictus vndecimus con-
cedit exemptionem copioſam or-
dinariorum vt Bonifacius octa
uus et Nicolaus quartus et qui
tus.

Benedictus epūs ſer
uus ſer-
uorum dei. Dilectis filiis. Ge
nerali ⁊ prouincialibꝰ ac vni-
uerſis fratribꝰ ordinis fratrũ
minorũ. Salutem ⁊ apoſtoli-
caꝫ benedictionem. Inter ceteros ordines
quos celeſtis agricole ſumma benignitas
in orto plantauit eccleſie fratrum minoruꝫ
ordinem iam per orbis prouīcias ſuperna
gratia propagante diffuſũ dum minori fũ
geremur officio ſincera caritate dilexerimꝰ
ad ſtatum eius feliciter promouendum ſol
licitis ſtudiis intendētes nec minuit vtiqꝫ
ſed auxit potius circa ipſum prehabite di-
lectionis affectum perſone noſtre ſubſecu-
ta promotio ad apicem apl'ice dignitatis
cum tanto propentius ad ipſius ordinis i-
tendamus augmentũ q̄to nobis facultas
preſtancior q̄ꝫ noſtris non exigentibꝰ me
ritis noſcitur celitus attributa. Licet igiẗ
nonnulli romani pontifices predeceſſores
noſtri prefatũ ordinē a prelatorum iuriſ-
dictione quorũlibet prorſus eximerint ipſũ
ꝙ fore decreuerint per ipſorum litteras
ſpeciales exemptum. Nos tamen ordinem
ipſum ob ſalutis fructus inumeros qui ex
ipſo noſcuntur animabus fidelium proue-
nire gerentes in viſceribus caritatis ⁊ pro
pterea nolentes omnino vt quiſqꝫ cuiuſcū-
qꝫ ſit ordinis dignitatis cōditionis aut ſta-
tus vos generaliter vel ſpecialiter ac pre-
fatum ordinem ſuper exemptionem ipſius
ac aliis veſtris dicti ordinis libertatibus ⁊
immunitatibus quibuſcunqꝫ ſub quauis for
ma vel expreſſione verborum vobis et ei-
dem ordini ab apoſtolica ſede conceſſis im
pugnare ipedire ac turbare valeat vel quo
modolibet moleſtare. Uos et ordinem ipſũ
ab omnium ⁊ ſinguloruꝫ quorumlibet pre-
latorum et perſonarum eccleſiaſticarũ om
nimoda poteſtate ac iuriſdictione prorſus
eximimus de apoſtolice plenitudine pote-
ſtatis. Ita ꝙ nec etiam ratione delicti com-
miſſi vel initi contractus aut rei ſite poſite
vel exiſtentis contra loca veſtra exempta
poſſitis coram eis non obſtante conſtituti-
one felicis recordationis. Innocentii pape
quarti predeceſſoris noſtri in contrarium
edita impedire moleſtare ſeu quomodoli-
bet contrauenire. Decernētes vos et ordi-
nem ipſum immediate eidem ſedi ac ſoli tā
tummodo romano pontifici ſubiacere. Ec-
cleſias iſuper oratoria domos ac loca que
tenetis et inhabitatis ad preſens ac tene-
bitis et inhabitabitiꝫ in futurũ dum et quo-
tiens vos illa tenere et inhabitare contige
rit exempta prorſus exiſtere nulloqꝫ medio
ſedi ſubeſſe decernimus prelibate. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam noſtre exemptionis decreti deroga-
tionis et conſtitutionis infringere vel ei
auſu temerario contraire. Si quis autem
hoc attemptare preſumpſerit indignatio-
nem omnipotentis dei et beatorum Petri
et Pauli apoſtoloruꝫ eius ſe nouerit incur
ſurum. Datum Rome apud ſanctum Pe-
trum quarto nonas Aprilis. Pontificatus
noſtri Anno primo.

¶ Contra magiſtros per ſaltum promo
tos Martinus papa quintus.

Martinus Epiſco
pus ſeruus ſeruorum dei. Ad
perpetuaꝫ rei memoriam. Cũ
valde periculoſum ſit anima-
bus chriſti fideliuꝫ vt in ſacra
theologia ad magiſteriũ gradum indigni
promoueantur quorum erroribus ſcanda-
la et non nunqꝫ hereſes pullulāt. Nos pro
ut paſtorale officium requirit paterno ſtu-
dio circa reformationem perſonarum ipſa
rum intendentes ne ignorantia diuinaruꝫ
ſcripturarum religioni chriſtiane dampnũ
pariat partes apoſtolice ſollicitudinis ad-
hibemus. Relatione ſiquidem nonnullarũ
fide dignarum perſonarum ipſarum ad no
ſtram noticiam peruenit ꝙ nonnulli fra-
tres ordinis minorum in variis mũdi par-
tibus commorantes tracti ambitione regu
larem diſciplinam eiuſdem ordinis contē-
pnentes anteqꝫ curſum ſtudii artium libe-
ralium et in facultate theologie per apoſto
licas nec non generales et prouinciales cō
ſtitutiones ac regularia prefati ordinis in
ſtituta diffinitũ debite pfecerit ⁊ alias gra
dũ ⁊ honorē magiſterii i eadē facultate ob
tinēdũ idonei fuerit i facultate p̄dicta gra
dũ ⁊ honorē hm̄oi ipendi mgr̄alia inſignia

ſibi conferri procurarunt hactenus prout
etiam de preſenti procurā̄t. Nos igitur ne
impeditorum ambitio chriſtiane fidei de-
trimentum afferat oportune prouidere vo
lentes vniuerſis ⁊ ſingulis cancellarijs re-
ctoribus decanis magiſtris doctoribus ſtu
diorum ac vniuerſitatibus eorumdem vbi
cunqꝫ conſiſtencium in virtute ſancte obe-
diencie tenore preſentium diſtricte precipi
endo mandamus ne deinceps p̄dictis fra-
tribus ac eorum alteri niſi curſū per conſti
tutiones ⁊ inſtituta huiuſmodi vt premit-
titur prefixum perfecerint ⁊ alias ad dictū
obtinendum idonei exiſtant gradum ⁊ ho-
norem ⁊ inſignia predicta conferre quomo
dolibet preſumant. Decernentes et eadem
auctoritate ſtatuētes ꝙ quilibet ex magi-
ſtris aut doctoribus qui alias ꝗ̄ vt premit
titur gradū honorem et inſignia hm̄oi fra-
tribus ipſis aut ipſorum alicui impendere
preſumpſerit gradu ⁊ honore magiſterij ca
reat ac a lecturis ⁊ alijs actibꝰ gratijſqꝫ ma
giſtralibus ipſo facto ſit perpetuo p̄uatꝰ
necnon ad gradum honorem et inſignia
predicta de cete[ri]s per euꝫ aſſumendis gra
tijs magiſtralibus actibuſqꝫ legittimis ſit
ipſo facto priuatus et omnino inhabilis
exiſtat. Volumus inſuper vt eiſdem penis
ſubiectus ſit quicūqꝫ preter rigorem huiuſ
modi gradum et inſignia predicta ſuſcipe-
re preſumpſerit. Volumꝰ autem ꝙ ſi aliqui
ex ipſis fratribus bacchalariatum pro hu-
iuſmodi gradu magiſterij conſequendo cō
tra conſtitutiones ⁊ inſtituta p̄dicta fuerit
adepti ⁊ illius pretextu libros ſentenciarū
publice ⁊ actualiter legant: a lectura huiuſ
modi ſub eadem pena penitus et omnino
ceſſent alias ab eorum ſuperioribus penis
grauioribus per cenſuram eccleſiaſticam
arceantur. Non obſtantibus quibuſcunqꝫ
exemptionibus priuilegijs ⁊ indultis ac lit
teris apoſtolicis generalibus vel ſpeciali-
bus vniuerſitatibus aut ſingularibꝰ perſo
nis eorumdem et fratribus predictis ſeu
eorum alicui communiter vel diuiſim per
nos aut predeceſſores noſtros a ſede apo-
ſtolica quomodolibet conceſſis etiam ſi de
eis ac eorum totis tenoribus de verbo
ad verbum ſpecialis in hijs litteris men-
tio eſſet fienda. Que quo ad hoc eis aut
alicui eorum ſuffragari nolumus ceteriſqꝫ
contrarijs quibuſcunqꝫ. Et ne ignorantia
huius noſtre volunt[at]is et decreti littere
hm̄oi effectum minime conſequantur. Uni
uerſis ⁊ ſingulis prouintialibus miniſtris
ſub pena priuationis ſuorum officiorū quā
ipſo facto ſi ſecꝰ fecerint incurrere volumꝰ
harum ſerie precipimus ⁊ mandamus vt i
earum prouincijs dictarum litterarum pu
blicationem et earuꝫ executionem debitis
temporibus efficiant. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam noſtrorum
mandati conſtitutionis ſtatuti ⁊ volunta-
tis infringere vel ei auſu temerario cōtra-
ire. Si quis autem ⁊c. Datum rome apud
ſanctos apoſtolos decimo kalendas febru
arij. Pontificatus noſtri Anno tertio deci-
mo. Cincius Ja. de Arminio.

¶ Alia ad idem videlicet contra magi-
ſtros per ſaltum promotos. Eugenius
quartus.

Eugenius ſeruus ſer-
uorum dei.
Ad perpetuam rei memoriaꝫ
Romani pontificis prouiden-
tia circunſpecta nonnunqꝫ per
p̄deceſſores ſuos ordinata ſta
tuta atqꝫ decreta mutat ⁊ variat modificat
⁊ reſtringit prout pſonarum rerum ⁊ tem-
porum qualitate penſata conſpicit in dn̄o
ſalubriter expedire. Dudū ſiquidem felicis
recordationis. Martinus papa quintꝰ pre
deceſſor noſter volēs corrigere abuſū quē
factum fuiſſe et fieri continuo intelligebat
in ordine fratrum minorum circa promo-
tiones ad gradum magiſterij in theologia
de perſonis que ad dicti magiſterij graduꝫ
promoueri conſueuerant ſine debito curſu
et lectura ſentenciarum in vniuerſitatibus
approbatis per ſuas litteras ſtatuit ⁊ de-
creuit vt tales eodem modo promoti mini
me gaudere poſſent beneficijs honoribus
gratijs priuilegijs exemptionibus indulgē
tijs tam in dicto ordine ꝗ̄ extra magiſtris
in theologia / apoſtolica vel quauis alia au
ctoritate conceſſis [n]ec pro magiſtris habe
rentur prout in ipſis litteris plenius conti
netur. Quarum tenor ſequitur in hac for-
ma. Martinus epiſcopus ſeruus ſeruoruꝫ
dei. a[d] futuram rei memoriam. Cum i hu-
manis ſciencijs que ad vſum vite tempora
lis inuente ſunt nemini doctoratus auctor-
ritas tribuenda ſit niſi hijs qui per ſtudio-
rum exercicia ⁊ curſus debitos proceſſerūt
hoc in ſacra theologia que fruitionem dei
et vite eterne beatitudinem querit mul-
to diligentiꝰ eſt ſeruandum quia lꝫ com-
miſſus error i illis nō nocet corpori in hac
tn̄ vita ſumme piculoſus eſt anime pro cu-
ius ſalute eſt ante omnia laborandum. Sa
ne nuper fide digna relatione multorum

ad noſtrā noticiā deductū ꝙ in ordine minorū quē inter ceteros religioſos ordines paterna caritate cōplectimur: reperiuntur q̄ plurimi ad gradū magiſterij promoti tēporibus retroactis ſine debito curſu ⁊ lectura ſentenciarū in vniuerſitatibus approbatꝫ ſm̄ ꝙ fieri opꝫ iuxta formā in talibus ſeruari cōſuetā ⁊ inſtituta ipſius ordinis ⁊ ſtudij theologie qđ periculoſū eſt aīabus fideliū ⁊ inde eoꝝ dicto ordini in quo antiquitus notabiliter viguit ſemꝑ theologie ſciencia propter ſingularē curā ⁊ diligētiā adhibēdā in ſuis fratribus ad magiſteriū ꝓmouēdis. Uolētes igit̄ ſuꝑ hijs ſalubriter ꝓuidere errata corrigere ⁊ ſcādalis obuiare q̄ ſequi poſſent ex imperitia nōnulloꝝ tal'r promotoꝝ tenore p̄ſtiū auc̄te ap̄lica decernimusq ꝙ quicūq reperiētur de p̄ſti ⁊ i futuꝝ reperient̄ in dicto ordine minoꝝ ꝓmoti ad magiſterij gradū i theologia extra vniuerſitates ab ipſo ordine ꝑ gn̄alia capitula ad hoc ſp̄aliter electas ⁊ abſq eo ꝙ ah̄ ꝑfecerint debitos curſus ſuos ſentēcias legerint in vniuerſitatibus approbatꝫ actus legittimos ⁊ cetera exercitia ſcolaſtica fecerint ꝓut legere ⁊ facere tenent̄ de cōſuetudīe vl' de iure in hmōi ſciētis rite magiſtrādi minime de cetero gaudere poſſint bn̄ficijs/ officijs/honoribus/gracijs/ꝑuilegijs/ exemptionib⁹/indulgētijs / tā in dicto ordine q̄ extra magr̄is in theologia ap̄lica vel alia quauis auc̄te cōceſſis ⁊ quibus mgr̄i hmōi vti ⁊ gaudere cōſueuerūt ⁊ inſuꝑ ꝙ p̄dicti ꝓmoti ꝫ nō ſeruatis modis debitis vt p̄mittit̄ nō habeāt nec reputētur ꝓ mgr̄is theologie nec ſe ꝓ talib⁹ gerere ⁊ nominare p̄ſumāt. Mandātes dilectis filijs gn̄ali ⁊ prouincialibus miniſtris cuſtodib⁹ gardianis ⁊ eoꝝ vices gerētibus gn̄alibus quoq et ꝓuincialibus cap̄lis ac officialibus q̄buſcūq ordinis memorati ſub pena excōmunicationis quatinus has nr̄as lr̄as q̄tū vnūcūq cōcernēt obſeruēt ⁊ faciāt inuiolabilit̄ obſeruari. Cōſtitutionibꝫ ac litterꝫ ap̄licis aliq̄bus forte gn̄aliter vel ſpecialiter ſub quacūq verboꝝ forma cōceſſis ⁊ alijs i cōtrariū faciētibus nō obſtātibus quibuſcūq. Nulli ergo omnino hoīm liceat hāc paginā nr̄oꝝ mādati ⁊ conſtitutiōis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Si q̄s autem hoc attemptare preſumpſerit indignationē omnipotētis dei ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli ap̄loꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datum Rome apud ſanctos ap̄los kalēdis decembris. Pontificatus noſtri. Anno nono

¶ Cum aūt poſtmodum ad noſtrā noticiā ſit deductum multos errores diuiſiones rixas ⁊ ſcādala in dicto ordine ꝓpter has litteras exoriri maxime ꝓpter promotos an̄ q̄ littere cū decreto huiuſmodi emanaſſēt Nos cupiētes p̄dictis ſcādalis obuiare et ipſū ordinē in pace ⁊ trāquillitate paternis affectibus cōſeruare ad hoc etiā dilectoꝝ filioꝝ generalis miniſtri ⁊ procuratoris dicti ordinis ſupplicatiōibus inclinati volumus ⁊ p̄ſtiū tenore ap̄lica auctoritate decernimus ꝙ huiuſmodi p̄deceſſoris littere ad eos qui ante ipſarū litterarū datam ad magiſteriū promoti fuerit minime ſe extēdāt Quibus q̄tū ad ipſos dumtaxat ꝑtinet derogamus ⁊ nullius volumus eſſe roborꝫ vel momēti Uerūtamen ſi qui ex ipſis indigne promoti fuerint poſt ⁊ cōtra alias lr̄as predeceſſoris eiuſdem que de promouēdis ad magiſteriū faciunt mentionē ipſarū litterarum quas in ſuo robore volum⁹ in omnibus permanere decreto ⁊ pene ſubiaceant. Ad ceteros autem promotos poſt ipſarum litterarum datam que tamen de promotis locuntur ⁊ preſentibus ſunt inſerte eaſdem litteras volumus inuiolabiliter obſeruari quas q̄tum ad eos pertinet auctoritate ſimili confirmamus Conſtitutionib⁹ priuilegijs indulgentijs ac litteris apoſtolicis aliquibus vel alicui generaliter vel ſpecialiter ſub quacunq verborum formis conceſſis etiam ſi de illis in preſentibus eſſet mentio ſpecialis facienda ⁊ alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre voluntatis conſtitutionis derogationis et confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire Si quis autem ⁊c. Datum Rome apud ſānctum petrum. Anno incarnationis dominice. M.cccc.xxxij. kl'is aprilis. [Pontificatus noſtri Anno ſecundo A. de laſchis Ja. de aremino.

¶ Innocentius quartus. Qꝫ miniſtri ꝓuinciales poſſint inſtituere procuratores et ſindicos pape qui auctoritate pape res fratribus conceſſas poſſint vendere ⁊ commutare.

INnocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filijs generali et prouintialibus miniſtris fratruꝫ minorum Salutem et apoſtolicam benedictionem. Quanto ſtudioſius diuine contemplationi vacatis domino famulando tanto quieti veſtre libentius pro

uidemus ne pedes quos lauiſſe videmini affectu et effectu omnia relinquendo caga mini(quod abſit)iterum inquinare. Cū eīm ſicut lecta nobis petitio veſtra continebat de rebus omnibus ordini veſtro conceſſis vel in poſterum concedendis per vos ip=ſos prout exigit frequēter neceſſitas iuxta veſtri ordinis inſtituta diſponere nequea=tis nec velitis pro conſtitutionum veſtraꝝ puritate et conſcientia conſtanter ſeruāda ne vobis odioſa vagandi tribuatur mate ria ſi oporteat vos ſemper in hoc ad ſedeȝ apoſtolicam ad quam rerum ipſarum ſpe=ctat proprietas habere recurſū. Nos quie ti dicti ordinis et neceſſitatibus ueſtris pa terna volētes ſollicitudine prouidere pre=ſenti vobis auctoritate concedimus quati nus vt ſingu'is veſtrum liceat in prouin=cijs eis commiſſis per ſe vel per alios fra=tres ſuos quibus id duxerint committen=dū conſtituere aliquos viros idoneos deū timentes qui pro locorum indigentia ſin=gulorum res huiuſmodi tam cōceſſas ꝙ e=tiam concedendas auctoritate noſtra pe=tere/vendere/et commutare/alienare/tra ctare/expendere/permutare/et in fratrū vſum conuertere valeat: qꝫ vobis liceat eoſdem viros ſic conſtitutos remouere a=lioſqꝫ ad illa exeq̄nda ſine difficultate qua=libet ſubrogare quotiens videbitur oportu num. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infrin=gere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem ꝛc̄. Datum Rome tercio deci=mo kalendas ſeptembris Pontificatus no ſtri. Anno tercio.

¶ Nicolaus quartus concedit ꝛ declarat facultatem miniſtris et cuſtodibus nominandi procu ratores et ſindicos pape et ec=cleſie romane pro ſingulorū in digentia locorum.

Nicolaus epiſcop⁹ ſeruus ſeruorum dei Dilectꝫ filijs generali et prouinciali=bus miniſtris ac cuſtodibus vniuerſis ordinis fratruȝ mi norum. Salutem et apoſtolicam benedi=ctionem Religionis fauor ſub qua virtu=tum domino deſeruitis et fructus vberes qui ex veſtris laboribus in eccleſia vniuer ſali diuina gratia cooperante proueniunt nos inducūt vt illa vobis fauorabiliter cō cedamus per quem veſtri ordinis pura ob ſeruantia in ſui vigore ſeruetur Dictiqꝫ or dinis profeſſores qui pro nulla re tempora li poſſunt in iuditio experiri excluſis qui=buſlibet ſollicitudinibus liberius et quie=tius diuinis vacent obſequijs et officijs ac offerentium donantium et concedentium aut in vltima voluntate relinquentium or dini predicto vel fratribus eiu ſdē ordinis aliquid propter deum pia intentio nō frau detur ac illorum qui propter deum ad ip=ſos reuerentiam non habentes eos preſu=munt in perſonis vel rebus indebite mole ſtare audatia refrenetur Ea ꝓpter nos ſol licitudini qua predictus ordo pro ſuis ne=ceſſitatibus(quociens ingrueret neceſſitas vł vtilitas ſuaderet)recurrere ad romanā eccleſiam cogeretur ad quam omnium re=rum mobilium et immobilium quibus fra tres ipſi vti poſſunt ius/proprietas/et do=minium nullo medio ſpectat penſata incō moditate ſeu difficultate que per hoc inge ri poſſet fratribus ſupradictis benignius indulgentes Uolentes quoqꝫ heredū ꝛ exe=cutorum negligencijs et moleſtatorum ip=ſorum fratrum inſolencijs obuiare vt fra=tres ſecundum modos licitos et congruos ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis ꝛ ele=moſinis non fraudentur eiſqꝫ de iniuriatio nibus ipſis exhibeatur iuſticie complemē=tum ac ſperantes ꝙ hijs que pro ſtatu pro ſpero dictorum fratrum et ordines augen da fuerint per nos eo ſalubrius et vtilius conſuletur quo maiori fueritis in hac par=te auctoritate muniti Diſcretioni veſtre de qua plenam in dn̄o fiduciā obtinemus ſpe ciales perſonas que non ſint de ipſo ordie nominandi pro locorum et fratrum indigē tia ꝛ ſingulorum quas perſonas per voſta liter nominatas in hijs adminiſtrationem legittimam generalem ꝛ liberam gerere ꝛ ipſos veros adminiſtratores ꝛ legittimos procuratores yconomos ſyndicos et acto=res eſſe de plenitudine poteſtatis preſen=tium auctoritate conſtituēdo decernimus: qui res ipſas et ipſarum rerum precium ꝛ predictas elemoſinas noīe ipſius eccl'ie re cipiant ꝑ eoſdē in fratrum ipſorum vtilita tes prout eis licet ex regula vel ex declara tione regule conuertenda ſicut et quando a te fili gn̄alis et ſingulis alijs veſtrum in prouincia vel cuſtodia ſibi decreta vel ab eiſdē fratribus de aſſenſu veſtro extiterint req̄ſiti ac eedem ꝑſone petendi exigēdi re=cipiēdi alienandi predicta trāſigēdi quoqꝫ ꝛ paciſcēdi ꝯueniēdi īpetrādi lr̄as aplīcas vel alias iuſticiā vel gr̄az cōcernētes Jn in

pices ⁊ loco ꝯueniēdi ⁊ recuſandi cōpꝛomittendi et remittendi refutandi quitationes faciendi agendi defendendi ac in animas coꝝ de calupnia ⁊ veritate dicēda iurādi ⁊ cuiuſlibet alteri⁹ generis iuramētū pꝛeſtādi ſentenciam ſeu ſentencias diffinitiuas ſeu interlocutoꝛias audiendi. Nec non appellandi appellationis ſeu appellationum cauſas pꝛoſequendi cum illis et contra illos qui huiuſmodi res mobiles vel immobiles aut pꝛecium earuz vel relictas elemoſinas fratribus in teſtamentis occuparent vel violenter auferrent ſiue contra voluntatem fratrum quomodolibet detinerent ſeu ipſis in ꝑſonis vel rebus aliquas iniurias irrogarent. Et generaliter in omnib⁹ cauſis pꝛo rebus et locis huiuſmodi ad ipſam eccleſiam ſpectantibus ipſoꝛum fratrum vſui conceſſis. Nec non pꝛo pꝛedictis iniuriis et violenciis immunitatib⁹ libertatibus ac iuribus ⁊ pꝛiuilegiis eoꝛundem ſiue cuiuſlibet ſatiſdationis et cautionis onere plenam liberam generalem auctoꝛitatem apoſtolicam in iudicio et extra iuditiū poteſtatem reuocandi quoqꝫ perſonas eaſdem et earum quamlibet ac alias eis ſubꝛogandi vel nominandi per ſupꝛadictum modum nominationis quotiens opoꝛtunum fuerit qui eandem in pꝛedictis vel ſimilem habeant poteſtatem plenā vel liberam concedimus auctoꝛitate pꝛeſentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis vel conſtitutionis infringere ⁊c. Si ꝗs autem ⁊c. Datuz apud vꝛbem veterem decimo kalendas ſeptembꝛis. Pontificatus noſtri anno tercio.

¶ Alia ad idem videlicet martini quarti vbi etiam declarat et determinat facultatem conceſſam vel oꝛdinatam miniſtris et cuſtodibus nominandi pꝛocuratores et ſyndicos ſiue adminiſtratoꝛes pape et eccleſie romane pꝛo ſinguloꝛum indigentia locoꝛum.

Martinus ep̄s ſeruus ſeruoꝛum dei Dilectis filiis. Generali et pꝛouincialib⁹ miniſtris ac cuſtodibus vniuerſis oꝛdinis fratrum minoꝛum Salutem ⁊ apoſtolicam benedictionē Exultantes in domino ꝙ ſacri veſtri oꝛdinis pꝛofeſſoꝛes in dei beneplacitis confoꝛmari pꝛomptitudine deuotionis et operis illius ſtudent imitari veſtigia eius vias cuſtodire qui deſcendēs a patre luminum et ſerui foꝛmam accipiens ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolauit: cogitare inducimur honeſta remedia quib⁹ dicti oꝛdinis ꝑura obſeruancia in ſui vigoꝛe ſeruetur iidemqꝫ fratres qui pꝛo nulla re tēpoꝛali poſſunt in iuditio experiri excluſis quibuſlibet ſollicitudinibus liberius ⁊ quietius diuinis vacent obſequiis et offerentium donantiū concedentium aut in vltima voluntate relinquentium oꝛdini pꝛedicto vel fratribus eiuſdem oꝛdinis aliquid pꝛopter deuz pia intencio non fraudetur ſic ꝙ nos ſollicitudini qua pꝛedictus oꝛdo ꝓ ſuis neceſſitatibus quotiēs ingrueret neceſſitas: vel vtilitas ſuaderet recurrere ad romanam eccleſiā cogeret ad quā olim rerū mobilium ⁊ immobiliū quibus fratres vti poſſunt ius pꝛopꝛietas ⁊ dominiū nullo medio ſpectat pēſata incommoditate vel difficultate potius que per hoc ingeri poſſet fratribus ſupꝛadictis benigne indulgentes volētes quoqꝫ heredum et executoꝛum negligēciis obuiare vt fratres ſecundum modos licitos ⁊ congruos ipſi oꝛdini relictis ſibi in teſtamentis elemoſinis non fraudentur ac ſperantes ꝙ hiis que ꝓ ſtatu ꝓſpero dicti oꝛdinis agenda fuerint ꝑ vos eo ſalubꝛius ⁊ vtilius conſuletur quo maioꝛi fueritis in hac ꝑte auctoꝛitate muniti Diſcretioni veſtre de qua plenam in domino fiduciam obtinem⁹ perſonas ſpeciales que non ſint de ipſo oꝛdine nominandi pꝛo locoꝛum indigentia ſinguloꝛum quas perſonas per vos taliter nominatas in hiis adminiſtrationem legittimam generalem et liberalem gerere et ipſos veros et legittimos adminiſtratoꝛes yconomos ſyndicos et actoꝛes eſſe de plenitudine poteſtatis pꝛeſentium auctoꝛitate conſtituendo decernimus: qui res ipſas et rerum pꝛedictarum pꝛecium ⁊ dictas elemoſinas nomine ipſius eccleſie recipiant per eoſdem in fratrum ipſoꝛum vtilitates pꝛout eis licet ex regula et declaratione regule conuertendas ſicut ⁊ quādo a te fili generalis vel ſingulis aliis veſtrum in pꝛouincia vel cuſtodia ſibi decreta vel ab eiſdem fratribus de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti ac eedem perſone petendi exigendi recipiendi alienandi pꝛedicta tranſigendi quoqꝫ et paciſcendi conueniēdi cōpꝛomittendi remittēdi refutādi quitationem faciendi agendi defendēdi ac in animas coꝛum de calumpnia ⁊ veritate

dicenda iurandi et cuiuſlibet alterius iuramentum preſtandi. cum illis et contra illos qui hmōi res mobiles et imobiles aut precium earū vel relictas elemoſinas fratribus in teſtamento occuparent vel violēter auferrent ſiue qui vltra voluntatem fratrum quomodolibet detinerent. Et generaliter i omnibus cauſis ꝓ rebus et locis hmōi ad ipſam eccleſiam ſpectantibꝰ ipſoruꝫ fratrū vſui ꝯceſſis nec nō ꝓ imunitatibus libertatibus ⁊ iuribus ac ꝑuilegijs eorūdē ſiue cuiuſlibet ſatiſdationis ⁊ cautionis onere plenam ⁊ generalē ⁊ liberam habeant auctoritate apłica in iuditio ⁊ extra iudiciū ptātēꝫ reuocandi quoqꝫ perſonas eaſdē et earum quamlibet ac alias eis ſubrogandi vel nominandi per ſupradictum modū nolatiōis quotiens oportunū fuerit qui eandē i predictis vel ſimulē habeant poteſtatē plenaꝫ ⁊ liberam concedimus auctoritate p̄ſentiū facultatē. Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginam nr̄e conceſſionis ⁊ conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autē hoc ⁊c. Datum apud vrbem veterem. xv. kal. februarij Pontificatus noſtri. Anno ſecundo.

¶ Alexander quartus ꝙ parrochiales preſbiteri nō impediant populū venire ad loca fratrum ⁊ alia ſimilia.

ALexander ep̄s ſeruus ſeruoꝝ dei Venerabilibꝰ fratribꝰ vniuerſis archiepiſcopis et ep̄is ac dilectis filijs Abbatibꝰ Prioribus Decanis ⁊ alijs eccleſiarum prelatis ⁊ ceteris perſonis eccleſiaſticis tam ſecularibus q̄ȝ regularibꝰ cuiuſcūqꝫ ordinis vel profeſſionis exiſtant. Salutē ⁊ apoſtolicā benedictionem. Nec inſolituꝫ eſt nec nouum vt ea q̄ per occupationē vel feſtinantiam fiunt pro eo ꝙ ꝯgrue deliberationis limina pretereunt in propēſioris deliberationis reducantur examē. vt rectiora ⁊ elimatiora per attentionem plenioris diſcuſſionis emineāt. Sane quidaꝫ ab apoſtolica ſede tempore felicis recordationis Innocētij pape quarti predeceſſoris noſtri littere proceſſerunt in quibus ipſe vniuerſis religioſis cuiuſcunqꝫ profeſſionis vel ordinis diſtricte in virtute obedientie iniungebat vt parrochianos alienos in diebus dominicis et feſtiuis non reciperent de cetero i ſuis eccleſijs vel oratorijs temere ad diuina nec ipſos vllatenus ad penitenciaꝫ admitterent ſine ſuorum licentia ſacerdotum nec eis vllatenus in ſuis predicarent eccleſijs ante miſſarum ſolempnia pro quibus audiēdis. prima diei parte ijdem parrochiani conſueuerunt et debent in ſuis eccleſijs conuenire nec ſermones etiam ſolēpnes facerent illa hora ſed nec ad predicāduꝫ ſolempniter ad parrochias alienas accederent niſi eſſent ab eorum ſacerdotibus inuitati vel ſaltem niſi ſe ad id humiliter peterent et obtinerent admitti nec ea die qua dioceſanus epiſcopus vel alius loco eius predicaret ſolempniter maxime in eccleſia cathedrali aliquis ipſorum in eadem ciuitate vel loco preſumeret predicare. Si vero in caſu licito parrochianum alterius in ſuis eccleſijs recipere ad ſepulturam cōtingeret omnium que obtentu cōſequūtur huius ſepulture portionem canonicam etiam non requiſiti infra octo dies a tempore receptionis eorum epiſcopo vel ſacerdoti de cuius parrochia mortuus eſſet aſſumptus exibere curarent. Si autem aliquis religioſorum huius precepti tranſgreſſor cōtra predicta vel aliquod predictorum venire preſumeret preter inobediencie vitium excōmunicatiōis ſentenciā quā incurrere voluit ipſofacto gradus ſui periculo ſubiaceret. Et nichilominus a dioceſano ad premiſſa vniuerſa et ſingula obſeruanda per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota diſtrictius cogeretur. Uerum quia ſuper premiſſis litteris cogitare attencius et ſtudioſius deliberare proponimus pacis commodum et quietis ſolatium eccleſijs ⁊ perſonis eccleſiaſticis potiſſime cupientes prefatas litteras et ſi que alie ſuper predictis vel eorum aliquo contra prefatos religioſos vel alios ex ipſis generaliter vł ſpecialiter contra formam communem et ſolitam proceſſere ac mandata ſeu precepta facta in eis vel earum auctoritate duximus penitus reuocanda. Ideo vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus propter hmōi lr̄as vel occaſione mādatorum ſeu precepceptorum aut ſentencie que continent nichil prorſus agatis cū nullam deinceps efficaciaꝫ habeant vel vigorem. Datum neapoli vndecimo kalendas Januarij. Pontificatus noſtri Anno primo.

¶ Alexander quartus concedit ꝙ pueri ſiue famuli ſeruitijs fratrum deputati atqꝫ negociorum ſuorum procuratores et operarij non ligentur cenſuris poſſint qꝫ audire diuina tempore interdicti.

**ALexander epiſco**
ſcopus ſeruoꝝ dei Dilectis
filijs Gñali miniſtro ⁊ vniuer
ſis ffib⁹ ordis minoꝝ fratrū
Salutem ⁊ aplicā bñdictionē
Ut in vr̃is domib⁹ ſeruiētes in miniſterijs
oportunis ob vr̃i gr̃am quaꝫ apud ſedem
apoſtolicaꝫ ſedule deuotionis vr̃e obſeq̄a
ꝓmererētur nr̃e gr̃e inanes nō reddātur im=
munes. Nos vr̃e deuotiōis p̄cibus inclina
ti ꝙ ſi qñ in ꝑſonas vel terras in quibus
reſidetis excōicatiōis ſeu īterdicti ſētētiaꝫ
cōtigerit ꝓmulgari: pueri vr̃is ſeruitijs de
putati negocioꝝ quoqꝫ ꝓcuratores ⁊ opa=
rij q̄ in vr̃is locis eoꝝ op̄ibus ꝑſonaliter cō
ſtituti inſtiterint hmōi ſententijs obnoxij
nullatenus habeātur Ibiqꝫ poſſint audire
diuina iuxta formā que in locis ip̄is in eo
caſu a ſede apoſtolica ē cōceſſa niſi eiſdem
cauſā dederint vel excōicari ſpecialiter ſeu
interdici cōtingat eoſdē auctoritate vobis
p̄ñtiuꝫ indulgemus Nulli ergo oīno hoim
liceat hanc paginā nr̃e conceſſionis ⁊ gr̃e i
fringere vel ei auſu ⁊c̄. Si q̄s aūt ⁊c̄. Datū
anagnie quinto kalendas Julij Pontificat⁹
noſtri Anno primo.

¶ Nicolaus quartus ꝙ ſi contingat lo=
ca in q̄bus habitāt ffes eccleſiaſtico ſuppo
ni interdicto cū clauſula ⁊ nō obſtātib⁹ p̄ui
legijs q̄buſcūqꝫ religioſis conceſſis ⁊ oīa
ſacramēta i eis ꝓhiberi ꝙ ffes p̄nt diuina
celebrare ⁊ recip̄e ſacramēta Januis clauſis

**NIcolaus epiſco**
pus ſeruus ſeruoꝝ dei Dile=
ctis filijs miniſtro et ffib⁹ or=
dinis minorū. Salutē ⁊ apo=
ſtolicam benedictionem Me=
ritis vr̃e religiōis īducimur: vt petitionib⁹
veſtris in hijs que animarum ſalutem cō=
tinent fauorabiliter [co]nuamus Sane peti=
tio veſtra nobis exhibita continebat ꝙ cō=
tingit interdum ciuitates et alia loca in q̄=
bus habitatis ſupponi eccleſiaſtico inter=
dicto et non obſtātibus aliquibus [p]riuile=
gijs ſeu indulgentijs quibuſcunqꝫ religio=
ſis ab apoſtolica ſede cōceſſis exceptis ba=
erroneas ac a veritate alienas editoſq̧ de
ſuper libros predictos id continentes au-
ctoritate apoſtolicā preſentium tenore re-
probamus ꝛ dampnamus Ac motu et au-
ctoritate predictis ſtatuimus et ordinam⁹
ꝙ predicatores verbi dei et quicunq̧ alij
cuiuſcunq̧ gradus ordinis et conditionis
fuerint qui de cetero auſu temerario pre-
ſumpſerint in eorum predicationibus ad
populum ſeu alias quōlibet affirmare hu-
iuſmodi per nos ſic reprobatas et dāpna-
tas aſſertiones et opiniones veras eē aut
dictos libros pro veris legere tenere vl' ha
bere poſtq̄ꝫ de p̄ntibus ſcientiā habuerint
excōicationis ſententiam et eterne maledi
ctionis penam eoipſo incurrant. A qua ab
alio q̄ꝫ a romano pontifice et illius ꝓprio
ore / expreſſa cauſa hmōi ꝓpter quam cen-
ſuras predictas incurrerint niſi in mortis
articulo cōſtituti nequeāt abſolutionis be
neficium obtinere. Non obſtātibus conſti-
tutionibus ꝛ ordinationibus apoſtolicis
contrarijs quibuſcunq̧ ſeu ſi aliquibus cō
muniter ſeu diuiſim a ſede apoſtolica idul
tum exiſtat ꝙ interdici ſuſpendi vel excō-
municari non poſſint per litteras apoſto-
licas non facientes plenam et expreſſam
ac de verbo ad verbum de indulto hu-
iuſmodi mentionem. Pari dampnationi ꝛ
cenſure ſubijcientes illos qui predicare do
cere aut aut alias verbo vel ſcriptura af-
firmare preſumerent hereticū fore credere
eādē vginē glorioſā a peccati origialis ma
cula preſeruatā nō fuiſſe. Et ne de ꝑmiſſis
aliqui valeant ignorantiam allegare vo-
lumus ꝙ locorum ordinarij preſentes lr̄as
in eccleſijs cōſiſtētibus in eorū ciuitatib⁹

et ſuarum dioceſum locis inſignibus dum
maior inibi populi multitudo ad diuina cō
uenerit ac ſermonibus ad populum mādēt
et faciant publicari Preterea quia difficile
foret preſentes litteras ad ſingula loca in
quibus expediens fuerit deferre/etiam vo
lumus/et dicta auctoritate decernimus ꝙ
earundem tranſumpto manu publici no=
tarij confecto ⁊ autenticato ⁊ alicuius pre
lati eccleſiaſtici ſigillo munito vbiqꝫ ſtetur
prout ſtaretur eiſdez originalibus litteris
ſi forent exhibite vel oſtēſe Nulli ergo o m
nino hominum liceat hanc paginaz noſtre
reprobationis dāpnationis ſtatuti ordina
tionis voluntatis et decreti infringere vel
ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem
hoc attemptare preſumpſerit indignatio=
nem omnipotentis dei et beatorum Petri
⁊ Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incur
ſurum. Datum Rome apud ſanctum petrū
Anno incarnationis dominice Milleſimo
quadringenteſimo octogeſimo ſecūdo. Pō
tificatus noſtri. Anno vndecimo.

¶ Calixtus tercius cōfirmat bullas eu
genij quarti ⁊ Nicolai quinti approbantes
conſtitutionem Bonifacij octaui. Sup ca=
thedram ⁊ reprobantes errores diuerſos
exortos ſup illā mēdicātes i ea cōfirmādo.

CAlixtus epiſcopꝰ
ſeruus ſeruorum dei Ad fu=
turam rei memoriam Inter
cetera que paſtorali cure
competunt eaipſa procul du=
bio potiſſima eſſe decernimus quibus chri
ſti fideles cunctis propulſis erroribus in
vnitate fidei ac pacis qete viuere gloriāqꝫ
proſequi beatam conſpicimus: ſed acce=
ptabile deo multum id eſſe nō ambigimus
quo religioſas perſonas chriſto famulan=
tes noſtre vigilantie miniſterio ac iuſticie
fauore priuigelijs eiſdē a ſancta ſede apo=
ſtolica matura cuz deliberatione conceſſis
nullo colore impediri ſed libere frui intue=
mur. Nuper ſiquidem non ſine quadā ani=
mi diſplicentia ex relationibus plurimorū
fide dignoꝝ ꝑcepimꝰ ꝙ [illegible] felicis recorda
tiōis Bonifaciꝰ papa octauus predeceſſor
noſter in ſua con[illegible]tutione que incipit Su
per cathedram quam conſtitutionem ſiue
decretalem poſtmodum pie memorie. Cle=
mens papa quintus etiam predeceſſor no
ſter in ſuo concilio v[illegible]nenſi innouauit et q̄
ſub ſequenter ad heremitarum ſancti Au=
guſtini et glorioſiſſime dei genitricis ſem=
perqꝫ virginis marie de montei Carmeli
Ordinum fratres per ſedem apoſtolicam
extenſa fuit inter cetera ſtatuerit ⁊ ordin a
uerit ꝙ in ſingulis ciuitatibus et dyoce=
ſibus in quibus predicatorum et mino=
rum ordinum fratrum loca conſiſterent ac
in locis ipſis vicinis in quibus loca huiuſ=
modi non haberentur magiſtri et priores
principales predicatorum aut eorum vi=
carij generales ac prouintiales miniſtri
necnon cuſtodes minorum ordinum pre=
dictorum ad preſentiam prelatorum ibidē
ſe conferrēt per ſe vel fratres quos ad hoc
ydoneos fore putauerint humiliter peti=
turi vt fratres qui ad hoc forēt electi in eo
rum ciuitatibus et dyoceſibus confeſſio=
nes ſuorum ſubditorum confiteri ſibi vo=
lentium audire libere valerent ac eiſdem
confitentibus prout ſcđm deum expedire
cognoſcerent penitentias imponere ſalu=
tares ac beneficiū abſolutionis impendere
de licentia gratia ⁊ beneplacito eorundez
prefatiqꝫ magiſtri priores ⁊ miniſtri ſtude
rent eligere perſonas ydoneas ac ſufficien
tes vite probate diſcretas modeſtas atqꝫ
peritas ad tam ſalubre miniſterium et offi
cium exequendum. Quas ſic electas prela
tis ipſis preſentarent vel facerent preſen=
tari. vt de illorum licētia ⁊ beneplacito ciui
tatibus et dioceſibus eorundem perſone
ſic electe hmōi confeſſiones ſibi cōfiteri vo
lentium audirent ⁊ eis imponerent penitē
cias ſalutares ac beneficium abſolutionis
impenderent/ac etiam bone memorie Jo=
hānes papa. xxij. predeceſſor noſter certos
errores dampnauerit et reprobauerit de
aſſenſu fratrum ſuorū eccleſie romane Car
dinaliū necnon celebris recordationis Eu
genius papa quartus etiā predeceſſor no=
ſter errores ipſos pro falſis erroneis et ad
uerſantibus ſacris canonibus dampnatos
reprobosqꝫ declara[illegible]erit cū quibuſdam ali=
is atqꝫ decreuit. Et ſubſequēter pie memo=
rie Nicolaus papa quintꝰ ſimiliter prede=
ceſſor noſter de fratrum ſuoruz/conſilio de
quorum numero tunc eramus dicti Euge=
nij predeceſſoris litteras in omnibus ⁊ per
omnia approbauerit ⁊ confirmauerit pro=
ut in ſingulis. Eugenij ⁊ nicolai predeceſſo
rum litteris huiuſmodi plenius cōtinetur.
Quarum quidem tenor ſequit̄ ⁊ eſt talis.

¶ Nicolaus epūs ſeruꝰ ſeruoꝝ
dei. Uniuerſis ⁊ ſin
gulis venerabilibꝰ frībus Patriarchis Ar
chiepiſcopis et epiſcopis ac Dilectis filijs
electis ⁊ abbatibꝰ vbilibet cōſtitutis ad q̄s
preſentes littere/peruenerint. Salutem et

apoſtolicā benedictionē Prouiſiōis noſtre debet prouenire ſubſidio vt ea que a bone memorie predeceſſoribus noſtris in religionis augmentū vtiliter geſta ſūt illeſa permaneāt ꝛ ab oībus inuiolabiliter obſeruētur. Hinc eſt ꝙ nos tenores quarundā litterarum felicis recordationis Eugenij pape quarti predeceſſoris noſtri in ipſiꝰ regiſtro repertas de regiſtro ipſo de ꝟbo ad verbū trāſcribi ꝛ pn̄tibꝰ ānotari fecimꝰ q̄ ſūt tales

Eugenius epūs ſeruus ſeruorū dei Uniuerſis ꝛ ſingulis venerabilibꝰ frībus / patriarchis archiepis / ꝛ epis / ac dilectis filijs electis ꝛ abbatibus vbilibet cōſtitutis ad quos pn̄tes littere ꝑuenerint Salutē et apoſtolicā bn̄dictionē. Sregis nobis crediti curā gerentes peruigilē ſtudijs efficere conamur aſſiduis vt pro quoꝝ ſalute lāguores humanos altiſſimi filius ꝑpeti voluit fideles exerrādis nō inuoluant erroribus: ſed nr̄i directione miſterij prout ſuꝑna gr̄a cōtulerit a noxijs ꝛ diſpendijs iugiter preſeruent et vt etiā vos in ꝑte ſollicitudinis vocati pro dictis extirpandis erroribus opē ꝛ operā feruentius impendatis vos pro iniuncto nobis officio excitamus Dudū ſiquidē felicis recordationis Bonifacius papa octauꝰ predeceſſor noſter in ſua (que incepit ſuper cathedrā) cōſtitutione ſiue decretali quam poſtea pie memorie Clemens papa quintus etiam predeceſſor noſter in vienneſi cōſilio innouauit et que ſubſequenter ad heremitarū ſancti Auguſtini et beate dei genitricis ſemperqꝫ virginis marie de monte Carmeli ordinum fratres per ſedem apoſtolicā extenſa fuit inter cetera ſtatuit ꝛ ordinauit ꝙ in ſingulis ciuitatibus ꝛ dioceſibus in quibus predicatoꝝ ꝛ minoꝝ ordinum fratrum loca conſiſterent ac in locis ipſis vicinis in quibus huiuſmodi loca nō haberentur magiſtri et priores prouinciales miniſtri necnon cuſtodes ordinum predictorum ad preſentiam prelatoruꝫ ibidē ſe conferrent per ſe vel per fratres quos ad hoc ydoneos fore putarēt humiliter petituri vt fratres qui ad hoc electi forent in eorum ciuitatibus ꝛ dioceſibus cōfeſſiōes ſuorum confiteri ſibi volentium audire libere valerent et huiuſmodi confitentibus prout ſecundum deum expedire cognoſcerent penitencias imponere ſalutares ac beneficium abſolutionis impendere de licentia gratia ꝛ beneplacito eorundem Prefatiqꝫ priores et miniſtri ſtuderent eligere perſonas ydoneas ſufficiētes vite probate diſcretas modeſtas atqꝫ peritas ad tam ſalubre miniſterium et officium exequendum quas ſic electas prelatis ipſis preſentarēt vel preſentari facerent vt de eorum licentia ꝛ beneplacito in ciuitatibus vel dioceſibus eorundem perſone ſic electe huiꝰmodi confeſſiones ſibi confiteri volentium audirent et eis imponerent penitencias ſalutares ac beneficium abſolutionis impenderent prout in ipſa conſtitutione ſiue decretali plenius continetur. Et licet poſtmodū ad pie recordationis Johānis pape .xxij. etiā predeceſſoris noſtri noticiā deducto ꝙ quondā Johānes de poliaco magiſter in theologia ſequētes articulos tenuerat publiceqꝫ docuerat ꝙ ꝯfeſſi frībꝰ licētiā gn̄alē ꝯfeſſiōes audiēdi habentibꝰ eadem peccata q̄ confeſſi fuerant iterum proprio ſacerdoti confiteri teneantur ac ſtante ſtatuto. Omnis vtriuſqꝫ ſexus in conſilio generali nec deus nec romanus pontifex facere poteſt ꝙ parrochiani non tenerentur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti ſcilicet parrochiali curato cōfiteri. Quꝙ non poſſet papa generaliꝫ dare poteſtatem audiendi confeſſiones ymo nec deus qui confeſſus generalem habenti licentiaꝫ teneretur eadem iterum proprio ſacerdoti veluti parrochiali curato confiteri Dictus Johannes predeceſſor noſter a verbis que Uas electionis protulit exordium ſumens habita inde per plures ſacre pagine confeſſores examinatione diligenti necnon de venerabilium fratrum ſuoruꝫ Romane eccleſie cardinalium conſilio ꝛ aſſenſu prefatos articulos tanqꝫ falſos ꝛ erroneos et a ſana doctrina deuios auctoritate apoſtolica dampnauerit et reprobrauerit. Ipſeqꝫ Johannes de poliaco verꝫ rationibus opinioni quam dudum habuerat ꝛ contrarijs ꝛ quibus reſpondere non poterat demonſtratos eoſdem articulos non eſſe veros affirmans illos in conſiſtorio publico necnon ipſorum iohannis pape ꝛ cardinalium pn̄tia reuocauerit tamen ſicuti nuper fratruꝫ ordinum lamentabili eorundem querela ad noſtrum non ſine diſplicentia graui peruenit auditum plures eccleſiaſtice necnon alie vtriuſqꝫ ſexus perſone reprobos ſuperſticioſoſqꝫ articulos huiuſmodi amplexantes fideliūqꝫ animos inficere ac eis vt fratribus ordinum huiuſmodi non confiteantur et ab eorum deuotione retrahere molientes nedum predictos ſed et alios etiam ſacris canonibus omnino contrarios articulos aſtruere publice non verentur vide

licet ꝙ confeſſio fratribus ſic electis et ad=
miſſis facta dubitabilis ſit ꝛ incerta. Unde
tenentur omnes incertum dimittere ꝛ ſic ſo
lum confiteri ſuis ſacerdotibus curam a=
nimarum habentibus ſub pena peccati
mortalis ac ꝗuis ipſi fratres admiſſi au
ctoritatē habeant confeſſiones audiendi
et abſoluendi tamen ad eos accedendi po=
pulus ſubiectus ſine licentia proprij ſacer
dotis nō habet poteſtatem. Fratres quoqꝫ
priuilegia pro confeſſionibus audiendis ꝛ
ſepulturis habendis petentes in pctō mor
tali et Romani pontifices illa mendicanti=
bus concedentes ſiue confirmantes etiā in
ſimili peccato et excommunicati ſunt ac di
cti fratres mendicantes non paſtores: ſed
fures latrones et lupi cenſentur Sacerdos
autem curatus mendicantibus confeſſio=
nes audiendi licentiam dans magis ſuper
iſto ſtatuto. Omnis vtriuſqꝫ ſexus diſpen=
ſat ꝙ papa: fratribus licentiā tribuens iux
ta formam decretalis antedicte. Nos igit
animarum ꝛ alia que premiſſoꝝ articuloꝝ
occaſione: niſi prodeuntes inde confutarē=
tur errores ſuccedere poſſent pericula tre=
pidantes ac illis quantum in nobis fuerit
obuiare cupientes oīs articulos vna cum
venerabilibus fr̄ibus nr̄is ſācte Romane
eccleſie cardinalibus mature inſpeximus
et per diuerſos in iure canonico doctores
et ſacre pagine profeſſores diligenter exa
minari fecimus Et quia protinus illos fal
ſos et erroneos ac eiſdem canōibus aduer
ſos fore repperimus illos de dictorum fra
trum noſtrorum ſancte Romane eccleſie
Cardinalium conſilio et aſſenſu auctorita
te apoſtolica pro falſis et erroneis ꝛ aduer
ſantibus ſacris canonibus dampnatos re
proboſqꝫ declaramus atqꝫ decernim⁹ Quo
circa vniuerſitati veſtre per apoſtolica ſcri
pta mandamus quatinus ſinguli veſtrū
qui ſuper hꝰ́ſa quoqꝫ predictorum ordinū
predicatorum minorū ꝛ Auguſtineñ ꝛ glo
rioſiſſime dei genitricis ſemperqꝫ virginis
marie de monte Carmeli ſuper premiſſis
priuilegiatorum magiſtro generali ac pro
uinciali miniſtro vicario vel alio gerēte of
ficium fueritis requiſiti ad confutandos ꝛ
reprimendos ac penitus tollendos huiuſ=
modi errores (prout in prefatis decretali
ſiue conſtitutione ſuper cathedram ac ex=
trauagante. Uas electionis continetur) di=
ligenti ſtudio ac cura prouideatis et inten
datis prefataſqꝫ conſtitutiones integre ſer
uantes faciatis ab omnibus inuiolabiliter
obſeruari. Et ſi quos forſan huiuſmodi
dampnatos vt prefertur articulos aut ali
quem ſeu aliquos eorum pertinaciter aſ=
ſerere vel temere predicare inueneritis: con
tra illos communiter vel diuiſim tanqꝫ cō=
tra hereticos et de catholica fide ſuſpe=
ctos procedere necnon ipſos et eorum quē
libet iuxta tantorum exceſſuum qualitatē
per cenſuram eccleſiaſticam et alia oppor=
tuna iuris remedia auctoritate predicta
compeſcere ſtudeatis. In contrarium fa=
cientibus non obſtantibus quibuſcunqꝫ.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtre declarationis et conſtitu=
tionis infringere vel ei auſu temerario
contraire. Si quis autem hoc attemptare
preſumpſerit indignationem omnipoten=
tis Dei et Beatorum Petri et Pauli apo=
ſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Da=
tum Rome apud Sanctum Petrum. An=
no incarnatiōis dominice Milleſimo qua
dringenteſimo quadrageſimo ſexto. deci=
mo ſeptimo kalendas Februarij. Pontifi=
tus noſtri anno ſexto decimo
¶ Ceterum vt earundem litterarum te=
nores maioris roboris et efficacie cenſean
tur nos de venerabilium fratrum noſtro=
rum ſancte Romane eccleſie Cardinalium
conſilio et aſſenſu eaſdem predeceſſoris
noſtri litteras in omnibus et per omnia
innouantes approbamus confirmamus ꝛ
preſentis ſcripti patrocinio communimus
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtre innouationis approbatio
nis/confirmationis/et communitionis in=
fringere vel ei auſu temerario contraire.
Si quis autem hoc attemptare preſum=
pſerit indignationem omnipotentis dei ꝛ
beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ei⁹
ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apꝰ́
ſanctum Petrum. Anno incarnationis dn̄i
ce. M. quadrigēteſimo quadrageſimo octa
uo tercio kalendas Junij. Pontificatus no
ſtri Anno ſecundo.
¶ Ueruntamen dum pridem in vigilia pē
thecoſtes proxime preterita prefate litte=
re Nicolai predeceſſoris noſtri venera=
bili Fratri noſtro Epiſcopo Pariſienſi:
ſeu in eius Epiſcopali curia preſentate
forent Dilectus filius Guillermus rineti
protunc Rector vniuerſitatis Pariſienſis
eaſdem impediri fecit aſſerens dicti Ni
colai predeceſſoris noſtri litteras de fal=
ſo plurimum ſuſpectas pacis in eadem
vniuerſitate ſolempniter iurate et ſta=
tus Iherarchici in eccleſia ſancta dei
plurimum turbatiuas et ſcandaloſas et

aduerſas iuris communis ſanctionibus
ſacris ⁊ pragmatice ſanctioni ⁊ quod ſuper
illis renunciando et illarum reuocatoria i-
petrando religioſi quatuor ordinum men-
dicantium fuerunt attēctius ſummati quod
facere rēnuerant et diſtulerant ꝑ ſuas pa-
tentes litteras vniuerſis notum fecit ꝙ ex
cauſis premiſſis et alijs rationabilibus de
mandato ſpeciali et matura deliberatio-
ne et concluſione dicte vniuerſitatis omēs
et ſinguli illius de dictis quatuor ordinibꝰ
mendicantium a gremio prefate vniuerſi-
tatis erant perpetuo priuati nō iurati aut
ab eiuſdem vniuerſitatis conſortio et gra-
duum in eadem ſuſceptione ſimuliter reſe-
cati. Si autem dictis ſuis obtemperarent
concluſionibus cuȝ effectu eadem vniuerſi
tas cum eiſdem minime agere intendebat
Et etiā cum ſtatutis ⁊ priuilegijs dicte vni
uerſitatis ⁊ precipue felicis recordationis
Alexandri quarti/inter cetera contineri di
catur ꝙ ſi forte magiſtris et ſcolaribus di-
cte vniuerſitatis hoſpitiorūȝ ſubſtrahatur
taxatio aut eis vel alicui ipſorum iniuris
vel exceſſꝰ inferrenť enormes vtpote mor-
tis vel membri mutilatio/niſi congrua mo
nitione premiſſa infra quindecim dies fo-
ret ſatiſfactum liceret eiſdem magiſtris et
ſcolaribꝰ vſq; ad ſatiſfactionem condignā
ſuſpendere lectiones et ſi aliquem eorū in-
debite incarcerari contingeret/fas eſſet ip-
ſis(niſi monitione prehabita ceſſaret iniu-
ria) a lectione ceſſare. ꝙ q; ſi pro aliqua ex
cauſis in conſtitutiōe pie memorie. Grego
rij pape octaui contentis eadem vniuerſi-
tas lectiones duceret ſuſpendendas omēs
magiſtri tam regulares q̄ȝ ſeculares ipſas
ſuſpendere tenerentur :has niſi cū vniuer-
ſitate minime reſumpturi:Eueniatq; inter
dum vt ex cauſis premiſſis ab huiuſmodi
lectionibus ceſſatio fiat/rector et vniuerſi-
tas religioſos vt de alijs taceamus non ſo
lum a lectionibus huiuſmodi verumetiam
a predicationibꝰ verbi dei ceſſare compel-
lunt in ſedis apoſtolice irreuerenciam ⁊ fi-
dei xp̄iane diſpendium ac perturbationem
dictorum religioſorum necnon malum ex-
emplum et ſcandalum plurimorum. Qua-
re pro parte dictorum religioſorum nobis
fuit humiliter ſupplicatum vt in premiſſis
oportune prouidere paterna diligentia cu
raremus. Nos igitur ad quos ex officio no
bis commiſſo pertinet in premiſſis vigilan
tie noſtre curas adhibere ſcientes ꝙ predi
cte. Nicolai littere matura cum deliberati-
one proceſſerunt et ꝙ nullo capite repudi-
ande ſunt nec de falſitate aut ſubreptione
vel obreptione ſuſpecte/nec ſtatus iherar-
chici in eccleſia dei turbatiue vel ſcandalo
ſe nec ſacris canonibꝰ aduerſantes ſed po-
tius conſone et ſaluti animarum chriſti fi-
delium plurimum profecture eaſq; de vene
rabilium fratrum minorum noſtrorū. Car
dinalium conſilio et aſſenſu innouamus cō
firmamus et approbamus ſerie cum ꝑreſē
ti mandantes illas ac omnia et ſingula in
eis nec non. Eugenij predeceſſoris litteris
huiuſmodi contēta ſub excōmunicationis
et alijs diuerſis ſentencijs cenſuris et pe-
nis firmiter obſeruari. Qȝ q; idē rector pre
fatos quatuor ordinum mendicantiuȝ fra
tres/pro eo,ꝙ determinationibus ſacroſan
cte romane eccleſie in materia fidei renun-
ciare noluerunt reſecatos atq; priuatos vt
prefertur notificauit. Statutuȝ quoq; ⁊ pri
uilegium Alexandri quarti huiuſmodi ſo-
lum de ceſſatione a lectionibus ⁊ non a pre
dicationibus mentionem fecit. Huiuſmodi
ſupplicationibus inclinati ne tam celebres
ordines/quorum illa preclara ſuppoſita il
lam vniuerſitatem francieq; regnuȝ ac vni
uerſalem eccleſiam ſuis doctrinis et exem-
plis decorauerunt atq; decorant/tam ſubi
to tamq; repente fuerint ab eadē vniuerſi-
tate remaneāt ⁊ ſint vl' ceſeanť quoquomō
reſecati/quiymo ibidem ꝑpetue vigeāt/ et
notabilia mēbra facultatis ſacre theologie
fuerint ⁊ exiſtant priuationem reſecationē
⁊ litteras rectoris huiuſmodi ac in eis con
tenta ⁊ inde ſecuta quecūq;. De dictoꝝ fra
trum noſtrorū cōſilio ⁊ aſſenſu auctoritate
apoſtolica et ex certa ſcientia tenore preſē
tium reuocamus caſſamus irritamus ⁊ an
nullamus ac nullius roboris vel momenti
fuiſſe ⁊ eſſe decernimꝰ. Ipſoſq; quatuor or-
dines mendicantium in priſtinum et eum
ſtatū in quo ante notificationē priuationeȝ
⁊ reſecationem predictas exiſtebant reſti-
tuimus ⁊ reponimus eoſq; in aliquo caſuū
niſi hoc in ipſis litteris Alexādri ⁊ ſtatutis
antedictis caueatur expreſſe ad ceſſandum
a predicationibus verbi dei nec ad id per
rectorem pro tempore dicte vniuerſitatis
vel quēcūq; aliū ſeu alios compelli poſſe de
claramus:ſed ipſos quatuor ordinum men
dicancium fratres tam iuratos q̄ȝ nō iura-
tos ⁊ alios prelatos doctores ⁊ rectores ec
cleſiarū ad quos ſpectat verbū dei i ſuis ec
cleſijs ⁊ alijs locis vbi fuerit reqſiti ꝑdica-
re libere ⁊ licite poſſe ⁊ debere in oībꝰ ⁊ per
omnia/perinde ac ſi huiuſmodi ceſſatio nō
foret in caſibꝰ antedictis:⁊ ita lr̄as Alexan

dri ⁊ ſtatuta hmõi vt iuri cõſona debere in
telligi declaramus. Nichilominus omnib⁹
⁊ ſingulis fratribus quatuor ordinum mē=
dicantium predictoruz qui in dicta vniuer
ſitate debitos ⁊ conſuetos curſus in theolo
gia inceperint continuauerint ⁊ perfecerit
et in futurum incipient continuabūt ⁊ per=
ficient durante huiuſmodi aut ſimili reſeca
tione vt licentie gradus ⁊ doctoratus inſi=
gnia cancellarius dicte vniuerſitatis pro
tempore (vt moris eſt) ſibi impendat. Et ſi
forſan dictus cancellarius ad id requiſitus
gradus licentie ⁊ magiſterij inſignia eis i=
pendere contradiceret ex tunc liceat antiq=
ori magiſtro in theologia predictoruz qua
tuor ordinū mēdicātiū vel vni ad hoc depu
tato ab eorūdē quatuor ordinuz magiſtris
illis qui dictos curſus perfecerint gradus
et inſignia huiuſmodi prout ſeruatis alijs
ſolempnitatibus ⁊ examine conſuetis me=
ruerint abſq alicuius ſpiritualis vel tem=
poralis pene incurſu libere impendere. Qz
q fratres ſic per eoſdem magiſtros promo
ti omnibus ⁊ ſingulis priuilegijs gratijs li
bertatibus exem[p]tionibus indultis et im=
munitatibus gaudeant ⁊ vtantur ac vti et
gaudere poſſint ſicut illi quibus idem can=
cellarius huiuſmodi gradus et inſignia iu
xta ſtatuta ⁊ conſuetudines dicte vniuerſi=
tatis impendit in omnibus ⁊ per omnia p=
inde ac ſi gradus ⁊ inſignia predicta ab eo
dem cancellario recepiſſent eadē auctorita
te concedim⁹ pariter ⁊ indulgemus. ¶ Pre
terea qr pretextu priuilegiorum dicte vni=
uerſitatis occaſione ſeu ex cauſis predictis
quidā fratres predicatorum ordinum cita
ti fuerūt atq moleſtati durāte huiuſmodi
reſecato. Prefato ⁊ pro tempore exiſtēti re
ctori conſeruatorib⁹ necnō magris ſcolari
bus dicte vniuerſitatis in vtute ſancte obe
diencie ⁊ ſub excōicationis pena late ſentē=
cie a qua (niſi in mortis articulo p alium q
per pontificem romanū abſolui non poſſint
ſi ſecus egerint) pmulgam⁹ ne pretextu pri
uilegiorum ſupradictoruz occaſione ſeu ex
cauſa predictis ipſos ffes vel aliquem ip=
ſorum (niſi apud ſedem apoſtolicam dum=
taxat) directe vel indirecte vel alio quouis
queſito colore per ſe vel p aliuz ſeu alios tā
ſup reſecacione a pdicationis ceſſatione q
gradus impoſitiōe ⁊ q alijs occaſione ſeu
ex cauſa predicta moleſtare vexare ſeu per
turbare preſumant ea[dē] auctoritate diſtri
ctius inhibemus decernentes ex tunc irri=
tum et inane ſi ſec⁹ ſuper hijs a quoq qua=
uis auctoritate ſcienter vel ignoranter cō=
tigerit attemptari. Nulli ergo omniuo ho
minum liceat hanc paginam noſtrorum mo=
nitionis. confirmationis. approbationis.
mandati. reuocationis. caſſationis. irrita=
tionis. annullationis. conſtitutionis. reſti=
tutionis. repoſitionis. declarationis. cōceſ=
ſionis. indulti. promulgationis. inhibitio=
nis. et decreti. infringere vel ei auſu teme=
rario cōtraire. Si quis ⁊c. Datū rome apd
ſanctum petrum. Anno incarnationis dñi=
ce milleſimo quadringētesimo quinquage=
ſimo ſexto / decimo kalendas aprilis. Pon=
tificatus noſtri Anno ſecundo.

¶ Conſtat quoq prefatas litteras apoſto
licas Calixti tercij. Nicolai quinti ⁊ Euge=
nij quarti per Sixtum quartum confirma=
tas fuiſſe per ſuas litteras q dicuntur Ma
re magnum priuilegiorum fratruz Carme
litarum que incipiunt. Dū attenta medita
tione penſamus ⁊c. Datas anno dñi mille=
ſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſe=
ptimo kalendas aprilis. Pōtificatus ſui an
no ſexto. Ibidemq de verbo ad verbum cū
ceteris priuilegijs eorum inſertas eſſe / ſaluis
tn̄ priuilegijs contra conſtitutionem. Sup
cathedram ordini minorum conceſſis / quē
quia poſtmoduz a Calixto. tertio reuocata
fuiſſe dicebantur idem Sixtus per bullam
(que incipit. Quia in futuroruz) in ſuo vigo
re repoſuit. Ex priuilegijs fratrum Carme
letarū cōmunicatis ⁊ cōceſſis fratribus pre
dicatoribus ⁊ minorib⁹ ac fratribus ⁊ ſoro
ribus ſecundi ⁊ tertij ordinū beati franciſci
a Sixto quarto per bullam ſuam que dici=
tur. Bulla aurea.

¶ Alexander papa quartus cōcedit fra
tres poſſe eccleſiaſtica ſacramēta ſuis fami
liaribus miniſtrare ac eos ſepulture eccleſi
aſtice tradere.

ALexāder epiſco
pus ſeru⁹ ſeruorū dei. Di=
lectis filijs generali et pu
cialibus prioribus ⁊ fratri
bus heremitarum ordinis
glorioſiſſime dei genitri=
cis ſemp virginis marie
de mōte Carmeli. Salutē ⁊ aplicā bndicti=
onem. Deuotiōis vre precib⁹ inclinati mi=
niſtrandi eccleſiaſtica ſacramēta familiari
b⁹ vris ac tradēdi eos ſepulture eccleſiaſti
ce cū deceſſerint vobis aucte pſentium ſine
alieni iuris preiudicio concedim⁹ facultatē
Nulli ergo omnino hoim liceat hanc pagi
nā nre cōceſſionis infrigere vel ei auſu te=
merario cōtraire. Si qs aūt hoc attēptare

preſūpſerit indignationē omnipotētis dei
et beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius ſe
nouerit incurſurū Datū laterani. v. nonas
Marcij. Pōtificatus noſtri Anno ſecundo.

¶ Urbanus quartus concedit ffes poſ
ſe confeſſiones ſuoꝝ familiarium ⁊ aliarū
ꝑſonarū de licētia ſuoꝝ ꝓlatoꝝ audire. ⁊c̄.

Urbanus ep̄s ſer
uus ſeruorum dei Dilectis fi-
lijs Generali ac ceteris priori
bus et fratribus preſbiteris
ordinis glorioſiſſime dei geni
tricis ſemperꝗ virginis Marie de monte
Carmeli Salutē ⁊ apoſtolicam benedictio
nem. Uobis ad hoc tota mente ſollicitis vt
eterno regi per vite glorioſe ſtudiū placea
tis que animarū ſalutē paritura credimus
benigno fauore ꝯcedere debemus/hinc eſt
ꝙ nos vr̄is ſupplicationibus annuētes pre
ſentiū vobis auctoritate cōcedimus vt con
fratrū ⁊ familiariū veſtroꝝ ac alioꝝ chriſti
fidelium cauſa deuotionis ad vos recurrē
tiū de ſuoꝝ licētia prelatorum cōfeſſiones
audire ⁊ eis pro cōmiſſis penitēciā ſaluta
rem iniungere valeatis niſi forte talia cō-
miſerint propter que ſedes apoſtolica ſit
merito cōſulenda. Nulli ergo omnino ho-
minū liceat hanc paginam noſtre cōceſſio
nis infringere vel ei auſu temerario cōtra
ire Si quis autem hoc attemptare preſum
pſerit ⁊c̄. Datū viterbij idibus Maij. pon-
tificatus noſtri. Anno primo. ¶ Item ex
priuilegijs particularibus fratrum minoꝝ
de obſeruantia ſiue familia etiam ad fra-
tres reformatos obſeruantie et obediētie
regularis eiuſdem ordinis per Sixtū quar
tum ſpecialiter extenſis et etiam per In-
nocentium octauum vt conſtat.

¶ Nicolaus quintus concedit ꝙ poſſint
fratres de obſeruantia ſub vicarijs audi-
re in confeſſione omnes vndecunꝗ venien
tes extraneos et adminiſtrare ſacramētuꝫ
eukariſtie. ¶ Dilectis filijs vicarijs gn̄a-
libus ac prouincialibus fratrum minoruꝫ
regularis obſeruantie ac quibuſcunꝗ ve-
ſtri ordinis et obſeruancie per vos deputa
tis et deputandis confeſſoribus

Nicolaus papa. v
Dilecti filij Saluteꝫ ⁊ ap̄licā
bn̄dictionē. Scimus ꝑplos ci
uitatū terrarū ⁊ locoꝝ apud
q̄ loca habetꝫ exēplo allectos
et inductos religioſe vite quā dn̄o cōcedēte
ducitis libenter ad cōſitendū vobꝫ ⁊ ſacra-
tiſſimā cōmunionē de manibus vr̄is acci-
piendū cōfluere: vnde vt illis ſatiſfacere va
leatis deuotioni vr̄e audiendi in cōfeſſioni
bus omnes quarūcūꝗ diocesū et in illis ex
traneos ac forenſes abſoluendi quoꝗ etiā
in caſibus quos dioceſani locoꝝ in q̄bus ad
audiēdū deputati eſtꝫ duxerint cōcedēdos
⁊ in oī preterꝗ ī die dn̄ice reſurrectiōis pre
dictā ſacratiſſimi corpis dn̄ici cōmunionē
dandi auctoritate apoſtolica concedimus
per p̄ntes. Datum Rome apud ſanctū Pe-
trum ſub anulo piſcatoris die. xv. Aprilis
M.cccc.lviij. Pōtificatus nr̄i. Anno ſecūdo

¶ Sixtus quartus cōcedit id qđ Nicolaus
ſupradictus. ¶ Dilectis filijs vicarijs gn̄a
libus ac prouincialibus fratrū minoꝝ re-
gularis obſeruancie ac quibuſcunꝗ veſtri
ordinis obſeruancie per vos deputatis et
deputandis confeſſoribus.

Sixtꝰ papa quar-
tus Dilecti filij Salutē ⁊ apo-
ſtolicā benedictionem Ueſtrꝫ
in hac parte deuotis ⁊ humi-
libus ſupplicationibus ānuē
tes felicisꝗ recordationis Nicolai quinti
predeceſſoris noſtri in hac parte veſtigijs
adherentes haruꝫ ſerie vobis auctoritate
ap̄lica cōcedimus facultatē audiēdi in con
feſſiōibus oēs ⁊ ſingulos quarūcūꝗ dioce-
ſū ⁊ in illis extraneos ⁊ forēſes abſoluendi
etiā in caſibus q̄s dioceſani locoꝝ in q̄bus
ad audiēdū deputati eſtis duxerint cōcedē
dos. Omni tp̄e ꝓterꝗ in die reſurrectionis
dn̄ice ſacramētū eukariſtie licite miniſtrā-
di cōſtitutiōibus ⁊ ordinationibus ap̄licis
ceteriſꝗ in cōtrariū facientibus nō obſtāti-
bus q̄buſcunꝗ. Datū Rome apud ſctm̄ pe-
trū ſub anulo piſcatorꝫ die. xi. iunij M.cccc
lxxv. Pontificatus noſtri Anno quarto.

¶ Clemēs. iiij. cōcedit ꝙ ffes minores q̄bꝰ
aliq̄d ab ordinarijs cōcedit ſuꝑ abſolutiōi
bus ⁊ diſpēſationibus ſi illos ꝓlatos mori
ꝯtigerit poſſint libere vti licētia ſibi ꝯceſſa
donec viduatꝫ ecclīijs fuerit d̄ paſtore ꝓuiſū

Clemēs ep̄s ſeruꝰ
ſeruoꝝ dei Dilectꝫ filijs miniſtro
gn̄ali ⁊ ffibus ordinis minoruꝫ
Salute ⁊ ap̄licā bn̄dictionē: Exigētibꝰ vr̄e
deuotiōis meritis votis vr̄is libēter ānui-
mus ⁊ petitiōes vr̄as q̄tū cū deo poſſumꝰ
fauorabilr̄ exaudimus. Ex pte ſiq̄dē vr̄a
fuit ꝓpoſitū corā nobis ꝙ licet vobis a nō
nullis patriarchis archiep̄is ⁊ ep̄is ⁊ alijs
ecclīarū ꝓlatis audiēdi cōfeſſiōes ſubditos

D iij

rum ſuoꝝ necnō predicandi ⁊ aliq̄ua vota
in alia pietatis opera cōmutandi in ſuis ci
uitatibus ⁊ dioceſibus licētia ſit cōceſſa: q̄z
tamen eiſdē prelatis decedentibus vti licē
tia huiuſmodi eccleſiis ſic vacantibus du=
bitatis: nobis humiliter ſupplicaſtis vt ꝓ
uidere vob̄z ſup̄ hoc pꝛīna diligētia curare
mus. Nos igit̄ ſupplicationibus inclinati
preſentiū vob̄z aucte cōcedimus vt i hmōi
caſu poſſitis vti tādiu libere p̄dicta licētia
donec viduat̄z eccl'ijs ꝓuiſū fuerit de paſto
re. Nulli ergo oīno hoīz liceat hāc paginā
nr̄e cōceſſiōis infringere vel ei auſu teme=
rario cōtraire. Si q̄s ⁊c. Datū peruſii. xvij.
kl's Julij. Pōtificatus noſtri Anno primo.

¶ Eugenius quart⁹ declarat q̄ cōican=
tes a dominica palmarū vſq̄ ad dn̄icaz de
quaſi modo ſatiſfaciunt precepto et iuri.

¶ Dilecto filio fratri Jacobo de purimati
cis de Bononia ordinis minorum de obſer
uantia regulari.

Eugenius papa.
iiij. Dilecte Salutē ⁊ ap̄licaz
bn̄dictionē Fide digna rela=
tione ꝑcepimus in ciuitate li=
cij nō paruā ꝑ hec tēpora ex=
citatā fuiſſe cōmotionē de die debite per=
ceptionis ſacratiſſimi corporis dn̄i iheſu
xp̄i ⁊ ꝑ aliquos religioſos ſit affirmatū: q̄
nō cōmunicātes actualiter in die reſurre=
ctionis dn̄ice mortaliter peccarēt etiā ſi in
die iouis ſancta et alijs quibuſcūq̄ diebus
infra annū pluries ⁊ freq̄ntatis vicibus cō
municaſſent. Quod piis aurib⁹ eſt audire
moleſtū Recolimus alias ꝑ quoddā noſtrū
breue ſcripſiſſe venerabili fratri nr̄o Epo
liciē q̄ intelligebam⁹ ſatiſfactū eſſe ſi pau
lo añ vel paulo poſt diē reſurrectionis dn̄i
quis cōmunicet: mirati ſumus q̄ poſtmodū
noua cōtrouerſia reuixerit. ſed inimicus hō
ſuperſeminauit zizaniā. Nos igitur cupiē
tes purgatū triticū in horreū dn̄i cōgrega=
re ⁊ inutilibus contētionibus finē dare: at=
tendentes iuxta doctrinā beati Auguſtini
q̄ ſolēt circūſtācie ſcripturaꝝ illūinare ſub
ſtātiā veritat̄z ⁊ nō ſolū adiacētia: ſz etiā p̄
cedētia ⁊ ſubſeq̄ntia v̄ba ſūt ꝯſiderāda pru
dēter Cū dicat canō eccl'ie Oīs vtriuſq̄ ſex⁹
fidelis ſaltē ſemel in anno cōfiteat̄. Et īfra
ſuſcipiēs adminus in paſcha reuerēter eu
kariſtie ſacramētū. Et ſequit̄ niſi de ꝓprij
ſacerdotis cōſilio ob aliquā ratiōabilē cāz
ad tēpus ab eius ꝑceptione duxerit abſti=
nēdū. Dicimus expſſe nō intētiōis legiſla=
toris fuiſſe aīas illaqueare fideliū ſub cul=
pa mortali ad cōicādū p̄ciſe in die dn̄ice re
ſurrectiōis ſz t'minū ſtatuiſſe a paſcha ad
paſcha. Cū vt ſemel in anno ⁊ infra admi=
nus in paſcha ⁊c. Mens eñ magis q̄ v̄bo
rū ſonus eſt attēdēda diſcrete. Intelligim⁹
itaq̄ optime iur̄z ſatiſfactū eſſe canoni ſi in
ebdomada ſctā vel infra octauā paſche re
ſurrectionis dn̄ice ſm̄ meliorē diſpoſitiōez
cōſciētie ⁊ aptiorē mētis deuotionē fideles
p̄paratiōe debita ſctm̄ eukariſtie pign⁹ ac
cipiāt ⁊ cū dn̄o paſcha celebrēt ad ſalutem
Et huic ſētētie oēs volum⁹ acq̄eſcere Qua
re deuotioni tue cōmittimus vt p̄dicta vbi
oportere intelligas ppl'is nota facias. Da
tū rome apud ſctm̄ petrū ſub anulo noſtro
ſecreto die octauo Julij. M. cccc. xlvj. Pon
tificatus noſtri Anno decimo.

¶ Sixtus papa quartus approbat mo=
dum recitandi pſalterium virginis glorio
rioſe concedens indulgentias.

Sixtus eps ſeru⁹
ſeruoꝝ dei Ad ꝑpetuā rei me
moriā. Ea que ex fideliū deuo
tione ad dei omnipotentis et
glorioſe virginis Marie lau
dē et gloriā pie ordinata ſūt: vt firma pma
neāt nr̄e approbatiōis robore ſolidam⁹ ac
fideles ipos ad deuotiōis opa exercēda in
dulgētijs ⁊ remiſſiōibus libēter īuitam⁹: vt
exiñ reddāt̄ diuine gr̄e aptiores maxie cū
catholicoꝝ principū id expoſcit deuotio et
hoc cōſpicimus ī dn̄o ſalubrit̄ expedire Sa
ne ꝓ ꝑte dilecti filij nobil̄z viri frāciſci duc̄z
⁊ dilecte ī chriſto filie nobilis mulieris mar
garete ei⁹ cōthoralis duxiſſe britānie Nob̄z
fuit nuper ꝓpoſitū q̄ in ducatu britānie et
⁊ plurib⁹ alijs loc̄z creſcēte fideliū deuotiōe
ab aliq̄ tp̄e citra īnouat⁹ eſt cert⁹ mod⁹ ſiue
ritus orādi pi⁹ ⁊ deuot⁹: q̄ etiā antiquis tp̄i
bus a xp̄i fidelib⁹ in diuerſis mūdi ꝑtib⁹ ob
ſeruabat̄: vcz q̄ q̄l̄z volēs eo mō orare: vt
qual̄z die ab honorē dei ⁊ btiſſime v̄ginis
marie ⁊ cōtra īminētia mūdi ꝑicula tociēs
angelicā ſalutationē aue maria: q̄t ſūt pſal
mi in pſalterio dauitico: vcz Cēties q̄nqua
ſies / ſingulis decē ſalutatiōib⁹ hmōi orōez
dn̄icā ſemel p̄ponēdo. Et iſte rit⁹ ſiue mod⁹
orādi Pſalteriū v̄gis marie vulgariter nū
cupatur. Vñ dux ⁊ duxiſſa p̄fati ꝓpter ſin=
gularē ⁊ ſincerā quā ad ipſā btām v̄ginez
mariā gerūt deuotionē cupiūt ritū ſiue mo
dū orādi p̄dictū / ad obſtruendū ora aliquo
rū detrahentiū per ſedez apoſtolicā appro
bari. Quare pro parte ducis ⁊ duxiſſe et a
lioꝝ fidelium plurimoꝝ nobis humiliter

ſupplicatum/quatinus ritum ſiue modum
orādi huiuſmodi approbare aliaſq; ſuper
premiſſis oportune prouidere de benigni
tate apoſtolica dignaremur. Nos igitur
tam ducis ⁊ ducíſſe ꝗ aliorum fideliū piam
deuotionem in xp̄o habentium cōmendan=
tes: hmōi ſupplicationibus inclinati/prefa
tum pſalterium ſiue modū orandi predictū
auctoritate apoſtolica tenore preſentiū ap
probamus/illumq; tollerandū fore ac cun=
ctis fidelibus eo modo orare debere ⁊ lice=
ce decernimus ⁊ declaramus. Et vt omnes
vt ſinguli xp̄i fideles ad deuotionis opera
et predicto modo orandum eo ferueńtiꝰ in=
ducantur quo exinde animarum ſuaruz fa
cilius ſalutem ꝯſequi ſperauerint. Uniuer=
ſis ⁊ ſingulis chriſti fidelibus prefato mo=
do orare volentibus vbilibet exiſtentibus
preſentibꝰ ⁊ futuris/pro qualibet vice qua
ſicut premittitur orauerint/ꝓ qualibet qui
quagena prefati pſalterij quinq; annos et
totidem quadragenas indulgentie miſeri=
corditer in domino relaxamus. Preſentibꝰ
perpetuis futuris temporibus duraturis.
Non obſtantibus conſtitutionibus et ordi
nationibus apoſtolicis ceteriſq; contrarijs
quibuſcunq;. Et quia difficile foret preſen=
tes litteras ad ſingula loca in quibus illis
opus eſſet ⁊c̄. volumus ⁊c. ꝙ trāſumpto ea
rum manu duorum notariorū alicuius ec
cleſiaſtice curie ſubſcripto et ſigillo alicuiꝰ
prelati ſeu i dignitate eccleſiaſtica ⁊c. fides
detur in omnibus ⁊ per omnia ⁊c. Nulli er
go omnino hominum liceat hanc paginaȝ
noſtre approbationis declarationis ⁊ rela
xationis infringere vel ei auſu temerario
contraire ⁊c Si quis ⁊c. Datum rome apd̄
ſanctum Petrum anno milleſimo quadrin
gēteſimo ſeptuageſimo nono Septimo idꝰ
Maij Pontificatus noſtri Anno octauo.

¶ Sixtus papa quartus concedit quin=
quaginta annos de vera indulgencia ⁊ to=
tidē q̄dragenas obſeruātibus feſtuȝ beati
frācíſci qd̄ etiā p̄cipit ab oibꝰ obſeruari.

Sixtus ep̄s ſeruꝰ
ſeruoꝝ dei. Ad perpetuaȝ rei
memoriā. Preclara ſanctoruȝ
merita ⁊ grandia ꝟtutuȝ inſi=
gnia q̄bus radiātibꝰ in firma
mēto ſyderibus ſacroſctā illuſtrat eccleſia
ac ſupra petrā ſtabilita firmiſſima ſāctorū
irradiat ſplendoribꝰ ⁊ noue ꝓlis inſtaura
ta p̄ſidio incrementū ſuſcipit ⁊ fulgorē. Eo
frequētiꝰ debēt vniuerſi fideles ꝯgrua de=
uotiōe recolere reuerētia ac digna remini=
ſcētia celebrare ſolēpniter collabentibus ſe
culis. Cū p̄ctis facientibꝰ fidei catholice fer
uor plurimuȝ tepuiſſet: decus ille morū deo
ꝗ acceptiſſimus pauperū patriarcha fran
ciſcus ad ſaluandas aīas ipſius ſaluatoris
nr̄i p̄cioſo cruore redēptas oberrantē fide=
lium plebem ad ſalutis op̄a excitandā eru
diendāq; ⁊ ſuo reintegrandam auctori/or=
dinatione ſup̄na deſtinatꝰ: inter admirāda
ipſiꝰ op̄a ſp̄ū p̄aclito inſpirāte nouā fratrū
minorū religionē ſacraȝ/ad dei laudē ⁊ glo
riam militātis eccleſie decorem / ac populi
xp̄iani profectū/in agro dn̄ico t̄pe oportu=
no plantauit inſtituit et ſupra petram que
xp̄s eſt perpetuo ſtabiliuit/vt precipua vi=
rorum inſignia ſanctimonia moribꝰ ſcien=
cia atq; virtutibus p̄ditorum fecunditate
⁊ numeroſitate exuberans/fructuoſos pal
mites ex vite vera produceret que xp̄i ve=
xillum p̄ orbem vniuerſum vehere nomen
quod eſt ſuper omne nomen cūctis gentibꝰ
predicare/ſalutaribꝰ inſup monitis exhor=
tationibꝰ ⁊ exemplis diabolica fraude de=
ceptos deo lucrifacere/et a maligni hoſtis
ſeruitute eripere ſtudio indefeſſo contende
rent: quemadmodum hoc ipſius incliti pa=
tris germina et veſtigiorum eius prouidi
ſectatores benedicente altiſſimo multiplicē
in domo domini et gratijs perfuſi celeſtibꝰ
longe lateq; vniuerſas nationes mortaliū
penetrantes chriſti euangelium ac vere fi=
dei documenta cūctis gētibꝰ nūciare eideȝ
eccleſie antemurale conſtituere ac pro viri
li ſuo tueri munire et ampliare nō ceſſant/
In huius igit̄ ſolempnijs almi patris ſera
phiciq; franciſci quē ſup̄mus ille pater fa=
milias pro multiplicato cū talētis ſibi credi
tis innumerabilium aīaꝝ lucro preclariſq;
virtutibꝰ alijs corona glorie interna clari=
tate magnificat/et quaſi lucernam i domo
domini poſitam ſummo deuotionis ſtudio
cenſint a cunctis fidelibus venerari. Cupi=
entes pro ut operis et officij noſtri debituȝ
eſſe conſpicimus propter mire ſanctitatis
excellenciam virtutum ſuarum cumulum
exigentiam meritorum et hanc religionem
ſacrā ad ex ſtirpandas hereſes ſciſmatico=
rum et infidelium confutandos errores/
credentium vero profectum ſalubriter in=
ſtitutum/quantum nobis ex alto concedi=
tur venerationem congruam et honorem
adijcere ac tanto confeſſori glorioſo/pro
ſummis in nos beneficijs preſertim ab ip=
ſis cunabilis cum vitalis ſpiritus in no=
ſtro corpuſculo palpitans extingui pro=
tinus videretur/ipſius protinus meritis ⁊

intercesſione puſtine reſtituti fuimus ſani=
tati/cum et alijs gratiarum donis et futu=
rorum preſagijs que cordi noſtro inſident
et memorie iugiter retinemus/tū quia di=
uerſis temporib⁹ alijs in varijs noſtri cor=
poris morbis et humanis caſibus conſtitu
ti/preſidio ipſi⁹ beati franciſci qui nos ad
ſacram religionem predictam quaſi data
manu ꝑ ſua pietate vocauit et ad hanc vſ=
ꝙ diem cum hominis vtriuſꝙ ſalute domi
no annuente perduxit adiuti et liberati ex
titimus. Pro cuius memoria eius habi=
tum ⁊ inſignia ad extremum vſꝙ diem cor
de iugiter geſtare ſtatuimus etiā pro hijs
acceptis beneficijs poſſibilem nobis grati=
tudinem aliquam ſue ꝗuis excellencie im=
parem pro eius gloria et honore animarū
ꝙ ſalute ſincero et hilari animo exhibere
necnon ipſius feſtiuitatis diem celebrem
magiſꝙ deuotum et cunctis fidelibus ac=
ceptabilem conſtituere in futurum. De om
nipotentis dei miſericordia ac beatorū pe=
tri et pauli apoſtolorum auctoritate confi=
ſi/vniuerſis et ſingulis vtriuſꝙ ſexus fide
libus vbilibet conſtitutis vere penitentib⁹
et confesſis/qui eiuſdem glorioſi confeſſo=
ris franciſci feſtiuitatem hanc/quam dein
ceps perpetuis futuris temporibus cele=
brem eſſe/et vt feſtum duplex a cūctis chri
ſtianis celebrari ab omniꝙ opere ſeruili ab
ſtineri et ſub obſeruantia et precepto com
prehendi volumus/et tenore preſentium
declaramus/deuote celebrantibus annua=
tim quinquaginta annos et totidem qua=
dragenas de iniunctis eis penitencijs re=
laxamus. Uerum quia difficile foret preſē=
tes litteras ad vniuerſi mundi partes de=
ſtinare: volumus etiam et auctoritate apo
ſtolica decernimus ꝙ earum tranſumpto
manu publica ſcripto et alicuius epiſcopa
lis curie ſigillo munito tanꝙ preſentibus
litteris originalibus firmiter ſtetur vbi=
ꝙ: ac plena eis fides adhibeat: ac ſi ipē ori
ginales littere forent exhibite vel oſtenſe
Nulli ergo omnino hoim liceat hanc pagi
nā noſtre declarationis relaxationis cōſti
tutionis ⁊ voluntatis infringere vel ei au
ſu temerario cōtraire Si quis aūt hoc attē
ptare preſūpſerit indignationē oīpotentis
dei et beatoꝝ petri ⁊ pauli apoſtoloꝝ eius
ſe nouerit incurſurum. Datum rome apud
ſanctum petrum. Anno incarnationis dñi=
ce M.cccc.lxxij. quinto nonas Octobris Pō
tificatus noſtri. Anno ſecundo

¶ Nicolaus .iiij. cōfirmās teſtimoniū grego
rij noni ſuper ſtigmatibus ſancti franciſci

Nicolaus Epūs ſer
uus ſeruorum dei. Uniuerſis
chriſti fidelibus ad quos iſte
littere peruenerint Salutem
⁊ apoſtolicā bñdictionē Lfas
felicis recordationis Gregorij Pape noni
predeceſſoris noſtri non abolitas nō cācel
latas nō viciatas vera bulla bullatas inſpe
ximus diligenter/quarum tenorem de ver
bo ad verbū ex certa ſciēcia preſentibus fe
cimus annotari decernentes ac ſtatuentes
vt idem tenor eandem vim eundem vigo=
rem ac idem robur per omnia obtineat ſic
inſertus que ipſe littere bulla ipſa munitē
noſcuntur habē etiam ſi dicte littere nun=
ꝗ in poſterum apparerent: et eadem ſibi fi
des in iudicio et extra iudicium adhibeat
omnino que predictis originalibus litterꝭ
preberetur. Predictus vero tenor earun=
dē litterarum talis eſt ¶ Gregorius epiſco
pus ſeruus ſeruorum dei. ¶ Uniuerſis xpi
fidelibus ad quos littere peruenerint Salu=
tem et apoſtolicam benedictionē. Confeſ
ſor dñi glorioſus beatus Franciſcus qua=
lis vite meritis preceſſerit ad patriam per
petue claritatis explicare litteris arbitra=
mur fore ſuperfluum cum id fere peruene
rit ad fidelium noticiam ſingulorum. Ue=
rumtamē grande ac ſingulare miraculum
quo ipſum ſanctorum ſplendor et gloria
dñs ieſus chriſtus mirabiliter decorauit
vniuerſitati veſtre tenore preſentium non
indigne duximus exprimendū Uidelicet
ꝙ idē ſāctus cū adhuc ſpaciū preſentis vi
te percurreret et poſtꝗ illud feliciter con=
ſummauit manibus ac latere ac pedibus
ſpecie ſtigmatum diuinitus extitit inſigni
tus. Quo ad noſtram ⁊ fratrum noſtrorū
deducto noticiam et cum ceteris eiuſdem
miraculis per teſtes fide digniſſimos pro=
bato ſolēpniter ex ipſo ſpecialē cauſam ha
buim⁹ ꝙ confeſſorem eundem de dictorū
fratrū et oīm prelatorū cōſilio qui tūc apō
ſedē apoſtolicā exiſtebāt ſanctoꝝ cathalo
go duxim⁹ aſſcribendū Igit̄ cū ab vniuer=
ſis fidelibus credi firmiter cupiam⁹ deuo=
tionē veſtrā rogam⁹ ⁊ exhortamur in dño
ieſu xpo in remisſionē vobis peccaminū in
iūgēdo/quaten⁹ ab aſſertiōe cōtrarij aures
de cetero penitus auertētes cōfeſſorē eūdē
apud deū pia vobis reddatis veneratiōe
propiciū vt eius meritis ac precibus ⁊ in ꝑ
ſenti a dño proſperitatis gaudiū ⁊ i futuro
eīne felicitatꝭ ꝑcepiſſe ſolatiū exultetꝭ Datū
viterbij nonis aplis Pōtificat⁹ nři Anno .xj

Nulli ergo omnino hoim liceat hanc pagi
nam noſtre annotationis ⁊ cōſtitutiōis in=
fringere vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si
qͣs autē hoc attēptare preſumpſerit idigna
tionem omnipotentis dei ⁊ beatorum pe=
tri et pauli apoſtolorū eius ſe nouerit icur
ſurum. Datuꝫ ſuriani octauo kalendas ſe=
ptembris Pontificatus noſtri. Anno ſcdo.

¶ Gregorius. ix. increpans quēdaꝫ epi
ſcopum dubitantem de ſtigmatibus ſan=
ctiſſimi patris noſtri Franciſci.

Gregorius epiſco
pus ſeruus ſeruorum dei. Ad
perpetuam rei memoriā. Ve
nerabili fratri epō clomotenſi
Salutem ⁊ apoſtolicam bene
dictionem. Vſqꝫ ad terminos orbis terre
preſumptionis tue ſigna protēdens paten
tes litteras exibendas vniuerſis dixiſti fi=
delibus cuidam ad ſobrietatem ſpernenti
ſapere ac dampnabiliter dedito blaſphe=
mijs manu lubrica conceſſiſti/ quas inter
aliqua pietati cōformia ⁊ quedaꝫ obnoxia
prauitati continere percepimus/ quod cuꝫ
ſolus patris eterni filius fuerit pro huma
na ſalute crucifixus ⁊ ipſius dūtaxat vul=
nera deuotione ſupplici adorare debeat re
ligio xpiana nec beatus Frāciſcus nec ſan
ctorū aliquis cū ſtigmatibus ſit in eccleſia
dei depingēdus/ ⁊ ꝙ peccant cōtrariū tāqꝫ
inimico fidei nulla credulitas adhiberi/ ſu
per quo non modicum admirantes que ſit
cauſa ſuaſionis huius: non indigne proui
dimus ꝑſcrutari/ vt ſi forte bona ſit (quod
impoſſibile creditur) cōmendabilis habea
tur/ ꝙ ſi non in obliuionem detur/ et tu in=
ductus ſpū penitudinis ad ſuggerendū ſa
lutare cōtrariū ꝓptus ⁊ facilis habearis
etem̄ ſuꝑ hijs ex eo ſupſiſti forſitā argumē
tuꝫ qꝺ ſit indecēs in ſubditis vt planta ſi=
bi pretendat inſignia capitis. Ad hoc qui=
dem prouidentes propoſitum ſeu compen
dioſe prolatum eſſe dummodo ſuppleret
niſi de ſpeciali gratia cuiqꝫ bene merito in
ſignia huiuſmodi ſunt conceſſa ⁊ ſi nō mul
ta que poſſumus tamen breuiter quedam
preſidiū perſpicue rationis habentia/ reſ=
pondemus videlicet ꝙ dei ſapientia que
de limo terre ſimilem ſibi formans homi=
nem ſimilis ſibi fieri per incarnationis mi
ſterium vt ipſum a morte redimeret nō cō
tempſit dilectum ſibi beatum Franciſcum
ſuorū ſpecies ſtigmatuꝫ decorauit. Que te
meritas quod peccatū ſi tam ſingulare pri
uilegium ad indulgentis gloriam picture

teſtificatione pareat oculis deuotorū: Nō
ne (vt ſileamus de alijs) princeps apoſtolo
rum eximius licet poſitione diſſimili quan
doqꝫ pingitur crucifixus: Sed dicis intre=
pidus alia dum pactum reformat ratio q̄=
uis cum preteriri nequiuerint ꝙ de cruce
futurum veritas indicauit neqꝫ improprie
ſuſpenſus in cruce dicitur neqꝫ incongrue
tali dampnatus ſupplitio figuratur. Sed
de Franciſci cruce vel ſtigmatibus quod
veritatis indicium quod probabile argu=
mentum de cruce. Siquidem nota ſeculis
vita ipſius reſpondeat ꝙ poſtqꝫ religionis
aſſumpſit habitum vacando virtutibus/
carnis continuum ſubijt cruciatū. De ſtig=
matibus vero plures fide digniſſimi quos
miraculi tanti cōſocios diuine placuit red=
dere pietati teſtimonium veritati perhi=
beant et ad ipſum hoc fidelis mater eccle=
ſia ſuffragetur que ex huiuſmodi miraculo
cum multis alijs debita ſolempnitate pro
bato cauſam ſpecialem habuit ꝙ eundem
ſanctum beatorum cathologo reuerenter
aſſcripſit Quid de iſta quaſi mundo pub=
lica et tibi ꝑ cōſequens non ignota niſi vo
luntatis arbitrium pretendens vel prefe=
rens conſilio rationis nos vel deum poti=
us gratis offendis ac vtiqꝫ dilectorum fra
trum minorum ordinem ⁊ deuotos eidem
nimis iprouide perturbas. Ad cor igitur
q̄ os in celū ponē preſūpſiſti (vt de reliquo
taceatur) ſine mora reuertere ad iram ſu=
perni iudicis mitigandā ſtudia ſuſcipe pe
nitētiꝫ prōpta diligētia ſi forte ſit poſſibile
ꝓuiſurus: vt ſcandalū quod quantum in
ſe fuit vniuerſitati fidelium per predictas
intuliſti litteras deleantur/ ⁊ dictoruꝫ fra=
trum collegia ſint in theutonie partibus
in reuerentia conſueta. Quod vt tanto fa=
cilius auctore deo prouenire valeat q̄ſto
pium fore dinoſcitur vt in futuro vulne=
ris que ſalutis ſunt etiam operetur: frater
nitati tue in virtute obediētie per apo=
ſtolica ſcripta precipiendo mandamus/
quatinus cordi tuo pro ſolempni voto cō=
ſtituēs/ ꝙ aliquis aliquid de cetero ex quo
prouocari ſuperna maieſtas vel ſedes apo
ſtolica iuſte conturbari valeat non attēp=
tans/ predictum priuilegium quo celſitu=
dinis diuine dignatio confeſſoreꝫ ſui nois
reddidit glorioſum dampnabiliter infige
re aut impingere calumpnijs non preſu=
mas/ ſed celebre in eiſdeꝫ partibus ad ho
norem conditoris dum ſicut et in alijs ha=
beatur q̄tum in te fuerit hūili deuotiōe ꝓ=
cures/ firmiter crediturus/ ꝙ idē ſctūs cuꝫ

adhuc noſtre mortalitatis habitū baiula=
ret ꝑdictis ſtigmatibus extitit inſignitus ⁊
licet illa viſa pluribus ipſe tanq̄ cōtēpnēs
laudes hominū vacāſq̄ contēplando dul=
cedini celeſtiū organoꝝ celare ſemper ſtu=
duerit ea tamē migrās ad paradiſi patriā
concurrentium obtutibus publicauit. Da
tum viterbij ſecundo kalendas Aprilis.
Pōtificatus noſtri. Anno vndecimo

¶ Alexander quartus iterum de ſtig=
matibus ſacris.

ALexander epiſco
pus ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad
perpetuam rei memoriā Ve=
nerabilibus fratribus Archi
epiſcopis et epiſcopis ⁊ alijs
eccleſiarum prelatis preſentes litteras in=
ſpecturis et audituris. Salutem et apoſto
licam benedictionem. Benigna opera diui
ne voluntatis in celo potens et inouās ſin
gula ſapienter et immutans mirabilia ſu=
per terram poſtq̄ dei filius victor mortis
ad patrem vnde deſcenderat vehiculo pro
prie maieſtatis aſcendit mirifice fortitudi
nis viros ad conſummationem ſanctoꝝ
diuerſis temporibus ſuſcitauit a quibus te
ſtimoniū ſpei glorie cum chriſto in deo re=
condite firmaretur: et eccleſie ſancte ad ꝑ
miſſam requiem feſtinandi in hoc peregri
nationis exilio quod tedioſa deſiderij eius
dilatione protrahitur per ipſos conſolatio
nis ſolatium perueniret Inter alios autē
diebus noſtris beatus franciſcus almus
chriſti confeſſor apparuit ſignis et virtu=
tibus glorioſus. Qui clariſſimus pie viuē=
di meritis et exemplis ſanctam fecunda=
uit eccleſiam et caligantis preſentis etatis
tempora fulgoris ſui lāpade illuſtrans vie
iuſticie perfecte preparans in heremo altiſ
ſime pauptatis/quam ipſe currens ⁊ alacri
ter exultans contra carnem mundum et de
monem velut gigas traxit poſt ſe de inferi
faucibus et traduxit ad dominum populū
humilem bonorum operum ſectatorem/ſi=
cut effuſa ſuper faciem orbis terre copioſa
profeſſionis eius religioſa generatio pate
facit. Ut autem ad illuminationem gentiū
celebris eius memoria tanq̄ rutilum ſyd⁹
in coruſco firmamenti miſtici ethere ſerua
retur/multis cum diuina potencia adhuc
militantem inter homines et demum in ſā
ctoꝝ agmine triumphantem dignata eſt
deificare miraculis/que felicis recordatio=
nis Gregorius papa predeceſſor noſter/ne
illa vel peruerteret emula ſanctitatis iniq̄
tas vel obliuionis digitus qui reb⁹ geſtis
cito ſuperducit̄ aboleſceret ſollertiſſimis ĩ
quiſitionibus indagata ⁊ comperta fideliſ
ſimis documentis fecit ad laudem dei ⁊ au
gmentum fidei et inſtructionem ſalubrē tā
preſentium q̄ etiam futurorum munimen=
tis perpetuis commendari/eundem confeſ
ſorem ſanctorum cathalogo aſſcribendo/ſi
cut in plurimis locis liquido per ipſi⁹ pre=
dictas litteras apparet. Harum ſeriem ex=
plicite continentes. ¶ Porro quia longum
eſſet nedum exarare per ſingula/ verū etiā
ſuccincta relatione perſtringere clara vir=
tutis diuine prodigia/que tam in operatio
nibus ſanitatis q̄ etiam in alijs mirabilia
bus argumentis probauerunt eundem cō=
feſſorem tenere cum ſanctis ſolium glorie ĩ
excelſis: ſignāter nobis ante oculos propo=
nere volumus recolenda frequencius ⁊ ve
hementi⁹ admirāda illa ſaltē iocūda dn̄ice
paſſiōis īſignia/q̄ in eiuſdē ſcti corpe dum
adhuc vitali ſpū foueretur manus celeſtis
opatiōis ipreſſit Uiderūt nāq̄ ocl'i fideliū ĩ=
tuētes ⁊ certiſſimi palpātiū digiti palpaue
rūt/q̄ ĩ manib⁹ ei⁹ ⁊ pedib⁹ expꝛiſa vndiq̄
ſiīitudo clauoꝝ de ſubiecto ꝑpꝛie carnis ex
creuit vl' de mafia noue creatiōis accreuit
q̄ eq̄dē idē ſctūs ſtudioſe ab ocl'is hoīꝫ quo
rū refugiebat gl'iaꝫ dū viueret abſcōdebat
Inuēta ē patēti⁹ ĩ ipi⁹ defūcti corpe nō īfli=
cta hūanit⁹ nec facta plaga vulneris late=
ralis quaſi aliq̄d iſtar lateris ſaluatoris/q̄d
ſaluatiōis ⁊ redēptiōis hūane ĩ redēptore
nr̄o ꝑtulit ſacramētū. Que q̄dē plaga ſicut
quoſdā ex ffib⁹ ſibi familiariter adherēti=
bus latere nō potuit ꝑpter defluxū hūoris
diu antea viruerat ĩ viuēte Hec igit̄ mira
⁊ decora noue demōſtrationis indicia ma
gne dn̄t eē deuotiōis diuitie xp̄ianis ⁊ ieſti
mabiles religioſis delicie ĩ ſpūalib⁹ cōis ec
cleſie orthodoxe/cum ex hijs ſincera fides
xp̄i accipiat q̄ etiā nī fuerit paſſiōis xp̄i ſi
ne extriſeco ꝑſecutore ꝯſortes q̄ ꝑ ei⁹ amore
carnē ſuā cū vicijs ⁊ cōcupiſcētijs volūtarie
crucifigūt. ¶ Sane de ꝑfato ſctō hec certi⁹
aſſerētes idoctas fabulas ſeu vane iuētio=
nis delirამēta nō ſeq̄mur/cū ea nobis du
dū nota fecerit plenior fides reꝝ/q̄n vcꝫ in
minorib⁹ cōſtituti ꝯfeſſoris eiuſdē familia=
rē ex munere diuino meruim⁹ habere noti=
ciā/ꝑfati ꝑdeceſſoris nr̄i domeſticis obſe=
quijs tūc tp̄is iſiſtēdo Cū igit̄ oporteat ca
uere prudēter ne tāta patrociniū gr̄a hūa=
no gn̄eri celit⁹ ĩ mēorato ꝯfeſſore collata ĩ
vacuum aſſumatur Uniuerſitatē veſtram
rogamus monemus hortamur attente

per apoſtolica vobis ſcripta mandantes/ quatinus eiuſdem confeſſoris p̄cioſa merita/miraculoſa magnalia et ſalutarē memoriam/celebritate annua predicatiōe frequēti ⁊ veneratione recenſentes/ad ipſi⁹ deuotionem gratie diuine memoriam ſubditos vr̄os celebrib⁹ monitis excitetis: vt eo(pro vniuerſo fideliū populo ac preſertim pro hijs qui ſe inuocauerint) diuina miſericordiam implorante mereantur ſupplices quod operum poſſibilitas obtinere nō poteſt/eius intereſſionibus impetrare. Nemo itaq; eidem ſancto audeat de cetero eſſe moleſtus/in corpore ſuo xp̄i triumphalia ſtigmata preferenti. Si quis igitur ſpū temerarie preſumptionis inſanēs diuini muneris inuidus apoſtolica iudicia ſacrilegus impugnator premiſſa vel alia prodigiorum ſigna quibus in eccleſia dei ſanctitas predicti confeſſoris eluxit improbe cōtradictionis morſibus obtrectanda crediderit/volum⁹ ⁊ mādam⁹ vt eū ſane mētis reſtituat iuditialis ſeueritas diſcipline: ita φ diſtricta xp̄rij p̄lati caſtigatione correct⁹ dei opera blaſphemari dediſcat ⁊ fidei catholice fructus de pia mirabilium dn̄i credulitate pullulans/non areſcat/ Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtre prohibitionis confirmationis et voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ⁊ beatoꝝ Petri et Pauli apoſtolorū ei⁹ ſe nouerit incurſurū. Datū anagnie.iiij. kalēdas nouēbris Pōtificat⁹ nr̄i Anno.j.

¶ Sixtus quartus reuocans quoddaʒ breue p̄cipit ne beata katherina de ſenis cum ſtigmatibus depingatur.

Sixt⁹ papa quartus Uniuerſis et ſingulis preſētes litteras inſpecturis. Salutem et apoſtolicam benedictionē Alias per breue noſtrum ſuſpendimus vſq; ad certum tēpus tunc expreſſum cenſuras ⁊ penas contentas in bulla plumbea contra pingentes ymaginem beate Katherine de ſenis cum ſtigmatibus edita/decernentes tamen/ vt huiuſmodi ſuſpenſione durante nemo huiuſmodi ymaginem cum ſtigmatibus depingeret et ſi quis depinxiſſet/aboleret. Nuper vero cum acceperimus multis in locis contra decretum et mandatū noſtrū picturas fieri ⁊ a multꝭ allegari ⁊ aſſeri bullā ipam ꝓpter ſuſpenſionē p̄fatā a nobis reuocatā eē/oportunū ⁊ neceſſariū iudicamus hm̄oi auſibus obuiare et dubiū qđ a nō recte interpretātibus opponitur tollere Quare p̄ntiū tenore decernim⁹ ſtatuimus ⁊ declaram⁹ φ bulla predicta ſup ipis ſtigmatibus edita ob ſuſpenſionem p̄fataʒ(vt p̄fertur (nullaten⁹ reuocata cenſeri debeat ſʒ i ſuo eē robore ⁊ vigore ac ſi hm̄oi ſuſpēſio quā ex nunc expirare decernimus non emanaſſet. Mandātes ſub cenſuris in ipa bulla contētis oībus ad quos ſpectat/ne p̄fatas beate Katherine ymagies ampli⁹ deceto cū ſtigmatib⁹ depīugāt/ac pictas aboleant p̄fata ſuſpenſi one ac ceteris in cōtrariū faciētibus nō obſtātib⁹ qbuſcūq;. Datū rome apud ſctm̄ petrū ſub anulo piſcatoris decia nona die decēbris/milleſimo q̄drīgēteſimo octogeſimo Pōtificat⁹ nr̄i Anno.x

¶ Johānes.xxij. ꝯfirmat quaſdā idulgētias a ſuis p̄deceſſorib⁹ ordini conceſſas.

Iohannes epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis in xp̄o filijs generali et prouincialibus miniſtris ac vniuerſis cuſtodibus gardia et ſingulis fratribus de ordine fratrum minorum. Salutē et apoſtolicam benedictionem Filiationi veſtre indulgentias ordini veſtro cōceſſas per p̄deceſſores noſtros et per nos facimus manifeſtas ⁊ confirmatas ſicut inferius annotantur/videlʒ In feſtiuitatibus beate marie virginis beatoꝝ Franciſci Anthonij Ludouici et beate Clare in conſecrationibus eccleſiarum altariumq; ⁊ vocabulis earum et per octauas ē data indulgentia decem annorū ⁊ dierum quinquagita a ſūmis pontificibus videlʒ Alexādro quarto Innocentio quarto Clemēte quarto Urbano quarto Nicolao tcio Gregorio nono Nicolao quarto. ¶ Idem Alexāder quartus omnibus accedentibus ad loca veſtri ordinis ſiue ad audiendum verbum dei ſiue ad audiēdum miſſas beate marie virginis vel beati Franciſci duʒ cātātur dedit indulgētiā cētū dierū. ¶ Idē etiā papa omnibus viſitātibus loca fratrū minorum dedit indulgentiā quadraginta dierum. Item innocentius quartus ꝓ eadem cauſa dies quadraginta. Item idē Innocēti⁹ cibus porrigētib⁹ man⁹ adiutrices frīb⁹ minorib⁹ ſiue i domib⁹ eoꝝ ſiue eūtibus per viam.xl.dies. Item Nicolaus tertius pro eadem cauſa dies quadraginta Itē Clemens.iiij. idulgētiā dieꝝ cētū Itē

eiſdem omnibus viſitantibus eccleſias fratrum minorum tociens quotiens cauſa deuotionis octoginta dierum. Item fratres dicti ordinis in omnibus predicationibus ſuis extra domum ſuam poſſint dare octoginta dies indulgencie. In domibus autē ſuis centum vltra predictas indulgencias Item nicolaus quartus in miſſarum ſolemniis beate virginis et beati franciſci dedit indulgentiam centum dierum. Item benedictus vndecimus accedentibus ad loca fratrum minorum in ſolempnitatibus eorum centum dies. Item nicolaus quartus dedit indulgenciam vnius anni et dierum quadraginta accedentibus ad loca predictorum fratrum cauſa deuotiōis. Item omnibus accedentibus ad loca veſtri ordinis cauſa deuotionis quocunqꝫ tempore die vel hora/licet non ſit aliquod feſtum/ conceſſa eſt indulgentia a pluribus romanis pontificibus. Annorum duorum et dierum quadraginta. Nos igitur veſtris piis precibꝰ inclinati ſalutem et profectum animarum benignius intendentes de omnipotentis dei miſericordia et beatorum petri et pauli apoſtolorum eius/quorum vicem licet immeriti gerimꝰ/auctoritate confiſi / eaſdem omnes indulgencias veſtro ordini per predictos noſtros predeceſſores cōceſſas/ omnibus vere penitentibus ⁊ confeſſis concedimus et confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum conceſſionum ⁊ confirmationum infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione Pontificatus noſtri. Anno quintodecimo.

❡ Sixtus papa quartus concedit fratribus minoribus feſtum quinqꝫ martirū ſui ordinis publice celebrare poſſe.

❡ Dilectis filiis vniuerſis fratribus ordinis minorum vbiqꝫ commorantibus.

❡ Sixtus papa quartus.

Dilecti filii ſalutem ⁊ apoſtolicam benedictionē. Cū alias animo reuolueremus merita beatorū Berardi Petri Ottonis Accurſii ⁊ adiuti / qui ex ordine fratrum minorum/ſub quo et nos coaluimus fuerunt/quiqꝫ poſt multa ⁊ diuerſa tormēta ſub rege marrochi[illegible]um pro chriſto mortem ſubierunt/⁊ martirii coronam glorioſe ꝓmerētes plurimis miraculis in ipſa morte et poſt claruerunt/ex quo incenſus beatus anthonius de padua ex ordine canonicorum regularium in quo tunc erat ad ordinem ipſum fratrum minorum ſe dicitur trāſtuliſſe/conceſſimus ex auctoritate apoſtolica et benignitate viue vocis oraculo / vt fratres predicti ordinis minorum poſſent publice ⁊ ſolempniter celebrare in eccleſiis officio et miſſis officium ſanctorum martirum pro ſupradictis quinqꝫ beatis martiribus. Uerum cum frequenter aduerſarius humani generis nitatur bona ⁊ ſancta opera perturbare/ne tā piā rem pretextu quod de hmōi conceſſione noſtra nil appareat i ſcriptis aliquis valeat impoſterum impedire/tenore preſentium/ex certa noſtra ſciencia apoſtolica auctoritate concedimus/quod predicti fratres minores poſſint vbiqꝫ ſolempniter ⁊ publice officium martirum ex ipſis Berardo Petro Ottone Accurſio ⁊ Adiuto ſub officio duplici maiori ac etiam in die ſextadecima Ianuarii (qua die ab hoc ſeculo per martirium deceſſerunt) libere et cum ſerena conſciencia dicere et celebrare Inhibentes prefata apoſtolica auctoritate ne quis huic noſtre cōceſſioni audeat ſe opponere. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunqꝫ. Preterea quia difficile eſſet preſens breue ad omnia loca deferri volumus vt illius tranſumpto manu alicuius publici notarii ſubſcripto ⁊ ſigillo dicti ordinis gn̄alis vel vicarii gn̄alis fratrū de obſeruantia munito/ea prorſꝰ vbiqꝫ fides adhibeatur/que adhiberetur ſi idem pn̄s breue originaliter oſtenderetur. Datū rome apud ſctm̄ petrum ſub anulo piſcatoris die ſeptima auguſti. Anno dn̄i milleſimo quadringēteſimo octogeſimo.primo. Pontificatus noſtri. Anno decimo Griffus.

❡ Sixtꝰ quartꝰ declarat quod reuocatio indulgēciarū nō intelligatur de indulgēciis frm minorum. ❡ Dilecto filio vicario gn̄ali oim fratrū minorū regularis obſeruancie vltramōtanorum. ❡ Sixtus papa quartus.

Dilecte fili ſalutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Superioribꝰ diebꝰ ad q̄relā multorū ꝑlatorū eccl'iaſticorū nobis factā ſup q̄buſdā exceſſibꝰ aliq̄rū frm de ordinibꝰ mēdicātiū et ꝓſerti minorū ꝓuidere/ac ſcādalis q̄ inde ꝓuenire poſſēt occurrē cupiētes q̄ſdā lr̄as nr̄as fecimꝰ q̄ incipiunt Ad futuram rei memoriam/dum contigit interdum ad romanis pontificis deduci memoriam ⁊c̄. Et cum in prefatis litteris infra ſcripta ponantur vera

da approbatiōe indulgētiarū huiuſmodi/
concesſarum a predeceſſoribus noſtris vi
ſitantib⁹ eccleſias dictorum ordinuz ⁊ pia
ſuffragia ibidem erogātibus aut alia pia
opera exercentibus memorata et illarum
de nouo ac aliarum quas predictis ordi-
nibus ſeu alicui eorum in ſpecie et denuz
reciproce vt prefertur et illas concernen-
tia facultates et indulta quecunq auctori
tate aplica ad nrm et dicte ſedis benepla-
citum tenore pñtium ſuſpendimus: dubi-
tetur a pleriſq/ne prefata clauſula qua dz
ſcz facultates ⁊ indulta quecunq includat
ſuſpenſionē oim ꝓuilegiorū et indultorum
a nobis vel predeceſſoribus noſtris dictis
ordib⁹ mendicantium conceſſarū cuiuſcūq
facultatis vel tenoris exiſtant humiliter
declarari peciſti. ¶ Nos igitur paterno
affectu materiā iurgiorū āputare volētes
tuis ſupplicationib⁹ inclinati auctoritate
aplica tenore preſētiū declaramus ⁊ decer
nimus prefatam clauſulam ſolum referri
debere ad facultates et indulta quecunq
indulgentiarum et abſolutionum et re-
miſſionum peccatorum perſonas quaſli-
que non ſunt dictorum ordinum ac mo-
nialium vel ſororuz tertij ordinis collegia
liter viuentium vel eorum cura ac ſeruien
tes eiſdē cōtinue concernentia ⁊ nō ad ali-
as facultates ſeu indulta a nobis vel pre-
deceſſoribus noſtris eiſdem ordinib⁹ con-
ceſſa q̄ omnia ⁊ etiaz quoad indulgētias ⁊
peccatorū remiſſiones temporales non ple
narias in ſuo robore ꝑdurare volumus et
decernim⁹. Nō obſtātibus prefatis lrīs no
ſtris ⁊ alijs quibuſcūq. Uerū qꝛ difficile fo
ret has lras ad diuerſas mūdi partes mit
tere volum⁹ ⁊ auctoritate apoſtolica decer
nim⁹ ꝙ harū tranſumpto manu publici no
tarij ſubſcripto et ſigillo officij tui munito
tanq preſentibus litteris et originalibus
firmiter ſtetur et ea fides adhibeatur ac
ſi ipſe originales littere exhibite vel oſten
ſe forēt. Datū rome apud ſanctū petrū ſub
annulo piſcatoris die decima nona Mar-
tij. milleſimo quadringenteſimo octuageſi
moſecundo. Pontificatus noſtri. Anno.xj.
¶ Sixt⁹.iiij. ꝯcedit celebrātib⁹ ⁊ intereſſen
tibus in feſto ſancti Bonauenture indulgē
gentias infraſcriptas.

SIxtus epiſcopus
ſeru⁹ ſeruoꝝ dei Ad perpe-
tuā rei memoriā Superna cele
ſtis ciuitas hieruſalez/cuius
eſt participatio eius in idip-
ſum/ita oim ſaluatione letatur/vt quoruz
preſtantiora ſunt merita/copioſiora ſumāt
gaudia p̄miorū. Et infra Inſuper eadē au
ctoritate oībus penitentibus ⁊ ꝯfeſſis qui
in eadē dñica eccleſiā in qua ſanctiſſimum
corpus eius requieſcit deuote viſitauerint
annuatim ſeptem annos ⁊ totidē quadra-
genas. Hijs vero q̄ in alijs temporib⁹ i ſin
gulis diebus dñicis centū dies. Illis autē
qui eccleſias fratrū minorū vbilibet cōſti-
tutas/tā in die feſti q̄ i octauis diuinis of
ficijs interfuerint cōſimiles indulgētias ⁊
peccatorū remiſſiones/que i ſingulis alio-
rū eiuſdē ordinis ſanctoꝝ feſtis ex indul-
tis apoſtolicis gñaliter promulgatis Ro-
mani Pōtifices conceſſerūt de iniūctis eis
penitēcijs miſericorditer in dño relaxam⁹
elargimur atq remittimus. Datuz Rome
apud ſanctum petruz Anno milleſimo qua
dringētesimo octuageſimo ſcdo octauo ka
lendas Maij. Pontificatus noſtri. Anno
vndecimo.

¶ Julius papa ſcds concedit fratribus
minoribus in feſto ſancti Bonauenture
publice diuina officia tempore interdicti
celebrare/ꝑut de feſto ſācti Franciſci ē cō
ceſſum. ¶ Cariſſimo in chriſto filio noſtro
Ferdinando regi et cariſſime in xp̄o filie
noſtre elizabeth regine hyſpaniarū catho
licis ¶ Julius papa ſecundus.

DIlecti filij Salu-
tem ⁊ apoſtolicam benedictio
nem Exponi nobis nuper feci-
ſtis ꝙ vos ex magno deuotionis feruore
quē ad beatum Bonauētura ⁊ ordinē fra-
truz minorū (cuius idē Bonauentura pro-
feſſor fuit) ac eiuſdem ordinis domos geri
tis tam vos q̄ fratres dicti ordinis deſide
ratis magnope ꝙ quēadmodū iuxta priui
legia apoſtolica frībus dicti ordinis ⁊ eo-
rū domib⁹ conceſſa ſi tꝑe quo dies in qua
feſtū beati Franciſci qui eiuſdem ordinis
p̄mus inſtitutor fuit interdictū etiam apo
ſtolica auctoritate appoſitum fuerit frēs
ipi excōicatis et iterdictis excluſis a p̄mis
vſq ad ſcdas veſpas eiuſdē diei iclusiue in
eoꝝ domib⁹ miſſas ⁊ alia diuina officia ac
ſi iterdictū appoſitū nō eſſet celebrare poſ-
ſint: id ad feſtū beati Bonauēture extendi
poſſe. Quare ꝓ pte vra nobis fuit hūiliter
ſupplicatū/vt huic pio deſiderio vro patna
benignitate annuere dignaremur Nos igi
tur q̄ frēs ipos p̄ſertim illos q̄ poſt curſuz
hui⁹ vite de manu dei coronā palme habere
meruerunt ⁊ eoꝝ domos ſingulari prero-

gatiua pre ceteris in viſceribus caritatis
gerim⁹ ꝙ de cetero ꝑpetuis futuris tempo
ribus in die ſancti. Bonauenture(ſi eadem
die interdictum etiam dicta auctoritate ap
poſitum fuerit)omnes et ſinguli fratres di
cti ordinis in eorum domibus a primis ve
ſperis vſqꝫ ad ſecundas veſperas eiuſdem
diei incluſiue(quemadmoduꝫ in die ſancti
franciſci fratres ipſi facere poſſunt) miſſas
et alia diuina officia in dictis eorum dom
bus excōicatis et interdictis excluſis cele=
brare ſeu celebrari facere libere ꝛ licite poſ
ſint auctoritate apoſtolica prefata tenore
preſentium ſtatuimus ꝛ ordinamus ac fra
tribus predictis ſimiliter indulgemus. Nō
obſtantibus conſtitutionibus ꝛ ordinatio=
nibus apoſtolicis ceteriſqꝫ contrarijs qui=
buſcunqꝫ. Datum rome apud ſanctum petrū ſub anulo piſcatoris die viceſima quar=
ta maij. milleſimo quingenteſimo quarto.
Pontificatus noſtri Anno primo Sigiſmō
dus.

¶ Sixtus papa quartus approbat offi=
cium conceptionis compilatum ꝑ fratrem
Bernardinum de buſtis. Dilecto filio fra=
tri bernardino de buſtis de mediolano or=
dinis minorum de obſeruancia. ¶ Sixtus
papa quartus.

DIlecte fili ſalutē
et apoſtolicam benedictionem
Libenter ad ea concedenda in
ducimur que deuotionis reſpi
ciunt incrementum. Tuis igi=
tur in hac parte ſupplicationibus inclinati
vt officiū conceptionis beate virginis ma=
rie per te compilatum et ordinatum tu et
omnes qui id voluerint pro deuotione ſua
dicere et recitare libere et licite poſſitis ꝛ va
leatis ſeu poſſint ꝛ valeāt auctoritate apo=
ſtolica tenore preſentiū concedimus pari=
ter et indulgemus: non obſtātibus conſti=
tutionibus et ordinationibus apoſtolicis
ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcunqꝫ Datū Ro
me apud ſanctum Petrū ſub anulo piſca=
toris die.iiij.octobris. M.cccc.lxxx. Pontifi
catus noſtri Anno decimo.

¶ Secunda regula ſororum ſācte Cla=
re ſub Innocentio papa quarto ordina
ta ſub bulla.

INnocentius epi
ſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Di
lectis in xpo filiabus Uniuer
ſis abbatiſſis ꝛ monialibus in
cluſis ordinis ſācti Damiani
Salutem et apoſtolicā benedictionem. Cū
oīs vera religio et vite inſtitutio approba
ta certis conſtet regulis ꝛ menſuris/certis
etiā conſtet legibus diſcipline quiſquis re=
ligioſam ducere vitam cupit/niſi certam at
qꝫ rectam conſeruationis ſue regulam di=
ſciplinamqꝫ viuēdi obſeruare ſtuduerit di
ligenter/eo ipſo a rectitudine deuiat quo
rectitudinis lineas non obſeruat/et ibi de
ficiendi incurrit periculum vbi per diſcre=
tionis virtutem certum ac ſtabile proficiē=
di collocare neglexerit fundamentū. Qua
propter dilecte in domino filie quia diuina
vobis gratia inſpirante per arduam viaꝫ
et artam que ad vitam ducit incedere ele=
giſtis veſtris pijs precibus inclinati beati
Frāciſci regulam q̄tum ad tria tantum vi
delicet obedientiam abdicationeꝫ proprij
in ſpeciali ꝛ perpetuam caſtitatē necnō for
mam viuendi preſentibus annotatā ſecun
dū quā ſpecialiꝫ viuere decreuiſtis Uobis
et hijs qui vobis ſucceſſerint concedimus
obſeruandā auctoritate apoſtolica ſtatuē
tes vt in ſingulis monaſterijs vři ordinis
ꝑpetuis temporib⁹ obſeruetꝫ Que talis eſt

¶ Omnes itaqꝫ q̄ ſeculi vanita=
te relicta religionē ve
ſtram aſſumere voluerint ꝛ tenere hāc eaꝫ
legem vite et diſcipline oportet et cōuenit
obſeruare: viuēdo in obedientia ſine pro=
prio et in caſtitate. ¶ Omni namqꝫ tēpore vi
te ſue hanc vitam profitentes clauſe mane
re debent. Et poſtqꝫ clauſtrū hui⁹ religio=
nis intrauerint alique et profeſſe fuerint
hanc regularem obſeruantiā promittētes
nulla eis conceditur licentia vel facultas
in vlterius exeundi niſi forte cauſa plan=
tandi vel edificandi eandē religionem vel
reformandi aliquod monaſteriū ſeu cau=
ſa regiminis vel correctionis ſeu alicuius
grauis diſpendij deuitandi per licentiam
generalis miniſtri ordinis fratrum mino=
rum ſeu prouincialis illius prouincie eiuſ
dem ordinis in qua monaſteriū ſitum fue=
rit aliquem locum alique tranſmittantur
pro alia etiam pia et rationabili cauſa in=
terdum transferri poſſint de ſupradicti dū
taxat licentia generalis Morientes vero tā
ſorores qꝫ ſeruiētes infra clauſtrum pro=
ut conuenit tumulentur.

¶ Omnibus autem hanc reli=
gionē aſſumere cu
pientib⁹ ꝛ q̄ fuerint admittende priuſqꝫ ha=
bitum mutet ꝛ religionem aſſumant dura
eis et aſpera predicentur per que itur ad
deū: ꝛ que ſecundū hanc religioneꝫ neceſſe

habuerit firmit obſuare ne de ignorantia
poſtea ſe excuſent. Non recipiat aliqua q̃
vel lõgiori etate vel infirmitate aliqua ſeu
fatua ſimplicitate ad hui⁹ vite obſeruãtiã
minus ſufficiẽs ⁊ ydonea comprobet. Per
tales enim ſtatus et vigor religionis ſepi
us diſſoluit ⁊ turbatur Unde in pſonis re-
cipiendũ diligenti ſtudio et cautela debet
hmõi occaſio deuitari etiã ſi cũ aliqua ali-
quãdo cauſa rationabili exigente alicubi
forte fuerit diſpenſandũ. Omnes vero ex
more intra clauſtrum recepte ſi etatis in-
telligibilis fuerint citius deponãt habitũ
ſecularez quibus deputetur magiſtra que
ipſas informet regularibus diſciplinis. Et
completo vnius anni ſpacio profeſſionem
faciant in hunc modũ. Ego (talis ſoror) pro
mitto deo ⁊ beate marie ſemp virgini bea
to Frãciſco ⁊ omnibus ſanctis ſeruare per
petuam obedientiã ſcd̃z regulam et formã
viuẽdi a ſede apoſtolica ordini noſtro tra-
ditam viuendo toto tempore vite mee ſine
proprio ⁊ in caſtitate. Quod etiam de ſer-
uiẽtibus firmiter modo ſimili obſeruetur.

**De diuino** officio tam in die
q̃ in nocte dño per
ſoluendo taliter obſeruetur q̄ hec que le-
gere et canere nouerint ſcd̃m conſuetudi-
nez ordinis fratrum minorum cum graui
tate tamen ⁊ modeſtia officium debeãt ce-
lebrare Illitterate vero dicãt viginti qua-
tuor pater noſter pro matutino pro laudi-
bus quinq̄/pro prima tertia ſexta et nona
pro qualibet iſtarũ horarũ ſeptẽ/pro veſpe
ris autẽ duodecim/pro cõpletorio ſeptem.
Qui mod⁹ etiam p oĩa in officio beate vir
ginis obſeruetur. Et orent pro defunctis
Qz ſi iuuencule aliq̃ vel etiaz grandiores
capacis ingenij fuerint ſi abbatiſſe viſum
fuerit faciat eas lr̃as edoceri: magiſtrã eis
deputãs ydoneã et diſcretã. Sorores vero
horis ſtatutis prout ordinatum fuerit vti
libus et honeſtis laboribus occupentur.

**Silentium** continuuz ſic cõ
tinue ab omni-
bus teneatur vt nec ſibi inuicem nec alicui
alij ſine licentia eis loqui liceat Attendat
tamen ſollicite abbatiſſa vbi quando ⁊ qua
liter ſororibus loquendi licentiam largia-
tur. Omnes autem vti ſtudeant ſignis reli
gioſis pariter et honeſtis. Sane quando
aliqua perſona religioſa ſecularis vel cu-
iuſlibet dignitatis alicui de ſororibus lo-
qui petierit nuncietur primitus abbatiſſe
Et ſi ipſa conceſſit accedeus ad locutoriũz
duas alias adminus habeat ſemper ſecũ
quibus iuſſerit abbatiſſa que loquentem
videant et audire valeant que dicũtur.
Hoc nanq̄ firmiter obſeruetur ab omnib⁹
vt quando de cõfeſſione ſacerdoti interius
infirma fuerit aliqua locutura non loqua-
tur niſi ad minus duabus non longe ſedẽ-
tibus que confitentem et confeſſorem vi-
dere poſſint ab eiſdem pariter et videri.
Hanc autem loquendi legem et ipſa abba-
tiſſa diligenter cuſtodiat vt omnis omni-
no materia detractionis omnibus aufera
tur excepto q̄ cum ſororibus ſuis horis et
locis competentibus loqui poteſt ſicut ei
ſecundum deuz viſum fuerit expedire So
rores vero infirme ac ſeruientes eiſdem
iuxta diſpoſitionem abbatiſſe infirmitatis
ſue tempore in infirmitorio loqui poſſunt.

**Sorores autẽ** et ſeruien-
tes a feſto
exaltationis ſancte crucis vſq̄ ad feſtum
reſurrectionis dñice continuum ſeruent ie
iunium dñicis diebus beati michaelis bea
ti Franciſci omnium ſanctorum natiuita-
tis dñi cum duobus immediate ſequenti-
bus diebus necnon epiphanie ⁊ purifica-
tiõis feſtis exceptis verũ a reſurrectionis
dñica vſq̄ ad exaltationem ſancte crucis
niſi ſexta feria et ieiunijs ſtatutis vniuer-
ſaliter ab eccleſia ieiunare minime teneãt
Uino quoq̄ et piſcibus ouis caſeo et lacti
cinijs alijſq̄ pulmentis licite poſſunt vti.
Ad aduẽtu tamẽ vſq̄ ad natiuitatem dñi
maiori quadrageſima necnõ ⁊ ſexta feria
et ieiunijs ieiunabilibus ab eccleſiis gene-
raliter inſtitutis ouis caſeo ceteriſq̄ lacti-
cinijs non vtantur. Cum ſeruientibus tñ
ſororibus circa ieiunium preterq̃ in aduẽ
tu et quadrageſima maiori et ſexta feria
ac alijs ieiunijs generaliter ab eccleſia in-
ſtitutis poſſit abbatiſſa miſericorditer diſ
penſare. Prefatam autem ieiunij et abſti-
nentie legem adoleſcentule infra quar-
tum decimum annum vel anus ſeu debi-
les obſeruare minime teneantur. Quibus
ſcd̃m earuz ibecillitatem tam in carnibus
q̃ in neceſſarijs alijs poſſit miſericorditer
prouideri Sane quoq̄ ieiunare non tene-
antur minutionis ſue tempore extra maio
rem quadrageſimam et ſextam feriam ad
uentum dñi et ieiunia ab eccleſia genera-
liter inſtituta. Caueat tamen abbatiſſa ne
vltra quater in anno minutionem permit-
tat communiter celebrari niſi manifeſta
neceſſitas plus requirat Nec a perſona ex
tranea maxime viro minutionẽ recipiant
aliqua ratiõe vbi cõmode poterit euitari

**De infirmis vero**
cura et diligentia maxima ha=
beatur et ſecundum ꝙ poſſibile
fuerit et decuerit; tam in ciba=
rijs que earum reqrit infirmitas ꝗ̄ in alijs
neceſſarijs in feruore caritatis benigniter
ac ſollicite eis per omnia ſeruiatur. Que i
firme propriuin habeāt locū ſi vnqꝫ fieri po
teſt vbi a ſanis maneāt ſeparate ne illarū
ordinem et quietem confundere valeant ⁊
turbare.

**Vnaqueqꝫ ſoror**
preter cilicium vel ſtamineā
ſi habuerit duas tunicas vel
etiam plures ſecundū ꝙ viſuꝫ
fuerit abbatiſſe habere vale=
at ⁊ mantellum longitudinis ⁊ latitudinis
congruentis. Et hec indumenta ſint de pā
no vili tā precio ꝗ̄ colere iuxta diuerſaruꝫ
conſuetudinem regionum. Pro cingulo au
tē cordā habeāt exceptis ſororibus ſeruē
tibus que cingulū portent laneū et nō cor=
dam habeāt. Et ſcapularia ſine capitio de
leni et religioſo pāno vel ſtaminea ampli=
tudinis ⁊ longitudinis cōgruētis ſicut vni
uſcuiuſqꝫ qualitas exigit vł menſura. Qui
bus induantur cuꝫ laborant vel vile aliqd
agunt quod talia cōgrue geſtare nō poſſūt
Si tamē illa ſiľ habere voluerint cum mā
tellis vel etiam iacere cuꝫ ipſis minime ꝓ=
hibentur Poſſint ⁊ ⁊ ſine ipſis eſſe aliqn̄ ſi
viſū fuerit abbatiſſe cū forte propter calo=
reꝫ nimiū vel aliquid aliud eis grauia mul
tum fuerit ad portandum vittis ac peplis
omnino albis nā tamē curioſis capita ſua
cooperiāt vniformiter ⁊ honeſte ita ꝙ frōs
gene ⁊ collū ſint vt conuenit cooperta. Nec
aliter coram extraneis perſonis audeāt ap
parere. Habeant et nigrum velū extenſum
ſuper capita ita ampluꝫ ⁊ longū ꝙ ex vtra
qꝫ parte deſcendat vſqꝫ ad ſcapulas ⁊ retro
parū vltra tunice capitium protendatur.
Sorores vero nouitie albū velum tantum
eiuſdem menſure debeant deportare. Ser=
uientes autem ſorores pānum lineuꝫ albū
ad modum toalie ſup capita ſua deferant
tante lōgitudinis et amplitudinis ꝙ ipſas
ſpatulas atqꝫ pectus precipue cum exeunt
valeant operire.

**Omnes ſorores ta**
ne tam abbatiſſa ꝗ̄ alie in com=
muni dormitorio teneātur ⁊ que
libet per ſe lectum habeat ab inuicem ſepa
ratum. Lectus tamen abbatiſſe in tali loco
dormitorij diſponatur ꝙ inde ceteros dor=
mitorij lectos ſine obſtaculo ſi poſſibile eſt
valeat intueri. Liceat autem vnicuiqꝫ ha=
bere ſacconem de palea vel de feno ⁊ ceruical
cum panno lineo ſuppoſito quod de fe=
no ſeu palea aut lana ſeu etiam pluma eſſe
poterit iuxta qd abbatiſſa iudicauerit faci
endum Habeant etiam honeſta cooperto=
ria lanea ſiue culcitras religioſas cū lanea
habere nequiuerint cōgruenter. Lampas
inſuper de nocte accenſa in medio ſemper
dormitorij habeatur.

**Capillos ſuos ton**
deant in rotonduꝫ vſqꝫ ad au
res certis temporibꝰ cōmuni=
ter. Nec aliqua de cetero ton=
ſuretur niſi euidenti infirmita
te corporis exigente.

**De ingreſſu per=**
ſonarū in monaſteriuꝫ firmi
ter ac diſtricte precipimꝰ vt
nulla vnqꝫ abbatiſſa vł eius
ſorores aliquam perſonam
religioſam ſeu ſecularem aut cuiuſlibet di
gnitatis in monaſterium intrare admittāt
Nec omnino hoc alicui liceat niſi quibus
conceſſum a ſede apoſtolica fuerit vel a ge
nerali ſeu prouicialibus miniſtris ordinis
fratrū minorꝫ in quorꝫ prouincijs monaſte
ria ipſa conſiſtunt. Excipiuntur autem a di
cta ingrediendi lege medicus et minutor
cā multū grauis infirmitatiſq non niſi abſ
qꝫ duobus ſocijs honeſtis de familia mona
ſterij introducantur. expedito negotio hu=
iuſmodi celeriter egreſſuri. Nec ab inuicē
intra monaſtarium ſeparent. Nec non illi
quos occaſione incendij vel ruine ſeu alte=
rius periculi vel diſpendij ſeu pro tuendis
a violentia quorumlibet a monaſterio vel
perſonis aut pro aliquo opere exercendo
quod commode extra monaſteriū fieri nō
poteſt neceſſitas exegerit introire Nulli ta
men perſone extranee itra monaſterij clau
ſtrum liceat commedere vel dormire. Sed
et ſi quis de cardinalibus ad aliquod mōa
ſteriū huius religionis aliquando venerit
et in illud voluerit ingredi cum reuerētia
quidem et deuotione ſuſcipiatur ſed roge
tur vt cuꝫ paucis et honeſtis ſocijs debeat
introire. Alius autem prelatus cui aliquā
do forte intrare licuerit duobus vel tribus
et religioſis et honeſtis ſocijs ſit contentꝰ.
Qꝫ ſi forte pro benedictiōe vel conſecratio

176



ne ſoroꝝ vel alio etiā modo conceſſuꝫ fue-
rit alicui ep̄o miſſam interius aliquādo ce-
lebrare cū paucioribus ⁊ honeſtioribꝰ po-
tuerit cōtētus ſit ſocijs ⁊ miniſtris. Et hoc
quoqꝫ ipſū rarius alicui cōcedat. Nulli tñ
omnino loquat cū aliquo niſi p̄dicto mō ſi-
ue infirma fuerit ſiue ſana. Illud ſane p̄ci-
pue caueat. vt hij qbus aliqñ fuerit cōcedē-
dū in monaſteriū ingredi tales ſint de quo-
rū verbis et moribus necnon vita et habi-
tu edificari valeant intuentes et materia
iuſti ſcandali exinde nequeat generari.

Vbi proprius fue-
rit capellanus habitu et vita
religioſꝰ ſit ac bone fame nec
multū iuuenis ſed idonee ſit
etatis q̄ capellanus cū aliqua
ſoroꝝ tāta fuerit corporis infirmitate detē-
ta q̧ ad locutoriū cōmode venire nō valeat
⁊ neceſſe habuerit cōfiteri vel dñici corpo-
ris ſeu alia recipere ſacramēta: alba ⁊ ſtola
ac manipulo cū duobus idoneis ⁊ religio-
ſis ſocijs vel vno adminus ingrediat indu-
tus. Et audita cōfeſſione vel dñici corporꝭ
tradito ſacramēto ſit indutus vt ingreſſus
eſt cū ſocijs exeat nec morā ibi faciat lon-
giorē. Caueāt etiā vt q̄diu intra monaſte-
riū fuerit nullatenus abinuicem ſeparētur
quin ſemper mutuo poſſint libere ſe vide-
re. Sic ſe etiā habeat in anime cōmenda-
tione. Porro ad exequias circa ſepulturaꝫ
agendas non ingrediat in clauſtrū ſed ex-
terius in capella quod ad illud officiū per-
net exequatur. Tamen ſi abbatiſſe viſum
fuerit q̧ ad exequias debeat itroire modo
ſupradicto indutus intret. Et ſepulta mor-
tua exeat cū ſocijs ſine mora. Si aūt neceſ-
ſe fuerit vt ad aperiendā ſeu preparandā
ſeplturā ſeu poſtmodū coaptādā igrediat
ſit ei vel alicui alij ad hoc ydoneo ⁊ honeſto
cum vno ſocio vel duobus licitū introire.
Aliter vero monaſteriū ingredi nō p̄ſumat
ſed cum aliqua ſibi de confeſſione loqui vo-
luerit per locutorium eā audiat ⁊ per illud
eidēꝫ ipſe de hijs que ad cōfeſſionē ptinēt
tūc loquatur. Que vero propriū nō habue-
rint capellanū a quolibet bone fame ⁊ ho-
neſte vite presbitero miſſam audire poſſūt
penitenciam autem atqꝫ dñici corporis et
alia eccleſiaſtica ſacramēta a fratribus or-
dinis minorum duntaxat recipiant niſi in
periculoſe neceſſitatis articulo aliqua con-
ſtituta pro hijs copiā habere fratrū nequi-
uerit p̄dictoꝝ. ¶ Volumꝰ etiā vt in muro
qui ſorores diuidit a capella congruentis
forme cratis ferrea collocetur cui crati pā-
nus niger lineus interius talr̄ apponat vt
nulla iñ valeat exterius aliqd intueri. Ha-
beat ⁊ oſtia linea ex pte ſoroꝝ cū ſeris fer-
reis atqꝫ claue vt maneāt ſemp clauſa pa-
riter ⁊ firmata. Et nō aperiant niſi cū diui-
nū celebrat officiū vel ad audiendū aliqñ
verbū dei pponendū ſibi exterius in capel-
la p ydoneā ⁊ honeſtā pſonā. Et nemo ali-
as p dictā cratē loquat niſi forte aliquādo
cauſa rationabili vel neceſſaria exigēte a-
licui raro fuerit ꝯcedēdū. Et qñcūqꝫ aliquā
pſonā extraneā ad eas ingredi vel alias p
cratē eis loqui contigerit tegāt facies ſuas
cū modeſtia ⁊ inclinēt prout religionis cō-
uenit honeſtati. ¶ Pro cōmuniōe aūt certꝭ
tēporibus recipiēda vbi neceſſe fuerit fe-
neſtra puula fiat cū oſtiolo de lamina fer-
rea ſera ⁊ claue ſemp firmato. Per quā ca-
lix cōgrue poſſit dari ⁊ miniſtrari dñici cor-
porꝭ ſacramētū ⁊ tñ diſtat a terra q̧ ſacer-
dos ꝯmode illud miſteriū iñ valeat exhibē.

De viſitatore hui⁹
religionis illud eſt ſollicite p-
uidendū vt q̄cunqꝫ vel gñalis
vel etiā alicubi aliqñ ſpālis cō-
ſtituēdus fuerit viſitator talis
debet cōſtitui de cuius religioſa vita ⁊ mo-
ribꝰ noticia plena ⁊ ſecuritas habeat. Qui
cū ad monaſteriū aliqđ veniēs fuerit intro-
greſſus ſic ſe per oīa exhibeat ⁊ oſtēdat vt
omnes de bono ad melius puocet ⁊ ad dei
amorē ⁊ inter ſe mutuā caritatē ſemp inflā-
met pariter ⁊ accendat. Et quando mona-
ſterij clauſtra ad viſitādū intrauerit: duos
religioſos ⁊ ydoneos ſocios ſecū ducat qui
veꝫ ſocij ſimul maneant ⁊ dum fuerint intra
clauſtrum abinuicem nullatenus ſeparēt.
Sane de ſororum ſtatu et obſeruantia ſue
religionis ab omnibus generaliter ⁊ ſpecia-
liter a ſingulis inqrat ſtudioſius veritatē.
Et vbi aliqđ reformādū vl corrigēdū iue-
nerit zelo caritatis ⁊ amore iuſticie cuꝫ di-
ſcretione corrigat ac reformet tā in capite
q̄ in mēbris ſicut melius viderit expedire
¶ Modū aūt loquendi cuſtodiat ſupradi-
ctum vt veꝫ aut cū omnibus aut cū pluribꝰ
ſimul loquat vel ſecrete cū vna alijs tamē
adminus duabus in aſpectu eius nō lōge
ſedentibus vt per oīa bone fame itegritas
conſeruet. niſi ad locutoriū cū vna vel plu-
ribꝰ loqꝫ voluerit de hijs q̄ ad officiū ſuum
ptinere noſcunt. Caueat aūt abbatiſſa ne
a ſe vel ab alijs ſororibus ſtatus ſui mona-
ſterij viſitatori aliquatenus abſcondatur

qꝛ malū eſſet iudiciū ⁊ offenſa grauiter pu
nienda: ymo volumus ⁊ mādamus vt ea q̄
ſecundū vite ſue formā ⁊ r̄larem obſeruan
tiā ſtatuēda vel emendanda fuerint publi
ce ac priuatim ſicut melius fuerit faciendū
viſitatori diligēter ſuggerāt ⁊ proponant
Cui teneantur in omnibus firmiter obedi
re. Que aūt aliter fecerint: a viſitatore taꝫ
abbatiſſa ꝙ̄ alie debite prout ꝯuenit puni-
antur. Similiter et capellanus ſi in aliquo
reprehenſibilis fuerit (in quo conuenienter
nō poſſit nec debeat ſupportari) monitione
premiſſa a viſitatore modeſte ac rationabi
liter ſicut decuerit corrigatur. Si vero no
luerit vel contēpſerit emendare a monaſte
rio per eundē remoueatur omnino Statui
mus inſuper ꝙ gn̄alis et prouinciales mi-
niſtri dicti ordinis duntaxat per ſe vel per
alios idoneos fratres ſuos in generali ca-
pitulo deputatos ab ipſis vobis tam in ca
pite ꝙ̄ in mēbriꝫ officiū viſitatiōis correctio
nis et reformatiōis ipendant. Pn̄t tn̄ gn̄a-
lis ⁊ prouinciales predicti in prouincijs ſu
is ex cauſa ſpecialē viſitatorē interdum de
fratribus ſibi ●miſſis ad hoc ydoneū deſti
nare iuxta formā ab vniuerſitate miniſtro
rum traditam in capitulo generali.

IN quolibet mo-
naſterio vnū tantū oſtiū ha-
beatur ad intrādū clauſtrū ⁊
exeundū cū oportunū fuerit
iuxta legē de ingreſſu ⁊ egreſ
ſu poſitum in hac forma. Et iſtud oſtiū fiat
in ſublimi quātomagis fieri poterit cōgruē
ter itaqꝫ ipm̄ p ſcalā leuatoriā exterius a-
ſcendat. Que ſcala p cathenā ferreā ex p-
te ſoroꝝ ſtudioſe ligatā a cōpletorio dicto
vſqꝫ ad primaꝫ diei ſequentis continue ſit
ſuſpenſa. Et tempore diurne dormitionis
⁊ viſitationis niſi aliud interdū euidēs re-
quirat neceſſitas vl' vtilitas manifeſta Ad
predictū autē oſtiū cuſtodiendū aliqua ta-
lis ex ſororibus deputetur q̄ deū timeat q̄
ſit matura morib⁹ ſit diligēs ⁊ diſcreta ſit-
qꝫ conueniētis etatis que vnam ipſius oſtij
clauē ſic diligēter cuſtodiat vt nūqꝫ ea vel
ei⁹ ſocia ignorāte oſtiū aliq̄ valeat aperi-
ri. Reliquā vero clauē diuerſā ab alia cu-
ſtodiat abbatiſſa. Sit ⁊ alia eq̄ idonea ei ſo
cia deputata q̄ eius vicē in oībus exequat
cū ipa aliqua rationabili cā vel occupatiōe
neceſſaria occupata ●uerit ac detēta. Caue
ant aūt ſtudioſiſſime et procurent ne vnq̄
oſtiū ſtet aptū niſi tm̄ ꝙ̄tū minus fieri pote
rit cōgruēter. Sit aūt oſtiū ſeris ferreis cū
valuis ⁊ repagulis optime cōmunitū ⁊ ſi-
ne cuſtodia aptū minime dimittat. Nec ēt
clauſū niſi vna claue in die ⁊ in nocte dua-
bus ſit firmiter obſeratū. Nec omni pulſā-
ti apiatur ſtatim niſi prius indubitāter co
gnouerint ꝙ talis ſtet cui ſine dubitatione
aliq̄ ſm̄ mādatū qd in eadē forma de igreſ
ſu ⁊ egreſſu ſupius cōtinet debeat aperiri. ¶ Qd
ſi aliq̄ intra monaſteriū opus aliqd fue-
rit faciendū ad quod agendū ſeculares ali
quos vel quaſcūqꝫ pſonas alias oporteat
introire puideat abbatiſſa ſollicitē vt tunc
dū opus ſcꝫ exercet aliqua alia pſona ꝯue
niēs ad cuſtodiēdū oſtiū ſtatuat q̄ ſic perſo
nis ad opus deputatiſ aperiat ꝙ alias itra
re penitus nō pmittat Nā ſorores ipē ⁊ tūc
⁊ ſemp q̄ncūqꝫ rationabil'r pualēt ſtudioſiſ
ſime caueāt ne a ſecularibus vel pſonis ex
traneis videant. Ceterū cū pfatū oſtiū pro
alijs apiri nolimus niſi p illis tm̄ q̄ p rotā
vel aliūde decēter nequeūt expediri māda
mus ꝙ in ſingulis monaſterijs in loco com
petēti rota vna fortis fieri debeat latitudi
nis ⁊ altitudinis cōgruētis p quā neceſſa-
ria tā intus ꝙ̄ exterius miniſtrētur. Et ta-
liter diſponat ꝙ p eā nec intus nec extra va
leat aliquis itueri. Ex vtraqꝫ etiā pte oſtio
lū fiat validū quod de nocte et in eſtate tē
pore dormitionis ſeris ⁊ clauibus ferreis
clauſū ⁊ firmatū debeat pmanere. Ad cui⁹
cuſtodiā p expediēdis neceſſarijs p eandē
vnā ſororē diſcretā ſecurā ⁊ maturā tā mo
ribus ꝙ̄ etate que monaſterij diligat hone
ſtatem conſtituat abbatiſſa cui ſoli vel de-
putate ſibi ſocie cū cōgrue nō poterit itereſ
ſe loq̄ ibidē ⁊ reſpōdere liceat ſup hijs que
ad ſuū officiū pertinebūt. ¶ Locutoriū au
tē cōmune in capella vel poti⁹ clauſtro vbi
cōmodius ⁊ honeſti⁹ fieri poterit diſponat
ne ſi forte fieret i capella pacē orātiū inq̄e-
tet. Ipſū vero locut●riū ſit cōgrue ꝙ̄titatis
de lamina ferrea ſubtiliter pforata et talit
clauis fortib⁹ coaptata ꝙ nūqꝫ valeāt ape-
riri. Cui pannus niger lineus interius ta-
liter ●pponat ꝙ nec ipē videre extra valeāt
nec videri. Ad iſtud locutoriū a completo-
rio quod dici debet tempore competēti vſ-
qꝫ poſt primam diei ſequentis ſeu tempore
commeſtionis vel dormitionis i eſtate: aut
quando officiū celebratur niſi pro cauſa a
deo rationabili vel neceſſaria que commo-
de differri non poſſit nulli licituꝫ erit loqui
Quandocunqꝫ vero in conceſſis tempori-
bus aliqua vel alique habuerint ibi loqui
cum modeſtia maturitate loquentes breui
ter ſe expediant prout decet.

DE ſeruientibus ſororib⁹ q̃ ſemꝑ manere clauſe ſicut alie nõ tenẽtur diſtri-
ctius volum⁹ obſeruari/vt ſi
ne licẽtia nulla clauſtrũ egre
diaꝛ/ꝛ que emittũtur honeſte ſint ꝛ cõueni
entis etatis ac calciamẽtis honeſtis tã ipẽ
q̄ ſorores ille quas aliquãdo emitti conti-
gerit pro caſib⁹ infraſcriptis calciate ince-
dant ceteris etiã intus manẽtibus ſi volue
rint liceat iſtud idẽ. Egrediẽtibus vero aſ-
ſignetur certus termin⁹ redeũdi nec alicui
ipſarũ concedit extra monaſteriũ ſine licẽ-
tia ſpãli cõmedere bibere vel dormire nec
ab inuicẽ ſeꝑari vel locꝫ alicui i ſecreto: ſeu ca
pellani monaſterij vel cõuerſorum aut fra-
trũ ibidem morãtium domiciliuꝫ introire.
Qꝫ ſi aliqua cõtrariũ fecerit grauiter puni
atur. Et ſollicite caueant ne ad loca ſuſpe-
cta diuertant vel cum ꝑſonis male fame fa
miliaritatẽ habeãt nec in ſuo reditu ſecula
ria vel inutilia ſororibus referãt per q̃ diſ-
ſolui valeãt ꝛ turbari. Et q̄diu extra fuerit
taliter ſtudeant ſe habere ꝙ de cõuerſatio-
ne honeſta ipſarum edificari valeant intuẽ
tes. Et quicq̄d eis datum vel ꝓmiſſũ fuerit
reſignent vel renũciẽt abbatiſſe vel alij cui
in hoc commiſerit vices ſuas.

AD hec liceat vobis i cõ reddit⁹ ꝛ poſſeſſio
nes recipeꝛ hẽre ac ea libere
retinẽ, ꝓ q̃b⁹ poſſeſſionib⁹ mõ
debito ꝓtractãdis ꝓcurator vn⁹ prudẽs pa
rit ac fidelis i ſingulis monaſterijs vr̃i ordi
nis habeat q̃ñcũq̈ expedire videbit. Qui ꝑ
viſitatorẽ ↄ̈ſtitui ꝛ amoueri debeat ſicut vi
derit expedire. Hic vo taliꝫ iſtitut⁹ de oĩb⁹ ſi
bi cõmiſſis receptis pariꝫ ꝛ expenſis abba-
tiſſe ꝛ trib⁹ alijs ſororib⁹ ad hoc ſpãliꝫ aſſi-
gnatis ꝛ viſitatori cũ voluerit rationẽ red-
dere teneatur. Et nichil oĩno de reb⁹ mona
ſterij vendere cõmutare obligare vel alie-
nare quoquomodo valeat niſi de licẽtia ab
batiſſe pariꝫ ꝛ cõuẽt⁹. Et q̃cq̄d ↄ̈tra hec fue
rit attẽptatũ irritũ decernim⁹ ꝛ iane. Poſſit
tñ de mobilib⁹ parũ valentibus aliqua par
ua ex cauſa licita interdum alijs elargiri.

VEruꝫ ne ab obſer-
uatiõe p̃ñtis formule breuiꝫ
ſupraſcripte quã vniformiter
vbiq̈ ab oĩb⁹ volum⁹ et mãdam⁹ diligẽti⁹
obſeruari ꝓ defectu certi regimis i poſterũ
recedere vos ↄ̈tingat aut ſub diuerſo ma-
giſterio viuẽdi modos icurrere differẽtes

Dilectꝫ filijs gñali ac ꝓuicialib⁹ miſtrꝫ ordi
nis frm minoꝝ curã vr̃i ꝛ oĩꝫ monaſterioꝝ
vr̃i ordis plene i oĩb⁹ p̃ñtiũ auctẽ ↄ̈mittim⁹
ſtatuẽtes vt ſub eoꝝ ꝛ alioꝝ q̈ ꝓ tp̄e mini-
ſtri fuerit obediẽcia regimie ꝛ doctrina de
beatis de cetero ꝑmanere. Quib⁹ teneant
firmiꝫ obedire. Et ipĩ aiaꝝ vr̃aꝝ ſollicitudi
nẽ gerẽtes ꝛ curã eiſdẽ monaſterijs ꝑ ſe vel
ꝑ alios fr̃es ſuos ad hoc idoneos ſcd̃m for-
mã p̄dictã deputatos ab ipis q̃tiẽs expedi-
re viderit viſitatiõis officiũ ipẽdẽ ſtudeant
corrigẽdo ꝛ reformãdo ibidẽ tã i capite q̄ i
mẽbris q̈ correctiõis ſeu reformatiõis offi-
cio nouerit idigere. Inſtituãt nichilomin⁹
ꝛ deſtituãt mutẽt ꝛ ordinẽt ꝓut ſcd̃ꝫ deũ vi
derit expedire. Electio tñ abbatiſſe libere ꝑ
tineat ad ↄ̈uẽtũ: ↄ̈firmatio vo ipſi⁹ ꝛ ifirma
tio fiat ꝑ gñalẽ miſtrũ ſi aderit i ꝓuicia. Et
i ei⁹ abſẽtia ꝑ ꝓuincialẽ illi⁹ ꝓuicie i q̃ mona
ſteriũ fuerit ↄ̈ſtitutũ. Cõfeſſiões vr̃as audi
ant ꝛ miſtrẽt vobis eccl'iaſtica ſacramẽta.
Et ne ꝓ eo ꝙ in vr̃is monaſterijs fr̃es dicti
ordis reſidẽ ↄ̈tinue nõ teneꝫ ꝓ defectu ſacer
dotꝫ poſſit ꝑiculũ iminere ad ↄ̈feſſiões vr̃as
i nc̃citatis articulo audiẽdas ꝛ miſtrãda ſa
cramẽta p̄dicta necnõ diuina officia celebrã
da deputẽt aliq̈s diſcretos ꝛ ꝓuidos capel
lanos. Nec aliquod monaſteriuꝫ vr̃i ordis
de cetero ab aliq̈bus inchoeꝫ ſine capl'i ge-
neralis ordinis memorati licẽtia ꝛ aſſenſu

CApellan⁹ et ↄ̈uerſi ſcd̃m diſpoſitionẽ vi
ſitatoris ꝓmittãt obediẽtiã ab-
batiſſe vouẽtes loci ſtabilitatẽ
ꝛ ꝑpetuo viuẽ ſine ꝓp̄o ꝛ i caſtitate. Liceat
tñ viſitatori tã capellanũ ꝛ ſeruiẽtes ſoro-
res q̄ ↄ̈uerſos ꝓ euidẽti nc̃citate aut maife
ſta vtilitate de vno monaſterio ad aliũ trã
mutare Ieiuniũ ſeruare debeãt vt ſorores
Liceat tñ abbatiſſe ſuꝑ hoc cũ eis cẽ⁹ vr̃i iti
neris aut laboris alteri⁹ ſeu alia ↄ̈uis rõa-
bilis honeſta cã miſericordiꝫ diſpẽſare Tu
nicas de vili pãno iuxta eorũdẽ idigẽtiam
hẽre valeãt ſine caputio q̈ꝝ manice breues
ſint ꝛ ſtricte tñ nõ circa manus. Lõgitudo
aũt tunicaꝝ ſit taliſq̈ a cauilla pedũ diſtẽt
ſpacio q̈tuor digitoꝝ. Pro cigulo vo corri-
giã honeſtã hẽãt cũ cultello Caparonẽ etiã
ſuꝑ tunicas portẽt cui⁹ longitudo genu ali
quãtulũ trãſeat ꝛ amplitudo vſq̈ ad cubi-
tos protendaꝫ. Minoris tñ latitudis capa
ronẽ ſi voluerit habere poterit capellanus
Qui cappa etiã honeſta vti poterit cũ fue-
rit oportunũ. Calciamẽta cũ caligis ꝛ bra-
cis ãpla ꝛ alta habeãt ꝛ añ fiſſa. Et idẽ offi
cium faciant cõuerſi qd̃ ſuꝑi⁹ de ſororibus

neſcientibus lr̃as eſt expreſſum. Excepto ꝙ
ad officium beate virginis minime tenean
tur Informationi etiã ⁊ correctioni viſita
toris conuerſi ⁊ capellanꝰ per oĩa ſint ſubie
cti: cui teneant firmiter obedire. Nulli er=
go omnino hoĩm liceat hanc paginam no=
ſtre conceſſionis et conſtitutionis infringe
re vel ei auſu temerario contraire. Si quis
autẽ hoc attemptare preſũpſerit indigna=
tionem omĩpotentis dei ⁊ beatorum Petri
et Pauli apoſtolorũ eius ſe nouerit incur
ſurum. Datum lugdun̄. octauo Idus Au=
guſti. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

¶ Gregorius nonus decernit excõmuni
cationem incurrere intrãtes monaſteria ſã
cte Clare niſi in caſibꝰ in eaꝝ lr̃a cõtentis.

# Gregorius epiſco

pus ſeruus ſeruorũ dei. Uni
uerſis xp̃i fidelibꝰ preſentes
litteras inſpecturis Salutem
⁊ apoſtolicã benedictionem.
Et ſi omnium illa cura debeat nobis ineſſe
fidelium ꝙ fauente dño mereamur gaudia
ſupernorum. De hijs tamen tenemur ſolli=
citudinẽ habere precipuã qui cunctis poſt
poſitis formam pauperum ⁊ humiliũ aſſu=
mentes corpus et animam deputarũt obſe
quio redẽptoris. Cum igitur dilectas ĩ xp̃o
filias pauperes moniales incluſas ordinis
ſancti. Damiani virtutum augmenta ſuſci
pere ⁊ pacem habere ac ab omni turbatiõe
effici immunes cupiamus ⁊ volumus ⁊ qḋ
a nobis olim in minori officio cõſtitutis cir
ca ingreſſũ eiuſdem ordinis videlicet qui
quomodo ⁊ quando ingredi valeant in re=
gula dictarum monialium inſtitutum eſſe
dinoſcitur ab vniuerſis et ſingulis inuio=
labiliter obſeruetur. Qui autem contraire
preſumpſerit eos excommunicationis ſen
tencie decernimꝰ ſubiacere. Nulli ergo om
nino hominum liceat hanc paginã noſtre
declarationis cõfirmationis ſeu inſtitutio=
nis infringere vel ei auſu temerario ⁊c. Si
quis aũt ⁊c. Datũ viterbij ſeptimo kalen=
das Aprilis. Pontificatus nr̃i Anno. xi.

¶ Gregorius nonus declarat ⁊ ponit ca
ſus in q̃bus licitũ eſt fratribus minoribꝰ in
gredi monaſteria monialiũ ſancte Clare.

# G Regorius epiſco

pus ſeruus ſeruorum dei. Di
lectis in Chriſto filiabꝰ vniuer
ſis abbatiſſis et monialibus in
cluſis monaſteriorum ordinis
ſancti Damiani. Salutem ⁊ apoſtolicã be=
nedictionem. Ueſtris pijs ſupplicationibꝰ
inclinati fratribꝰ minoribus qui monaſte=
riorum veſtrorum obſequijs deputant vt
pro exercendo monaſteriorum ipſorũ ope
re vel illis conſeruandis ab incendio ſeu la
tronibꝰ defẽdẽdis aut frat presbiter cũ fra
trum ipſorũ clerico maturo moribus ⁊ eta
te pro audiendis confeſſionibus veſtris et
extrema vnctione et alijs ſacramẽtis eccle
ſiaſticis exhibendis vobis infirmitate co=
gente ac ſepeliendis corporibus decedenti
um ſororũ monaſteria ipſa ſcd̃m formam
que in regula veſtra noſcit contineri ingre
di valeant liberam concedimus auctorita=
te preſentium facultatẽ. Datum laterani ſe
xto nonas Iulij Pontificatus noſtri Anno
quinto decimo.

¶ Bonifacius octauus concedit eiſdem
monialibus ordinis ſancte Clare exempti=
onem a ſolutione decimarum.

# Bonifaciꝰ epiſco=

pus ſeruus ſeruoꝝ dei Dile=
ctis in xp̃o filiabus vniuerſis
Abbatiſſis et conuentibꝰ mo=
nialium incluſarum ſiue ordi
nis ſancte Clarr ſiue ſãcti Damiani ſeu mi
noriſſe dicantur. Salutẽ ⁊ apoſtolicã bene=
dictionem Laudabilis ſacra religio que in
monaſterijs veſtris a vobis et alijs perſo=
nis in eis degentibus ſub ouere volũtarie
paupertatis iugiter colitur ſic a vobis mun=
dane diſſolutionis relegauit illecebras vt
inter alia clauſtralis abſtinencie nexibꝰ ſtre
ligate puritate fulgeatis obſeruãcie regu=
laris: et voluntatis libitum coartantes om
nino ſub obediencia debita dignam ⁊ ſedu
lã exhibeatis dño ſeruitutẽ. Hinc ẽ ꝙ nos
piũ ⁊ ꝯgruũ reputãtes vt vos illa ꝓſequa=
mur gr̃a/ quã vr̃is neceſſitatibꝰ fore ꝓſpici
mus oportunã vobis vniuerſis ⁊ ſingulis
auc̃te p̃ſentiũ indulgemꝰ vt ad p̃ſtationem
decimarũ q̃buſcũq; poſſeſſionibꝰ ⁊ alijs om
nibꝰ bonis q̃ in p̃ſentiarũ habetis et iuſtis
modis p̃ſtãte dño acq̃ſieritis ĩ futurũ vł ad
cõtribuẽdũ in ꝓcurationibꝰ quorũlibet or=
dinariorũ ⁊ etiã legatoꝝ ⁊ nũciorum ſedis
ap̃lice ⁊ q̃buſlibet tallijs ⁊ collectis ⁊ ad ex
hibendũ pedagia thelonea ⁊ alias exactio
nes q̃buſuis regibꝰ p̃cipibꝰ ſeu alijs pſo=
nis minime teneamini nec ad id cõpelli ali
qualiter valeatis. Nulli ergo oĩno hoĩm li
ceat hãc paginã nr̃e ꝯceſſionis ĩfringere vł
ei auſu temerario cõtraire. Si q̃s autẽ hoc
attẽptare p̃ſũpſerit indignationẽ oĩpotẽtꝭ
dei ⁊ btõꝝ petri ⁊ pauli ap̃loꝝ eiꝰ ſe noue=

rit incurſurũ. Datuꝫ gnanie quinto nonas
Junij Pontificatus nr̃i. Anno ſecundo.

¶ Eugenius.iiij. ꝯcedit omnimodã aucto
ritatẽ gñali miniſtro pro vera reformatio
ne monaſteriorũ ordinis ſancte Clare.

Eugenius epũs ſer
uus ſeruoꝝ dei. Dilecto filio
gñali miniſtro ordinis mino
rũ. Salutẽ ⁊ apoſtolicã bñdi
ctionẽ. Ad ſtatũ ſinguloꝝ fide
liũ pſertim religioſarũ pſonarũ ſalubriter
dirigendũ, put ex debito paſtoralis obliga
mur officij intẽdẽtes ad ea maxime p q̃ ipa
rũ reformatio ſubſequat̃ libẽter adhibem⁹
ſollicitudinis noſtre ptes. Sane ſicut ex fi
de dignorũ relatione pcepim⁹ nõnulla mo
naſteria monialiũ ordinis ſc̃te Clare i di
uerſis locꝯ ſiſtẽtia ppt nõnullaꝝ abbatiſ
ſarũ ac i eis degẽtiũ culpã monialiũ q̃ ple
rũq₃ a iugo rl'ris obſeruãcie deuiãtes la
xiorẽ q̃ deceat vitã ducũt ac ppter varia
diſſẽtiões ⁊ ſcãdala q̃ i eiſdem monaſterijs
quotidie oriũtur nõ modica reformatione
indigere noſcũt. Nos igr̃ in pmiſſis debite
puidere cupiẽtes ac ſperãtes ꝙ tu ppter
impoſitũ tibi dicti ordinis gubernãdi ⁊ re
gẽdi onus ad ei⁹ ⁊ monaſterioꝝ pdictorũ
reformationẽ ⁊ ad debitũ ſtatũ reductioẽꝫ
eo diligẽtius icũbes quo maiori fuerꝭ per
nos auc̃te munit⁹ Tibi oia ⁊ ſingula hmõi
monaſteria eoꝝ q₃ pſonas tã in capite q̃ in
mẽbris auc̃te nr̃a viſitãdi ac ea de q̃bus ti
bi videbit̃ apta mõaſteria ſub debita clau
ſura ponẽdi: necnõ ip̃ oꝝ abbatiſſas ſꝫ de
merita earũ dponẽdi ⁊ alias de nouo inſti
tuẽdi ⁊ deſtituẽdi. Moniales quoq₃ cũ reb⁹
⁊ bonꝭ ſuis de vno mõaſterio ad aliud trãſ
ferẽdi. Bona inſup vni⁹ monaſterij ad aliũ
applicãdi ⁊ oia alia ⁊ ſingula agẽdi facien
di ⁊ ſtatuẽdi q̃ in ipſis monaſterijs ſm deũ
p earũdẽ ⁊ pſonarũ hmõi ſtatu vtilitate re
formatiõe ⁊ quiete ac diuini cult⁹ obſeruã
tia de cõſilio tñ ⁊ aſſẽſu diſcretoꝝ correctio
nis ⁊ reformatiõis officio nouerꝭ indigere
Cõtradictores etiã auc̃te nr̃a p cenſurã ec
cl'iaſticã ⁊ alia iuris remedia appellatione
poſtpoſita compeſcẽdi. Inuocato ad hoc ſi
opus fuerit auxilio brachij ſecularꝭ plenã
⁊ liberã auc̃te aplica tenore pñtiũ faculta
tẽ cõcedimus ⁊ etiã ptãtẽ. Cõſtitutiõibus
aplicis ac ſtatutis cõſuetis monaſterioꝝ ⁊
ordinis pdictoꝝ cõfirmatione aplica vl' q̃
cunq₃ firmitate alia roboratꝭ. ceteriſq₃ ꝯtra
rijs nõ obſtãtiãus q̃buſcũq₃ ſeu ſi eiſdẽ ab
batiſſis ⁊ monialibus a ſede aplica ſit idul
tũ ꝙ mutari viſitari ſuſpẽdi vel excõicari
nõ poſſint p lr̃as aplicas nõ faciẽtes plenã
⁊ expꝛſſã ac de vbo ad vbũ de indulto hmõi
mẽtionẽ. Datũ Rome apud ſanctũ petrum
Anno incarnationis dñice M.cccc.xxxi.iiij
idus maij. Põtificatus noſtri Anno primo
Pogius Jac. de Arimino.

¶ Auctoritas gñalis ⁊ puicialiũ miniſtro
rũ ſup monaſteria ſoroꝝ ⁊ reformatiõe ⁊ re
gimine eaꝝ atq₃ reformatio earũ quo ad
ingreſſũ ⁊ quo ad nomẽ Idẽ. Eugenius.iiij

Eugenius epũs ſer
uus ſeruoꝝ dei. Ad ppetuaꝫ
rei memoriã. Ad ea q̃ felicẽ et
pſperũ ſtatũ eccl'iarũ ⁊ mona
ſterioꝝ reſpiciũt libẽter impẽ
dimus ⁊ illa pſeq̃mur fauoribus oportũis
Sane exhibita nobis nup p parte dilecti fi
lij fr̃is Guillermi ſacre pagine pfeſſorꝭ or
dinis minoꝝ Generalis miniſtri petitio cõ
tinebat. Qꝫ cũ ipſe ad generale capitulum
tholoſe nup celebratum proficiſcens tã ex
incumbente ſibi officio q̃ ex noſtro mãda
to deformationes et abuſus monaſterio
rum ordinum ſancte Clare ſancti Damia
ni ⁊ minoriſſarũ ſibi et prouincialibus mi
niſtris ſui ordinis immediate auc̃te plena
ria a ſede apoſtolica commiſſorũ reforma
re tã in eũdo q̃ redeũdo tẽptauerit ⁊ q̃buſ
dã in locis puinciarũ prouincie et aquita
nie ſꝫ modũ ſui ordinis conatus fuerit or
dinationibus ⁊ reformationibus ⁊ neceſſa
rijs clauſuris ipſa monaſteria ad regularẽ
obſeruantiam reuocare: vectes etiam in ex
terioribus portis ipſorum monaſterioruꝫ
apponendo cum ſeris vt clauſura i quibuſ
dã male ordinata: in quibuſdaꝫ nulla peni
tus erat de cetero ſeruaretur ſicq₃ manda
uerit a miniſtris poſtea in ceteris monaſte
rijs fieri et ſeruari: tamen ipſoꝝ q̃ pluriꝫ
monaſteriorũ ſorores pſertim Auinionis/
montis peſſulani/⁊ marſilie ⁊ alioꝝ refor
mari nolentiũ ab ipſis inſtitutis ⁊ ordina
tiõibus appellarũt: quibuſdã ex ipſis amo
uẽtibus ſeras ⁊ vectes vel faciẽtibus amo
ueri alijs recuſantibus ipſa apponi. Aliſs
etiam clauſure que ſub voto regule predi
ctarũ continetur ſub friuolis ⁊ repellendis
omnino exceptionibus quas hic haberi vo
lumus pro ſufficienter expꝛeſſis cõtradicẽ
tibus: hmõi reformationes ab ipſo factas
confirmare ⁊ facultatẽ inſup rebelles quoſ
cũq₃ puniendi ⁊ ad obſeruantiã earundem
cõpellendi ſibi dare ⁊ ꝯcedere dignaremur
Nos aũt volẽtes ipa monaſteria et cetera

dictoꝝ ordinū vbicūq; cōſiſtentia penitus
confirmari tā circa diuinū cultū ꝙ̄ alias re
gulares obſeruācias ꝛ preſertī circa clau
ſuram que eſt clipeus honeſtatis ad quā
(vt prefert) tā ex voto profeſſionis ꝙ̄ ex ꝓ
uiſionibus felicis recordationis benedicti
xij. predeceſſoris noſtri tenent: predicti ge
neralis ſupplicationibus inclinati oēs ꝛ ſin
gulas reformationes monaſterioꝝ ſupra=
dictas per eū vt prefert factas aplica au=
ctoritate approbātes ac inuiolabiliter ob=
ſeruari mandātes ſibi inſup ac prefatī mi
niſtris prouincialibus rebelles ꝛ fautores
quoſcūq; compeſcendi etiā per cenſurā ec=
cleſiaſticā ꝛ alia iuris remedia cū inuoca=
tione brachij ſecularis ꝛ cū facultate etiā
dictas moniales priuādi ſi rebelles fuerit
bonis temporalibus ad earū vſum depu=
tatis ac alijs monaſterijs eorundē ordinū
obſeruāter viuētiū vel eccleſiis cathedra=
libus aut hoſpitalibus applicādis licētiā
auctoritate predicta ꝛ plenariā cōcedētes
tenore pñtiū facultatē. Volumus autem ꝙ
ſicut abbatiſſe ꝛ alie ſorores ex eaꝝ profeſ
ſionibus ad hoc deputate tenent claues q̄=
bus abintra porte monaſterioꝝ prefatoꝝ
claudunt ſic per confeſſores aut alias ho=
neſtas perſonas per ipſos gnalē ꝛ miſtros
deputādas claues ex parte exteriori teneā
tur ꝛ cōſeruētur. Et nichilominus precipi
entes omnibus ꝛ ſingulis tā clericis ꝙ̄ re
ligioſis ꝛ ſecularibus perſonis cuiuſcunq;
conditionis gradus preeminētie vel digni
tatis exiſtāt ſub pena excommunicatiōis
quā traſgredientes ipſo facto incurrant et
a qua niſi a romanis pontificibus nō poſſit
abſolui preterꝙ̄ in mortis articulo conſti=
tuti: qtūs nec pfata mōaſteria nec aliquod
ipſoꝝ ingredi preſumāt preter formā regu
le ac prouiſionū aplicarū ſuper hoc ſpecia=
liter editaꝝ. Vniūquēq; inſup ordinū pdicto
rū q̄ ordines qñq; ſub noīe minoriſſarū qñ=
q; ſācti Damiani qñq; ſācte Clare nominā
tur ſub vnico ſctē Clare vocabulo iuxta ve
teres apoſtolicas ſāctiones decernim⁹ ap
pellari ꝛ per vos vt pfertur in regulari ob
ſeruātia gubernari. Cōtradicētes aūt mo=
niales excōis ſentētiā ꝛ ſi fuerit Abbatiſſe
pter hoc puationē officioꝝ ſuoꝝ ipſo facto
incurrere ꝛ ceteras ad electionē alteri⁹ ſm
formā iuris ꝓcedendū teneri volumus niſi
eſſent oēs vel maior pars eoꝝ etiā excōis
vinculo inodate. Quocienſcū ꝛ in alijs in qb⁹
circa pdicta oportunū eſſe videbit pdictos
gnalē ꝛ miniſtros iuxta eaꝝ ꝯſciētias etiā
cū inuocatiōe brachij ſecularis ſi opus eſſe
videbit ꝓcedere etiā volumus ꝛ mādam⁹
premiſſis appellatiōibus ꝛ alijs in ꝯtrariū
faciētibus nō obſtātib⁹ qbuſcūq;. Nulli er=
go omnino hoim liceat hāc paginā noſtre
approbationis mādati cōceſſionis pcepti
cōſtitutiōis ꝛ volūtatis infringere vel ei au
ſu temerario cōtraire. Si qs aūt ꝛc. Datū
Bononie Anno īcarnatiōis dñice. M.cccc.
xxxvij. ſeptimo Idus decēbris Pōtificatus
nrī Anno. vij. Blondus Jo. de mon=
te cinere.

¶ Idē eugenius quartus cōcedit totalē ex
emptionē monaſteriorū ꝛ monialiū ordinis
ſācte clare ab oībus legatis ꝛ ordinarijs ꝛ
ab oībus decimis ꝛc. Et ſubicit illas imme
diate ſedi aplice ꝛ prelatis ordinis minoꝝ
et eorum cure.

Eugenius epſ ſer
uus ſeruoꝝ dei. Ad ppetuam
rei memoriā. Lꝫ romanus pō
tifex oēs religiōes ꝛ religio=
ſas pſonas earūq; mōaſteria
ſiue loca aſſueto benignitatī affectu pro=
qui cōſueuerit: illa tñ ſpecialius ſibi ſubdit
ac a cuiuſlibet alterius iuriſdictione oneꝝ
q; quorūcūq; ſubiectione ꝛ ſolutiōe libera
facit penitus ꝛ exēpta q̄ maiorib⁹ oppſſio=
nibus exactionibuſq; grauata noſcunt. Ex
hibita ſiquidē nobis nup pro pte dilectaꝝ
in xp̄o filiarū abbatiſſarū ꝛ cōuentuū vni=
uerſoꝝ monaſterioꝝ ſācti Damiani ac mi
noriſſarū ſācte Clare ordinis eiuſdē ſancte
ſub gnalis miſtri aliorūq; officialiū ordis
frī minoꝝ cura vbilꝫ cōſtitutoꝝ petitio cō
tinebat ꝙ ob varias decimaꝝ ꝛ caritatiuo
rū ſubſidioꝝ aliorūq; oneꝝ īpoſitiōes tā ꝑ
romane eccl'ie ſuorūq; legatoꝝ ꝛ nūcioꝝ ī=
cūbētib⁹ ꝙ̄ ꝓ honorādis regib⁹ ꝛ pncipib⁹
ac cōmunitatū ſubuētiōibus aplica aucte
hactenus ordinatas cōſtitutas atq; decre=
tas. Necnō gabellas pedagia ꝛ grauamina
aliaq; onera realia p ptātes rectores ac re
gimina ſcl'aria factas īpoſitas ꝛ illata peti
ciōeſq; ꝛ exactiōes q̄ ratione fructuū qui in
eorūdē mōaſterioꝝ ꝛ locoꝝ agrī ꝛ poſſeſſio
nibus infra nō nullarū cū cura et ſine cura
eccl'iarū limites ꝯſiſtētib⁹ colligūt a nōnul
lis illarū rectorib⁹ ꝛ bñficiatis facte ſūt ha
ctenus ꝛ fiūt etiā de ptāte abbatiſſe Cōuen
tus moniales monaſteria ꝛ loca ꝛ hmōi in
tātā pauptatē inopiāq; venerūt ꝙ pia coꝝ
vota exſoluere nō valētes in monaſterijs ꝛ
locis ipſis diuinus cultus eſt adeo iminu=
tus ꝙ niſi ꝓuideat celeriter veriſil'r formi
dat in eis extictio obſeruācie rl'arī. Quare

ꝓ pte abbatiſſarū ⁊ cōuentuū predictarū
nobis fuit humiliter ſupplicatū vt prouide
re eis ⁊ eiſdē monaſteriis ſiue locis ſup hoc
de oportūo remedio dignaremur. Nos igi
tur qui ad eoſdē fratrum minoꝝ et ſancte.
Clare ordines ſpālē gerimus deuotiōis af
fectum. Pie memorie Nicolai quarti Boni
facii octaui Johannis.xxii. Clementis ter=
cii Alexandri quarti ⁊ Benedicti vndecimi
ꝑdeceſſorum nroꝝ veſtigiis inherentes ea
rundē abbatiſſarū ⁊ conuentuū necnō dile
cti filii guillermi de caſali eiuſdem fratruꝫ
minorum ordinis generalis miniſtri ſacre
pagine ꝓfeſſoris nobis ſuper hoc humilr̄
ſupplicantis in hac pte ſupplicationibꝰ in=
clinati vt in eiſdem monaſteriis eo deuotiꝰ
diuinis laudibus intendatur quo pſone in
illis vacantes ſtudio pie vite potiori fue=
rint immunitatis ꝓuilegio ꝯmunite. Abba
tiſſas Conuentus Moniales Monaſteria
atq̄ loca hmōi cū oībus iuribus ⁊ ptinēciis
ac bonis eorūdem mobilibus ⁊ imobilibus
quibuſcūq̄ tā pñtibus q̄ futuris ab omni
iuriſdictione dominio poteſtate quorūcum
q̄ legatorū patriarcharum Archiepōrum
epōrum nunciorū ⁊ aliorum quorūcūq̄ or=
dinariorū iudicū ad inſtar prefatorū ponti
ficum conceſſorum priuilegiorum q̄ hic ha
beri volumus ꝓ ſufficiēter expreſſis aucto
ritate aplica ex certa ſciēcia tenore preſen=
tium prorſus eximimꝰ et ppetuo liberamꝰ
ac ſub beati petri ⁊ ſedis apoſtolice ꝓtecti
one ſuſcipimꝰ atq̄ noſtra Illaq̄ nobis ⁊ ſuc
ceſſoribus nris Romanis pōtificibꝰ canoni
ce intrātibus ⁊ dicte ſedi dūtaxat imediate
volumꝰ ſubiacere. Itaq̄ legati ⁊ nūcii dicte
ſedis ac iudices ꝑfati aut alia queuis per=
ſona ſecularis vel regularis eccl'iaſtica vl'
mūdana quacūq̄ fulgeat dignitate nullas
in abbatiſſas cōuentꝰ moniales monaſte=
ria ſiue loca hmōi vt note prorſus exempti
poſſint excōis vel interdicti ſentēcias pro=
mulgare vel iuriſdictionē dñiū aut ptātem
aliquā exercere ratione delicti cōtractꝰ aut
rei de qua ageretur vbicūq̄ cōmittat deli=
ctum iniatur contractus aut res ipa conſi=
ſtat quiymo abbatiſſas ꝯuentꝰ ⁊ moniales
eaſdem cū earū monaſteriis atq̄ locis ppe=
tuo exēptas eſſe volumꝰ imunes ⁊ liberas
ab omni decimarū ſubſidioꝝ gabellarū pe
dagiorū fructuūq̄ ⁊ aliorū hmōi ſolutione
cōtributione reſponſione ⁊ aliis q̄buſcunq̄
felicis recordatiōis innocēcii pape quarti
ꝑdeceſſoris nri ⁊ aliis q̄buſlibet cōſtitutio=
nibus ac priuilegiis idulgēciis ⁊ lr̄is apli=
cis ſpālibꝰ ⁊ gñalibꝰ locorū ordinariis vel

aliis q̄buſcūq̄ ⁊ quouiſmō cōceſſis ⁊ i poſte
rū concedēdis. Necnō ſtatutis ꝯſuetudini=
bus ⁊ ordinationibꝰ monaſteriorū locoruꝫ
⁊ ordinum ꝑdictoꝝ ac obligationibꝰ ꝓmiſ
ſionibus ⁊ ſolutionibus p eaſdē abbatiſſas
cōuentꝰ ⁊ moniales hactenus forſan factis
contrariis iuramēto cōfirmatiōe aplica vel
quacūq̄ firmitate alia roboratis. Mādan=
tes omnibus ⁊ ſingulis legatis patriarchis
archiepis epiſcopis ordinariis rectoribꝰ et
aliis ſupradictis cuiuſuis ordinis gradus
ſtatus ⁊ cōditionis exiſtant etiā ſi cardina
latus prefulgeant dignitate: ne abbatiſſas
cōuentꝰ monaſteria ⁊ loca hmōi ſuper pre=
miſſis ⁊ circa ea impetant vexent quōlibet
ve moleſtēt quinimo nec ſinant ab aliis quā
tum in eis fuerit quōlibet moleſtari etiam
per litteras aplicas ſub quauis forma vel
expreſſione verborū confectas ſeu cōficien
das in poſterum ⁊ etiam ſi lr̄e ipſe de eiſdē
monaſteriis abbatiſſis ꝓoriſſis. Cōuentibꝰ
ordinibus ⁊ religione ac priuilegiis ⁊ idul=
tis ipſarum ⁊ de pñti indulto plenam ⁊ ex=
preſſam facerent mencionem. Ac etiam ſi i
eiſdem litteris conceſſis ⁊ concedēdis clau
ſule infraſcripte videlicet q̄ omnes pſone
eccleſiaſtice ſeculares ⁊ religioſe exēpte et
nō exempte ad preſtacionē ſeu ſolutionem
decimarum collectarū talliarū ſubſidiorū/
procurationū angariaruꝫ pangariarum ac
aliarum quarumlibet exactionum quocun
q̄ nomine nuncupētur ſeu ad contribuen=
dum in eis compelli valeant. Non obſtan=
tibus ſi dilectis in chriſto filiabus Abbatiſ
ſis ⁊ Conuentibus dictorū monaſterioruꝫ
⁊ ipis vniuerſis monaſteriis vl' ordi ſeu re
ligiōi ipaꝝ i ſpecie vl' i gñe vel q̄buſuis ali
is coiter vel diuiſim a ſede aplica ſit idultū
q̄ ad ſolutionē ſeu ꝑſtationē decimaꝝ colle
ctarū talliaꝝ ſubſidioꝝ ꝓcurationū ⁊ alia=
rū impoſitionū hmōi ſeu ad ꝯtribuēdū i eis
minime tenerent ⁊ ad id cōpelli aut q̄ iter
dici ſuſpēdi vel excoicari nō poſſint p lr̄as
aplicas q̄ de indulto hmōi ⁊ toto tenore ip=
ſius plenā ⁊ expreſſā ac de v̄bo ad v̄bū nō
facerēt mentionē ſiue q̄buſlibet priuilegiis
vel idulgēciis eis vel q̄buſcūq̄ pſonis locis
vel ord iariis a ꝑfata ſede ꝯceſſis vl' cōcedē
dis de q̄bꝰ oporteret i dictis lr̄is ſpālem fie
ri mentionē ⁊ p q̄ effectꝰ lr̄arū ipſarū quōli=
bet impediri valeret vel etiā retardari vel
alicquecumq̄ et qualeſcunq̄ clauſule pre=
dictis ſimiles vel diſſimiles ſub quorūcūq̄
tenore vel expreſſione verborū inſerte fue
rint q̄ conſtitucioni ⁊ ordinatiōi nr̄is hmōi
poſſēt i aliquo derogare ꝯpelli poſſint iuite

decernentes ex nūc oēs excoīcatiōis ſuſpē
ſionis ⁊ interdicti ſentēcias ac quoſcūq̄ ꝓ=
ceſſus quaſuis pſonas continētes quos vł
quas aduerſus abbatiſſas cōuentus moni
ales monaſteria loca ⁊ bona p̄dicta contra
tenorē ⁊ formam exemptiōis hmōi quomō
libet hēri contigerit ſeu etiā ꝓmulgari. Ir
ritos ⁊ inanes ac nullius exiſtere roboris
vel momēti. Per hoc autē dilectis filijs ge=
nerali miniſtro ⁊ alijs ordinis minorū hu=
iuſmodi pro tempore exiſtentibus officiali
bus nullū qui omnē quā hacten⁹ habuerūt
⁊ de preſenti habēt curā diſpoſitionē ⁊ quā
libet aliā ordinationē abbatiſſarū cōuētuū
monaſterioꝝ ⁊ locoꝝ predictoꝝ libere ⁊ li=
cite valeāt exercē nolum⁹ p̄iudiciū genera
ri. Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginā
nr̄oꝝ exēptiōs liberatiōis ſuſceptiōis man
dati ꝯſtitutiōis ⁊ volūtatis infrigere vel ei
auſu temerario cōtraire. Si q̄s aūt hoc at=
temptare p̄ſumpſerit idignationē oīpoten
tis dei ⁊ beatorū petri ⁊ pauli apoſtoloruꝫ
eius ſe nouerit incurſurum. Datū florentie
Anno incarnationis dn̄ice Milleſimo qua
dringēteſimo tr●eſimo nono Id⁹ Auguſti
Pōtificat⁹ nr̄i Anno nono De ſtrata.

¶ Innocētius quart⁹ cōmittit generali
⁊ ꝓuicialib⁹ miniſtris curā fratrū tercij or=
dinis in ytalia ⁊ regno Sicile cōſtitutis.

Innocētius epi-
ſcopus ſeru⁹ ſeruorū dei. Di=
lectis filijs miniſtro generali
⁊ ꝓuincialib⁹ ordinis fratruꝫ
minorum ꝑ ytaliam ⁊ regnuꝫ
Sicilie conſtitutis Salutē ⁊ apoſtolicā be=
nedictionem. Uota deuotorum eccleſie que
fructum ſalutis eterne cōtinere ꝓſpicimus
ad effectus grāꝫ pio dirigere fauore debe
mus: Cū itaq̄ dilecti filij miniſtri ⁊ fratres
ordinis de penitēcia in ytalia ⁊ regno Si=
cilie cōſtituti cupiāt ſicut accepimus ad il=
la deuotiōis augmēta ꝓficere per q̄ felicita
tis eterne p̄miū eis poſſit facilius ꝓuenire
Nos eoꝝ p̄cibus annuētes diſcretioni vr̄e
p̄ntiū auctē mādamus: quaten⁹ ipis opor=
tunis tēporibus ꝑ vos ac fr̄es vr̄i ordinis
ad hoc ydoneos viſitatiōis officiū impēdē
tes ⁊ inſtruētes r̄łaribus diſciplinis corri=
gatis ⁊ reformetis ibidē tā in capite q̄ȝ in
mēbris que correctionis et reformationis
officio noueritis indigere. Cōtradictores
per cenſuram eccleſi●ticaꝫ. Appellatione
poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni
nonis Auguſti. Pōtificat⁹ nr̄i. Anno q̄nto.

¶ Forma viuendi ſiue regula fratrū ⁊ ſo=
rorum tercij ordinis btiſſimi patris noſtri
Franciſci de penitentia per Nicolaum. iiij
ordinata et confirmata.

¶ R̄ła ⁊ modus viuēdi fratrū ⁊ ſoroꝝ tercij
ordinis vcꝫ de penitencia.

Nicolaus epiſ-
copus ſeru⁹ ſeruoꝝ dei.
Dilectꝫ filijs fr̄ib⁹ ⁊ dile=
ctis in xp̄o filiab⁹ ſorori=
bus fr̄m ordinis de peni
tēcia tā p̄ntibus q̄ȝ futu=
ris Salutē ⁊ ap̄łicā bn̄=
dictionē. Supra montē catholice fidei quā
pp̄łos gētiū qui ambulabāt in tenebris di
ſcipuloꝝ xp̄i ſincera deuotio igne caritatꝫ
exeſtuās verbo ſollicite p̄dicationis edocu
it quāq̄ romana tenet ⁊ ſeruat eccł'ia ſoli=
dū xp̄iane religionis poſitū noſcit̄ fūdamē
tum nullis vnq̄ concuſſiendum turbinib⁹
nullis caſſandum fluctibus tempeſtatum.
Hec eſt enim recta veraq̄ fides abſq̄ cui⁹
conſortio nemo in conſpectu altiſſimi acce=
ptus creditur nemo gratioſ⁹ occurrit. Hec
eſt que ſalutis ſemitam preparat et felicis
tatis eterne premia gaudiaq̄ pollicetur.
Ideoq̄ glorioſus chriſti confeſſor beatus
Franciſcus huius ordinis inſtitutor viam
aſcendendi ad dn̄m verbo pariter et exem
plo demonſtrans in ipſius ſinceritate fidei
ſuos filios erudiuit eoſq̄ illam profiteri
conſtanter tenere firmiter et opere voluit
adimplere vt per eius ſemitam ſalubriter
incedentes mererentur poſt vite preſen=
tis ergaſtulum eterne beatitudinis effici
poſſeſſores. Nos igitur ordinem ipſum o=
portuis fauorib⁹ proſequi et ad eius aug=
mentum benignius intendentes ſtatuim⁹
vt omnes quos ad ſeruandam huiuſmodi
vite formam aſſumi contigerit ante aſſum
ptionem ſeu recept●nem ipſorum de fide
catholica et obedientia erga prefatam ec=
cleſiam diligenti examinationi ſubdantur
Et ſi eas profeſſi firmiter fuerint vereq̄
cred●erint: admitti ſeu recipi tute poterūt
ad eandem. Precauendum eſt tamen ſolli=
cite ne quis hereticus vel ſuſpectus de he
reſi aut etiam infamatus ad vite obſer=
uationem ipſius quomodolibet admitta=
tur. Et ſi talez inueniri cōtigerit extitiſſe re
ceptū aſſignetur ille q̄ȝtotius inquiſitori=
bus prauitatis heretice puniēdus. Cū au
tē fraternitatē hui⁹ mōi quisītrare volue
rit miſtri ad receptionē taliū deputati ei⁹ of
ficiū ſtatū ⁊ ꝯditionez ſolerter explorēt ſibi
fraternitatꝫ eiuſdē onera ꝑcipue alienoꝝ.

reſtitutionē apti⁹ exponentes. Quib⁹ pre=
miſſis ſi eidē placuerit iuxta modū hm̄oi i
duat ⁊ de alienis ſi qua fuerint apud eum
ſatiſfacere ſtudeat in pecunia nūerata vel
ſcd̄m exhibitā pignoris cautionē ſeq̄ nichi
lomin⁹ proximis recōciliare pcuret. Quib⁹
oībus ad effectū p̄dictis poſt vni⁹ anni ſpa
ciū cū aliquoꝝ diſcretoꝝ fratrū cōſilio ſi is
videbitur ipſis ydoneus recipiat hoc mō
Uidelicet vt pmittat ſe diuina p̄cepta oīa
ſeruaturuʒ ac etiā ſatiſfacturū vt cōuenit
de trāgreſſionib⁹ quas cōtra hūc viuendi
modū cōmiſerit cū interpellatus ad viſita=
toris extiterit volūtatē. Et hm̄oi ab eo facta
promiſſio per manū publicā in ſcriptis in=
ibi redigat. Alio autē modo nullus a mini
ſtris recipiatur niſi viſum eis aliter fue=
rit cōditione pſone ac ipſius inſtantia ſol=
licita ꝯſideratione diſcuſſis. Ordinam⁹ pre
terea ſtatuētes vt null⁹ poſt ipſius frater=
nitatis ingreſſum eandē egredi valeat ad
ſeculū reuerſurus. Poſſit tñ habere tranſi=
tū liberū ad religionē aliā approbatā. Mu
lieribus vero viros habentibus niſi de ip=
ſorum licentia ⁊ conſenſu nō pateat ad cō=
ſortiū dicte fraternitatis ingreſſ⁹. Fres in
ſup ipſius fraternitatis de hūile pāno ī p̄=
cio et colore nō prorſus albo vel nigro cō=
muniter veſtiātur: niſi fuerit ad tēpus i pre
cio p viſitatores de conſilio miniſtroꝝ ob
cauſam legittimā ⁊ aptam cū aliquo diſpē
ſatum. Clamides quoq̄ ac pelles abſq̄ ſco
latura ſciſſas vel integras affibulatas ta=
men non patulas vt congruit honeſtati.
Clauſaſq̄ manicas fratres habeant ſupra
dicti Sorores etiā clamide iduant et tuni
ca de hm̄oi humili pāno factis vel ſaltē cū
clamide habeant guarnellum ſeu placen=
tinuʒ coloris albi vel nigri aut paludelluʒ
amplū de canape ſiue lir o abſq̄ vlla criſpa
tura conſutū. Circa hūilitateʒ vero panni
et pellitiones ſororum ipſarum iuxta con=
ditionem cuiuſlibet earundem ac loci con=
ſuetudinem poterit diſpenſari Bindis et
ligaturis ſericis non vtantur: pelles dūta=
xat agninas burſas de corio et corrigias/
ſimpliciter abſq̄ ſerico vllo factas nō habe
ant taʒ fratres q̄ ſorores depoſitis cete=
ris (iuxta beati petri apoſtoloꝝ principis
ſalubre conſiliū) vanis hui⁹ ſeculi ornamē=
tis. Sit eis ad inhoneſta cōuiuia vl' ſpecta
cula ſiue curias ſeu coreas acceſſus penit⁹
interdictus hiſtrionibus ſeu vanitatis in
tuitu nichil donent. Et ne quicq̄ illis done
tur a propria familia prohibere procurēt
Ab eſu autem carnium ſecunda quarta et
et ſexta feria dieq̄ ſabbati abſtineant vni=
uerſi: niſi aliud infirmitatis vel debilita=
tis inſtantia ſuaderet. Minutis vero p tri
duum carnes dentur nec ſubſtrahantur in
itinere conſtitutis. Sit quoq̄ ipſarum cō=
meſtio licita ſingulis/cum ſolempnitatem
precipuā interuenire cōtigerit i qua ceteri
xp̄iani ab antiquo epulis carneis veſci ſo=
lent. Aliis autē diebus in quibus ieiuniuʒ
non ſeruatur oua et caſeus non negentur
Sed cū religioſis ceteris in eoꝝ cōuētuali=
bus domibus licite ſumere valeāt de appo
ſitis ab eiſdē Sintq̄ prādij ceneq̄ refectio
ne contenti exceptis languidis ⁊ viatorib⁹
ac infirmis. Sit ſanis cibus moderatus et
potus: cum textus euangelicus habeat. At
tendite ne corda veſtra crapula ⁊ ebrieta=
te grauentur. Prandiū aūt vel cena nō ni
ſi p̄miſſa ſemel dn̄ica oīone ſumatur. Poſt
ſumptionem cuilibet cū deo gratias iterā
da. Quod ſi obmitti cōtigerit dicatur trib⁹
vicibus Pater noſter. Qualibet vero ſexta
feria totius anni Jeiunium celebrent niſi
forte infirmitatis aut alia cauſa legitima
excuſentur vel niſi feſtū natalis domini fe=
ria ipſa occurrerit abſtinendū. Sed a fe=
ſto oīm ſanctorū vſq̄ ad paſcha quarta et
ſexta feria ieiunabūt. Alia que ab eccleſia
ſunt ſtatuta vel ordinarijs ex cauſa cōmu=
niter indicta ieiunia nichilomin⁹ ſeruaturi
In quadrageſima ſc̄i beati martini vſq̄
ad diē natiuitatꝫ dn̄i: ⁊ a dn̄ica quīquaſime
vſq̄ ad paſcha diebus ſingulis exceptis
dn̄icis ieiunare procurent niſi aliud fortaſ
ſis infirmitas vel neceſſitas ſuaderet So=
rores grauide vſq̄ ad purificationis ſue
diem ab exercitatione qualꝫ corpali oīoni
bus dūtaxat exceptis poterunt ſi voluerit
abſtinere Laborantes autē pp̄ter fatiga=
tiōis ſufficientꝫ īſtantiā a dn̄ice reſurrectio
nis feſto vſq̄ ad feſtiuitatē beati Franci=
ſci predicti ter in die qua exercitio laboris
incumbent licite ſumere cibuʒ poſſunt. Cū
vero illos contigerit aliorum imminere labo
ribus de cunctis appoſitis die quolꝫ ſume
re licebit eiſdem: niſi ſexta feria vel dies ſit
alia in qua generaliter ab eccleſia ieiuniū
noſcitur inſtitutū. Singuli autē fratrum ⁊
ſororū ipſarum ter in anno videlicet in na=
talis dn̄i reſurrectiōis ipſius et penthecō=
ſtes feſtiuitatibus peccata propria cōfiteri
et euchariſtiā deuote ſuſcipere nō poſtpo=
nant reconciliando ſe proximis et reſtituē
do etiam aliena Impugnatiōis arma ſecū
fratres non deferant niſi pro defenſiōe ro
mane eccleſie xp̄iane fidei vel etiam terre

ipſoꝝ aut de ſuoꝝ licēcia miniſtrorum. Di
cant vniuerſi quotidie ſeptē horas canoni
cas videlicet matutinū primā terciā ſextaꝫ
nonā veſperas ⁊ completorium. Clerici vi
delicet ſcientes Pſalteriū ꝓ pͥma. Deus in
noīe tuo ⁊ Beati imaculati vſqꝫ ad Legem
pone ac alios horarum pſalmos iuxta cle-
ricorum ordinē cū Gloria patri dicant. Cū
vero ad eccleſiam nō accedent ꝓ matutino
pſalmos dicere ſtudeant quos dicūt clerici
vel eccleſia cathedralis vel ſaltem vt illite
rati alij. Pro matutino duodecim et ꝓ alia
qualibet hora ſeptē vicibꝰ Pater noſter cū
glia patri dicere nō omittēt. In quibꝰ vide
licet pͥme ac cōpletorij horis minorē ſymbo
lū ⁊ Miſerere mei deꝰ adiciēt qui nouerūt.
Sed ſi horis nō dixerit cōſtitutis dicāt tri-
bus vicibus Pater noſter. Infirmi aūt ho-
ras hmōi nō teneātur dicere niſi velint. In
quadrageſima vero ſancti Martini ⁊ etiaꝫ
in maiori eccleſias in quarū parrochijs ha
bitāt matutinalibꝰ horis ꝑſonaliter adire
procurēt niſi cā rationabili excuſent. Om-
nes preterea qbꝰ de iure facultas affuerit
condant ſeu faciant teſtamentū ⁊ de bonis
ſuis infra tres menſes poſt eoꝝ ingreſſum
immediate ſequētes ordinēt ⁊ diſponāt ne
quēqꝫ illorūꝫ contingat decedere inteſtatū
¶ De pace vero iter fratres ⁊ ſorores aut
etiā exteros in diſcordia poſitos facienda
ſicut miniſtris videbitur ita fiat adhibito
ſi facultas affuerit epi dioceſani conſilio in
hac parte. Si vero fres vel ſorores contra
ius vel eorum priuilegia ꝑ poteſtates ſeu
rectores locorū vbi domiciliū obtinēt vexa
tionibus impetant: miniſtri loci ad epos ⁊
alios locoꝝ ordinarios ſtudeāt habere re-
curſū iuxta conſiliū ⁊ ordinationē ipſoꝝ in
talibus ꝓceſſuri. A iuramētꝫ aūt ſolēpnibꝰ
oēs abſtineāt niſi neceſſitate cogēte i caſi-
bꝰ ꝑ idulgētiā aplice ſedis exceptꝫ vcꝫ pro
pace fide calūpnia ⁊ teſtimonio ꝑhibendo
a c etiā in cōtractu emptionis vēditionis ⁊
⁊ donatiōis vbi videbit expedire In cōmu
ni quoqꝫ loquela vitēt vt poterūt iuramēta
Et q̄ die aliquo minꝰ caute iurauerit lapſu
lingue ꝓut cōtingere in multiloquio cōſue
uit die ipſo in ſero (cū dꝫ recogitare qd fece
rit) dicat tribꝰ vicibꝰ orationē dnicā ꝓpt in
caute facta hmōi iuramēta. Memor aūt ſit
qlꝫ vt ad diuina obſeqa familiā ſuā exhor-
tet. Uniuerſi ſane fratres ⁊ ſorores cuiuſcū
qꝫ ciuitatis aut loci diebꝰ ſingulis ſi cōmo-
de poterūt miſſe officiū audiāt ⁊ mēſe quo-
libet ad ecclīam ſiue locū ad quā vel quem
miniſtri curauerint intimare cōueniāt miſ

ſaruꝫ ſolēpnia inibi audituri. Uniuſqſqꝫ au
tē vſualis monete denarium maſſario tri-
buat q̄ pecuniā hmōi colligat ⁊ eā de conſi
lio miniſtroꝝ inter fres ⁊ ſorores pauꝑta-
te grauatos ⁊ pͥcipue iſirmātes ac eos qui
funeris carere dinoſcunt exequijs ⁊ dein-
de inter pauperes alios diuidāt cōgruēter.
Offerāt inſuꝑ de dicta pecunia ecclīe me-
moratæ: tāemqꝫ ſi cōmode poterūt virū religi
oſū ⁊ in verbo dei cōpetenter inſtructū hre
ꝓcurēt q̄ eos ad penitenciā ⁊ mie opa exer
cenda hortetur ſollicite moneat ⁊ inducat.
Studeat qlibet dū miſſe celebrat officiū et
pͥdicationis verbū proponit ſeruare ſilen-
ciū/orōni/⁊ officio ſit intētus niſi eū cōmu-
nis vtilitas frnitatꝫ impediat. Cū aūt quē-
qꝫ ex fribus infirmari cōtigerit miniſtri ꝑ
ſe vel ꝑ aliū ſeu alios ſi hoc eis infirmꝰ fe-
cerit intimari ſemel in ebdomada viſitare
teneantur egrotū ipſum ſollicite ad recipi-
endam penitentiam prout melius ⁊ effica-
tius expedire putauerint inducentes neceſ
ſaria illi de bonis cōmunibus miniſtrādo
Et ſi prefatus infirmatus de preſenti luce
migrauerit fratribus et ſororibus tunc in
ciuitate vel loco vbi eum contigerit mori
preſentibus nūtietur vt defuncti exequijs
procurent ꝑſonaliter intereſſe/a quibꝰ do-
nec miſſarū fuerint celebrata ſolempnia et
corpus tumulo conditum non recedant.
Hoc quoqꝫ circa ſorores infirmas et dece-
dentes volumꝰ obſeruari ¶ Preterea infra
octo dies poſt ipſius ſepulti obituꝫ imedia
te ſequentes quilibet fratrū ⁊ ſororum ip-
ſarū dicat pro aīa eius ſacerdos videlicet
vnam miſſam/ſciens pſalteriū quinquagi-
ta pſalmos et illiterati totidem Pater no-
ſter. Et in fine cuiuſlꝫ. Requiē eternā adiſci
at. Et poſt hec infra annum pro fratrum ⁊
ſororum tam viuorum qꝫ defunctorum ſa-
lute tres miſſas faciant celebrari. Qui ve-
ro pſalteriū ſciuerit illō dicāt: ⁊ ceti orōneꝫ
dnicā cencies dicere nō obmittāt. Requieꝫ
eternā in fine cuiuſlibet additur. Miniſte-
ria quoqꝫ ac alia officia q̄ pn̄tis formule ſe
ries exponit impoſita ſibi qſqꝫ deuote ſuſcipi
at curetqꝫ fideliter exercere. Officiū aūt cu-
iuſlibet certi tpis ſpacio limitetur. Nullus
miniſter inſtituat ad vitā ⁊ eiꝰ miniſteriuꝫ
certū tempus ꝯprehendat Ad hec miniſtri
⁊ fres ac ſorores ciuitatis ⁊ loci cuiuſlꝫ ad
viſitationē cōem in aliquo loco religioſo vl
ecclīa vbi locum hmōi cōtigerit deeſſe ꝯue
niāt ⁊ viſitatorē habeāt ſacerdotē q̄ alicu-
ius approbate religiōis exiſtat quiqꝫ illis
de commiſſis exceſſibus iniungat peniten-

ciam ſalutarē. Nec quiuis alius poſſit eis
hmōi viſitatiōis officiū exhibere. ¶ Quia
ro pñs viuēdi forma inſtitutionez a beato
Franciſco prelibato ſuſcepit ꝯſulim⁹ vt vi
ſitatores ⁊ informatores de fratrū minoꝝ
ordine aſſmātur quos cuſtodes vel gardia
ni eiuſdē ordinis cū ſup hoc reqſiti fuerint
duxerint aſſignādos Nolum⁹ tñ cōgrega=
tionē hmōi a laico viſitari. Huiuſmōi autē
viſitationis officiū ſemel exerceatur in an
no: niſi neceſſitate aliqua ſuadente fuerit
pluries faciēda Incorrigibiles vero ac in=
obediētes monitio trina preueniat. Qui ſi
ſe corrigere nō curauerint de ipſius cōgre=
gationis conſortio expellant oino de conſi
lio diſcretorū. Uitēt inſuper fratres ⁊ ſoro
res iuxta poſſe litigia inter ſe illa ſi ſuſcita
ri cōtigerit ſollicite dirimēdo. Alioquin de
iure corā illo reſpōdeāt apud quē ptās re=
ſidet iudicandi. Ordinarij aūt locoꝝ vel vi
ſitator cū frībus ⁊ ſororib⁹ vniuerſis in ab
ſtinentijs ieiunijs ⁊ auſteritatibus alijs ex
cauſa legittima cū expedire viderint pote=
rūt diſpēſare. Miniſtri vo manifeſtas fra=
trū ⁊ ſororū culpas viſitatori denūciēt pu=
niēdas. Et ſi qſq̄ incorrigibilis fuerit poſt
trine admonitionis inſtātiā a miniſtris de
diſcretorū fratrū aliquorū cōſilio viſitatori
nūtiet: idē de fraternitatis cōſortio abijci
endus ab ipo ⁊ in cōgregatione poſtmodū
publicandus. Ceterū in premiſſis oib⁹ ad
quē ffes ⁊ ſorores veſtri ordinis non ex di
uinis preceptis vel ſtatutis tenent eccleſie
nullū ipſorū ad mortalē culpā volum⁹ ob=
ligari: ſed impoſitam ſibi penitentiam pro
trāſgreſſionis exceſſu prompta humilitate
recipiat ⁊ efficaciter ſtudeat adiplere. Nul
li ergo oino hoīz liceat hanc paginā noſtri
ſtatuti et ordinationis infringere vel ei au
ſu temerario contraire Si quis autez hoc
attemptare preſumpſerit idignationē om
nipotētis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apo
ſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datū
Reate quinto decimo kalendas ſeptēbris
Pontificatus noſtri. Anno ſecundo.

¶ Martinus papa quintus mandat ꝙ
oēs ffes ⁊ ſorores tercij ordīs vbicūq ſubij
ciant gñali ⁊ ꝓuītialib⁹ miniſtris ordinis
minorū qui poſſint eos viſitare corrigere
eiſq oīa ſacramēta miniſtrare.

MArtinus epiſco=
pus ſeruus ſeruorum dei Ue
nerabili fratri Jordano epi=
ſcopo Albaneñ Salutem et
aplicam benedictionē Licet
inter cetera regularis obſeruātie vota obe
die ingū ſine quo nō vera ſz ficta cenſet eſſe
religio pcipuū exiſtat ⁊ ꝓpterea abſonum
et abſurdū ꝙ quis habitu ſe religioſuz fo=
ris exhibeat ⁊ lupi rapacis more regulari
ter viuere regularēq diſciplinaz ſuſcipere
oino cōtēpnant. Sane ꝑ parte dilectoꝝ fi=
lioꝝ Anthonij de maſſa gñalis ⁊ ſingulorꝝ
prouintialiū miniſtrorū vniuerſorūq ffm
ordinis minorū petitio nobis nuper exhi=
bita continebat ꝙ nōnulle tam eccleſiaſti=
ce q̄ ſeculares vtriuſq ſexus pſone i diuer
ſis mūdi ptibus conſtitute q̄ ſub quodā ve
lamine ſctitatis habitū griſeū ordinis fra
trum minorū habitui quaſi conformē defe
rentes ⁊ a beato Franciſco nomen aſſumē
tes de tertia regula dicti ſancti alias de pe
nitētia ſe appellāt tā ex priuilegijs vt aſſe
rūt conceſſis q̄ etiā propria auctoritate nō
nunq in cōmuni qñq vero ad partem ſub
quadā viuēdi norma quaſi in propriam li=
bertatē ⁊ abſq debita ſubiectione ⁊ obedi
entia religioſā vitam ducere ſe aſſerunt ⁊
preſumunt. vnde dicti ordinis non ſolū cō
fuſio generatur ⁊ contemptus. Uerū etiaz
ſimplices ſic decepti in diuerſas inducunt
hereſes ⁊ errores pluraq ſcandala ⁊ peri=
cula prouenīt aiarū. Quare pro parte ge=
neralis ⁊ prouintialiū miniſtrorū ac fratrū
predictorū nobis fuit hūiliter ſupplicatuz
vt ſuper pmiſſis oportune prouidere de be
nignitate aplica dignaremur. Nos igitur
attente conſiderātes incongruū exiſtere ꝙ
hmōi pſone habitū de dicto ſctō ꝯceſſū ge=
rāt ⁊ ſe tertio ordie noiare pſumāt ⁊ iuriſ=
dictionē aut diſciplinā ſuperiorū dicti ordi
nis minorū ſuſcipere ꝑuipendant ac alias
ſubiecti pfato ordini nō exiſtāt ac ſup hijs
ſalubriter occurrere cupiētes circūſpectio
ni tue de qua hijs ⁊ alijs ſpecialē in dño fi=
duciā obtinem⁹ p aplica ſcripta cōmitti=
mus ⁊ mādam⁹ quatin⁹ ſi ita ē oēs ⁊ ſingu
los ffes ⁊ ſorores de tertia rla ſācti Frāci
ſci alias de penitētia nūcupatas tā pñtes
q̄ futuros cuiuſcūq grad⁹ vl cōditiōis exi
ſtant ⁊ Ubicūq conſiſtāt eidē ordini ⁊ eius
ſupioribus in oibus (eoꝝ tamē viuēdi ⁊ cō
tinendi ſemp forma ſalua auctoritate nr̄a
ſubijcere ipoſq pdictis gñali ⁊ ꝓuintiali=
bus miniſtris ꝓ tpe exiſtētibus quēadmo
dū ceteri ⁊ veri dicti ordinis ffes ⁊ ſorores
ſubiecti exiſtūt ſubiectos eē decernas ſta=
tuēs ⁊ ordināſ auctoritate pdicta ꝙ pfati
miniſtri ffes de tertia regula et ſorores p=
dictas quotiens expediēs fuerit per ſe vel
alios ad hoc ydoneos viſitare corrigere ⁊ de

linquentes ꝛ excedentes ꝓ demeritis puni
re ꝛ emendare eorumq; confessiões audire
eisq; penitẽciam salutarẽ iniũgere ꝛ oĩa sa
cramẽta ecclesiastica ministrare oẽmq; ali
am(que tamẽ illoꝝ obseruãtie seu continẽ
cie penitus non obuient iurisdictionẽ exer
cere valeãt in eosdẽ. Contradictores ꝑ cen
surã ecclesiasticã appellatiõe postposita cõ
pescendo. Nõ obstantib⁹ ꝑuilegijs gratijs
cõcessionibus ꝛ litteris aplicis de rta hmõi
eisdẽ fr̃ibus ꝛ sororib⁹ eorũq; religioni i ge
nere vel in spẽ sub quauis ꝟborũ forma cõ
cessis etiã si de ipsis eorũq; totis tenoribus
ac de ꝟbo ad verbũ esset in p̃sẽtibus spãlis
ꝛ expressa mẽtio facienda quib⁹ q̃tũ ꝑmis
sis cõtraria fuerit derogam⁹. Nec nõ cõsti
tutionib⁹ apostolicis ceterisq; cõtrarijs eti
am nõ obstantib⁹ quibuscũq;. Datuꝫ rome
apud sanctos aplos. Pontificatus nr̃i An
no decimo.

¶ Nicolaus papa quart⁹ statuit q̃ fra
tres tercij ordinis eligãt visitatorẽ de ordi
ne fratrũ minorũ plura addens contra ꝑse
cutores huius ordinis ꝛ aliqua interserẽs
ad cõmendationem ipsius.

NIcolaus episco
pus seruus seruorũ dei. Uni
uersis xp̃i fidelib⁹ p̃ntes litte
ras inspecturis Salutẽ ꝛ apo
stolicã bñdictionẽ. Unigenit⁹
dei filius cui⁹ liuore sanati sumus ꝛ sangui
nis fõte regenerati sol⁹ suã fundauit eccle
siam ꝛ supra petrã fidei moꝝ nascentis ere
xit/beatoq; petro apostoloꝝ principi eter
ne vite clauigero celestis ꝛ eterni simul im
perij iura cõmisit: dispersos israel ad om
le suũ misterio passionis inductos ligandi
atq; soluendi sibi ꝛ in eo successoribus tra
dito pricipatu. Quare romano põtifici eius
dem principis i principatu hmõi successori
hec vigilie p̃cipue ꝛ sollertie sedule studia ꝛ
desideria nõ vacua imminẽt ex debito aplice
seruitutis vt ecclesiã ipsaꝫ nouo semꝑ fetu
multiplicet ꝛ cõgreget illi gregẽ ꝛ discipli
nis ꝛ regulis iformatã. Nã humane natu
re ꝯditio tanq̃ vas figuli fragilitati subie
cta frangit ꝛ difficile reparat. Propterea si
quidẽ fideles eiusdẽ eccl'ie vt in azimis sin
ceritatis ꝛ veritatis alitos vigilanter opor
tet cauere ne successores eiusdẽ pricipis or
dinatiõib⁹ vel doctrinis minorãdo detra
hant vel quoquomõ labijs detractiõis obs
sistãt. Cũ scdm apostolũ ordinationi sit ob
ui⁹ q̃ ptãti resistit. Cũ itaq; ille glorios⁹ bea
t⁹ frãcisc⁹ ꝯfessor eximi⁹ igne caritatis suc
census verbo ꝛ opere apostolorũ discipul⁹
ad ampliandã in domo dñi familiã plenus
spũ veritatis ꝯsurgẽs vt ambulantiũ in te
nebris pedes eruditiõis sue litteris diri
geret in viã salutis eterne: quẽdã ordinem
instituerat penitẽciũ titulo isignitũ In quo
normam tradidit ꝓmerẽdi eterna. Nos or
dinẽ ipm oportunis fauorib⁹ ꝓsequi et ad
eius augmẽtũ benigni⁹ intendẽtes vt qꝺ
in zelo eiusdẽ ꝯfessoris extiterit incremen
tis augeret virtutis ꝛ eiusdẽ ordinis pro
fessores adiectione nr̃e sollicitudis magis
ac magis de virtute ꝓficiãt i virtutẽ ordi
nẽ ipsum approbando ordinatiões nonnul
las salutaris ꝑsuasionis nr̃is litteris in eo
dẽ ordine duxim⁹ obseruandas. Inter cete
ra eisdem fr̃ibus paterno consulentes affe
ctu vt hmõi normam viuendi sequerẽtur ꝛ
sequẽdo amplecterent eandẽ. Et cũ natura
lis ꝑsuadeat ratio ꝛ rationi equitas acqui
escat vt p̃dicti ordinis ꝓfessores ob ipsi⁹ cõ
fessoris reuerẽtiã dilectoꝝ filiorũ fratrũ or
dinis minoꝝ dirigant ꝛ regulent doctrina
q̃ vtriusq; ordis alm⁹ extitit istitutor de or
dine supradicto frm minoꝝ visitatores et
reformatores assumere ꝓcurẽt. Uerũ quia
ꝓch dolor nõnulli ex ordie p̃dicto penitẽciũ
ecclesie ꝛ ꝯfessoris eorũdem degeneres filij
aduers⁹ ꝑsuasionẽ ꝛ ꝯsiliũ hmõi ꝯsurgẽtes
nõ metuũt affirmareq; hmõi nr̃o ꝯsilio acq
escẽtes illos sequi volẽtes saluari nequeũt
in eodẽ ordine penitẽcium nec formidãtes
p̃sũptuosi⁹ agere in hac pte callidis sugge
stionib⁹ subuertũt ipi ꝯsilio adherere cupi
entiũ volentes illudq; adimplẽtes ꝓhibi
tionibus presumptuosis et molestationib⁹
grauibus persequẽdo. Nos presumptores
huiusmodi nolentes conniuentibus oculis
pertransire prohibemus ne quis onus hu
iusmodi professionis cuiuscunq; conditio
nis ꝛ status existat ausu nephario p̃sumat
impedire quatinus omẽs dicti ordinis pe
nitencium regulam obseruantes qui huius
modi nostrum cupiunt sequi consiliũ illud
adimpleant ꝛ sequãtur. Decernentes oĩno
processus cõtra hmõi nr̃m consiliũ adherẽ
tes habitos ꝛ habendos nulli⁹ penitus exi
stere firmitatis. Ceterũ qm̃ cupimus vehe
menter hmõi nostrum salubre cõsilium ad
implere/omnes qui illud susceperint et ad
impleuerint reuerenter/apostolice ꝛ nostre
benedictionis gratiam amplius consequã
tur et gaudeant priuilegijs eiusdem ordi
nis penitencium ab eadem sede concessis ꝛ
in posterum concedendis impedientes ve
ro quomodo min⁹ premissũ adipleãt ꝯsiliũ

ꝙ ab hmōi impedimēto deſiſtant oīo per locorū ordinarios cōpeſci volumꝰ ⁊ mādamus Nō obſtātibꝰ q̄buſcūq; p̄uilegiis ſub quacūq; forma ꝟborū obtentis ꝑ que effectꝰ pñtiū poſſet quōlz īpediri. Et īſuper volumꝰ ꝙ hmōi fratres nr̄o ſalubri cōſilio adherētes debeāt habere miſtros de ſeipſis iuxta formā in p̄dicta regula comprehēſā. Datū apud vrbē veterē ſexto idus auguſti Pontificatus noſtri. Anno tertio.

¶ Sixtus quartꝰ ꝯſtituit et declarauit ꝙ votū obediētie paupertatis ⁊ caſtitatis emiſſum in tertio ordine ſit ſolēne.

Sixtus epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Ad perpetuā rei memoriā Ad xp̄i vicariū preſidentis in ſpecula apoſtolice dignitatis prouidam circunſpectionem pertinere dinoſcit quarumlibet perſonarū altiſſimo ſub regulari habitu mūdanis oblectationibꝰ abiectis ſedulo famulātiū qualitates attēdere ſicq; feruentur inuigilare profectibus vt ab eis omnis dubietatis materia que ſalutē animarum obnubilare videtur auferatur et contemplationis ſuauitate quieſcere valeant ac tranquillū dn̄o reddere famulatum Sane iamdudū accepimus ꝙ quidā fratres et ſorores tertii ordinis beati Frāciſci ex ſpeciali conceſſione noſtra vel predeceſſorū noſtrorum collegialiter viuentes poſt annum probationis in manibus ſui miniſtri ſeu miniſtre ab eorū collegio electi vel electe vouent ⁊ promittunt obediētiam paupertatem ⁊ caſtitatem perpetuā ſolempniter coram ſuo toto collegio: dubitaturq; a pleriſq; an tale votum ſit ſolemne ⁊ obliget ſicut tale. Nos igitur qui ordini predicto et in illo altiſſimo famulātibꝰ perſonis vt vota ſua firm●ori ſtatu chriſto cui vouerūt quietiꝰ ꝑſoluere valeant ⁊ aiarū periculis q̄ntū poſſumꝰ ꝓuidere itenſis deſideriis affectamꝰ auctoritate apoſtolica tenore pñtiū decernimꝰ ⁊ ſtatuimꝰ v●tū p̄fatū ſic vt ꝓmittit emiſſū vel quod emittet in futurū de ceto habeat vim ⁊ valitudiem voti ſolēpnis ac omnē inducat effectū quē inducit votū ſolēpne factū cuicūq; de religionibus a ſede apoſtolica approbatis diſtricte precipiendo mandantes omnibus et ſingulis cuiuſcunq; gradus dignitatis ordinis aut conditionis fuerint ſub quorū cura aut iuriſdictione fratres vel ſorores predicti degunt vel morantur aut degere vel morari cōtigerit in futurū Nec de cetero fratres vel ſorores prenotatos prefatū votū modo predicto emittētes matrimoniū contrahere de cetero ſeu ante contractum conſummare aut religionē ipſā dimittere ⁊ ad ſecularem vitam redire permittant. Qz ſi ipſi fratres vel ſorores cōtrariū fecerint matrimoniū hmōi nullū fuiſſe ⁊ eſſe eadem auctoritate decernāt ac ipſos fratres vel ſorores id facientes excōmunicatiōis ſentētia īnodatos fore tādiu denūciēt donec ad cor reuertentes habitū dicte religionis reaſſumant: et votum ac ꝓfeſſionem ſuam iuxta ſtatuta et conſuetudines dicti ordinis p̄dicto mō collegialiter viuētes obſeruēt meruerintq; ab hmōi excōmunicatiōis ſētētia a ſuis ſuꝑioribꝰ abſolutionē obtinere. Nō obſtātibus ꝯſtitutionibus felicis recordatiōis. Bonifacii pape octaui predeceſſoris nr̄i et aliis q̄buſcunq; Nulli ergo oīno hoīm liceat hāc paginam nr̄e cōſtitutiōis ſtatuti, mādati ⁊ volūtatꝫ īfringere vel ei auſu temerario contraire Si quis autē hoc ⁊c̄. Datū rome apud ſanctū petrū Anno īcarnatiōis dn̄ice Milleſimo quadrigētesimo octuageſ●mo kalēdis decēbris Pontificatus noſtri. Anno decimo.

¶ Innocētiꝰ papa octauꝰ declarat ꝙ ſorores tercii ordinis bti Frāciſci nō includūtur in illa cōſtitutiōe Johannis pape. xxii. Incipiente Sancta Romana eccleſia ⁊c̄.

¶ Dilectis filiis vltramontanis ffm minoꝝ de obſeruantia vicarii et generali et ꝓuincialibꝰ. ¶ Innocētiꝰ papa octauus.

Dilecti filii Salutē ⁊ aplīcā bn̄dictionē Dudū ꝑ felicis recordationis Johannē papā. xxii. p̄deceſſorē nr̄z accepto ꝙ nōnulli fratricelli ſeu fratres de paupe vitra ſeu biſōchi vl̄ aliis noībus nūcupati habitū noue religionis aſſumentes cōgregatiōes et cōuēticula facere et ſuperiores ſibi erigere plurimos ad eorū ſtatū recipere loca de nouo conſtruere ⁊ in illis in cōi habitare publice mendicare quaſi ſi eoꝝ ſecta foret vna de religionibus approbatis temeritate dāpnabili preſūpſerāt ⁊ p̄ſumebāt inceſſāter. Quorū plurimi tūc rl̄am quā ſctūs Frāciſcꝰ īſtituerat ꝓfiteri ⁊ ad l̄ram obſeruare ⁊ a gn̄alis ⁊ ꝓuincialiū miniſtroꝝ ordinis ffm minoꝝ ſuperioritate ꝑ celeſtinū papā quītū p̄deceſſorē nr̄m exēptos eſ● nōnulli ꝓ ſe de tercio ordine bti Frāciſci de penitētia nūcupati fore ſe aſſerebāt ⁊ ſub velamie hmōi eoꝝ ſtatū ritū ⁊ ſectā palliare ſatagebant

Idem iohannes predeceſſor in cōſtitutio=
ne ſua incipiēte ſancta Romana ⁊ vniuerſa
lis eccleſia)ſectā ritum ⁊ ſtatū eorundē im=
probans ⁊ ſub excōmunicatiōis pena eoip
ſo incurrenda eis ⁊ omnibus alijs perſonis
inhibuit ne ſectā ritū ſiue ſtatū huiuſmodi
ſectarentur vlterius vel ipſū de nouo aſſu=
mere quoquomodo preſumerent prout in
eadē cōſtitutione plenius cōtinetur. Et nō=
nulli timorate ꝯſciētie vt aſſeritur dubitāt
an ſorores vere de tercio ordine p̄dicto ex
iſtentes iuxta illius regularia inſtituta in
cōmuni domo ſub vnius ſuperioris earū
matris ſiue miniſtre obedientia cura dire=
ctione prelatoꝝ veſtri ordinis aut aliorum
proboꝝ virorū religioſoꝝ vitam ducentes
in cōſtitutione predicta includantur: paci
cōſcientiarū ſic dubitantiū cōſulere ⁊ ſcru=
pulū de illis remouere volentes Sorores p̄
dictas vbilibet ꝑ vniuerſū mundū cōſiſten
tes etiā ſi in cōi viuētes ad plura alia q̄oꝝ
do ipſe exigat ſe propria volūtate aſtrigāt
⁊ tria vota eſſentialia emittāt in cōſtitutio
ne predicta non includi auctoritate ap̄lica
p̄ntiū tenore declaramus Et eis vt velū ni
grū aſſumere ⁊ ſub perpetua clauſura ma=
nere libere ⁊ licite valeāt quociēs eis pla=
cuerit et vobis aut alijs earū ſuperioribus
videbitur earū ſtatui expedire eadē aucto
ritate cōcedimus Nō obſtātibus ꝯſtitutio
nibus ⁊ ordinationibus apoſtolicis ceteriſ
q̄ꝫ cōtrarijs quibuſcunq̄ꝫ. Datū Rome apd
ſanctū Petrū ſub anulo piſcatoris. Anno
dn̄i. M.cccc.lxxxvij. die viceſima ſecunda
Januarij. Pōtificatus noſtri. Anno tercio.

¶ Sixtus quartus cōfirmat bullā Innocē
tij quarti qua ſubmittuntur fr̄es ⁊ ſorores
tercij ordinis in Regno Sicilie ⁊ italia ex=
iſtētes gn̄ali ⁊ prouincialib⁹ miniſtris eaſq̄ꝫ
ad miniſtros generalē ⁊ ꝓuinciales ac vi=
carios fr̄m de familia et ad alios extra re=
gnū Sicilie ⁊ ytaliā ꝑ vniuerſū orbem cō
ſtitutos extēdit: cōmittēs (dictis p̄latis viſi=
tationē reformationē ⁊ correctionē illorum
vbicūq̄ꝫ: q̄ꝫ dicti p̄lati viſitatorē vnū ſiue
de familia ſiue de obediētia miſtroꝝ (q̄ oīa
ſacramēta illis miniſtrare ⁊ alia facere ha=
beat ⁊c. vt infra) deputare poſſint ⁊c.

Sixtus eps̄ ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs za=
neto de vtino Gn̄ali ⁊ vniuer
ſis ꝓuincialib⁹ miniſtris ordi=
nis fr̄m minoꝝ ꝑ vniuerſū or
bē cōſtitutis. Salutē ⁊ apoſtolicam benedi
ctionē. Romani pōtificis ꝓuidētia circūſpe
cta pſonas ſub religiōis habitu diuinis va
cātes beneplacitis ſtudio pie vite benigno
fauore ꝓſequit̄ ⁊ q̄ pro pſonarū ipſarū ſta
tus augmento prouide facta ſūt vt illiba=
ta pſiſtant ap̄lico conſueuit munimine ro=
borare. Dudū ſiquidē ꝑ felicis recordatio=
nis Innocentiū papā quartū predeceſſorem
nr̄m accepto q̄ miniſtri ⁊ fratres tercij ordi
nis ſancti Frāciſci de penitēcia in ytalia ⁊
regno Sicilie cōſtituti cupiebāt ad illa de=
uotionis augmenta ꝓcedere ꝑ q̄ felicitatis
eterne p̄miū eis poſſet facili⁹ ꝓuenire. Idē
p̄deceſſor eorūdē miniſtroꝝ ⁊ fratrū ſuppli
cationibus inclinatus vniuerſis miniſtris
ꝓuincialib⁹ vr̄i ordinis fratrum minoꝝ ꝑ
ytaliā ⁊ Regnū p̄fatū conſtitutis ſuis litte
ris mandauit vt oportunis tēporib⁹ ꝑ eos
aut dicte eoꝝ ordinis fr̄es ad hoc. ydone=
os miniſtros ⁊ fratres dicti tercij ordinis ī
ytalia ⁊ regno predicto cōſiſtentes pro tē=
pore viſitarent ⁊ eos regularibus diſcipli=
nis inſtruerēt corrigerētq̄ꝫ ⁊ reformarēt ibi
dē tā in capite q̄ꝫ in mēbris q̄ correctionis
⁊ reformationis officio agnoſcerēt indige
re ꝓut in eiſdē lr̄is pleni⁹ cōtinetur. Cum
autē ſicut exhibita nobis nuper pro parte
vr̄a petitio cōtinebat vos cupiatis p̄dictas
⁊ quaſcūq̄ꝫ alias ap̄lice ſedis lr̄as vobis ali
quā ſupioritatē ptātē ⁊ auctoritatē ī eoſdē
miniſtros ⁊ fr̄es tertij ordinis de penitētia
nūcupatos quolꝫ cōcernētes ⁊ ī illis cōtēta
ꝓ eoꝝ ſubſiſtētia firmiori nr̄e approbatiōis
munimine roborari ⁊ ad miniſtros ac fr̄es
dicti tertij ordīs etiā extra ytaliā ꝯſiſtētes
extēdi ꝓ pte vr̄a nobis fuit hūiliter ſuppli
catū vt p̄dictas lr̄as Innocētij p̄deceſſoris
prefati nec nō oīa ⁊ ſingula alia priuilegia
vobis in ipos miniſtros ac fr̄es dicti tercij
ordinis poteſtatē ⁊ auctoritatē aliquā quō
libet cōcedētes approbare robur q̄ꝫ ꝑpetue
firmitatꝫ obtinē debē decernere ac alias vo
bis ⁊ eorūdē frꝫ tercij ordīs ꝓſperiorꝫ ac fe
liciorꝫ regiminis oportūe ꝓuidē de benigni=
tate ap̄lica dignaremur Nos igit̄ hmōi ſup
plicatiōib⁹ inclinati p̄dictas ⁊ alias q̄ſcūq̄ꝫ lr̄as
hmōi ꝑ quas vobis aliq̄ ſupioritas p̄emi=
nētia ⁊ auctoritas ī eiuſdē tercij ordīs fr̄es
⁊ ſorores tribuit̄ ap̄lica auctoritate p̄ntiū
tenore approbam⁹ ⁊ robur ꝑpetue firmitatꝫ
obtinē debere decernim⁹ ⁊ ad vos miſtros
gn̄alē ⁊ ꝓuītiales ac vicarios fr̄m dicti or=
dinis veſtri de obſeruātia nuncupatorum
necnon miniſtros et fr̄es dicti tertij ordīs
etiā extra ytaliā ⁊ regnū Sicilie hmōi per
vniuerſum orbē conſiſtentes eadē auctori
tate extendim⁹. Necnon vobis ⁊ ſucceſſo=

ribus veſtris pro tẽpore exiſtentibus. Ge=
nerali ac prouincialibus miniſtris ⁊ vica=
rijs ꝑnoiatis de obſeruãtia dicti ordis ffm
minorũ ac eoſdẽ miniſtros ffes et ſorores
tercij ordis vbilibet Infra ꝓuītias vobis
et eiſdẽ ſucceſſorib⁹ veſtris. Generali ⁊ pro
uincialibus miniſtris et vicarijs cõmiſſas
cõſiſtentes caritatiue in capite ⁊ in mẽbris
viſitandi: et iuxta regularia inſtituta dicti
ordinis inſtruendi reformatione ac corre=
ctione indigentia: etiã per ablationẽ man=
telli ⁊ habitus dicti tercij ordinis ſi id qua
litas exceſſus exegerit corrigendi et refor=
mandi. Uolentes quoq; ad ipſum tertium
ordinẽ et illi⁹ viuẽdi modũ aggregari (reci
piendi et habitũ ſiue mantellũ iuxta morẽ
dicti ordis eis exhibẽdi ac ipſis miniſtris
fratribus et ſororibus tercij ordinis viſita
tatorẽ ſiue confeſſorem dicti ordis fratruʒ
minorum conuentualium vel de obſeruan=
tia nuncupatorum prout eis plus placue=
erit ad id moribus vite ſanctimonia ⁊ eta
te ydoneum. qui etiam illis: omnia eccle=
ſiaſtica ſacramenta miniſtrare habeat pro
tempore in veſtris prouincialibus capitu=
lis vel cõgregationibus dictorum fratruʒ
de obſeruantia nuncupatorum vel extra
prout oportunũ videbitur aſſignandi) ea=
dem auctoritate licentiam concedimus et
etiã facultatem. Diſtrictius inhibentes lo
corum ordinarijs et alijs quibuſcunq; per=
ſonis cuiuſuis ſtatus gradus vel conditio
nis exiſtant et quacũq; auctoritate fungã=
tur ne pretextu quarũlibet litterarũ et fa=
cultatũ eiſdem forſan conceſſarum et pro=
tẽpe concedendarum de premiſſis que ad
vos ſpectant ſe quõlibet impedire preſu=
mant. Ac decernẽtes ex nunc irritũ et ina=
ne ſi ſecus ſuper hijs per quoſcũq; quauis
auctoritate ſcienter vel ignoranter conti=
gerit attemptari Nõ obſtantibus quibuſ=
cũq; alijs forſan circa premiſſa eis per ſe=
dem aplicam cõceſſis facultatibus ac cõſti
tutionibus ⁊ ordinationibus aplicis ante
dictoꝝ ordinũ iuramẽto cõfirmatione apo
ſtolica vel quauis alia firmitate roboratis
ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinibus priuilegijs ⁊ lris
aplicis gñalibus vel ſpecialib⁹ quorũcũq;
tenoꝝ exiſtãt per q̃ preſentib⁹ non expreſ=
ſa vel totaliter nõ inſerta vr̃e facultatis ex
plicatio hmõi impediri valeat quomõlibʒ
vel differri ⁊ de q̃bus quorũcũq; totis teno
ribus de verbo ad verbũ preſentibus ha=
benda eſſet mẽtio ſpecialis: quibus omni
bus quo ad premiſſa illa hic pro expreſſis
habentes etiam ſi in eis illa videlicet quis

bus ꝑ huiuſmodi generales clauſulas nõ
intelligeretur derogatum vel alie clauſu=
le derogatorie continerentur quo ad ꝑmiſ
ſa ſpecialiter et expreſſe derogamus cete=
riſq; contrarijs quibuſcũq;. Nulli ergo om
nino hominum liceat hanc paginam nr̃e
approbationis conſtitutionis extenſionis
voluntatis conceſſionis inhibitionis decre
ti et derogationis infringere vel ei auſu te
merario contraire. Si quis autem ⁊c. Da=
tum rome apud ſanctum petrum. Anno in
carnationis dñice milleſimo quadringen=
teſimo ſeptuageſimo primo decimo octauo
kalẽdas Januarij. Pontificat⁹ nr̃i. Anno. j.

¶ Alexãder papa ſextus concedit q̃ p=
lati ordinis ſcilicet vicarius generalis ⁊ ꝓ
uintiales poſſint deputare cõfeſſores etiã
ſeculares fratribus et ſororib⁹ tercij ordi=
nis ſibi ſubditis.

¶ Dilectis filijs Generali et prouincia=
libus vicarijs ac cuſtodibus ordinis fra=
trum minorum de obſeruantia nuncupa=
torum vltramontanis.

ALexander papa
ſextus Dilecti filij Saluteʒ et
apoſtolicam benedictionem.
Exponi nobis fecuſtis q̃ licet
auctoritate apoſtolica vobis
fuerit conceſſum q̃ fratres ⁊ ſorores tercij
ordis ſcti Franciſci de penitẽtia nũcupati
ꝯfeſſores habere debeant per gñalem ⁊ ꝓ
uintiales ꝓ tpe vicarios ⁊ cuſtodes ordis
fratrũ minorum de obſeruãtia nũcupatoꝝ
reſpectiue deputandos q̃ ſint de ordine fra
trum minorum cõuẽtualium vel de obſer=
uãtia cũ facultate etiã dãdi ſacramẽta ec=
cleſiaſtica dictis ffib⁹ ⁊ ſororib⁹ tercij ordis
tñ ꝓpter locoꝝ diſtãtiã ſepe euenit q̃ ꝯmo
de ꝑdictos cõfeſſores iuxta cõceſſionẽ apo
ſtolicã deputare nõ poteſtis et ꝓpterea ali
quod icõueniẽs in aiaꝝ ſuaruʒ periculum
contingere poſſet: quare pro pte vr̃a nobis
fuit hũiliter ſupplicatũ vt i premiſſis opor
tune prouidere de benignitate apoſtolica
dignaremur. Nos ſupplicatiõib⁹ hmõi icli
nati diſcretiõi vr̃e ⁊ cuiuſ vr̃m de cetero pe
petuis futuris tẽporib⁹ in locis in quibus
ffes cõuẽtuales vl' de obſeruãtia predicti
cõmode haberi nõ poſſũt ffib⁹ ⁊ ſororib⁹ ꝑ=
fatis tertij ordis vbicũq; vltra mõtes cõmo
rãtibus de cõſilio aliquoꝝ fratrũ ꝯfeſſores
pſbiteros ſeculares vel aliorũ ordinũ regu
lares honeſtos deputare valeatis q̃b⁹ eo=
rũ ⁊ eaꝝ peccata confiteri ⁊ ab eis q̃cũq; ec
cleſiaſtica ſacramẽta recipere poſſint illoſq;

in eoꝝ monaſterijs ⁊ domib⁹ iuxta mores
dicti tertij ordis ſecū habere ita tamē ꝙ cō
feſſores ipſi dictaꝝ ſororū clauſtra ſeu inte
riores officinas abſqꝫ alterius ꝑſone bone
vite ⁊ fame ſocietate nullomō debeāt igre
di locoꝝ ordinarioꝝ ſeu cuiuſuis alteri⁹ li
cētia ſuꝑ hoc minime reqſita libere ⁊ licite
valeatis licētiā concedim⁹ pariter ⁊ facul
tatē. Nō obſtantib⁹ ꝑmiſſis ac aplicis nec
nō in ꝓuincialib⁹ ⁊ ſynodalib⁹ cōſilijs ⁊ vři
ordinis minoꝝ caplis editis gnalibus vel
ſpecialib⁹/cōſtitutionib⁹ ⁊ ordinationibus
ſtatutis quoqꝫ ⁊ ꝯſuetudinib⁹ dicti ordinis
etiā iuramēto cōfirmatiōe aplica vł quis
alia firmitate roboratis ceteriſqꝫ cōtrarijs
qbuſcūqꝫ. Datū rome apd ſanctū petrū ſub
annulo piſcatoris die ſexta decima Maij
milleſimo quingenteſimo Pōtificatus nři.
Anno octauo.

¶ Sixtus quart⁹ cōcedit ꝙ ex quo ffes
de familia nō ſeruauerūt bullas ꝯcordie: ge
neralis miſter ⁊ ffes ſue cure ſubiecti non
aſtringanł ad ſeruādū eaſdē ſꝫ ſolūmō ipi
de familia qꝫqꝫ gnalis ⁊ ſui loca ipoꝝ de fa
milia eorūqꝫ ffes ⁊ monaſteria libere abſqꝫ
alicuius pene incurſu recipere poſſint ⁊c.

¶ Dilecto filio Frāciſco ſanſonis de ſe
nis ſacre theologie profeſſori ordinis mi
noꝝ gnali miſtro. ¶ Sixt⁹ papa quartus.

Ilecte fili Salutē
Det aplicam benedictionē. Ema
nauit a nobis alias breue ad te
tenoris ⁊ continētie ſubſequen
tis. Querelis ſepius repetitis nobis ſigni
ficaſti ꝙ dilecti filij fratres de obſeruantia
nuncupati ordinis tui loca quedam preter
tenorē litterarū felicis recordationis Pau
li ſecūdi noſtri imediati ꝑdeceſſoris ſuper
tuorum et illorum concordia editarum et
adimerunt hactenus ⁊ in dies conanł adi
mere cenſuras ⁊ penas in litteris ipſis con
tentas ac ſana aliorum monita penitus ne
gligentes in malum exemplum ⁊ ſcandalū
plurimoruꝫ. Supplicaſti nobis deinde hu
militer dignaremur tibi de oportuno reme
dio prouidere ⁊ paterne concedere vt qm̄ il
li hmōi concordie ſtare recuſant tu quoqꝫ ⁊
tue cure ſubiecti non aſtringamini ad alia
que in eiſdem litteris continentur cum ex
hoc illi videantur in te audatius inſultare
quia tu decreta dicti predeceſſoris in eorū
cōmodū facta trāſgredi nō preſumis. Quo
circa nos equitatem hmōi paterno affectu
conſiderantes attendētes ꝙ dicti de obſer
uancia fratres eo magis a ſimilibus tranſ
greſſionibus ⁊ offenſis abſtinere debebunt
quo etiam ipſi fuerint de ſuoruꝫ amiſſione
magis ſolliciti hmōi ſupplicationibus incli
clinati preſentium tenore apoſtolica aucto
ritate decernimus tibiqꝫ harum ſerie conce
dimus facultatem ꝙ caſu quo dicti de ob
ſeruantia fratres aliquem locuꝫ ex tuis ac
acceperint accipere ve temptauerint litte
riſqꝫ dicti predeceſſoris in hoc contrauene
rint: ſic licite ⁊ impune abſqꝫ alicui⁹ eccle
ſiaſtice cenſure incurſu tu tuiqꝫ eorum loca
⁊ monaſteria monialium poſſitis et valea
❡ Innocentius quartus exprimit certa grauamia a nōnullis maxime a quibuſdā eccl'ie prelatis gratis illata ffibus a quib9 mādat vt abſtineāt: ⁊ allegat qualiter ordo iſte minoꝝ ab innocentio/ honorio/ gregorio/ ⁊ ab ipo eſt approbat9 ⁊ regula ꝯfirmata ⁊c. Dando executores defenſores archiepos remēſē/ ſenoneñ/ Xanctoneñ/ ⁊ epm Pariſienſem. Que etiā prius qſi ſub eodeꝫ tenore p gregoriū .ix. ⁊ poſtea p alexādruꝫ iiij. data fuit. Et in iure deſcribił in decretalibus titulo de exceſſibus prelatorum. Om. eſt trecis/ methis/ ebroicis/ et duaci.

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei Venerabilibus ffibus remeñ/ ſenoneñ/ ⁊ Xactoneñ archiepis et pariſieñ epo Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Nimis iniq viciſſitudine largitori bonoꝝ olim reſpondeł dñ hij q de xpi pſimonio ipinguati luxuriāt dāpnabiliter in eodē xpm patēter i famulis ſuis pſequi nō verētur ac ſi factus ſit ipotēs dñs vltionū. Cū eñ dilecti filij ffes minores abnegātes ſalubrił ſemetipos elegerint i altiſſima pauptate xpo paupi ad placitū famulari tāqꝫ nichil hñtes ⁊ oia poſſidētes nō deſint pleriqꝫ tā eccl'iarū platiqꝫ alij q ceca cupiditate traducti ꝑprie auiditati ſubtrahi reputātes qcqd pdictꝫ fratrib9 fideliū pietas elargił qcte ipoꝝ multiplicił inqetāt moleſtiarū occaſiōes excgitētes varias ꝯtra ipos Volūt nāqꝫ ⁊ ſi nō oēs ipis inuitis eoꝝ confeſſiōes audire ac eis iniūgere penitēcias ⁊ eucharitiā exhibere: nec volūt vt corpus xpi in eoꝝ oratorijs reſeruetur et ffes ipo ruꝫ defūctos apud eccl'ias ſuas ſepeliri cōpellūt et illorum exeqas celebrari. Et ſi qs decedentium fratrū alibi qꝫ i eccleſiis ſuis eligit ſepulturā funus primo ad eccleſias ſuas deferri cogunt vt oblatio ſuis vſibus cedat: nec ſuſtinētes eos habere cāpanam vel cimiterium benedictum: certis tantum temporibus permittunt ipſos celebrare diuina. Volunt etiam in domibus eorundeꝫ certum numerum fratrum/ ſacerdotū/ clericoꝝ ⁊ laicoꝝ: necnō cereoꝝ lāpadarū ⁊ ornamētoꝝ ꝓ ſua volūtate taxare ac reſiduū cereoꝝ qñ noui ł apponūtur exigunt ab eiſdē nec ꝑmittūt vt noui ſacerdotes eoꝝ alibi qꝫ in eccleſiis ſuis celebrēt pmas miſſas eos nichilomin9 ꝯpellētes vt i quotidianis miſſis quas in ſuis locis et altaribus celebrant oblationes ad opus eorū recipiant ⁊ reſeruēt. Quicquid etiā eis dū celebrant miſſarū ſolēpnia intra domoꝝ ſuaꝝ ambitū pia fidelium donatione donatur ab ipis extorquere oblatiōis nomine ꝯtēdētes/ qđ eiſdem tā in ornamentis altaris qꝫ in librꝫ eccleſiaſticis abſolute confertur vendicāt perperam iuri ſuo cogēdo eos ad ſinodos ſuas accedere ac ſuis conſtitutionibus ſubiacere. Nec hijs contenti capitula et ſcrutinia in locis fratrum pro hijs corrigendis facturos ſe cōminātur fidelitatem iuramēto firmatam ab eorum miniſtris et cuſtodibus exigentes. Eis quoqꝫ vt tam extra ciuitates qꝫ intra cum eis proceſſionaliter veniant ex leui cauſa mandantes: excommunicationis ſentenciā fulmināt i benefactores eoꝝ ⁊ idipſū fratribus cōminātes eos de locis in quibus domino famulantur ſatagunt amouere niſi eis obediant in omnibus ſupradictis. Ad hec ne fratres ad hōrabiles ciuitates et villas vbi religioſe ac honeſte valeant commorari a populis deuote vocati accedere audeant inhibentes tā in accedentes fratres qꝫ i receptatores eoꝝ preſumunt excōmunicatiōis ſentēciā ꝓmulgare. Ab eis etiā de ortoꝝ fructibus decimas: necnō de habitaculis fratrū ſicut de iudeoꝝ domibus cōtendūt redditus extorquere aſſerēdo qđ niſi fratres morarentur ibidem eis ab alijs habitatoribus prouentus aliqui ſoluerentur. Et vt ipſos ſue ſubdant totaliter ditioni eiſdem miniſtros et cuſtodes volunt preficere pro ſue arbitrio voluntatis. A quibus omnibus fratrū moleſtijs qdam etiā ex venerabilibus fratribus noſtris archiepis et epis: ac dilectꝫ filijs abbatibus prioribus ⁊ ceterꝫ eccl'iaꝝ prelatis ac alijs ꝑ regnū frācie cōſtitutꝫ nō

omnino abſtinere dicũtur. Cũ igitur ordo
predictoꝝ fratrũ a bone memoria/innocẽ-
tio/honorio/et gregorio pdeceſſorib⁹ nr̃is
⁊ nobis ipſis dignis eoꝝ ſit exigẽtibusme
ritis approbatus ac ipſoꝝ regula cõfirma
ta: ne apl'ice ſedis ſtatuta q̃ iſ dicti Archi
epi ⁊ epi ac prelati et alij humiliter ſuſcipe
re ac reuerenter ſeruare tenent cõtempne
re videant vniuerſitatẽ eoꝝ monemus at
tente noſtris ſibi dãtes litteris firmiter in
preceptis vt cõſcientie ac fame ſue ſalubri
ter cõſulentes vniuerſi ⁊ ſinguli a prenota
tis ⁊ alijs predictoꝝ fratrũ grauaminibus
omnino deſiſtant ſubditos ſuos ab hijs ar
tius compeſcendo. Quocirca fraternitati
veſtre per apl'ica ſcripta firmiter precipiẽ
do mãdamus quatinus ſi dicti archiepi et
epi: et alij pceptũ noſtrũ neglexerint adim
plere. Uos eos ad oĩa ſupradicta ſeruanda
monitione premiſſa auc'te noſtra ſublato
cuiuſlibet contradictionis et appellatiõis
obſtaculo compellatis. Nõ obſtãte cõſtitu
tione de duabus dietis edita in cõcilio ge-
nerali. Si vero nec ſic mãdatis noſtris cu-
rauerint obedire nouerint nos ſup hoc me
moratis fratribus aliter auctore dño pro-
uiſuros. Qḋ ſi nõ omnes his exequendis
potueritis vel nolueritis intereſſe ſinguli
veſtrum ea nichilominus exequatur. Da-
tum Lugduni quinto kl's ſeptembris. Põ-
tificatus noſtri. Anno tercio.

¶ Innocentius quartus concedit ꝙ fra
tres non teneant recipere executiones cau
ſarum ſeu ſentenciarũ ab aliquo niſi in lit-
teris apl'icis fiat ſpecialis mentio de iſtis
⁊c. Originale eſt trecis et brugis

Innocentius eps
ſeruus ſeruoꝝ dei Dilectis fi-
lijs generali miniſtro ⁊ vniuer
ſis fratribus ordinis fratrũ minoꝝ Salu-
tẽ ⁊ apoſtolicã benedictionẽ. Quieti veſtre
prouidere volẽtes auctoritate vobis pre-
ſentiũ indulgemus vt cõmiſſiones cauſaꝝ
vel ſẽtẽciaꝝ executiões a ſede apl'ica vl' de
legatis ei⁹ ſeu a q̃buſlz alijs factas vob ſi
ne vr̃a nõ teneamini recipe volũtate niſi in
lr̃is apl'ic de cõceſſiõe hmõi mẽtio habeat
Nulli ergo omnino hoĩz liceat hãc paginã
nr̃e cõceſſiõis infringere vl' ei auſu temera
rio cõtraire. Si q̃s aũt hoc attẽptare preſũ
pſerit indignationẽ omnipotẽtis dei ⁊ btõꝝ
Petri et pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incur
ſurũ. Datũ apud ciuitatẽ caſtellañ decimo
kl's Julij. Põtificatus noſtri. Anno primo.

¶ Innocẽti⁹. iiij. cõcedit ꝙ ffes poſſint i ter
ris excõicatoꝝ cõmorari ⁊ ab eis tũc ⁊ qñ p
ipſas trãſeũt neccĩa vite depoſcere ⁊ recipe.
Originale eſt trecis ambianis et methis

Innocẽtius ſeru⁹ ſer
uoꝝ dei
Dilect filijs gñali miniſtro ⁊
vniuerſis ffib⁹ ordinis fratꝝ
minoꝝ Salutẽ et apoſtolicaz
bñdictionẽ. Uobis extremam
paupꝫtatẽ paciẽtibus pro xp̃i noĩe paupta-
tẽ digne cõcedit ab apl'ice ſedis gr̃a p qḋ ⁊
neceſſitati veſtre cõſulitur ⁊ bñfactoribus
veſtris ſalutis meritũ procuratur hinc eſt
ꝙ nos quoꝝ depoſcit officiũ iuſt annuere
deſiderijs deuotoꝝ vr̃e pcib⁹ hũilitat idu
cti vt vos q̃ exhortatiõis pie ſtudio bonos
ad pociora dirigitis ⁊ errãtes i rectitudis
ſemitã laudabil'r reuocat i excõicatoꝝ ter
ris libere cõmorari ⁊ ab eis tũc ac ẽt qñ vos
p ipas trãſire cõtigerit neccĩa vite depoſcẽ
ac recipe valeat vobis auc'te pñtiũ ꝯcedi-
mus facultatẽ Nulli ḡ oĩno hoĩz liceat hãc
paginã nr̃e ꝯceſſiõis ifringere vel ei auſu
temerario cõtraire. Si q̃s aũt hoc attẽpta
re pſũpſerit idignatiõez oĩpotẽt dei ⁊ btõꝝ
petri ⁊ pauli apl'oꝝ ei⁹ ſe nouerit icurſurũ.
Datũ apud ciuitatem caſtallaneñ. vij. kl's
Julij. Pontificatus noſtri. Anno primo

¶ Innocẽti⁹. iiij. ꝯcedit miſtrũ gñalẽ i toto
ordĩe ⁊ ꝓuinciales in ſuis ꝓuincijs poſſe ffes
ſuos deputatos a ſede apl'ica ad pdicãduz
crucẽ vel inq̃rẽdũ vel alia hmõi negocia re
mouẽ/reuocare/trãſferre ſeu alios eiſdez
ſbſtituẽ ãt ꝙ ſupſedeãt iniũgẽ ⁊c. Ori ẽ trec

Innocentius eps ſeru⁹
ſeruoruz
dei. Dilectis filijs Gñali ⁊ ꝓuincia
libus miniſtris ac ceteris ffib⁹ or
dinis ffz minoꝝ Salutẽ ⁊ apl'icã bñd Odore
ſuaui ordis vr̃i ꝯtinue recreati eũ nõ imeri
to fauore ſpãli ꝓſequimur ⁊ ipi⁹ exaltationẽ
plẽis deſiderijs affectam⁹ q̃tẽ ei ⁊ alia dili
gẽti ꝓcurari ſollertia itẽdẽtes p q̃ ſẽp opta
tũ auctore dño ſuſcipe valeat icremẽtũ. hic
ẽ ꝙ nos vr̃is ſupplicatiõib⁹ ãnuẽtes vt tu fi
li gñal miſter tuiq ſucceſſores ffes tui ordi
nis q̃ ad pdicãdũ crucẽ vl' iq̃rẽdũ ꝯtra puita
tẽ hereticã ſeu ad alia hmõi negocia ſũt vl'
fuerit vbicũq a ſede apl'ica dputati rẽouẽ
ſeu reuocare penit⁹ trãſferre ipiſq ꝙ ſupſe
deãt iniũgẽ alioſq ſbſtituẽ cũ expedire vide
rit licite ac libẽ valeat ⁊ i eos ſi ꝯtrauene
rit cẽſurã eccl'iaſticã exercẽ: ac q̃lz miſt ꝓui
cial eiuſdẽ ordis idipz i ſua ꝓuicia ẽca fra
tres ipi⁹ ordis q̃b⁹ i illa ſit ia ꝯtigerit ab ea
dẽ ſede ꝯmitti facẽ poſſit auc'te pñtiũ idl'ge

mus. Nulli ergo oīno hoim liceat hāc paginā nr̃e ↄceſſiōis īfrīgere vl' ei auſu temerario contraire. Si quis aūt hoc attemptare preſumpſerit indignationē omnipotētis dei ꝛ beatorum Petri et Pauli apl'orum eius ſe nouerit incurſurū Datum Lugduni Idus Junij. Pontificatus noſtri anno quarto.

¶ Innocencius quartus mandat oībus eccleſiarum prelatis vt benigne recipiant fratres ad diuina celebranda ꝛ ad predicādum et vt eos ſuis populis recōmendēt ꝛ ī ſuis neceſſitatibus liberaliter aſſiſtant nec impediant confiteri volentes eiſdē ꝛc. Et ꝙ illos fratres qui ad queſtus pecuniarū ſe conuertent tanꝗ falſarios capiant ꝛ cōdempnent. Ori. eſt trecis methis ꝛ brugis.

Innocencius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Venerabilibus frībus Archiepiſcopis ꝛ epīs ꝛ Dilectis filijs Abbatibus prioribus Decanis Archidiaconis Plebanis Archipreſbiteris ꝛ alijs eccleſiarū prelatis ad quos littere iſte peruenerint. Salutem et apoſtolicam bn̄dictionem. Quoniaꝫ habundauit iniquitas ꝛ refriguit caritas plurimoꝝ. ecce ordinē dilectoꝝ filiorū frm̄ minorū dn̄s ſuſcitauit q̄ nō que ſua ſed que ſūt xp̄i querentes tā contra profligandas hereſes ꝙ contra peſtes alias mortiferas extirpādas ſe dedicarūt euangelizationi verbi dei in abiectiōe volūtarie paupertatis. Nos igit' ſanctum eorū propoſitū ꝛ neceſſariū miniſterium fauore beniuolo proſequentes vniuerſitati veſtre ipſos affectuoſe duximus commendandos caritatē veſtram rogantes et exhortātes in dn̄o ac per apl'ica vobis ſcripta mandātes q̄tin' dilectos filios frēs ordinis memorati ꝑ reuerēcia diuina et nr̄a ad officiū p̄dicādi ad qđ ſūt ex ꝓfeſſiōe ſui ordinis deputati benigne recipere ꝓcurētis ac pp'los vobis ↄmiſſos vt ex ore ipſoꝝ verbi dei ſemē deuote ſuſcipiāt ammonētes ī ſuis eis neceſſitatib' liberaliter aſſiſtatis nec īpediatis quomin' illi q̄ ad eoꝝ p̄dicatione acceſſerint tūc eoꝝ ſacerdotib' valeāt ↄfiteri. q̄tin' ad p̄dicta ſuſcipienda vr̄is exhortatiōib' pp'li p̄parati tanꝗ bona ac fructifera terra ꝓ vicioꝝ tribulis īcipiāt ſegetē germīare virtutū. ꝛ dicti frēs ꝑ cooperationē vr̄am ſuſcepti miniſterij curſū felicius ↄſūmādo optatū reportēt ſui laboris fructū ꝛ finē. ſalutē vꝫ aīaꝝ. Qr̄ nouicia ſepe ſub ſpecie virtutū occulte ſubītrāt ꝛ angel' ſathane ī angelū lucis ſe pleruꝫ ſimulate trāſformat: p̄ntiū vobis auc̄te mādam' quatin' ſi q̄ de p̄dictoꝝ frm̄ ordine ſe dicētes in vr̄is ꝑtib' p̄dicauerit ad q̄ſtū ſe pecuniaꝝ ↄuertendo ꝑ qđ religionē eoꝝ q̄ paupertatē ꝓfeſſi ſūt cōtingeret infamari: vos tāꝗ falſarios capiatis ꝛ ↄdēpnetis eoſdē. Datū Lugduni terciodecio kal'. octob. Pōti. nr̄i āno. iij.

¶ Innocēci'. iiij. ↄmittit curā monaſterioꝝ ſctē clare ī regno frācie gn̄ali miſtro ꝛ ꝓuīcialib' miſtris cū ꝑtāte viſitādi corrigendi reformādi ſacramēta miſtrādi ꝛc. ꝛ ī certis exp̄ſſis caſib' mōaſteria ītrādi q̄ oia paulo poſt ꝑ l'raꝫ ab eodē inocēcio. iiij. ordīata. etiam ꝓ toto ordie vbicūꝗ pleni' determīata ꝛ ordīata ſunt Ori. eſt Trecis.

Innocēci' epūs ſeru' ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs gn̄ali ꝛ ꝓuīcialibus frm̄ mioꝝ ī regno frācie miſtris Salutē ꝛ apl'icā bn̄d. Paci ꝛ ſaluti dilectaꝝ ī xp̄o filiaꝝ monialiū īcluſaꝝ monaſterioꝝ ordis ſācti Damiani ī regno frācie exiſtēcium pr̄na ſollicitudīe ꝓuidē volētes diſcretiōi vr̄e ꝑ apl'ica ſcripta p̄cipiēdo mādam'. q̄tin' eis tā in capite ꝙ ī mēbris ꝑ vosipſos vl' alios ordis vr̄i frēs ꝓuidos ꝛ diſcretos auc̄te nr̄a q̄ciēs expedire videritꝫ viſitationis correctiōis ꝛ reformatiōis officiū īpendatꝫ īformetꝫ diſciplinis r̄laribꝫ ꝛ p̄dicatōe verbi dei ↄfortetꝫ eaſdē ↄfeſſiōes audiatꝫ ipaꝝ eiſꝗ miſſaꝝ ſolēpniaꝝ alia diuīa celebretis officia ꝛ exhibeatꝫ eccl'iaſtica ſacramenta. Et cū neceſſe fuerit vl' ꝓpter ipaꝝ graues egritudines ſeu obit' aut ꝓpter viſitatiōnē ſeu altariū vel monialiū ↄſecratiōes aut alias iuſtas ꝛ honeſtas cauſas aſſociatis vobis tot idoneis frib' vr̄i ordis q̄t ad hec nouerit; oportunos monaſteria īgrediamini earūdē. Prouiſo ꝙ fr̄ preſbit' vnū et viſitator q̄ ꝓ tpe fuerit duos frēs ydoneos ꝓ exequēdis q̄ ad ipoꝝ ſpectāt officium iuxta tenorē q̄ ī eaꝝ vite formula ↄtineri noſcit' ſecū ducāt. Adhec vt ad p̄dicta mōaſteria ī ſ'palib' feſtis ipoꝝ ꝛ moialiū obitu earūdē ad celebrādū ī eis diuinū officiū ac ꝓponēdū vbū dei pp'lo q̄ tūc aliiſꝗ tpib' ibidē ↄuenit necnō ꝓ alijs honeſtis ꝛ rōnabilibus cauſis ac ad portas crates ꝛ locutoria monaſteriorū ipoꝝ cū expedire videritꝫ accedē ꝛ frēs vr̄i ordis deſtinare poſſitꝫ auc̄te vobis p̄ntiū duxim' ↄcedēdū. Datū lugduni tercio Non. Julij. Pōti. nr̄i anno quinto.

¶ Innocēci' papa. iiij. Q̄ frēs nō poſſit cogi ad collectionē pecūiaꝝ ī ſuis p̄dicatiōib' ↄuis l'ras hēāt apl'icas niſi ipe l're de hac īdulgēcia plenā fecerit mētiōeꝫ. ori. ē pariſ.

INnocẽcius epi-
ſcopus ſeruus ſeruorum dei.
Dilectis filijs Generali ⁊ pro
uincialibus miniſtris ac alijs
fratrib⁹ ordinis fratrum. Mi-
norum Salutẽ ⁊ apoſtolicam benedictionẽ
Ueſtra ſemꝑ in amore virtutũ delectat̃ hu
militas/⁊ cũcta ſollicite refugit q̃ ſibi aliq̃d
fame vel conſciẽcie illatura diſpendiũ per-
timeſcit. Ob hoc enim ſicut accepimus ꝙ a
nullo veſtrum alicuius ſpecialis loci vel ꝑ-
ſone ꝑtextu verbum exhortationis de colli
genda pecunia proponat̃ In ordine veſtro
laudabiliter ſtatuiſtis/pie cogitantes ⁊ ꝓ-
uide ꝙ dũ ſimpliciter ab hijs immunes vi-
uitis/ad veſtram ⁊ ꝓximorũ ſalutem ꝑdi-
cationis officium liberius exercetis. Nos
itaq̃ deuotorum vota ſalubria benignis af
fectibus proſequi delectantes ꝙ nullus ex
vobis per litteras apoſtolicas de cetero im
petrandas ſeu de mandato alicui⁹ ad pecu
niã colligendã cogi poſſit inuitus niſi litte
re ipſe de hac indulgencia plenam fecerint
mentionem vobis auctoritate preſentium
indulgemus. Nulli ergo oĩno hoĩm liceat
hãc paginam noſtre conceſſionis infringe
re vel ei auſu temerario contraire. Si quis
autem hoc attemptare preſumpſerit indi-
gnationem omnipotentis dei et beatorum
Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe noue-
rit incurſurum. Datum Aſſiſij kal'. Auguſti
Põtificatus noſtri Anno vndecimo.

¶ Clemens papa quartus mandat vni
uerſis prelatis ⁊ rectoribus eccleſiarum vt
nullomodo ꝓfeſſos apoſtatas in ordine in
habitu aut ſine habitu retineãt aut retine-
re ꝑmittãt. Sꝫ miniſtris cuſtodib⁹ aut gar
dianis reddant̃ cũ ab illis ad quos ſpectat
fuerit req̃ſiti. Alit̃ ſentẽciã excõicatiõis icur
rãt nõ obſtãte quacũq̃ appellatiõe aut lit-
teris aplĩcis niſi de hoc preſenti idulto ſpe
cialẽ fecerint mencionem. Ori. ẽ Pariſius.

CLemens eṗs ſer-
uus ſeruoꝝ dei. Uenerabilib⁹
frib⁹ vniuerſis Archiepĩs et
Epĩs ac Dilectis filijs abbati
bus ꝑorib⁹ Archipreſbiteris
Decanis Archidiaconis Plebanis et alijs
Eccl'iaꝝ ꝑlatis ⁊ rectorib⁹ ad q̃s lr̃e iſte ꝑ-
uenerint. Salutẽ ⁊ aplĩcã bñdictionẽ. Cum
ſicut ex ꝑte dilectorũ filioꝝ Gñalis ⁊ ꝓuicia
liũ miſtroꝝ ordis fratrũ minoꝝ fuit ꝓpoſi-
tũ corã nobis nõ nulle ꝑſone eccl'iaſtice ſe-
culares ⁊ rl'ares apoſtatas eiuſdẽ ordinis
qui poſt profeſſionem in ipſo ordine factam
ad ſeculũ reuertũtur quoſdã videlicet in re
ligiõis habitu aliquos vero In ſeculari ſe-
cum aut i ſuis obſeq̃is vel eccleſijs ſeu mo-
naſterijs detinere preſumãt in aiaꝝ ſuarũ
diſpẽdiũ in iuriã predicti ordinis ⁊ ſcãda-
lũ plurimorũ. Nos volentes ſuper hijs pa-
terna ſollicitudine ꝓuidere vniuerſitati ve
ſtre ad inſtar felicis recordatiõis. Alexan-
dri pape ꝑdeceſſoris nr̃i per aplĩca ſcripta
precipiẽdo/mãdam⁹: q̃tin⁹ ſinguli vr̃m cum
a frib⁹ req̃ſiti fueritis oẽs illos cuiuſcũq̃ cõ
ditiõis exiſtãt q̃ hmõi apoſtatas poſtq̃ per
miniſtros Cuſtodes ſeu Guardianos ꝑdi-
cti ordinis quoꝝ ſũt cure cõmiſſi excõicati
publice fuerint a ſe nõ reiecerint ſꝫ ſcienter
eos ſecum aut in ſuis obſequijs vel eccleſijs
ſeu monaſterijs retinuerit vel eis i hoc au-
xiliũ ꝑſtiterint vel fauorẽ cum ipſi coicando
talit̃ i crimine huiuſmodi criminoſis poſt
latam in eos excoicatiõis ſẽtẽciã ſimili ſen
tẽcia inuoluant̃ denũcietis excõicatiõis vin
culo innodatos. Cõtradictores ꝑ cẽſurã ec
cleſiaſticã appellatiõe poſtpoſita ꝯpeſcẽdo.
Nõ obſtãte ſi aliq̃bus a ſede apl'ica ſit idul
tum q̃d interdici ſuſpẽdi vel excõicari non
poſſint ꝑ lr̃as apl'icas nõ faciẽtes plenã de
indulto hmõi mẽtionẽ. Datũ viterbij. xviij
kal'. Ianuarij. Põtificat⁹ nr̃i Anno tercio.

¶ Alexander papa quart⁹ reuocat bul-
lã innocẽcij pape quarti q̃ multa nobis gra
uamina de ꝑdicatiõib⁹ ⁊ ſepulturis infere
bat. Origi. ẽ Pariſius.

ALexander epiſco
pus ſeru⁹ ſeruorũ dei. Uenera
bilib⁹ frib⁹ vniuerſis Archi-
epĩs ⁊ Epĩs ac Dilectis filijs
Abbatib⁹ ꝑorib⁹ Decanis ar
chidiaconis archipreſbiteris/⁊ alijs eccl'ia
rum ꝑlatis ⁊ ceteris ꝑſonis eccl'iaſticis tam
ſecularibus q̃ rl'aribus cuiuſcunq̃ ordinis
vel ꝓfeſſiõis exiſtãt. Salutẽ ⁊ apoſtolicam
bñdictionẽ. Nec inſolitũ eſt nec nouũ vt ea
q̃ per occupationẽ vel feſtinanciam fiunt ꝓ
eo q̃d ꝯgrue deliberatiõis limã pretereunt
in ꝓpẽſioris ꝯſideratiõis reducant̃ examẽ
vt rectiora ⁊ elimatiora ꝑ attentionẽ pleni
oris diſcuſſionis emineãt. Sane quedã ab
aplĩca ſede tẽpore felicis recordatiõis ino
cẽtij pape. iiij. ꝑdeceſſoris nr̃i littere ꝓceſſe
rũt/In q̃b⁹ ipſe vniuerſis religioſis cuiuſcũ
q̃ ꝓfeſſiõis vel ordinis diſtricte in virtute
obediencie iniũgebat vt parrochianos alie
nos dieb⁹ dñicis ⁊ feſtiuis nõ reciperẽt de
cetero in ſuis eccleſijs ſeu oratorijs temere

ad diuina:nec ipſos vllatenus ad peniten
tēciā admitterent ſine ſuoꝝ licētia ſacerdo
tū nec eis in ſuis predicarēt eccleſiis ante
miſſarū ſollemnia ꝑ quibus audiēdis pri=
ma diei parte ſudē parrochiani cōſueuerūt
ꝛ debēt in ſuis eccleſiis cōuenire nec ſermo
nes etiā ſollēnes facerēt illa hora ſꝫ nec ad
ꝑdicādū ſollēniter ad parrochias alienas
accederent niſi eſſent ab eoꝝ ſacerdotibus
inuitati vel ſaltē niſi ſe ad id humiliter pe
terent ꝛ obtinerent admitti:nec ea die qua
dioceſanus ep̄s vel alius loco eius ꝑdica=
ret ſollēniter maxime in eccleſia cathedrali
aliquis ipſorum in eadem ciuitate vel lo=
co preſumeret predicare.Si vero in caſu li
cito ꝑrochianū alteri⁹ eos i ſuis eccl'iis re=
cipe ad ſepulturā cōtingeret oīm q̄ obtētu
cōſeq̄rent hmōi ſepulture portionē canoni
cā etiā nō req̄ſiti infra octo dies a tp̄e rece
ptiōis ep̄o vel ſacerdoti de cui⁹ parrochia
mortu⁹ eiſſet aſſūpt⁹ exibē curarēt.Si autē
aliq̄s religioſoꝝ ipſoꝝ hui⁹ ꝑcepti trāſgreſ
ſor cōtra ꝑdicta vel aliqđ ꝑdictorū venire
ꝑſumeret:pt̄ inobediētie viciū excōicatiōis
ſniaꝫ quā incurrere eū voluit ip̄o facto ĝ=
d⁹ ſui ꝑiculo ſubiaceret ꝛ nichilomin⁹ a dio
ceſano ad ꝑmiſſa vniuerſa ꝛ ſingula obſer
uāda ꝑ cēſurā eccl'iaſticā appellatiōe rēo=
ta diſtricti⁹ cogeret:nullis ei cōtra hoc in=
dulgētiis vel priuilegiis ap̄licꝫ valituriꝫ Ue
rū q̄r ſup ꝑmiſſis l'ris cogitare attēti⁹ ꝛ ſtu
dioſi⁹ deliberare ꝑponim⁹ pacꝫ cōmodū et
q̄etis ſolatiū eccl'iis ꝛ perſonis eccl'iaſticꝫ po
tiſſime cupiētes ꝑfatas l'ras ꝛ ſi q̄ alie ſup
ꝑdictꝫ vel eoꝝ aliq̄ cōtra ꝑfatos religioſos
vel aliq̄s ex ip̄is gn̄al'r vel ſp̄aliter ꝑter for
mā cōmunē et ſolitā proceſſere ad mādata
ſeu ꝑcepta facta in eis vel earū auc̄te duxi
mus penit⁹ reuocāda. Ideoq̄ꝫ vniuerſitati
vr̄e ꝑ ap̄lica ſcripta mādam⁹ q̄tūs ꝑ hmōi
litteras vel occaſione mandatoꝝ ſeu prece
ptorum aut ſentencie que continent nichil
prorſus agatis cum nullā deinceps effica
ciā habeāt vel vigorē. Datū neapoliꝫ .xi.
kl's Januarii. Pontificat⁹ nr̄i Anno primo
¶ Alexāder papa.iiii.exprimit multa gra
uamina olim ab aliq̄bus dn̄is rectoribus
eccleſiaſticis ep̄is curatꝫ et aliis ipſis ffib⁹
facta et eorum benefactoribus et allegan=
do qualiter ordo iſte ſanctus a tantis pon
tificibus ibi nolatis et ab eodē approbat⁹
eſt ꝛc.mādat diſtricti⁹ dictꝫ eccl'iaſticꝫ recto
ribus ꝛ aliis vt a talibus abſtineant:eximē
do et liberando fratres a talibus grauami
nibus et ſeruitute ipſorū. Originale ē pari
ſius cadomi ꝛ brugis ꝛ alibi i multis locis.

Alexāder epiſco-
pus ſeruus ſeru⁹ ſeruoꝝ dei
Uenerabilib⁹ fratrib⁹ archi=
ep̄is ꝛ ep̄is ac dilectis filiis abbatib⁹/prio=
ribus/decanis/archidiaconis/ rectoribus
ꝛ ceteris eccleſiarū prelatis per regnū frā=
cie cōſtitutis. Salutē ꝛ ap̄licā bn̄dictionē
Nimis iniqua viciſſitudine largitori bono
rum omnium reſpondetur:dum hii qui
de chriſti patrimonio impinguati luxuri=
ant dampnabiliter in eodem chriſtum pa=
tenter in famulis ſuis perſequi non veren
tur:ac ſi factus ſit impotēs dominus vltio
num. Cum enim dilecti filii fratres mino=
res abnegantes ſalubriter ſemetipſos ele
gerint i altiſſima paupertate chriſto pau=
peri ad placitum famulari (tanq̄ꝫ nichil ha
bentes et omnia poſſidentes)non deſūt ple
riq̄ꝫ tam eccleſiarum prelati q̄ꝫ alii qui ceca
cupiditate traducti proprie auiditati ſub=
ſtrahi reputantes quicquid predictis fra=
tribus fidelium pietas clargitur:quietem
ipſorum multipliciter inquietant:moleſtia
rum occaſiones exquirentes varias cōtra
ipſos.Uolunt namq̄ꝫ et ſi non omnes ipſis
inuitis eorum confeſſiones audire : ac eis
iniungere penitencias et euchariſtiam ex
hibere nec volunt vt corpus chriſti in eorū
oratoriis reſeruetur et fratres ipſorum de
functos apud ſuas eccleſias ſepeliri com=
pellunt et illorum exequias celebrari. Et
ſi quis decedentium fratrum alibi q̄ꝫ in
eccleſiis ſuis eligit ſepulturam funus pri=
mo ad eccleſias ſuas deferri cogunt:vt ob
latio ſuis vſibus cedat:nec ſuſtinentes eos
habere campanam vel cimiterium benedi
ctum:certis tantum temporibus permittūt
ipſos celebrare diuina:volunt etiam in do
mibus eorundem certum numerum fratꝝ
ſacerdotum /clericorum/et laicorum/ nec=
non cereorum/lampadarum/ et ornamen=
torum pro ſua voluntate taxare : ac reſi=
duum cereorum quando nouiter apponū=
tur exigunt ab eiſdem Nec permittūt vt no
ui ſacerdotes eorum alibi q̄ꝫ in eccleſiis ſu
is celebrent primas miſſas eos nichilomi=
nus compellentes vt in cotidianis miſſis
quas in ſuis locis et altaribus celebrant
oblationes ad opus eorum recipiant et re
ſeruent.Quicquid etiam eis dum celebrāt
miſſarum ſollemnia intra domorum ſuarū
ambitum pia fidelium deuotione dōatur
ab ipſis extorquere oblationis nomine cō=
tendentes qđ eiſdem tam in ornamento al
taris q̄ꝫ in libris eccleſiaſticis abſolute cō=

ferꝛ vendicāt perperā iuri ſuo/cogēdo eos ad ſynodos ſuas accedere:ac ſuis cōſtitutionib⁹ ſubiacere. Nec hijs cōtēti capitula et ſcrutinia in locis ipſoꝝ frm̄ ꝓ his corrigēdis facturos ſe cōminātur fidelitatē iuramēto firmatā ab eoꝝ miniſtris/cuſtodibus/⁊ gardianis nichilomin⁹ exigētes Eis quoq̄ vt tā extra ciuitates ꝗ̃ intra cū eis ꝓceſſionalit̄ veniāt ex leui cā mādātes :excōicatiōis ſentēciā fulmināt in bn̄factores eoꝝ ⁊ idipſū frib⁹ cōminātes eos de locis in q̄bus dn̄o famulāt ſatagūt amouere niſi eis obediāt in oib⁹ ſupradictis. Ad hoc ne ffes ad honorabiles ciuitates et villas vbi religioſe ac honeſte valeāt cōmorari a populis deuote vocati accedere audeāt inhibētes tā in accedētes ffesq̃ in receptatores eoꝝ ꝓſumūt excōicatiōis ſētēciā ꝓmulgare. Ab eis etiā de ortoꝝ fructib⁹ decias necnō de habitaculis fratrū ſicut de iudeorū domibus contendūt redditus extorquere:aſſerendo qđ niſi fratres morarēt ibidē eis ab alijs habitatoribus ꝓuētus aliqui ſoluerētur. Et vt ipſos ſue ſubdāt totaliter ditioni eiſdē miniſtros cuſtodes ⁊ gardianos volūt ꝑficere ꝑ ſue arbitrio volūtatis a q̄bus oibus fratrū moleſtijs quidā ex vobis nō omnino abſtinere dicūt. Cū igit ordo fratrū mioꝝ a bone memorie honorio gregorio ⁊ innocentio romanis pontificib⁹ ꝑdeceſſorib⁹ nr̄is et nobis ipis dignis eoꝝ ſit exigētib⁹ meritis approbat⁹/ nec ap̄lice ſedis ſtatuta cōtēpnere videamini q̄ huiꝰ ſuſcipe ac ſeruare tenemini reuerēter: vniuerſitatē monem⁹ attēte ꝑ ap̄lica vobꝫ ſcripta firmiter ꝑcipiēdo mandātesq̃tꝰ ꝯſciētie ac fame vr̄e ſalubriter cōſulētes vniuerſi et ſinguli a ꝑnotatis ꝑdictoꝝ frm̄ grauaminibus penitus deſiſtatis ſubditos vr̄os ab hijs artius cōpeſcēdo. Nos em̄ cū hmōi dictoꝝ fratrū quos ſue religiōis obtētu inter alios religioſos artius amplexamur in viſceribus caritatꝫ grauamia tollerare nolim⁹ ſicut etiā nec debem⁹ oēs interdicti ſuſpēſionis ⁊ excōicatiōis ſnias ſi quas a vobis vel vr̄m aliquo ꝑmiſſoꝝ occaſiōe in eoſdem ffes vel ipſoꝝ aliquē ſeu eccl'ias oratoria vel bn̄factores eoꝝ ꝓmulgari cōtigerit irritas decernim⁹ ⁊ ianes Datū ananie vj. kl's Auguſti. Pōtificat⁹ nr̄i Anno ſcdo.

¶ Alexāder papa. iiij. mittit lr̄as apoſtolicas Regi frācie ꝓ defēſiōe ordinū ꝑdicatoꝝ ⁊ minoꝝ cōtra pſecutores ⁊ detractores dictoꝝ ordinū qui dicebāt eos nō eē in ſtatu ſalutis nec poſſe ꝑdicare nec ꝯfeſſiōes audire etiā de licētia vel cōmiſſiōe romani pōtificꝫ ſeu dioceſanoꝝ epoꝝ ⁊c. Cōmittēs ⁊ mādās archiepis turonen̄ ⁊ rothomagen̄ ⁊ epo ꝑiſien̄ vt lr̄as hmōi exequāt ⁊ dictos ffes defēdāt ⁊c. Ori. e. ꝑiſi⁹ ambian̄ ⁊ brugꝫ

ALexāder Eps ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Cariſſimo in xp̄o filio Illuſtri regi frācie. Salutē ⁊ ap̄licā bn̄dictionē Nō ſine multa cordꝫ amaritudie animiq̃ turbatione audiuimusq̄ nōnulli mgr̄i ⁊ doctores ac alij acuētes vt gladiū liguas ſuas ⁊ venenū aſpidū gerētes ſub labijs ad īfamiā grauamē ⁊ diſpēdiū inocētiū illud i ſugillationē ⁊ leſionē dilectoꝝ filioꝝ frm̄ ꝑdicatoꝝ ⁊ miorū neq̄ter vomuerūt ⁊ licet ipos diſticte nō nominauerit nec vocabulis ꝓprijs expſſerint eos tamē q̄buſdā verboꝝ inuolutis et certꝫ ac cautis circūlocutiōib⁹ apti⁹ iuenerūt ita q̄ ex talib⁹ eoꝝ dictꝫ manifeſte tāq̃ ſi expſſim illos noiaſſēt inotuit qđ de ipſis ffibus loq̄bātur fuderūt inq̃ virus ⁊ cōtra eos in ſcolis ꝑdicationibus ⁊ alibi aſſerere preſumpſerūt: qđ in ſtatu ⁊ via ſaluandoꝝ nō erāt: nec meritoria nec ſalutifera exiſtebat ipſoꝝ mēdicitas ⁊ pauptas cū deberēt valitudine corporali ⁊ alijs iuſtꝫ īpedimētꝫ ceſſātibus proprijs manibus operari ſub ſpealie niſi ſubſidij nō carpēdo nec pro ſuſtētatiōe vel neceſſarijs extranea mēdicando ſuffragia ſeu ab alijs vite amminicula expectādo. Q̄q̄ de licētia vel commiſſiōe romani pōtificis ſeu dioceſanoꝝ epoꝝ predicatiōis exercere officiū ⁊ cōfeſſiōes audire libere nō valebāt tāq̃ ꝑ hoc ſacerdotib⁹ parochialib⁹ ꝑiudiciū inferret. Ad alia nichilomin⁹ praua ⁊ iiqua i detractionē eoꝝ et ſuoꝝ ordinū derogationē ora maliloqua relaxādo. Cū igit iidē ordines fuerit dudū a ſede apoſtolica ſicut ſacri clari ⁊ cōſpicui approbati ex q̄bus iam nōnulli fratres ad ſupernā prouecti patriā in ſāctoꝝ numero ſunt aſſcripti ⁊ velut eminentia candelabra ⁊ duo magna luminaria i eccl'ia dei luceāt ac ab ipſorū fratribus ⁊ cultorib⁹ ſctē doctrine lumē diffūdatur vbiq̄ ꝑ orbē, ꝓ pi euāgeliū ardēter ⁊ efficaciter ꝑdicet: ac recta ⁊ ſacra cōſilia ⁊ exēpla ſalutaria ꝑbeantur: cū etiā dicti ffes ſacre ſcripture ac dei verbi ſtudio ⁊ animarū ꝓfectib⁹ necnō diuinis officijs ⁊ orationib⁹ iſtāter ⁊ inceſſāt itēdāt neq̃ marcētes ocio ope ſe optimo ⁊ potiſſio exercētes cū ſapia op⁹ exiſtat maximū nec ſūt plurꝫ q̄ opāt exteri⁹ q̄ q̄ ſtudijs cogſcēde diuitatꝫ exercēt Vn̄ dn̄s miſtrāte ac opāte martha marie audiētiā attētio

nem et ſtudium circa verbum ipſius preci
pue cōmēdauit. Ex quo liquido patet ffes
ipſos ad operandū ſuis manibꝰ nō teneri.
quinimo ſi hijs intermiſſis laborent manibꝰ
potiora vtiq; ac vtiliora in minora minuſ-
q; vtilia opera nō ſine animaruʒ diſpendio
cōmutarēt. Cū inſuper ijdem ffes oīa pro-
pter deū reliq̄rint exilia vite ſubſidia men-
dicātes. xp̄mq; imitent̄ pauperē/ perfectio
nem euangelicā amplexando propt̄ qđ eui
denter apparet eos in ſtatu exiſtere ſaluā-
doꝝ ⁊ per ſue religionis obſeruātiā q̄ q̄dē
ipſius perfectiōis euangelice/tenet formā
eterna premia ꝓmereri/cū etiā de licencia
vel cōmiſſione aut cōceſſione Romani pōti
ficis ſeu legatorum eiꝰ vel ordinarioꝝ lo-
coꝝ licite poſſint p̄dicare populis ⁊ confeſ
ſiones audire ac penitēcias iniūgere ſalu-
tares. Venerabilibꝰ ffibꝰ nr̄is. Turoneñ.
⁊ Rothomageñ. Archiepiſcopis ac ep̄o. Pa
riſieñ. damus nr̄is litteris in virtute obedi
encie firmiter in preceptis vt oēs magr̄os
doctores ⁊ alios q̄ ſiue in ſcolis ſiue i p̄dica
tiōibꝰ ſiue alibi p̄miſſa dicere attēptarūt ex
parte nr̄a monere ꝓcurēt/vt ifra certū ter-
minū. Ab ipſis Archiep̄is ⁊ ep̄o prefigēdū
eiſdē dictū ſuū in hijs publice reuocēt male
ſe dixiſſe fatētes illaq; deteſtent̄ penitꝰ ⁊ re
tractēt. aſſeuerādo ꝯſtanter cōtrariū ⁊ illud
etiā fidelit̄ p̄dicādo. Qđ ſi nō fecerit extunc
cōtra eos ad ſuſpēſiōis excōicatiōis ⁊ ꝑpe-
tue ꝓuationis beneficioꝝ ſuoꝝ eccl'iaſtico-
rū ſentēcias ſublato cuiuſlibet appellatio-
nis obſtaculo efficaciter ꝓcedere nō omit-
tant. laicos de hoc culpabiles vel fautores
huiuſmodi p̄ſūptoꝝ animaduerſiōe debita
ꝑcellētes Ideoq; celſitudinē tuā affectuoſe
req̄rimꝰ ⁊ rogamꝰ q̄tinꝰ p̄dictis Archiep̄is
⁊ Ep̄o cū ab eis requiſitꝰ fueris tuū fauorē
⁊ auxiliū magnifice largiaris ita quod tua
cis fauente potēcia mādatū ap̄l'icū ſibi di-
rectū efficacit̄ exequi valeāt ⁊ nos magnifi
cenciā tuaʒ exinde dignis in dn̄o laudibus
cōmēdare poſſimꝰ. Datū Ananie. xiiij. kal'.
Nouembris. Pontificatus nr̄i. Anno ſcđo.

¶ Alexander papa quartꝰ mādat ⁊ pre
cipit ep̄o pariſieñ. q; perturbatores fratrū
minoꝝ et aliorum religioſoꝝ ⁊ ſeculariuʒ
in ſtudio pariſienſi exiſtencium necnon in-
obedientes mādatis ap̄l'icis de pace habē
da in dicto ſtudio pariſienſi/puniat et pri-
uet eos beneficijs: alijſq; ipis dignioribus
det. non obſtantibꝰ appellatiōibꝰ ⁊ priuile
gijs ac litteris ap̄l'icis habitis vel habēdis
q̄buſcūq; niſi de hoc p̄nti ſtatuto ſp̄alē fece
rint mencionem. Oꝛi eſt Pariſius.

ALexander ep̄us
ſeruꝰ ſeruoꝝ dei. Venerabili
fratri Ep̄o pariſieñ. Salutē
⁊ ap̄l'icā b̄ndictionē. Licet olim ꝓ ſtudij pa
riſieñ. cōſeruatione quedā circa ſtudiū ip̄m
de fratrū nr̄oꝝ conſilio ꝓuide duxerimus
ordinanda prout in litteris noſtris exinde
cōfectis/q̄ Quaſi lignū vite icipiūt/plenius
cōtinet̄/nōnulli t̄n mgr̄i ⁊ ſcolares pariſieñ.
quaſdā colligatiōes ⁊ obligationes nefari-
as/adinuicē vt audiuimꝰ inierūt per quas
ſcolares religioſi ⁊ alij nō poſſūt libere ſicut
volūt ſcolas maxīe ſacre legis ꝓ lectiōibus
⁊ diſputatiōibꝰ audiēdis itrare/alias etiaʒ
nō ſine ap̄l'ice ſedis iniuria/ ⁊ ipedimēto di-
cti ſtudij/ac ſalutis aīarū diſpēdio intētio-
nē nr̄am circa effectū ordinatiōis ipiꝰ eua-
cuare multiplicit̄ moliunt̄. Volentes igitur
⁊ auctoritate p̄ſentiū ſtatuētes qđ ſcolares
oēs tam religioſi q̄ de prelatoꝝ ſuoꝝ licen
cia morant̄ in ſtudio q̄ etiā ſeculares/ libe
re valeāt/vbi volūt lectiōes ⁊ diſputatiōes
ac p̄dicatiōes audire q; p̄fata nr̄a ordina
tio ab oibꝰ mgr̄is ⁊ ſcolaribꝰ pariſiꝰ exiſtē
tibꝰ reuerent̄ ⁊ humiliter obſeruet̄/necnon
q; dilecti filij. Predicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinuʒ
fratres ac alij religioſi q̄ pariſiꝰ fuerint ꝓ
tēpore doctores Theologice facultatʒ/ ſeu
ſcolares ip̄oꝝ. in conſortiū ⁊ collegiū ſeu ſo
cietatem alioꝝ magr̄oꝝ ⁊ ſcolariū pariſieñ
recipiant̄ ſimplicit̄ ⁊ efficaciter habeant̄ et
q; pariſieñ ſtudiuʒ p̄ter tenorē ordinatiōis
eiuſdē aut abſq; ſedis ap̄l'ice licēcia ſpecia
li nullatenꝰ alibi trāſferat̄/oēs q̄ cōtra hoc
ſalubre ſtatutum nr̄m venire vel occaſione
p̄ntiū aut aliaꝝ lr̄arū nr̄aꝝ directarū tibi q̄
icipiāt. Cūctis ꝓceſſibꝰ) ſtudiū ip̄m ꝯturba-
re/ p̄ſūpſerit omibꝰ eccl'iaſticis b̄nficijs de-
cernimꝰ eſſe ꝓuatos ⁊ ab ordinū executiōe
ſuſpenſos. Oēs aūt obligatiōes /etiā iura-
mēto firmatas a magr̄is ⁊ ſcolaribꝰ memo
ratis cōtra ordinatiōis aut lr̄arū ſupiꝰ ex-
preſſaꝝ ſeu p̄ntiū tenorē p̄ſūptas vel impo
ſterū p̄ſumēdas necnō ⁊ ꝯpoſitiōnē iter eoſ
dē ffes p̄dicatores ex p̄te vna / ac magr̄os
⁊ ſcolares, ex altera ꝯtra ordinationē ip̄am
nobis irrequiſitis initā tanq̄ iniquaʒ ⁊ te-
merariā penitꝰ irritamꝰ. Vt igit̄ a ſupradi
ctoꝝ obſeruācia nullus ſe poſſit ꝑ ignorā-
tiā excuſare ffnitati tue ꝑ ap̄l'ica ſcripta in
virtute obediēcie/diſtricte p̄cipiendo man
damus quatinꝰ tenorē p̄ſentiū qualibet oc
caſiōe ⁊ dilatione ac appellatione ceſſante
ꝑ te vel per alios publicare Pariſius non
omittens. Si qui cōtra predictoꝝ aliquod

venientes priuationẽ incurrerint memora
tam tu illis ad quas beneficiorum ipſoruꝫ
collatio ſpectare dinoſcitur. Per lr̃as tuas
ſine mora demandes vt infra quidecim di
es poſt receptionem ipſarū/omni occaſio
ne ceſſante/beneficia illorũ de quibus vide
ris expedire conferãt perſonis ydoneis et
eccleſie romane deuotis. Quod ſi hec face-
re neglexerint tu/illa cõferre perſonis eiuſ-
modi non poſt ponas. Nõ obſtãtibꝰ appel-
lationibus ⁊ exceptionibꝰ aut occaſionibꝰ
quibuſcũꝗ ſiue litteris vel indulgẽtijs/ ab
apoſtolica ſede cõceſſis per quas p̃cepti no
ſtri executio in hac pte impediri valeat vł
differri aut de quibꝰ plenã ⁊ expreſſam ſeu
de verbo ad verbum oporteat in preſenti-
bus fieri mẽtionẽ ſeu etiam quod dicti fra
tres omnibus litteris apoſtolicis impetra-
tis ⁊ impetrandis renunciaſſe dicunt/ quã
do in cõpoſitiõe huiuſmodi cõſenſerũt. Pre
ſertim cũ ipſam nullã eſſe ac iãdictas apł'i-
cas litteras i ſuo robore remanere velimꝰ
⁊ ipſas tibi/ac eiſdẽ fratribus/ab earũ de-
tẽtoribꝰ exhiberi quos ad id ſi neceſſe fue-
rit ꝑ cenſurã eccleſiaſticã appellatiõe remo
ta compellas. Preceptuꝫ nr̃m quod ex toto
cordis affectu tibi dirigimꝰ taliter impletu
rus vt efficacis obediẽcie gaudeamꝰ in te
promptitudinẽ inueniſſe: alias autem pro
firmo teneas qꝺ indignationẽ noſtram cõ-
tra ꝑſonã tuã licet ipſam in xp̃o ſinceriſſi-
me diligamꝰ grauiſſime ꝓuocabis. Quod
eni ſuper hoc ieueneris ⁊ feceris nobis ꝑ tu
as litteras fideliter itimare procures Da-
tum Ananie. v. kał. Iulij. Pontificatus no-
ſtri. Anno ſecundo.

¶ Alexander papa quartus ſcribit mul
tũ affectuoſe regi francie ſuper ꝑturbatiõe
facta fr̃ibus minoribus ⁊ p̃dicatoribꝰ ⁊ re
belliõe lr̃arũ ſedis apł'ice ꝑ guillermũ de ſã
cto amore ⁊ odonẽ de duaco doctores theo
logie et Nicolaum decanũ de barrot Xp̃ia
num canonicum beluacẽ principaliores
perſecutores dictoꝝ fr̃m ⁊ i rebelliõe preli
bata necnon perturbatiõe pacis ſtudij pa-
riſieñ. Qꝫ dictus rex detineat in ſuis carce
ribus predictos Guillermum de ſãcto amo
re ⁊ Chriſtianũ vſꝗ ad beneplacitum ipſiꝰ
pape et ꝙ alij bãniãt de toto ſuo regno: vt
ceteris trãſeat in exemplũ. Ori. eſt pariſiꝰ.

Lexãder ep̃s ſer-
uus ſeruoꝝ dei Cariſſimo in
xp̃o filio regi francie Illuſtri
Salutẽ ⁊ apł'icã bñdictionem
Uere fidei ⁊ pie deuotiõis ſin
ceritas quã geris erga deũ et romanã ec-
cleſiã euidẽtibus ⁊ credibilibus nimis ſan
ctoꝝ operũ teſtimonijs cõprobata cor nr̃m
mira ꝓfudit ſuauitate leticie ac nobis qꝺ
excellentiã tuã ad omne bonũ prõptã ſem-
ꝑ experiri poſſimus efficaciſſime ꝑſuadet.
Inter alia vero tuã regiã celſitudinẽ com-
mendãt clarius dilectionis ⁊ pietatatis vi
ſcera q̃ in oẽs xp̃i pauperes ⁊ precipue i di
lectos filios predicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinum
fr̃es affectuoſius effundis In quo vtiꝗ ip-
ſius xp̃i te imitatorẽ exhibẽs ipſũ ⁊ eiꝰ ec-
cleſiã cuius illi officioſa ſũt mẽbra ⁊/eo ca
riora quo ſibi firmius coherẽtia letificas ⁊
honoras Sane licet pro dilectiſſimo nobis
pariſieñ ſtudio in vigore debito cõſeruan-
do quedã olim circa ipſũ de fratrũ nr̃oꝝ cõ
ſilio diligenti examinatione premiſſa pro-
uide duxerimus ordinanda ſicut in ſpecia
libus litteris nr̃is inde cõfectis pleniꝰ con
tinetur/certis ſuper hoc executoribꝰ depu
tatis/q̃ꝫ plures tamen magiſtri ⁊ ſcolares
pariſieñ ſue potius q̃ꝫ xp̃i glorie cupidi ꝓ
eo qꝺ ſuper iniurioſa ſeparatione dilecto-
rum filiorum magiſtrorum fratrum predi
catorũ pariſieñ et ſcolariũ eorũdem a ma-
giſtrorũ cõſortio ⁊ vniuerſitatis collegio/
ac quibuſdã eoꝝ ſtatutis iniquis ⁊ nõ ſine
offenſa dei ⁊ alarum periculo artãtibꝰ ſtu
dium ſacre legis apud nos non potuerunt
quia nec debuerunt conſequi votum ſuuꝫ
irrationabili commotione/ac ſuperba in-
dignatione turbati/non ſolum dictos fra-
tres predicatores/quoruꝫ/felicibus profe
ctibus inuidebant crudeliter et nequiter
afflixerunt/ac eorũ ordinẽ fecũdum fructi
bus ſanctitatis ⁊ quaſi quoddã ſydus i de
eccleſia refulgentem apud nos et alios/co
nati ſunt verbis et litteris ſacrilegis diffa
mare/ſicut tua ſerenitas vt credimus non
ignorat/verum etiam qꝺ eſt deteſtabilio-
ris audatie nobis ſe contumaciter oppone-
re preſumentes adinuentionibus fraudu
lentis et friuolis appellationibus prout
nobis ꝑ ſuas lr̃as conſtitit prefate ordina
tionis effectum impedire cõtra intẽtioneꝫ
nr̃am multipliciter attẽptarũt lr̃as nr̃as ⁊
excõicatiõis ac ſuſpẽſiõis ſẽtẽtias i eos cul
pis ſuis exigẽtibꝰ auctoritate ſedis apł'ice
ꝓmulgatas rebelliõe dãpnabili ꝯtẽpnẽdo
Sꝫ qr hmõi ſuperbie filij diu ſub quadam
pia diſſimulatiõe a nobis vt reſipiſcerent
expectati ſue ceruicis obſtinate duriciam
ad obediẽdũ nobis flecterenõ curarũt Nos
ne tante temeritatis vitiuꝫ cõtra Romanã
eccleſiã auſu deteſtabili attẽptatum poſſit

eſſe aliis occaſio ſciſmatis ꝛ ↄtumatie pni-
cioſe fomētū ꝛ ne pariſieñ ſtudiū violato te
nore ordinatiōis nr̄e ꝑ aliquoꝝ libito diſ-
ſolui valeat vl' tanſferri/nos citra culpā
ſuā exigentiā ꝓceſſim⁹ cōtra ipos ꝛ vene
rabili fratri nr̄o pariſieñ. Ep̄o ſcripta nr̄a
direxim⁹ vt proceſſū ipm pariſi⁹ publicare
ſtudeat ac alia quedā circa hoc diligētius
exequat. Ut aūt hmōi proceſſ⁹ nr̄i votiua
executio ꝑueniat ſine mora/Serenitatem
tuā de qua gerim⁹ in dn̄o fiduciā ſpecialeʒ
oī qua poſſum⁹ affectiōe rogam⁹ ac i remiſ
ſionē tibi iniūgim⁹ pctōꝝ quatin⁹ prefato
Ep̄o ad exequēdū ſup hoc ꝓceptū nr̄m pro
diuina ꝛ nr̄a reuerētia tui brachii triūpha
li ꝟtute ſubueniens in auxiliū ſalutaris et
eccleſiaſtice diſcipline diuinitus tibi data
Guillermū de ſctō amore et oddonē de dua
co doctores Theologie ac Nicolaū decanū
de barro ꝛ xp̄ianū canonicū beluaceñ tāq̄
Eccl'ie Romañ rebelles et alioꝝ rebellium
intētores ac turbatores Pariſieñ ſtudii ni-
ſi ad mādatū nr̄ʒ iuxta formā ipſi Ep̄o tra
ditā redeāt reuerēter oī dilatiōe ꝛ occaſio-
ne ſeu appellatiōe ceſſantib⁹ de toto regno
Frācie ꝓpellere nō omittas. Uellemus ad
hec ſi tue celſitudini videret vt dictos Guil
lermū de ſctō amore ꝛ xp̄ianū q̄ ſūt in ꝑuer
ſitate hmōi potiores faceres vſq̄ ad bn̄pla
citū nr̄ʒ in carcere detineri/ ceteros de ma
giſtris ꝛ ſcolarib⁹ ſupradictis ꝓfate ordina
tiōis nr̄e ꝛ eiuſdē ſtudii turbatores ac frm̄
ipoꝝ laxatores iprobos et iniquos/tua ꝑ-
potēti dextera ꝓut tibi videbit cohercēdo
vt ipſoꝝ punita malignitas alios doceat
q̄ete viuere ꝛ eccl'ie Romane hūiliter obe-
dire Preces nr̄as in hac pte ſic efficaciter i
pletur⁹ quo nos q̄ eas tibi ex cordis affectu
dirigim⁹ (voti nr̄i plenitudinē ↄſecuti) tuis
cū oportuniū fuerit libēti⁹ ānuam⁹. Datuʒ
Ananie. v. kal'. Julii Pōtificat⁹ nr̄i. Anno. ii.

¶ Alexāder papa. iiii. cōdēpnat librum
magiſtri guillermi de ſctō amore ↄtra ordi
nes predicatoꝝ ꝛ minoꝝ indecēter et ma-
licioſe ſub colore veri factū Liber ſic inci-
pit Ecce videntes clamabūt. Et ipediebat
cōuerſionē ad deū/religionis ingreſſum/ꝛ
elargitionē elemoſinarū/mēdicātib⁹ dari.
Originale eſt pariſius et brugis.

Alexander epiſco
pus ſeru⁹ ſeruoꝝ dei Ad per
petuā rei memoriā Romanus
pōtifex de ſūmi apl'atus ſpe-
cula vrbi ꝛ orbi debita ſerui-
tute ꝓſpiciēs curis occupat⁹ innueris ꝛ co-
gitationib⁹ rapit infinitis: q2 eminētior ce
teris ſedes eius ſollicitudines ſibi vehemē
tiores accumulat ꝛ ipſi⁹ auctoritas potior
meditationes ei multiplicat āpliores Quo
em̄ altius ꝓſidet eo lōgius latiuſq̄ circūſpi
cit ꝛ q̄nto pl⁹ pōt officio tāto maioris vigi-
lātie ſibi ſarcina incūbēte pl⁹ pēſat q̄m ma
xime dignitati potiſſima ſollicitudo cohe-
ret ꝛ altiorē honorē on⁹ graui⁹ comitatur
curaq̄ ꝓfuſior ardētioribus ſtimulis mētē
vrget. Uñ cū aliis plebiuʒ fideliū paſtorib⁹
q̄bus grex dn̄icus ꝑticulariter eſt cōmiſſus
immineat de ſnarū eccl'iaꝝ eminentia vigi
lanter ad ſuas oues attēdere: incūbit vtiq̄
Romano ꝓſuli cui ē grex ipſe gn̄alit credi-
tus de ſublimi eccl'iarū vertice ſede ſcʒ apo
ſtolica ꝓpēſius ad illū et inſtanter intueri
quia cum hii ſuis limitatis populis preſint
ſinguli quidem ſingulis hic ſine diſtinctiōe
prelatus eſt pontifex vniuerſis dn̄ice qui-
dem vinee cuſtos generalis et cultor ꝛ to-
tius ouilis Catholici Paſtorumq̄ omniuʒ
ſumm⁹ paſtor Incumbente nanq̄ ſibi ge-
nerali ſollicitudine ſuper omnes cū ex hoc
ſue mentis intuitum per cuncta diffundere
teneatur ſtupet nimirium ipſius anim⁹ et
ſub tam grauis ꝛ difficilis cure pōdere cō
tremiſcit q̄d poſſe ſufferre vt conuenit vis
nature occidue vix confidit Ad eum nanq̄
negotia vndiq̄ confluunt perueniunt lites
dubia defruntur ꝛ deſtinantur implicita ꝛ
perplexa nec vnq̄ horam influens torrens
ceſſat nec hui⁹ alti pelagi valide īfeſteq̄ ꝓ-
celle quieſcunt. Sed hiis que nunc immi-
nent expeditis mox alia ſubſecuntur. Nec
tot implexarum queſtionum nodi deciſio-
ne apoſtolica ſolui poſſunt quin et alie ir-
retite et nodoſe ſuperueniant deliberatio-
ne matura et conſulta diffinitione ſoluēde
immo ex quo de inſtantibus difficilibus/ꝛ
obſcuris/dubietatis caligineʒ verbo ſue
declarationis āmouerit/ſtatim noua et re
centia turbulenta ingruunt apoſtolico di-
lucidanda oraculo et ambiguis ac incertis
mentib⁹ clare diſſertionis lumine ſerenā-
da. Propterea ieſt romañ Antiſtiti ſollicitu
do ſine ocio labor ſine q̄ete occupatio ſine
vacatione/exercitiū ſine tranquillo ingēs
ꝛ ſedula meditatio et vigilia ſine ſompno
nec ad modicū etiā ſua q̄tidiana īntermiſſio
nē habet inſtātia q̄ nec omittitur aliquo tē
pore nec aliq̄d ipa tēpus omittit vrget con
tinue q2 cogitādi materia ſēper adeſt nec
ſucceſſu temporis definit ſʒ cum illius diu
turnitate perdurat quia nec dec urſu tem-
poꝝ deficiūt negocia ſʒ aſſidue illis ſucce

dētibus renaſcuntur. Nā̄ ⁊ hoſtis antiqu⁹/
argut⁹ q̄dē inſidiator/calliduſq̄ deceptor
aīarū vehemētis ⁊ ardētis ſollicitudinis
cā̄m/ꝑbet hūane quippe pacis emulus/fra
terne inuidus caritatis: diuiſionū actor/diſ=
ſipator vnionū ⁊ trāquilli ſtat⁹ fideliū an=
xius pſecutor/interſerit odia/rācores inge
rit/liuores accēdit/mouet lites/iurgia ſuſci
tat/cōtētiones irritat/parat ſeditiōes ⁊ diſ=
ſenſiōes ꝓcurat ⁊ illoꝝ etiā̄ qui pfectiores
⁊ firmiores eſſe credūtur interdū corda ſub
uertit: ⁊ vbi magis īpietatis ſue machinas
erigere ac neq̄tie faces accendere nitit̄ vbi
fore plus extimat malignitatis ſue conami
na obfutura. Jacit iniquus laq̄os/pedicas
obicit/ponit tēdiculas/vt prudētiores etiā̄
intercipiat ⁊ captiuet. Hinc turbatiōes ori
unt̄/ſurgūt inmicicie diſſidia prodeunt et
ſcandala gn̄ant̄. Unde ſic iā̄ ſeculū decina
uit ad malū ꝙ excreſcē:tibus et inualeſcen=
tibus in eo noxijs quaſi vix locus i ip̄o ſalu
taris inuenit̄ ⁊ excluſa fere inde concordia
quaſi ſtabilē ibi habeat diſcordia māſionē
Quare opꝫ cura īceſſabili vigilare vt de=
torta ⁊ corrupta p malicā̄ bonitatis ꝟtute
rectificent̄ ⁊ reformētur diuiſa p odiū ca=
ritate ligētur/cōmota ſiſtāt ⁊ pauſēt habe=
ant turbata trāquillū ⁊ ſtat⁹ fideliū ſemper
in meli⁹ roboretur Sane q̄dā̄ ſcripture ſa=
cre intelligētiā̄ ſe habere fatētes ſꝫ diuer=
tētes a tramite recti ſēſus cogitauerūt nu
per maliciā̄ ⁊ cōtra īnocentes ⁊ rectos iniq̄=
tatē maximā̄: ſūt locuti exarſerūt in cordib⁹
ſuis et līgua eorum maliloqua dolū ⁊ ne=
quitiā̄ cōcinnauit ſurgentes aduerſus ff̄es
detraxerūt ⁊ contra dilectos matris eccle=
ſie filios ſcādalū poſuere. Prodiere inquā̄
⁊ in praua cōmenta ex nimio calore animi
ꝓrupērūt libellū quēdam valde ꝑnitioſum
⁊ deteſtabilē temere cōponētes/libellū qui
dē nō rationabilē ſed reprobabilē/ nō veri
tatis ſed mēdacij. nō eruditiōis ſꝫ derogati
onis nō monentē ſed mordentē nō inſtruen
tem veraciter ſed fallentē/quē nos ad ſedē
delatū ap̄licam. Uenerabili fratri Ep̄o Tu
ſculañ ⁊ luciñ. dilectis filijs nr̄is. J. tituli ſā̄
cti laurēcij in. H. tituli ſancte ſabine preſbi
teris ⁊. J. ſancti Nicolai i Carcere Tuliañ.
Diacoñ. Cardinalib⁹ examinādū ꝯmiſim⁹
vt plene ipſū inſpicerēt ⁊ vniuerſa cōtenta
in eo pfecte attenderēt ⁊ diſcuterent diligē
ter/quo ſtudioſe plecto ⁊ mature ac diſtri=
cte examinato nobiſq̄ de hoc plenaria fa=
cta relatione ab eis/qꝛ in ipſo quedam per
uerſa ⁊ reproba cōtra poteſtatē et auctori=
tatem Romaī. pontificis ⁊ coep̄orum ſuoꝝ
et nōnulla contra illos q̄ propter deum ſub
artiſſima pauptate mendicant. mundū cuꝫ
ſuis opibus volūtaria inopia ſuperantes.
alia vero contra eos qui ſalutē aīarum ꝫe=
lantes ardenter ⁊ ſacris ſtudijs ꝓcurātes
multos in Eccleſia dei operantur ſpiritua=
les ꝓfectus ⁊ magnū faciūt ibi fructū. Que
dā̄ autē contra ſalutarem pauperū ſeu mē=
dicantiū religioſoꝝ ſtatuꝫ ſicut ſunt dilecti
filij ff̄es p̄dicatores ⁊ minores q̄ vigore ſpi
ritus ſeculo cū ſuis diuitijs derelicto ad ſo
lam celeſtē patriā̄ tota intenciōe ſuſpirant/
necnon ⁊ alia plura incōueniēcia digna vti
q̄ cōfutatione ac cōfuſione ꝑpetua manife
ſte cōperimus contineri. Quia etiā̄ idem li
bellus magni ſcādali ſeminarium ⁊ multe
turbatiōis materia exiſtebat ⁊ īducebat eti
am diſpendiū animarū cū retraheret a de=
uotione ſolita ⁊ conſueta elemoſinarū lar=
gitione ac a conuerſione ⁊ religiōis ingreſ
ſu fideles Nos libelluꝫ eundem qui ſic inci
pit. Ecce videntes clamabunt foris: quiq̄
ſecundum ipſius titulum Tractatus bre=
uis de periculis nouiſſimorum temporum
nuncupatur tanq̄ꝫ iniquum ſceleſtum ⁊ exe
crabilem et inſtructiones ac documenta in
eo tradita (vt pote praua/falſa /et nepha=
ria) de fratrum noſtrorum conſilio auctori
tate apoſtolica reprobamus in perpetuuꝫ
condempnamus: diſtricte precipientes vt
quicunq̄ libellum ipſum habuerit eum in
infra octo dies ex quo huiuſmodi noſtram
reprobationem et condempnationem ſci=
uerit prorſus in toto et in qualibet ſui par
te comburere et abolere procuret. Jn illos
enim qui huius noſtri precepti fuerit con=
temptores /excommunicationis ſentenciā̄
promulgamus in virtute obedientie pro=
hibendo ne quiſq̄ꝫ predictum libellum ore
apoſtolico iam dampnatum approbare vl̄
quomodolibet defenſare p̄ſumat. Si quis
vero preſumpſerit tanq̄ꝫ contumax inobe=
diens et rebellis romane eccleſie ab omni=
bus habeatur. Et nos nichilominus alias
contra eum totaliter procedemus ꝙ pena
condigna temerarium feriet et alij ea per
territi a ſimilibus frenabūtur. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam
noſtre reprobationis condempnatiōis pre
cepti et prohibitionis infringere vel ei au
ſu temerario contraire. Si quis autē hoc
attemptare preſumpſerit indignationem
omnipotētis dei et beatorum Petri ⁊ Pau
li apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum
Datum Ananie tercio nonas Octobris.
Pontificatus noſtri. Anno ſecūdo

¶ Alexander papa quartꝰ cōmittit iudicibꝰ vt exequant̄ ⁊ publicēt reprobationē libelli magiſtri Gullermi de ſācto amore Originale eſt pariſius.

Alexander epiſcopus ſeruꝰ ſeruoꝝ dei. Venerabilibꝰ ffribus Turoneñ ⁊ Rothomageñ Archiepis ac Epo pariſieñ. Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Quidā ſcripture ſacre intelligentiā ſe habere fatētes ſed diuertētes a tramite recti ſenſus cogitauerūt nuꝑ maliciā et cōtra inocentes et rectos iniqtatē maximā ſūt locuti exarſerūt in cordibus ſuis et lingua eoꝝ maliloqua dolū ⁊ neqtiā cōcinnauit ſurgentes aduerſꝰ ffres detraxerunt et cōtra dilectos nr̄is eccl'ie filios ſcādalū poſuere/ prodiere inquā ⁊ i praua cōmēta ex nimio calore animi prorūperūt libellū quēdā valde ꝑnitioſū ⁊ deteſtabilē temere cōponētes Libellū qdē nō rationabilē ſꝫ reprobabilē/ nō ỽitatis ſꝫ mendacij/ nō eruditionis ſed derogatiōis nō monētē ſꝫ mordentē/ nō inſtruentē veraciter ſꝫ fallentēꝫ. Nos aūt libellū ipm ad ſedē delatū aplicā Venerabili ffi noſtro Tuſculañ Epo ⁊ Dilectis filijs nr̄is. J. tituli ſancti Laurētij in luciñ. H. tituli ſancte ſabine pſ̄biteris et. J. ſcti Nicolai i carcere Tulliañ diacoñ Cardinalibꝰ examinādū cōmiſimꝰ vt plene ipſū inſpicerēt ⁊ vniuerſa cōtēta in eo ꝑfecte attēderēt ⁊ diſcuterēt diligēter/ quo ſtudioſe ꝑlecto ⁊ mature ac diſtricte examinato/ nobiſcꝫ de hoc plenaria facta relatione ab eis/ qr in ipo qdam ꝑuerſa ⁊ reproba contra ptātē ⁊ auctoritatē romani pōtificis et Coepiſcopoꝝ ſuoꝝ/ ⁊ nōnulla cōtra illos q ꝓpter deū ſub artiſſima pauꝑtate mēdicāt mūdū cū ſuis opibꝰ volūtaria inopia ſuperātes: alia vero cōtra eos q ſalutē aiaꝝ zelātes ardenter ⁊ ſacri[illegible] ſtudijs ꝓcurantes multos in eccl'ia dei opant̄ ſpūales ꝓfectꝰ et magnū faciūt ibi fructū: qdā aūt contra ſalutarē pauperū ſeu mendicantiū religioſorū ſtatū ſicut ſūt dilecti filij ffes predicatores ⁊ minores qui vigore ſpūs ſeculo cū ſuis diuitijs derelicto ad ſolā celeſtē patriā tota intētione ſuſpirāt: necnō ⁊ alia plura inconuenientia digna vtiqꝫ cōfutatiōe ac ꝯfuſiōe ꝑpetua manifeſte cōperimꝰ cōtineri. Quia etiā idē libellꝰ magni ſcādali ſeminariū ⁊ mł'te turbatiōis materia exiſtebat ⁊ inducebat etiā diſpēdiū animaꝝ cū retraheret a deuotione ſolita ⁊ a cōſueta elemoſinarū largitione ac a cōuerſione ⁊ religionis ingreſſu fideles. Libellū eūdē q ſic incipit. Ecce videtes clamabūt foris/ quicꝫ ſecūdū ipſiꝰ titulū Tractatus breuis de periculis nouiſſimoꝝ tēpoꝝ nūcupatur/ tāqꝫ iniquū ſceleſtū ⁊ execrabileꝫ ⁊ inſtructiōes ac documēta in eo tradita vtpote ꝓraua/ falſa/ ⁊ nepharia de ffm nr̄oꝝ cōſilio auctoritate apoſtolica p̄nte magna fideliū multitudine duximus reprobanda ⁊ in ꝑpetuū cōdēpnanda diſtricte p̄cipiētes/ vt quicūqꝫ libellū ipꝫ habuerit euꝫ īfra octo dies ex q hmōi nr̄am reprobationē ⁊ cōdēpnationeꝫ ſciuerit/ prorſus deſtruere et abolere ꝓcuret ⁊ in illos q hmōi precepti nr̄i fuerint cōtēptores excōicationis ſentētiā ꝓmulgantes in virtute obediētie ꝓhibēdo ne quiſqꝫ p̄dictū libellū ore apoſtolico iā dāpnatum approbare vel quomodolꝫ defenſare preſumat Et ſi quis preſumpſerit/ tanqꝫ contumax/ inobediens et rebellis romane eccleſie ab omnibus fidelibus habeatur et nos nichilominus alias contra eum taliter procedemus ꝙ pena condigna temerariū feriet/ et alij ea perterriti a ſil'ibus frenabuntur Ideoqꝫ fraternitati vr̄e per apoſtolica ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandamus quatinus huiuſmodi nr̄aꝫ reprobationē cōdēpnationē/ p̄ceptū ⁊ ꝓhibitionē ac p̄miſſa oia pariſiꝰ ſolēpniter publicetis et faciatis per alios ī omnibus locis in quibus expedire videritis publicari. Contradictores per cenſurā eccleſiaſticā appellatione poſtpoſita compeſcendo. Qđ ſi non omnes hijs exequendis potueritis intereſſe duo vr̄m ea nichilominus exequātur. Datum Ananie. xij. kalendas Nouembris Pontificatus noſtri. Anno ſecundo.

¶ Alexander papa quartus Quō regratiatur regi Francie de amore impenſo fratribus minoribus et predicatoribus ⁊ quomodo affectuoſe ipſos eidem regi recommendat. Et quomodo dictus rex miſit et libellum magiſtri Gullermi de ſancto amore quem dictus papa condempnat caſſat ⁊ anullat tanqꝫ iniquū ſceleſtū et excerbabilē Originale eſt pariſius.

feſſionis ſtatu aberrãt ex earuz norma ad
rectũ cõponas atq̃ reducas. Licet vero ex=
timemus hãc rẽ nulli in ꝓuĩcia tibi credita
fore grauẽ neq̃ moleſtã cũ cõſtitutiões ip̃e
ap̃lica noſtraq̃ actocius ordinis prelibati
auc̃te fulcite ſũmã mediocritatẽ contineãt
ꝛ in ſuã itegritatẽ labefactã religionem re=
ſtituãt. quod vti ꝓpriũ nõ ſolũ cõmune bo=
num oẽs fore ꝓbaturos ſperãdũ eſt: nichi=
lomin⁹ ſalutis hũane aduerſario ſuggeren
te ſi qui (quod abſit) hmõi tam ſctõ operi re
formatiõis temere ꝯtrauenerit tibi aut a te
deputatis p̱ſonis vel ꝓuiſionib⁹ factis i to
ta ꝓuĩcia vel p̱te ei⁹ et p̱tib⁹ ſimilit̃ adhi=
bendis et faciendis tu cõtra tales rebelles
officioꝝ que habuerint priuatiõe vel ad il=
la inhabilitatione. ſimiliter camerarũ ꝛ lo=
corum ablatione. carcere. ꝛ cenſuris aliiſq̃
penis libere ꝛ expedite procedas. Jnuoca=
to etiam quociẽs op⁹ fuerit in hiis brachii
ſecularis auxilio. Eos aũt q̃ ſãctis monitis
ꝛ cõſtitutionũ norme paruerint caros ſem=
per habeas. quos pre ceteris cõmendatos
in dño tibi facim⁹. Jn quoꝝ oim ꝛ ſingulo=
rum robur ac teſtimoniũ p̄miſſorum p̄ntes
monitiõis ac mandati litteras fieri ꝛ ſigilli
nr̃i rotũdi appenſiõe cõmuniri. Ac per nr̃m
auditorẽ dicti ordinis ſubſcribi mãdauim⁹
Datũ Rome i edib⁹ nr̃is apud ſãctũ marcũ
Anno dñi milleſimo qnĩgẽteſimo nono. die
vero viceſima mẽſis februarii. Põtificatus
ſãctiſſimi in xp̃o p̄ris ꝛ dñi nr̃i dñi Julii di=
uina ꝓuidẽtia pape ſcdi. Et ꝓtectiõis nr̃e.
Anno ſexto. Sic ſubſcriptum. M. Jo. Ant.
tituli or. Minoꝝ Reuerẽdiſſimi dñi prote=
ctoris mandato.

## ¶ Alie priores littere ge

nerales dicti Reuerẽdiſſimi i xp̃o p̄ris ꝛ dñi
dñi Dñici grimani ep̃i albanen̄. Sacroſctẽ
Romane eccl̃ie Cardialis Scti Marci Pa=
triarche aquileien̄. ac triũ ordinũ beati frã
ciſci ꝓtectoris digniſſimi ſup̱ examinatiõe
atq̃ ꝯfirmatiõe ꝛ approbatione ſtatutoꝝ
ſubſequẽtiũ (ꝓ reformatiõe ꝛ reformatiõis
manutẽtiõe ordinũ eorũdẽ / cõmiſſiõe ꝛ au=
ctoritate ap̃lica ꝛ officii ſui deſup̱ ſibi a Sã
ctiſſimo dño nr̃o Julio ſcdo cõceſſa examia
toꝝ ꝛ approbatoꝝ ꝛ ſup̱ exhibitiõe ꝛ publi
catiõe eorũdẽ certis miniſtris ĩfraſcriptis

et fr̃ibus alijs vbicūq; atq; ſororib⁹ trium
ordinū predictorū eiſdē ſubditis vel adhe
rentibus ſub ſigillo ſuo maiori ſpecialem
facta.

Dominicus
Grimanus
miſeratiōe
diuina Ep̃s
Albaneñ car
dia
lis ſancti Marci patriarcha eccleſie aqui=
leieñ ꝛ triū ordinum bti Franciſci genera=
lis ꝓtector gubernator et corrector ac per
ſanctiſſimum in chriſto patrem ꝛ dominuꝫ
noſtrum dominum Julium diuina proui=
dentia papam .ij. modernum pontificem
ad infra ſcripta cōmiſſarius ſpecialiter de
putat⁹. Dilectis in xp̃o ordinis minoꝝ pro
uinciarū Frācie ſancti Bonauēture Turo
nie Colonie. Aquitanie. Sācti Ludouici.
Saxonie ꝛ hiſpaniarū ac regularis obediē
tie de Amadeis ꝛ clarinis miniſtris ꝛ coꝝ
dē ordinū bti Frāciſci fr̃ibus ꝛ monialib⁹
in eiſdē ꝓuincijs nūc et ꝑ tēpore exiſtētib⁹
et aliјs orbꝫ ꝓuicijs fr̃ib⁹ ꝛ ſctimōialib⁹ nūc
et in poſterū eiſdē adherere vel conforma
ri cupiētibus vel regulā ſuā ſine diſpenſa
tiōibus ſeruare volentibus. Salutē ac pa=
terne dilectionis affectum. ¶ Dudū ac ſe=
pius de veſtre ſeraphice religionis multi=
pharia collabētis reparatiōe ac in p̄ſtinuꝫ
decus reſtitutiōe ꝓut deuotionis noſtre in
tima nos affectio cōmonebat ac officij de=
bitum qđ ad eā gerim⁹ excitabat. Cogitā
tib⁹ nobis imprimus perſcrutanduꝫ occur
rebat ipſius ordinis ſtatus qualis a prin
cipio fuerit et hoc tempore exiſtat

¶ Que deinde eſſet eius a primeua inſti=
tutione tāte deuiationis cauſa an ne ſcꝫ le
gū et cōſtitutionū inobſeruatio ac defect⁹.

¶ Demum ei reparande quod oportunuꝫ
preſidium potiſſimum adhiberi poſſet.

¶ Legimus enim veſtre fraternitatis ce=
tum tripartita ſub beati Franciſci regula
per multorum annoꝝ curricula ad nos vſ=
q; defluxū magna ab eius initio ortu mo=
rū preſtātia extitiſſe tū moꝝ elegātia regu
lari ſeueritate ꝛ obſeruantia dei ꝛ ꝓximo=
rū caritate animarū zelo: tū etiā martirij
feruore magnanimuꝫ atq; aduerſitatum
tollerantia ꝛ experiētia eximiū fuiſſe et ab
omnibus laude merito celebratū. Hij enim
ꝟi pr̃es ꝟbo ꝛ facto btām vitā ſeminātes
mūdanaq; tēptamēta ſuperātes inſtar an=
tiquoꝝ ꝓphetarū ac monachoꝝ mūdi va=
nitatū turbas fugiētes edificabāt ſibi ca=
ſas ꝑ deſerta vrbibus derelictis polenta ꝛ
vili paſtu rudiq; tegmēto cōtenti: nō q̄ ſua
ſed q̄ ſ dei ꝛ xp̃i erāt cōtinuo ꝛ vigili ſtudio
ꝓcurabāt. Cū deo familiariter ſepe cū an=
gelis frequētius locutiōe et cōuerſatiōe iū
ctos fuiſſe ꝓditū eſt. Quoꝝ vcꝫ lumē mun
do eā claritatē attulit: q̄ breui tēpore ex to=
to orbe hoies hūili pariter ꝛ nobili ortos ꝓ
ſapia ꝟtute claros effecit: ꝛ facile ad Frā=
ciſci paruuli ſeq̄nda veſtigia ꝓtraxit. Un=
de plurim vite ſāctitate ac martirio eximij
doctrinaq; ſingulari: gl'ioſi in terris hn̄tur
Contra q; mūdi nequicias et hereſum tur
mas velut ſolidiſſimuꝫ murum et ante mu
rale ac torrētē rapidiſſimuꝫ pro domo iſra
el ꝛ ſāctiſſima xp̃i ſpōſa eccleſia deo ſe dedi
carūt. Quorum in eterna benedictione me
moria permanet Sed que moderno tempo
re tot preconijs et laudib⁹ iā ſuccedāt ipſi⁹
religionis ſerenitatem nubilantia: trāſire
iuuat magis q̄ referre. Tantā em̄ primeue
inſtitutionis illi⁹ varietatem contraxit ma
lorum ſatore agente: vt vir prime faciei ya
mago remanſerit. Non modo namq; in fa
milias innumeroſas tanti parentis propa
ginē diffuſā fuiſſe cōſtat: vt eas per ſāctiſſi
mū dn̄m noſtrū Juliū modernū pontificem
ad bipertitam vite formā ſtrictiſſimo decre
to reduci expedierit: verū etiā ille eedē in=
terſeſe adeo diuiſe conſpiciuntur vt plerū=
q; inclementi quadam hoſtilitate pugnare
videātur. Siquidem exiſtimandum nō eſt
priſcos illos in numeroſitate familiarum
ac diſſentionibus religionem magnam ex
tam parua feciſſe: glorioſāq; ex infima red
didiſſe. Quippe longe plures eius profeſſo
res hoc tempore exiſtunt: q̄ illo euo extite
runt. Sed alia ſunt que illos claros fecerūt
que nunc nulla vel pauca cernuntur. Do=
mi deuotio: foris ſāctuꝫ exemplum: anim⁹
in conuerſando liber: non delicto neq; libi
dini obnoxius. frugalis communiſq; vſus
omnibus aderat Nichil preter merita per
quirebant. Pro his ſuccedunt publica taꝫ
morum q̄ ſanctitatis egeſtas. ꝛ priuata ve
ſtitorum opulentia paſſim maiorum doctri

# Lr̄e dñi ꝓtectoris ord. ī approbationē Statutoꝝ.

nam commendant: ſequuntur propriam
in ertiam: inter bonos et malos vix vllum
diſcrimen omnia virtutum premia ambi=
tio poſſidet. Sal namq̄ quod ſapientie cō=
dimentum eſt hijs abuſibus omnino inſul
ſum redditur: niſi debita prouidencia oc=
curratur. Religioſi enim viri officium eſſe
deberet non modo in ſemetipſis integri=
tatem modeſtiam pietatemq̄ in deum at=
q̄ maiores continuo ſeruare: ſed innocen=
tiam manſuetudinem pacemq̄ bonā ī cete
ros exhibere: illud q̄ frequenter cordis au
ribus exhaurire. Erit opus iuſticie pax: et
cultus iuſticie ſilenciū. Et illud. Prouidete
bona non ſolū coram deo: ſed etiam coram
omnibus hominibus: ⁊ cū olb⁹ quo ad fie=
ri pōt pacem habete. ¶ Tante vero decli=
nationis ac deformitatis religionis veſtre
originē: nō eſt difficile ſic percipi poſſe. Nā
cū due ſint iuſticie partes bonum agere et
malum precauere ad quorum ꝑmū arbitrū
libertas diuina coaſſiſtente gr̄a ſufficiat: ad
alterū quod penale eſt adhiberi legem ex=
pediet. Unde dicit beat⁹ auguſtinus. Opti
mi mores volūtatis libertate eligūtur: peſ=
ſimi legis integritate puniuntur: que facta
eſt (vt inquit yſidorus) vt humana coherce
atur audatia: tutaq̄ ſit inter improbos in=
nocentia. Q̄ igitur a ſua rectitudine religi
onem profeſſi tā multimode deuiant: conti
gere exiſtimandū eſt: Aut ex prelatorū ad
bn̄ hortandū incuria et neglectu quibus li=
beri hoīes ad ꝟtutis actiōes ſolent incita=
ri: Aut quia conſtitutis legibus per tranſ=
greſſionem nō parent. Que plerūq̄ contem
ptibiles habentur cū obſcure diminute ꝓli
xe perplexe deprehenduntur: ymo etiā ru
de aliquod vel irrationabile continere. non
modo retro ſe ſed etiam periculoſe illis tan
tam fratrum numeroſitatem poſſe parere
conſpicim⁹. Hinc eñ leges firmate dicūtur:
cū morib⁹ vtentium approbantur. Et dum
ſic non approbantur: aliter facientes tranſ
greſſionis non arguunt. Idcirco legū vel
conſtitutionum antiquarū correctione vl'
potius aptatione ad regulam vite adhibē
dam: fore op⁹ nobis rationabile apparet.
Unde ⁊ ariſtoteles antiquas leges nimiū
rudes et barbaras dixit. Putandū inquit
illos priſcos fuiſſe ignaros ⁊ īprudētes: vt
abſurdum ſit in eorū opinionib⁹ velle ꝑſi
ſtere. Ulteri⁹ addit. Neq̄ leges ſcripte me=
liores ſunt: ſi ſint immutabiles. Et rationē
aſſignās Impoſſibile inquit eſt ſingula ad
minimum vſq̄ cōprehēdere: neceſſe eſt eñ

vt generaliter ſcribantur. Illa vero q̄ agū
tur: ſingularia ſunt. Concludit deinde. Ex
hijs ergo videtur quaſdam leges quādoq̄ mu
tabiles eſſe. Cōſtat ergo vt videtur. Q̄ ex
eo q̄ inſtitute leges que ſtatuta nominant
ambigua ꝯplura ac minus dilucida et ſu=
perflua continere noſcuntur: rectoribus ad
cohortandum minus ſuffragari poſſe.
Atq̄ ſubiectis earundem prolixitate et
obſcuritate ad parendum complures diffi=
cultates parere conſueuiſſe. Quapropter
conſtitutionum priſcarum reformatio et
coaptatio non quibuſlibet leuib⁹ cauſis ne
conſuetudo maioribus non parendi indu=
catur ad regulariter et reformate viuen=
dum plurimo adiumento eſſe poteſt. Unde
ſalomon cui ſapiencie donum deus infudit
Da inquit occaſionem ſapienti: et addetur
ei ſapiencia. Quod non tantum de ſapien=
cie gradu deberet intelligi qui ſacre ſcrip=
ture attribuitur in qua omēs ſapientie ꝑ=
tes complicantur: Sed de perfecta diuino=
rum mandatoꝝ que ducūt ad vitā ſua ob
ſeruatione. De qua in deutronomio moy=
ſes gloriatur. Hec eſt inquit veſtra ſapien=
cia et intellectus coram populis: vt audien
tes vniuerſa precepta hec dicant. En popu
lus ſapiens et intelligens: gens magna.
Quam etiam beatus auguſtinus ſapienci
am conſiderans: dixit eſſe modum animi ⁊
vite humane requiem. In cuius circunferē
cijs per decētium preceptionum additamē
ta et inutilium abrogationem: viri perfecti
nouas occaſiones proficiendi adoriuntur.
Cum namq̄ humanus animus corporea
mole grauatus plurima particularia ra=
tioni conſona circa agendorum ac fugien=
dorum verſationem non niſi multo ſucce=
dente tempore proſpicere queat: nec huma
num experimentum vera coniectura virtu
tis medium perpendere valeat. Difficili=
mum eſt vnam quandam impermutabilē
recte viuendi methodum diffinire: ſed iux=
ta exhibitas temporum locorum et conſue
tudinum oportunitates. Alia atq̄ alia vi=
te monita. prout ſapiens iudicabit conſti=
tuenda ſunt. Unde idem ariſtoteles contra
rempublicam Socratis loquens. Neq̄ in=
quit illud ignorandum eſt: quia oportet ad
longum tempus ac diuturnas conſuetudi=
nes inſpicere an recte ſe habeant. Ferme
eñ oīa inuenta ſunt quidē ſed alia nō idu=
cta alia ab expertis repudiata ſūt. Simile
ſaluator nr̄ diſcipl[…] ſuggerebat. Multa ha
beo vobis dicere: que non poteſtis portare

modo. Cum venerit ille ſpiritus veritatis
docebit vos omnē veritatem: quēadmodū
Johānes ſubtilis doctor ad noua ecclīe cō
cilia contra hereſes indies pullulātes indu
cit. Uerum variationem hanc circa moruʒ
inſtituta non in ipſo naturali aut diuino ⁊
eccleſie iure qualia plurima veſtris in re-
gulis ſunt cōtēta cenſendū eſt fieri debere.
Que imutabilia ſancti ⁊ legū latores ac iu
ris interpretes aſſeuerāt. Sed magis de cir
cūſtāciarū iuribus que verius cōſtitutiōes
⁊ ſtatuta ꝙ leges dicende ſunt. Cōſtitutio
erit ſm̄ conſuetudinē patrie: loco tēporiqꝫ
conueniēs: neceſſaria vtilis manifeſta quo
qꝫ: ne aliquid ꝑ obſcuritatē incautū captio
nū contineat: nullo priuato cōmodo. ſed ꝓ
cōmuni ciuiū vtilitate cōſcripta: inquit yſi
dorus. Dictarū ergo veſtrarū cōſtitutio-
nū ſeu ordinationū non vſqꝫquaqꝫ in tanta
locoꝝ temporū et conſuetudinū varietate
cōſtātium diſſenſio ſupernouaqꝫ cōgeries
dictas cauſas inter ceteras preſtare potue
rūt: vt minus regule ipſe a profeſſoribus
ſeruarentur: ſed potius impedimētū affer-
rent bonis moribus: ad quoꝝ obſeruatio-
nē ſuperaddite fuiſſent. ¶ Idcirco capitu-
lū generaliſſimū veſtri ordinis in alma vr
be mādato Sāctiſſimi dn̄i noſtri dn̄i Julij
ſecundi prelibatis abuſibus ac ꝯtrouerſiis
finē imponere intendentes. Anno vcʒ mil-
leſimo quingenteſimo ſexto in pentheco-
ſte celebratū: cui apoſtolica auctoritate p̄-
fuimus de noſtra ſcientia ſtudio ⁊ cōſenſu
prout idē ſanctiſſimus papa mandauerat
certā vite moderationē et conſtitutionum
formā pro predictoꝝ triū ordinū conſcien
tiarū ſerenitate ac fideliori regularū obſer
uatione necnon reformationū eorundeʒ ⁊
regulari obſeruātia compilari diſponens
decreuit per gn̄alem miniſtrū veſtrū in eo
electum adhibitis veſtra ex religione pre-
fata peritioribus et expertis ex antiquis ſta
tutis et conſtitutionibus ſub varijs tempo
ribus editis et promulgatis conſideratis
omnibus conſiderādis ipſum opus ꝑ oīa
aptū clarum ſufficiēs non ſuperfluum ad
vniuerſorum trium religionū et ordinum
vſum perſtringeretur. Uerum negotio ad
hec vſqꝫ tempora vel eius difficultate vel
miniſtri generalis prepeditione infecto et
dilato quibuſdā ex veſtris ꝓcuratoribus
(quoꝝ prouincias ad dei laudē et religio
nis decus in totum vel in partē regulariter
formatas audiuimus et per veſtrā diligē
tiam amplius cōfidimus reformandas) ſol
licite inſtantibus apud ipſum gn̄alem mi-
niſtrū vt certa forma cōſtitutionū circa re-
gule declarationum ac obſeruantiaʒ ſaltē
pro vobis et hijs qui vobis adherere vel
regulariter et abſqꝫ diſpenſatione viuere
volūt cōpilaretur. Que poſtmodū per nos
auctoritate apoſtolica confirmaretur ⁊ cū
dei adiutorio ab omnibus obſeruandum
promulgaretur. Dictum opus ſeu volumē
prius per prefatum generalem miniſtrum
et iuxta commiſſionis apoſtolice ſeriem a
ſe approbatum cum nobis preſentatū fuiſ
ſet paterne recepimus: et circa ipſuʒ vt pa
riter ad profectum veſtrum ac tante mul-
titudinis etiam noſtre gubernationi pro-
tectioni et correctioni commiſſe et verā re
gule preceptorum obſeruationem augēdā
cooperarentur: licet publicis curis ⁊ priua
tis quibus vix ſufficere poſſumus longeqꝫ
magis ꝙ noſtra facultas ſufferat prepedi
ti ſimus. Tamen per plurimos dies ope-
ram cum diligentia ſuſcipientes et ſerioſe
cuncta librantes ſuperuacanea ſecuimus
commodiora quoqꝫ locis diſpoſitis lucidio
ra clarioraqꝫ fecimus. Quod opuſculum a
nobis ita recognitum vobis prenominatis
miniſtris ⁊ ſubditis in chriſto filijs ac alijs
reformatis et adherere vobis vel regulaʒ
ſine diſpenſatione ſeruare ſalubriter cupiē
tibus vbilibet conſtitutis nunc prius ſub-
ſequentium tenore verboꝝ ꝓhibemꝰ vcʒ.

## ¶ In noīe dn̄i dei et ſal-

uatoris nr̄i Jeſu chriſti totiuſqꝫ celeſtis cu
rie triūphātis Amen. ¶ Incipit ꝓlogus in
nouā recollectiōeʒ modificatiōeʒ ⁊ cōpila-
tionē cōſtitutionū ſtatutoꝝ ⁊ declarationū
tam papalium ꝙ generalium triū ordinuʒ
beatiſſimi patris noſtri Franciſci precipue
ordinis minorum.

Erat rap
naldꝰ gratianꝰ
de cotignola ar
tium et ſacre
theologie ꝓfeſ
ſor ac triū ordi
nū btiſſimi pa
tris nr̄i Frāci-
ſci gn̄alis mini
ſter et ſeruus
Necnō Sctiſſi
mi dn̄i nr̄i Julij diuina ꝓuidētia pape ſcd̄i
moderni in ſubſequētibꝰ negocijs cōmiſſa-
riꝰ ſpecialiter deputatꝰ. Dilectis in xp̄o
filiis ⁊ filiabꝰ fr̄ibꝰ vniūſis ⁊ ſingulis atqꝫ ſo
roribꝰ triū ordinū dicti p̄ris nr̄i Frāciſci

# Prologus Statutoꝝ.

vbicūqꝫ ꝑ orbē terrarū ꝯſtitutꝫ cuiuſcūqꝫ cō
ditiōis: gradꝰ: cōgregatiōis: ritꝰ: obſeruā=
tie: familie: ſubiectiōis: vel obediētie exiſtē
tibꝰ Salutē ⁊ pacē in dn̄o ſēpiternā Noue
ritis nos cū ea qua decuit reuerētia rece=
piſſe quādā cōmiſſionē ſiue ſupplicationē
mādata ſpecialia dicti Sctiſſimi dn̄i nr̄i Iu
lij diuina ꝓuidentia pape ſcḋi cōtinētē te=
noris ⁊ cōtinētie ſubſeqn̄tis. ¶ Beatiſſime
pr̄ exponit̄. S. v. ꝓ parte deuotoꝝ oratoꝝ
Raynaldi gratiani decotignola ſacre theo
logie ꝓfeſſoris totiuſqꝫ ordīs minoꝝ gn̄a=
lis miſtri ⁊ Bonifacij de ceua eiuſdē ordis
ꝓuīcie Frācie miſtri necnō ēt miſtri ꝓuīci
alis Colonie Turonie burgōdie alioꝝūqꝫ re
formatoꝝ ⁊ eiſdē adherētiū ſeu aherē volē
tiū pn̄tiū ⁊ futuroꝝ pſerti obſuātie vl̄ r̄l̄arꝫ
obediētie ipiꝰ ordis Qꝫ cū in caplo gn̄ali ſſio
Rome vltime celebrato volēte atqꝫ mādāte
reuerēdiſſimo i xp̄o pr̄e et dn̄o dn̄o Dn̄ico
Grimano tituli ſcti Marci ſacroſancte Ro=
mane eccl̄ie pbr̄o Cardinali patriarcha ec=
cleſie Aquileien̄. Ac dicti ordis ⁊ ordis ſctē
Clare ꝓtectore etiā. S. v. cōmiſſario ſuper
agēdis ⁊ diſponēdis i dicto caplo eidē gn̄a
li cōmiſſū fuerit vt cū aliquibꝰ miſtris vel
alijs probis viris et pr̄ibus eiuſdem ordi=
nis conſtitutionibus ſtatutis ⁊ declaratio
nibus ordinationibus varijs dicti ordinis
tam ſummorū pontificū qꝫ capituloꝝ gn̄a=
liū hmōi ordinis diligēter perſcrutatis ea
ex hijs eligerent et elicerent ac in vnū redi
gerent addendo reuocando vel mutando
et ad certam formam redigendo que ſta=
tui moderno ipſius ordinis congruere ⁊ ꝓ
congruētiori regule obſeruātia et ordinis
regimine atqꝫ reformatione deſeruire ⁊ ne
ceſſaria vel oportuna fore viderentur. Cu
piantqꝫ dicti Oratores per eundem gene=
ralē predicta ſibi ⁊ ſubditꝫ eoꝝ pro tempe
fieri ⁊ etiā nōnulla dubia ſuꝑ regulā ⁊ ipiꝰ
r̄l̄e declaratiōes a pdeceſſoribus. S. v. edi
tas ⁊ ſuꝑ rubricas ⁊ ordinatiōes diuini of
ficij kalendarij alioꝝūqꝫ emergētiū ꝓ qete
pace vnione atqꝫ reformatione ipius ordi
nis ⁊ ſctē Clare et Tertij ordinis ordina=
ri ⁊ ordīata declarari: interp̄tari: cōmutari
diſpenſari: vel illis nonnulla addi ſeruata
ſemꝑ ipiꝰ r̄l̄e puritate iuxta hmōi appro=
batas a ſede apl̄ica declarationes ordina=
tiones atqꝫ cōceſſiones eoꝝ/⁊ ad p̄dicta et
alia circa hec oportuna etiā ſpeciali aucto
ritate ⁊ cōmiſſione. S. v. pro maiori cōmo=
ditate ⁊ ſecuritate conſcientiarum fulciri.
Supplicant hūiliter eidē. S. v. prefati ora
tores quatinus eos ſpecialibus fauoribus

et gracijs proſequen̄ et abſolutos ab omi
excōmunicatione ad cautelaꝫ ad effectum
preſentium dūtaxat eſſe cenſentes/vt etiā
ſpeciali auctoritate. S. v. p̄dicta omnia et
ſingula et alia circa predicta atqꝫ ex hijs
emergentia et preſertim que circa bonū re
gimen viuendi et reformationem ac vnio=
nem predictorum ac eiſdem ſubditorum ⁊
aliorum regulam ſiue diſpēſationibus ſer=
uare volētiū pn̄tiū futurorum: et ad quorū
cunqꝫ fratrum ipſius ordinis regimen ⁊ re
ductionem ad regularem miniſtrorum et
cuſtodum ſubiectionez quam promiſerunt
atqꝫ vnionenm et pacem ordinis et ad me=
lius quecunqꝫ dn̄o famulandū et remorſus
vel dubia conſcientiarum atqꝫ onera ſup=
flua in eccleſia et alibi atqꝫ in predictis re=
gule huiuſmodi puritatem non tangenti=
bus vel minuentibus deuitandum et ma=
xime que ad diuinum officium et ipſius or
dinationes et que ad diuini cultus amplia
tionem neceſſaria ⁊ vtilia videbuntur quo
modolibet et oportuna facere: diſponere:
declarare: cōmutare: diſpenſare: et reuoca
re: atqꝫ in hijs precipere: ligare: ſoluere: cō
dere: et ſtatuere atqꝫ determinare poſſit ei
dē gn̄ali miniſtro committere: cōcedere et
mādare. Nōqꝫ reuerendiſſimꝰ dn̄s Cardi=
nalis protector p̄fatus talia ꝑ ipm̄ gn̄alem
ordinis ordinata declarata: reuocata: am=
pliata vl̄ addita examīare: corrigere ⁊ hijs
addere vel minuere ꝓut oportuniū videbi
tur atqꝫ auctoritate apl̄ica ⁊ ſui officij ap=
probare ⁊ cōfirmare poſſit etiā cōmittere ⁊
cōcedere dignemini de gr̄a ſpāli. Nō obſtā
tibꝰ p̄miſſis ⁊ quibuſcūqꝫ lr̄is ⁊ cōſtitutioni
bus apl̄icis etiam a. S. v. ſub forma breuis
vl̄ alias quōcūqꝫ cōceſſis Priuilegijs quoqꝫ
indultis ſiue declaratiōibus vel ordinatio
nibus apl̄icis tā in cōſilijs gn̄alibꝰ vltimo
celebratis alias in Romana curia vel alibi
vbicūqꝫ a p̄deceſſoribꝰ. S. v. romanis pōti=
ficibꝰ p̄ſertim ab Eugenio. iiij. Pio ij. Pau
lo. ij. Sixto. iiij. ⁊ alijs etiā quocūqꝫ mō ema
natis vel cōceſſis Necnō q̄buſcūqꝫ ſtatutis
cōſuetudinibꝰ cōuētionibꝰ cōcordijs vel pa
ctis dicti ordinis vel aliquorū ipiꝰ etiā iu=
ramēto cōfirmatiōe apl̄ica vel quauis alia
firmitate roboratis. Inhibitiōibꝰ quoqꝫ de
cretis exēptiōibꝰ ꝓuiſionibus cōceſſionibꝰ
⁊ alijs lr̄is apl̄icis etiam ꝑ modū ſtatuti de
clarationis aut mādati vl̄ ſub quacūqꝫ for=
ma vl̄ expreſſiōe ꝟboꝝ ⁊ cū clauſulis dero
gatoriarum derogatorijs alijſqꝫ fortioribꝰ
et efficatioribꝰ et inſolitis clauſulis cōceſſis
et in poſterū forſan cōcedēdis. Quibꝰ oibꝰ

ꝛ alijs quatin⁹ op⁹ ſit latiſſime placeat hac
vice derogare. Ceteriſqꝫ ꝯtrarijs quibuſcūqꝫ.
Sic ſignatū Fiat vt petitur. J. Et per ſolā
ſignaturā attento ꝙ negotiū cōmittitur mi
niſtro gnāli in curia exiſtēti. Ac etiā reuerē
diſſimo dn̄o/ipi⁹ ordinis ꝓtectori etiam in
curia exiſtēti. Sic iterū ſignatū Fiat. J. Et
manu datarij ſic ſubſcriptū. Datum Rome
apud ſctm̄ petrum. Quarto Jd⁹ maij. An=
no quito. Et a tergo reperitur. Regiſtrata
folio. lxj. ꝛ libro. xix. de ruſellis. Quibus q̄=
dē mādatis ꝛ cōmiſſiōe ſuſceptis diligēti⁹
attēdentes ꝙ cū in ſacro euangelio arguat
dn̄s ſcribas ꝛ phariſeos onera nimis gra=
uia ꝛ importabilia populo imponētes mat.
xiij ꝛ. xxvi. q. vij. ca. Alligāt ꝑ verba Johā
nis criſoſtomi. qui typū gerebāt multorꝫ
eccleſie ac religionis p̄latorum legibus ſta
tutis cēſuris ꝛ penis vltra vota regularia
ꝛ neceſſario cōſequentia ad illa vel ad eoꝝ
obſeruantiam neceſſaria vel oportuna ni=
mis leuiter et ſine vrgente cauſa etiam ſub
peccati mortalis vinculo ꝛ grauibus cenſu
ris cum ꝑiculo trangreſſionis ꝛ cōtemptus
onerātiū ꝛ ſic quaſi retibus ꝛ laqueis aīas
puſilloꝝ ꝛ ſimplicium illaqueantiū/cum ta
men celſiora pocius ſuadenda ſint q̄ꝫ cogē=
da attendentes etiā ꝙ iuxta dictum cuiuſ=
dam ſapientis non eſt putandum ꝙ veniat
ex animi leuitate ſi pro diuerſitate tempo=
rum et occaſionum varietate diuerſa iube
ant hij qui preſunt ad regimē ſubditorum
cuꝫ ſepe cōmunis vtilitas hoc requirat nec
eſt nouū ſi ſic pro rerū exigencia ac tempo=
rum varietate leges inouenł humane. vt
etiam que vſu vileſcūt antiquo/ pariter re
nouata delectent/ꝛ diuerſa in vnū collecta
et melius ordinata facilius capianł. Et in
ſuper qm̄ dicit dominus ꝑ ꝓphetā eſſe bo=
nū et iocūdū habitare fratres in vnuꝫ di=
uerſitatib⁹ obſeruātiarū cerimoniarū ſub=
iectionū ſtatuto ꝑ ꝛ ſimiliū que animoꝝ di
uerſitatē ꝛ ſtatus varietatē ac tunice incō=
ſutilis xp̄i ſciſſionē ꝑtendūt ꝛ ſepi⁹ cauſari
videntur:ꝗꝫtū bono modo poſſibile eſt remo
tis et abiectis: idcirco a reuerendiſſimo in
xp̄o p̄re et dn̄o domino Dominico grima=
no tituli ſācti Marci ſacroſācte Romane
eccl'ie p̄ſbitero Cardinali ac dicti ordinis
nr̄i ꝛ ordis ſācte Clare protectore ſepi⁹ pul
ſati et a multis probis patribus ꝛ fratrib⁹
miniſtris/cuſtodibus gardianis/ꝛ alijs in
ſtantius rogati: onerique nobis ex officio et
dicti capituli generaliſſimi voluntate atqꝫ
prefatis mandatis ap[o]ſtolicis impoſito ſa
tiſfacere et debite parere cupiētes placuit

nobis vt auctoritate officij noſtri ꝛ dicti ca
pituli generaliſſimi Rome vltimo celebra=
ti ymo verius auctoritate apoſtolica talit
nobis nūc deſuꝑ cōmiſſa ꝛ cōceſſa varia et
nimis tūc multiplicata i ordie ſtatuta gn̄a
lia ꝛ papalia eorūqꝫ nōnullas declaratiōes
obſcuras fuerūt hactenus diuerſis tp̄ibus
in ordine edita ꝛ maxime tp̄e Dn̄i Nicolai
pape tercij Clemētis q̄nti Johānis viceſi=
mi ſcdi Bn̄dicti duodecimi. Martini quar
ti et quinti. Eugenij quarti. Ni olai quinti
et Sixti quarti. Ac etiā tēpore gn̄aliū mi=
niſtroꝝ preſertim. Sācti bonauēture Fra
tris bonagr̄e. Johānis de murro. Gundiſ=
ſalui hiſpani. Michaelis de ceſena Guiller
mi farinerij ꝛ alioꝝ gn̄aliū ordinis miſtro
rū nūc ꝑ nos et per nōnullos alios reueren
dos patres miniſtros alioſqꝫ cōmiſſarios
ſiue nūcios aut ꝓcuratores diuerſarū pro
uinciarū et alios ꝓbos p̄res nobis i hijs
aſſiſtentes et hec ꝓ ordinis regimie et re=
formatione ac gubernatione ipſiuſqꝫ vnio
ne et pace et maxime pro neceſſaria ꝛ con=
grua regule obſeruantia neceſſaria ꝛ opor
tuna fore aſſerentes ipſorumqꝫ ꝛ alioꝝ ma
turiori et ſaniori[ſ] conſilio mature diſcuſſa
in vnum colligerentur et ordinarentur ſub
trahendo ꝛ obmittendo nōnulla que cōſide
rato moderni tempis ſtatu pro parte min⁹
arta et alia pro parte relaxatoria vel min⁹
neceſſaria videbantur. Et adijciendo atqꝫ
ordinando pauca que pro puritate regule
congruentius obſeruanda: et vnione ac re
formatione totius ordinis nr̄i ymo ꝛ ordis
ſctē clare ꝛ de penitentia efficati⁹ vbiqꝫ in
troducēda ꝑficienda et manutenenda no=
bis accommoda videbantur: prout p̄ntiuꝫ
tenor elucidat. Quē preciſe reuocatis alijs
omnibus p̄teritis ſtatutis tā generalibus
q̄ꝫ prouincialibus cuſtodialibus ꝛ localib⁹
ſiue cōuētualibus ordinis noſtri preſenti=
bus non inſertis volum⁹ et ſtatuim⁹ a fra
tribus oībus toti⁹ ordinis nr̄i p̄ntibus ꝛ fu
turis ꝛ alijs frīb⁹ ꝛ ſororib⁹ ordinū p̄dicto
rū i hijs q̄ ſpectāt ad eos ꝛ vbi ſpālit expri
mūtur reſpectiue firmiter obſeruari. Nolu
mus tn̄ ꝑ hec ſtatuta ip̄os ad mortalis pcti
vinculū aſtringi niſi ad ip̄a alias ꝑ regulā
aut rl'e ꝯſequētiā ꝛ ipi⁹ approbatas decla=
ratiōes aut aliud ius diuinū vel hūanum
fuerint quo ad aliqua in ipſis ſtatutis con
tenta alias obligati: vł niſi vbi contrariuꝫ
fieret ex notabili cōtemptu: ſꝫ ſolūmō ad pe
penas ibidem poſitas eiſdem modis q̄bus
ibidē deſcribuntur Jn quorum etiā dubijs
rl'e puritatē non tangentibus poſſint etiā

# Prologus Statutoꝝ.

quicūq ordis ꝓlati declarare iterꝓtari atq determinare. ¶ Intentū igit̄ ꝑncipale nr̄z in hijs ſtatutis nō eſt onera grauia q̄cunq de nouo iponere: ſz potiꝰ iā in ordine ꝑ alia ſtatuta impoſita modificare declarare ⁊ de nouo aliqua ordinare: ac modos faciles vtiles apertos congruos ⁊ neceſſarios ad puram tutā ⁊ perfectā regule obſeruātiā ⁊ ſine q̄bus nō pōt rl'e puritas in ordie tanto cō= mode obſeruari dare et ſtatuere: et etiam remouere multa onera et laq̄os diuerſarū excōicationū cēſuraꝝ ⁊ obligationū ꝑcedētiū ſtatutorū papaliū et gn̄aliū ordis ⁊ nimiā diuerſitatē ⁊ multiplicationē ſiue cōfuſionē ipoꝝ ꝓpter ꝑiculū trāſgreſſiōis euitādū et q̄ctē ꝯſciētiarū puſilloꝝ inducēdaz Necnō etiā diuiſiōes ordis ⁊ rl'e trāſgreſ= ſiōes i vnū reducere: vnire ⁊ reformare atq mores cōponere: et inſup ordiare oportūa remedia cōtra illa q̄ iducere poſſūt ad illiꝰ trāſgreſſionē diuiſionē turbationē et diſſi= pationē: q2 iuxta ꝟbū ſapientis. Ubi non ē ſepes diripiet̄ poſſeſſio. Ex quo ꝟbo ſctūs Bonauētura ⁊ alij gn̄ales in ꝓlogis ſuorū ſtatutoꝝ gn̄aliū ordis taliter inſerūt et di= cūt Neceſſariū ē ergo inquiūt volētibꝰ re= gni celeſtis poſſeſſionē ꝑclarā i quā ꝑ ſpm̄ paupꝑtatis intrat̄ cuſtodire illeſaz: ſepē illi diſcipline circūdare Nequaq̄ eni ſupfluūt moꝝ obſeruantie regulares: q2 nō ſolū ad ſpūalis vite cōcordiā ⁊ decorē ⁊ cuſtodiā ſuffragant̄ verum etiā vt in pluribꝰ intra ꝑfectionis et puritatis regule ꝓmiſſe ſubſtantiā includūtur. Et has potiſſime explicare oportet: ne ꝑ caligiuē ignorātie in trāſgreſſionis foueā incidatur. Nullꝰ igitur de poſſeſſiōe ꝟtutis gl'ietur in corde: ſi diſſipator ē ſepis in couerſatiōe. Si q̄s enim teſte ſcriptura putat ſe religioſum eſſe nō refrenās linguā ſuā ſz ſeducēs cor ſuū: huius vana ē religio. Oportet igitur ori ⁊ ceteris ſenſi= bus actibus ⁊ geſtibus ſepē circūdatā per honeſtatem regulariū ſtatutorū a viris ꝑfectis nō deſtrui ſed ſeruari: ne dum ſepem diſſipant mordeant̄ a colubro ſecūdū ſententiā ſapiētis. Nō eni abſq graui periculo ꝑuipendi pōt quod cū tanta difficultate tot laboribus et periculis tot et tātis delibera tionibus pro ſalute animarum a generali capitulo ſtatuitur: apud quod precipua reſidet auctoritas ordinis gubernandi. Si quis autem reputat grauem ſarcinam hu= iuſmodi ſtatutorum hoc cogitet apud ſe q iuxta apoſtolum omnis diſciplina in pre= ſenti non eſt gaudij ſed meroris: fructum autez pacatiſſimuz iuſticie exercitatis af= fert in futurum. Hec vbi ſupra. ¶ Igitur vt ad rem ipſam deueniamus et omnis cō fuſio memorie et intelligentie inimica in hijs euitetur: cōſtitutionum huiuſmodi varietates duodecim capitula particulas di= uerſas et paragraphos ſub ſe cōtinētia iuxta proceſſum et ordinem duodecim capi= tulorum regule et in eiſdem contentorum conformari et ordinari curauimus: ſingu= la etiam capitula conſtitutionum huiuſ= modi in certos titulos et paragraphos ꝑncipales iuxta materie exigentiam de quarum ſingulis regule capitulis et eorum par= ticulis agit̄ diuidēdo. ¶ Explicit prologꝰ.

## ¶ Sequūtur tituli principales ſtatutorum Generalium preſentium cum ſuis particulis ſiue rubricis vel paragraphis.

**PRimuz capitulū.** ¶ Que ſūt tenenda velut conſilia ⁊ velut ꝑcepta obligatoria in rl'a. P'ria ꝑtic'la. Fo. i.

In quibꝰ ſubditi iudicio prelatoꝝ ſuorū ſtare licite p̄nt. ꝑmo tenentur. Secunda particula. Folio primo.

Q2 licet teſtamētū bti Frāciſci nō obliget tn̄ in reuerētia eſt hn̄dū iij. ꝑ. Fo. i.

De humili ſubiectione ⁊ reuerētia ſācte romane eccl'ie ⁊ ſupiorū ordinis prelatorum Quarta particula. Folio primo

De duobus viſitatoribꝰ ⁊ vicarijs totiꝰ ordinis i ordie hn̄dis. v. ꝑti. Fo. ij.

**SEcundū capitulū.** De nouicijs recipiēdis ad ordinē ⁊ ꝓfeſſionē. i. ꝑ. Fo. ij.

De ſollicita inſtructiōe ⁊ probatione nouitioꝝ ⁊ magiſtro ſiue inſtructore eoꝝ. ij. ꝑ. Fo. iij.

De recipiēdis ad ꝓfeſſionē. iij. ꝑt. Fo. iiij

De mgr̄o ſiue inſtructore iuuenū ꝓfeſſorū ⁊ alioꝝ nouit̄ reformatoꝝ. iiij. ꝑ. Fo. iiij

De fratribus mittendis ad ordines Quinta particula. Folio quarto.

De raſura ⁊ forma tōſure vi. ꝑtic. Fo. iiij.

De qualitate et vilitate veſtimentoꝝ. ⁊ mō dormiendi. vij. particu. Fo. iiij.

De calciamentis octaua ꝑ. Fō. v

Q2 in ordie nō ꝑmittat̄ ſecte vel diuiſiōes alique exurgere. ix. ꝑticula. Fo. v.

## Terciū capitulū

De diuino officio. i.pti fo.v.
De ffm cōmuniōe. ij.pti.fo.vi
De ſctē orōis ꝛ meditatiōis ac ꝯtēplatiōis exercitio.iij.p.f.vi
De ſiletio. iiij.pti.fo.vi.
De ieiuniijs rł̄e ꝛ abſtinētia. v.pti.fo.vij.
De pcialitatibꝰ vitādis ab oibꝰ.vi.p.f.vij.
De lectiōe mēſe. vij.pti.fo.vij.
De caritatiua receptione fratrum hoſpitum. viij.pti fo.vij.
De honeſto modo eūdi p mūdū ꝛ litibꝰ vitandis. ix.parti.fo.vij
A quibus ꝛ quomodo poſſūt fratres exeuntes licentiari. x.pti fo.viij.
De euitandis ſcādalis verbo vel facto ab itinerātibus ꝛ alijs ꝛ ꝙ ffes nō ſint iudices q̄ſtionū nec ambaſſiatores. xi.pti.fo.viij.
De diuertēdis ffībꝰ ad couētꝰ ordinis ꝛ nichil ibidē ꝓcurando. xij.pti.fo.viij.
De licenciandis ad vrbem ꝛ curiā Romanam ꝛ exiſtentibus ibidem. xiij.pti.fo.viij.
De terminis conuentuū ꝛ ſororum pauperum ſancte clare xiiij.pti.fo.viij.
De agēdis in reditu fratrū. xv.pti.fo.ix.
De clauſura cōuētꝰ obſeruanda ꝛ q̄līt ffes foras exire debeant. xvi.parti.fo.ix.
De non equitando. xvij.pti.fo.ix.

## Quartū capitulū

De nō recipiēdis pecūia.i.p.f.9
Suppletio et declaratio vniuſcaſꝰ i p̄fatis declaratiōibꝰ dñi pape Nicolai tercij ꝛ Clemētis q̄nti nō ſufficienter expreſſus quo ad pecuniā ꝛ res pecuniarias. ij.parti.fo.x.
De limitatiōe poteſtatis adminiſtratorū ſiue procuratorum pape ꝛ recurſus fratrū ad eos. iij.pti.fo.x.
Quales dñt haberi ꝓcuratores pape ꝛ admiſtratores ꝛ de illoꝝ ꝑuilegijs.iiij.p.fo.xj.
De euitādis q̄ſtis et oblatiōibꝰ pecūiarijs et trūcis habēdis nole nec auctoritate conuentuū nec fratrum. v.pti.fo xj.
De forma iſtrumētoꝝ quitātiaꝝ vel obligationū debite obſeruanda. vj.pti.fo.xj.
De vitāda receptiōe rerū pecūiariaꝝ et q̄ ſit tales res pecūiarie vij.pti.fo.xij.
De exactiōibꝰ ꝛ cōtributiōibꝰ pecūiaꝝ oīno vitādis a prelatis et alijs viij.pti.fo.xij.
De mōis licitis ſubueniēdi expēſis cōibus ordinis pulciaꝝ ac cuſtodiaꝝ. ix.pti.fo.xij
De depoſitis in cuſtodiā non indifferenter recipiendis. x.pti.fo.xij.
De ſollicitudie ffm iduēdoꝝ ꝛ īfirmoꝝ habēda etiā p amicos ſp̄uales ſpecialiṫ a maioribꝰ p̄latꝫ ꝛ ꝯſeq̄nt qbꝰ ꝯmittit.xi.p.fo.xij.
Q̄ꝫ cuſtodes ꝛ gardiani habeant ꝓ p̄latꝫ ꝛ de cōcordia p̄latoꝝ i executiōe ſuoꝝ officiorum ſeruanda. xij.pti.fo.xiij.

## Quintum capitulū. fo.xiij.

De occupatiōibꝰ ffꝫ ꝛ mō laborandi. p̄ma pti.fo xiij
Quid ſit agendum de mercede laboris. ij.pti.fo.xiij.
Q̄ꝫ nullus teneat ſcolas ſecularium puerorum. iij.pti.fo.xiij.
Q̄ꝫ etiā maiores nō refugiāt opa humilitatis. iiij.pti.fo.xiij.
Q̄ꝫ in cura medēdi nullus occupetur niſi ſub certis modo et forma. v.pti.fo.xiiij.
Q̄ꝫ nullus artes dāpnatas vel p̄ſtigioſas exerceat vel doceat vi.pti.fo.xiiij.
Q̄ꝫ ffes nō ſint cauſidici aut negociatores et de famulis cōuētuum. vij.pti.fo.xiiij.
De alto laboritio ſp̄ūs in ſtudio ꝛ moderato litterarū neceſſariarū. viij.pti.fo.xiiij.
De reformatiōe cōuētibꝰ ſtudiorum proponenda. ix.pti.fo.xiiij.
Quales debeant mitti ad ſtudia fratres. decima particula.fo.xiiij.
De iſtructoribꝰ ꝓfeſſoribꝰ et magiſtris morū ſup iuuenes ſtudioꝝ. xi pti.fo.xiiij
Quibꝰ lecturis legētes p̄cipue inſiſtere et q̄liter p̄latꝫ ſuis obedire debeāt.xij.p.fo.xv.
De ꝓmotiōibꝰ debite repimēdꝫ.xiij.p.fo.xv
De ſtudijs particularibꝰ cuſtodiaꝝ ꝛ cōuētuum. xv.pti.fo.xv.
Q̄ꝫ nullū notabile ſcriptū nouū ante debitā examinationē publicetur extra ordinē ꝫ neq; in ordine. xvi.pti.fo.xv.
Q̄ꝫ nullꝰ ſuſtineat opinionē corruptam vł etiā reprobatā aut dubiā. xvij.pti.fo.xv.
De penis docentium vel ſuſtinentium errores. xviij.pti.fo.xvj
Q̄ꝫ nichil ꝯtra ecclie ſctē Romane determinationem approbet vł iprobet añ ſctē ſedis ap̄lice cōſultationē xix.pti.fo.xvi.

## Sextū capitulum. fo.xvj

De obſeruātia paupertatis ꝛ qualitate vſus rerum fratribus conceſſaꝝ p̄ma pti fo.xvj
De receptiōe vł retētiōe vſus rerum prohibitarū vitanda ꝛ que ſint talia. ij.pti.fo.xvi.
De ordine et modo limitationis qualitatꝫ et q̄ntitatis rerum vtendarum in ordine tenēdo ꝛ a quibus ſit habenda licentia vtendi rebus. iij.p.fo.xvi.
Ad quē vſū rerū poſſūt et debeāt ffes licentiari iudicio prelatorum et qualitate talis

# Tabula Statutoꝝ


vſus per regulam cōceſſi. iiij.parti.fo.xvi.
A quibꝰ ⁊ quō debeat iudicari vel diſcerni cō munis vſus rerū ſuꝑfluitas.curioſitas ⁊ nimia ꝓcioſitas. v.particula.folio.xvi.
Qualiter intelligi debeat curioſitas.nimia ꝓcioſitas ⁊ ſuꝑfluitas vſꝰ rerū etiā q̄ ad aliqua eccl'ie vaſa ⁊ ornamēta.⁊ taliū iā itroductorū q̄eti modificatiōe ⁊ ꝓuiſiōe.vi.ꝑ.fo.xvij.
De qualitate edificioꝝ ⁊ aliaꝝ reꝝ ꝓpaupertate ſeruanda et quibuſdaꝫ picturis nō fiendis. vij.particula.folio.xvij.
De vſu ſuꝑfluo libroꝝ ⁊ aliaꝝ reꝝ maxie i particulari a ffribꝰ euitādo. viij.par.f.xvij.
Quid faciēdū ſit de libris ffm decedētiū et de filiatiōe ffm ꝯuētuū vl' locoꝝ.ix.ꝑ.f.xviij
Qꝫ ſolūmō durāte licencia ꝓlati ffes poſſūt vti rebꝰ nec ei quicꝗ̄ i fraudē debent occultare. x.particula.folio.xviij.
De nichil dando infra vel extra ordinem ſine licentia eoꝝ quibꝰ cōmittit talis facultas licētiandi. xi.particula.fo.xviij.
De ēptiōibꝰ ꝯmutatiōibꝰ ipignoratiōibꝰ ac rerū accōmodatiōibꝰ ⁊ vēditiōibus ac mutuis ꝯtrahēdis ⁊ debitꝫ atꝗ̄ obligatiōibꝰ a ffribꝰ euitādis niſi ſub certꝫ modo ⁊ forma. xij.particula.fo.xviij.
De cōuētionibꝰ ⁊ pactiōibꝰ ſeu fideiuſſionibus ac oneribꝰ ſeu obligatiōibꝰ ꝑpetuis a ffribus euitandis. xiij.particula.fo.xviij.
De cameris extra dormitoriū nō habēdis ⁊ cellis dormitorij ac clauſura ⁊ forma eaꝝ ⁊ alijs ibidē obſeruandis. xiiij.ꝑti.fo.xviij.
Cōtra appropriatores locorum vel conuētuum. xv.particula folio.xix.
De reuocātibꝰ mādata ſuoꝝ ſuꝑioꝝ idebite ⁊ officia vel promotiones procurantibꝰ. xvi.particula.folio.xix.
De reſignatiōibꝰ reꝝ i īfirmitate vl' morte nō fiēdis niſi a ꝓꝑetarijs.xvij.parti.fo.xix.
De elemoſina petenda. xviij.ꝑ.fo.xix.
De annuis poſſeſſionibꝰ redditibꝰ ⁊ alijs ꝓhibitis nō habēdis.⁊ quid ſit faciendū de iā receptis cū oneribꝰ miſſarū ⁊ aliorū ſuffragiorum.xix.particula.fo.xx.
De punitiōibꝰ eorūꝫ q̄ redditꝰ annuos ſiue poſſeſſiōes aut elemoſinas ꝑpetuas vel ad vitā aut determinatū ⁊ ꝓfixū tēpꝰ obligatorie ſibi vl' ordī reddēdas ⁊ poſſidēdas ꝓcurāt recipiūt vel retinent. xx.parti.fo.xx.
De ꝯgregatiōibꝰ bladi vl' vini nō fiēdis niſi ſub certis modo ⁊ forma. xxi.ꝑti.fo.xxi.
Qualiter reprobant ⁊ puniunt errātes i ꝓdictis ⁊ ꝯtrariū aſſerentes. xxij.parti.fo.xxi.
De libro ſeu kalēdario bn̄factoꝝ ſpālius habendo et recitādo.xxiij.particula.folio.xxi.
De fratribus infirmis. xxiiij.ꝑti.fo.xxi.


## Septimū capitulum. fo.xxij.


De caſibus pape reſeruatis. prima particula.folio.xxij.
De caſibꝰ reſeruatꝫ miniſtro gnali ꝑ hec ordinis ſtatuta. ij.ꝑti.fo.xxij.
De caſibus miniſtris ꝓuincialibꝰ reſeruatis ꝑ hec ſtatuta. iij.ꝑti.fo.xxij.
Qꝫ cito recurrēdū ſit ad prelatos ꝓ abſolutione a reſeruatis ⁊ qualiter penitētes debeant ab illis ſuſcipi. iiij.ꝑti.fo.xxij.
De cōmiſſiōibꝰ prefatoꝝ caſuum rōnabiliter fiendis. v.particula.fo.xxiij.
Qualiter ⁊ quibꝰ ⁊ qn̄ ffes debeant confiteri. (vi.ꝑ.f.xxiij.
De penis abſoluētiū a caſibꝰ ſibi nō conceſſis.vij.particula.fo.xxiij.
De penis reuelātiū ꝯfeſſiōes.viij.ꝑ.f.xxiij.
Sequit āplꝰ de correctiōe ⁊ penis delinquētiū.Et ꝓmo q̄lit ꝓlati i corrigēdo nō tenent tenere ⁊ ſeq̄ ſtilū ⁊ apices iuris ⁊ q̄lit ſubditi ab hijs appellare nō ꝓnt.ix.parti.fo.xxiij
Qꝫ iſtrumēta ⁊ manꝰ ꝓlatoꝝ ⁊ iſtrumenta publicoꝝ ſcriptoꝝ ordinis ſub iuramēto a miniſtris publice receptoꝝ ſint vbiꝗ̄ i cauſis triū ordinū autētica. x.parti.fo.xxiiij.
De ampliori declaratiōe caſuū reſeruatoꝝ i ordine ⁊ de punitiōibꝰ publicoꝝ trāſgreſſorum in talibus. xi.particula.fo.xxiiij.
Declararatio de pctis carnis reſeruatis ⁊ qualiter etiā tales i foro exteriori legittime cōuicti ⁊ cōfeſſi debeāt puniri. xij.ꝑ.f.xxiiij
Declaratio ⁊ punitio legittīe ꝯuictorū i receptiōe denarioꝝ l' furto reꝝ.xiij.ꝑ.f.xxiiij.
De penis idebite minātium vel percutientium. xiiij.parti.fo xxiiij.
De falſis accuſationibus et falſis teſtibus xv.particula.fo.xxiiij.
De diffamatoribꝰ ⁊ libellos famoſos ꝓicientibus. xvi.parti.fo.xxv.
Contra falſarios ſigilloꝝ. xvij.ꝑti.fo.xxv.
De litteris non retinendis vel non aperiēdis. xviij.parti.fo.xxv.
De ſcādaloſis puniēdis. xix.parti.fo.xxv.
De falſis accuſatoribꝰ ⁊ īfamatoribꝰ puniendis. xx.particula fo.xxv.
De doloſis etiā ſecretis īfamatiōibꝰ ⁊ turbationibus alioꝝ vitādis ac penis talium xxi.particula.folio.xxv.
Qꝫ ꝑſone accuſātes nullomō reuelent accuſatis niſi i caſu ⁊c.⁊ de penitēcia talibꝰ īponenda. xxij.ꝑti.fo.xxv.
De ſecretis ordinis extra ordinem non publicandis. xxiij.particula.fo.xxv.
Cōtra indebite recurrētes ad principes et alios. xxiiij.particula.fo.xxv.

Qualit̃ puniant̃ ꝑroperãtes culpas ꝛ ꝯtumelias irrogãtes ꝛ ꝯtẽdẽtes. xxv. p. fo. xxv.
De penis ꝯtẽdẽtiū ꝯtra ſuos ſupiores aut eos ꝯtẽpnẽtiū vel irridẽtiū vel eoꝝ obediẽtiã vl̃ correctionẽ ſiue reformationẽ ſpernẽtium aut contra eos vel alios conſpirantium. xxvi. par. fo. xxvi.
Pene obloquẽtiū ꝯtra ſūmū põtificẽ cardinales ꝛ ordinis ꝑlatos ꝛ contra eccl'ie ſãcte aut ordis iura ꝛ conſtitutiones. ꝛ reformari nolẽtiū vel reformatiões impediẽtium. xxvij. pti. fo. xxvi.
De penis blaſphemãtiū deū ꝛ ſctõs ꝛ aliorum grauiū criminū. xxviij. pti fo. xxvi.
De penis ꝓprietariorū. xxix. pti. fo. xxvi.
Contra luſores ad taxillos ſeu alearum ludos. xxx. parti. fo. xxvi.
De apoſtatis ꝛ eoꝝ punitiõibꝰ ꝛ artatiõibꝰ. Cõſtitutio gñalis capl'i. xxxi. p. fo. xxvi.
De modo recipiẽdi ꝛ abſoluẽdi apoſtatas penitẽtes ꝛ q̃ſcunq; ffes publice. excõmunicatos. xxxij. p. fo. xxvij.
De peſtilẽtibꝰ ꝛ icorrigibilibꝰ debite ꝯpeſcẽdis vl̃ ab ordine eiciẽdis. xxxiij. p. fo. xxvij.
De capl'o culparū ꝛ tabulis officioꝝ conuẽtus et chori. xxxiiij. pti. fo. xxvij.
De adhibendis ad conſilia ffibus ꝛ modo tenendo in eis. xxxv. parti. fo. xxvij.
De diſciplina in cõi accipienda iuxta morẽ prouinciarum. xxxvi. parti. fo. xxviij.
De incarcerãdis. xxxvij. pti. fo. xxviij
Q; nullus a penitẽtia quã impoſuit ſupior eius prelatus abſoluat. xxxviij. p. fo. xxviij.
Declaratio amplior cẽſurarū excõicationū et penaꝝ pñtiū ſtatutoꝝ. xxxix. p. fo. xxviij.
Qualiter ffes poſſint releuari ad officia ordinum. xl. pti. fo. xxviij.

## Octauū capitulum

De electiõibꝰ ꝑlatoꝝ. i. p. f. xxviij
De agẽdis i morte gñalis miſtri et prouincialium miniſtrorum conſtitutio generalis. ij. par fo. xxviij.
Qualiter debeat inſtitui ꝑfatus vicariꝰ generalis tocius ordinis in morte generalis miniſtri. iij. pti. fo. xxix.
De modo ꝛ forma electionis ꝛ inſtitutiõis generalis miniſtri. iiij. pti. f xxix.
De iuramẽto gñalis ꝛ ꝓuincialiū miniſtrorū ac diffinitoruz gñalis ꝛ ꝓuincialiū capituloꝝ electorūq; gñalis ꝛ prouincialium miniſtrorum. v. pti. fo xxix.
De cãtãdis ꝛ fiẽdis i nouitate gñalis miniſtri ꝛ i ꝑma receptiõe eiꝰ in quolibet cõuentu ꝛ vacante generalatu. vi. pti. fo. xxx.
De ſocijs ꝛ expẽſis gñalis miſtri ꝛ vicariorū gñaliū ſiue etiã miſtroꝝ ꝓuincialium et cuſtodum. vij. pti. fo. xxx.
De electionibus miniſtrorū prouincialium. viij. particula. folio. xxx.
De poſtulatiõibꝰ ꝛ inſtitutionibꝰ cuſtoduz diſcretorum guardianorum ꝛ alioꝝ officialium. ix. pti. fo. xxx.
Qualiter debeat determinari et publicari dies electionū ſiue poſtulationum conuentus. x. particula. fo. xxx.
Modus ꝛ ordo electionū ſiue poſtulationū officiariorum conuentus et quis tales eligere poſſit. xi. pti. fo. xxxi.
De cõuẽtiõibꝰ ꝛ cõuenticulis ꝓ electiõibus fabricãdis debite euitãdis et de electoribꝰ nõ nominãdis niſi i certo caſu. xij. p. f. xxxi.
De litteris a diſcreto cõuẽtꝰ ꝛ diſcretis diſcretoꝝ ac cuſtodibꝰ cuſtodū ad capl'm gñale electoꝝ portãdis. xiij. pti. fo. xxxi.
De ordinatiõe rotuli petitionū hmõi a cuſtodibꝰ ꝛ eoꝝ diſcretis ꝛ eius preſentatione. xiiij. pti. fo xxxi.
Declaratio ꝑuilegij ordis i electiõibꝰ ꝑlatorū ꝛ officiarioꝝ ordis fiẽdis. xv. p. fo. xxxi.
De viſitationibus ꝛ correctionibus prelatorum. xvi. parti. fo. xxxi.
De termino officiorū guardionorū ꝛ cuſtodum atq; miniſtrorum ꝛ quis poſſit eligere miſtros vl̃ i ꝑlatū eligi. xvij. pti. fo. xxxij.
De termio officij inquiſitoꝝ ꝛ eorū inſtitutiõe ac talium obuẽtionibꝰ. xviij. pti. f. xxxij
De beneficiatis q̃n et quõ poſſint gaudere ꝑuilegijs ordinis. xix. pti. fo. xxxij.
De procuratore ordis in curia romana et eiꝰ inſtitutiõe ꝛ aliquibꝰ etiam officium eiꝰ concernentibus. xx. pti. fo. xxxij.
De forma iuramẽti procuratoris. xxi. particula. folio. xxxiij.
De litteris ordinis inſtrumẽtis ꝛ alijs ſub ſuẽtario debite cuſtodiẽdis. xxij. p. fo. xxxiij
De poteſtate ꝓcuratoris ordinis in curia romana. xxiij. parti. fo. xxxiij.
De expenſis procuratoris ordinis. xxiiij. particula. folio. xxxiij.
Q; i caſu poſſit gñalis duos procuratores deligere ꝛ de ratione expenſarum aliorūz fratrum xxv. parti. fo. xxxiij.
De capl'o prouinciali. xxvi pti. fo. xxxiij
De agendis in principio capituli ꝓuintialis. xxvij. pti. fo. xxxiiij.
De electione iuramento et officio diffinitorum capituli et eorum correctore. xxviij. particula. folio. xxxiiij.
De renunciationibus cuſtodū et de tabula officiariorum capituli ordinanda. xxix. particula. folio. xxxiiij.

# Tabula Statutoꝝ

De renūciatiōe viſitatoꝝ ſoroꝝ ſctē clare et qñ tales debeāt iſtitui. xxx ꝑti.fo.xxxiiij
De renūciatione ⁊ viſitatiōe miſtroꝝ ⁊ eorū correctione. xxxi.ꝑti.fo.xxxiiij.
De cauſis ſuſpēſionis vel depoſitiōis miniſtroꝝ prouincialium. xxxij ꝑti.fo.xxxiiij
Contra procurātes vel retinētes indebite officia ordinis. xxxiij.ꝑti.fo.xxxv
Qꝫ miſtri ⁊ aliJ extra capl'a ſua ꝓuīcialia idifferēter nō deponātur xxxiiij.ꝑ.fo.xxxv
Qualit̄ obſeruari ⁊ teneri debeāt ſentētie et diffinitiones capituli et neceſſaria ibidē ordinari. xxxv.ꝑti.fo.xxxv.
De vicario miſtri debite iſtituēdo ⁊ cōmiſſarijs nō paſſi iſtituēdꝫ. xxxvi.ꝑti.fo.xxxv.
De volūtaria miſtroꝝ extra capl'a ceſſiōe ⁊ miſtrorūꝫ vltra marinorum inſtitutione xxxvii.ꝑti.fo.xxxv.
Qualit̄ ſnie crimīnū ferant̄ et regiſtrēt̄ ac duobus libris ſemper a miſtris habēdis. xxxviij.ꝑti.fo.xxxv.
De exceſſib⁹ miniſtri generalis ⁊ ꝓuincialiū ac viſitatoꝝ et vicarioꝝ ordinis ad capitula gñalia ſcribēdis.xxxix.ꝑti.fo.xxxvi.
De mōis cōgruis cōiter ſcribēdi ꝑlatis et alijs ffes i ordi e noiandi. xl.ꝑti.fo.xxxvi.
De capl'i gñalꝫ celebratiōe.xli.ꝑti.fo.xxxvi
De agēdis i ꝑncipio capl'i generalis ⁊ primo de diffinitiōibus gñalis capl'i ac renūciatiōib⁹ miſtroꝝ. xlij.ꝑti.fo.xxxvi.
De dicēda miſſa ſpūs ſcti ⁊ btē ⁊ ꝟgis tpe gñalis et ꝓuīcialis capl'i.xliij.ꝑti.fo.xxxvi.
De inchoatione capl'i gñalis ⁊ viſitatione gñalis miniſtri. xliiij.ꝑti.fo.xxxvi.
Proceſſus incluſorum qualis eſſe debeat xlv.ꝑti.fo.xxxvi.
De cauſis depoſitiōis gñalis miſtri ⁊ ꝑplioꝛib⁹ penis illū nō viſitātiū nec i caſib⁹ deponētiū. xlvi.ꝑti.fo.xxxvij.
De ꝓſecutiōe capl'i gñalis ⁊ tabula officiarioꝝ fiēda et ordināda.xlvij.ꝑti.fo.xxxvij.
De ſūptuoſitate ⁊ mlt'iplicitate ferculoꝝ vitāda ⁊ neceſſarioꝝ ꝓuiſiōe.xlviij.ꝑ.f.xxxviij
De libris a gñali hñdis.xlix.ꝑti.fo.xxxviij
De ordine ceterorū ibidē agendorum ſeruando. l.ꝑti.fo.xxxviij.
De fine capituli lj.ꝑti.fo.xxxviij
De obediētie gñali miſtro ⁊ ceteris ꝑlatis ordinis reddenda. lij.ꝑti.fo.xxxviij.
De ſuffragijs defunctoꝝ. liij.ꝑti.fo.xxxix

## Nonum capitulū

Folio.xxxix.
De ꝑdicatorib⁹.j.ꝑti.fo.xxxix
Quō et a qb⁹ ⁊ q̄ debeāt ⁊ poſſint licentiari ad predicandūꝫ iii.ꝑti.fo.xl.
De cōfeſſorib⁹ ꝓ ffibus et ꝓ ſecularib⁹ admittendis. iiij.ꝑti.fo.xl.

## Decimū capitulūꝫ

Folio xl.
De viſitatoribus fratrum ⁊ totius ordinis ꝑma ꝑti.fo.xl.
Qualiter ordo debeat viſitari ꝑ gñalē miniſtrum. ij.ꝑti.fo.xl.
Qualiter debeat etiā tot⁹ ordo viſitari de triēnio in triēniū ꝑ duos ſpeciales viſitatatores vicarios gñales obſeruātes coadiutores gñalis miſtri. iij.ꝑti.fo.xli.
Quales ⁊ quō debeāt extūc inſtitui vicarii ⁊ viſitatores gñales ꝑfati ac viſitari et de eoꝝ ꝑtāte. iiii ꝑti.fo.xli.
Mod⁹ ꝓcedēdi i viſitatiōib⁹ gñalis miſtri ⁊ vicarioꝝ ac viſitatoꝝ ordis.v.ꝑti.fo.xlj
Qualiter etiā ſtat⁹ ꝓuīciaꝝ ⁊ ꝑlatoꝝ ord. debeat gñali capl'o declarari a viſitatorib⁹ ⁊ vicarijs gñalib⁹ ordis vi.ꝑti.fo.xlij
De exceſſib⁹ publicis etiā ſollicite a gñali et viſitatorib⁹ et vicariis gñalib⁹ extirpandis ⁊ reformandus. vij.ꝑti.fo.xlij.
De ſecretis exceſſib⁹ a viſitatorib⁹ et ordinis ꝑlatis nō reuelādis. viij.ꝑti.fo.xlii.
De accuſatiōe exceſſuū taliū ordis viſitatorū ⁊ vicarioꝝ gñaliū ix.ꝑti.fo.xij.
De viſitationib⁹ fiendis a miniſtris ꝓuincialibus. x.ꝑti.fo.xlii.
De viſitationibus cuſtodum et eorum offi.io. xj ꝑti.fo.xlij
De quotidianis viſitationib⁹ a gardianis fiendis xii.ꝑti.fo.xliii
De cōmiſſarijs ⁊ viſitatorib⁹ ꝑticularibus aliquoꝝ cōuētuū ordis. xiii.ꝑti.fo.xlii.
Qualiter a ꝑlatis debent foueri excellētes i deuotiōe ⁊ obſuātia ſtrictiori.xiiii.fo.xliii
De cōuētib⁹ et locis ſine debita auctoritate non conſtruendis. xv.ꝑti.fo.xliij
De caſib⁹ recurrēdi ad miſtros.xvi.ꝑ.f.xliii

## Undecimuꝫ capitulum

fo.xliiij.
Qꝫ ffes nō ingrediant̄ monaſteria monachaꝝ ⁊ de regimine ſoroꝝ ſctē clare.i.ꝑ.fo xliiii
Declaratio de ingreſſu alioꝝ monaſteriorū monialiū nō incluſaꝝ ij.ꝑti.fo.xliiii.
Qꝫ ffes nō ſcribāt ſororib⁹ ſctē clare nec litteras ab eiſdē recipiant ſine licētia : ⁊ qualiter ſcādaliſātes eaſ puniāt̄.iii.ꝑti.fo.xliiij
De cōfeſſorib⁹ eaꝝ rite habēdis et i cauſis debite ſupplendis iiij ꝑti.fo.xlv.
De capellanis et miſſis fundatis et fūda-

dis in earū eccleſijs. v.pti.fo.xlv.
De fratribus ⁊ ſororib⁹ ſiue ſororiſſis tercij ordinis. vi.pti.fo.xlv.
De vitãdis ſuſpectis cõſortijs ⁊ colloquijs mulierꝝ etiã i ↄfeſſionib⁹ Et de locis aptãdis ad cõfitendū. vii.pti.fo.xlv.
Qꝫ null⁹ a mulierib⁹ votum continētie vel obediētie requirat: nec conuentus intrare permittantur niſi ſub certis modo et forma. viij.pti.fo.xlv.
De cõpaternitatib⁹ vitãdis.ix.pti.fo.xlvi.

## Duodecimum capitulum. fo.xlvi.

De euntibus ad partes infidelium. p̄ma pti.fo.xlvi.
De diſpenſatione ⁊ reuocatiõe oim aliarū ordinis cõſtitutionū. ij.pti.fo.xlvi.
De obſeruãtia et lectura atqꝫ expoſitione ſtatutorum p̄ntium. iij.pti.fo.xlvi.
De diſpēſatiõe penaꝝ et aliquoꝝ p̄ntium ſtatutorū qñqꝫ fienda et multiplicatiõe aliorū ſtatutorū vitãda iiij.pti.fo.xlvi.
Cõcluſio et admonitio reuerēdiſſimi p̄ris miniſtri generalis et commiſſarij apoſtolici. v.pti.fo.xlvi.
¶ Sequitur alia pars ſtatutorum de diuino officio.
Ordinatiões diuini offICij. Fo.xlviij.⁊ xlix.
¶ Ordo agendorum et dicendorum in miſſa priuata. fo.v.
¶ Rubrica de indumentis eccleſiaſticis vtēdis ſcdm ↄſuetudinē Romane curie vbi indumenta ſufficienter habentur. fo.xlvi.
¶ Ordo ſeruandus in receptione ad ordinem et profeſſione fratrum minoꝝ.fo.lvi.
Suffragia capituli. fo.lviij.
¶ Ordo ad benedicendum menſam per totum annum. fo.lviij.
¶ Continuatio litterarum dn̄i protectoris commiſſarij apoſtolici cõfirmantium ⁊ approbantiū premiſſa. fo.lix.
Quedam regulationes re. miniſtri Francie.fratris Bonifacij Folio.lxij.
Formule obedientiarum cõium officiariorum conuentuum et preſentationum et inſtitutionum procuratorū ⁊ ſimiliū.fo.lxiij.
¶ In fine Ep̄la q̄dam ammonitoria.

## ¶ Explicit tabula capitulorum ſtatutorum ⁊ Rubricarum ſiue particularum eorundem

¶ Modificatio et ordinatio ſeu annotatio congrua pro lectura ſtatutoꝝ in mēſa

¶ Aduertendū tñ q̄ per iſta ſtatuta circa finem mandatur: vt ea ex hijs que communitatē fratrū ordinis noſtri magis in generali tangunt ſaltem ter aut pluries in anno coram fratribus in menſa legantur et alia omnia (breuitatis cauſa et ne ſua ꝓlixitate faſtidio ſint fratribus): ibidem obmittantur videnda particulariter a fratribus, niſi ſemel in anno vel quando ſuperiores iuſſerint. Ideo vt ſciant lectores menſe que ſint illa taliter legenda et alia obmittēda et vt congruentius habeantur: in ſubſequentibus breuiter annotantur videlicet.

¶ Ex primo capitulo legãtur quatuor prime particule tantū modo etiam obmiſſis §.in iiij. que ſolummodo tangunt reductionem et vnionem fratrum de familia.

¶ Ex ſecundo capitulo legantur tm̄ quinqꝫ prime pti. et ſeptima.

¶ Ex tertio legantur.xij. prime ⁊ tres vltie

¶ Ex quarto capitulo legatur prima particule.

¶ Ex quinto legantur ſeptem prime particule.

¶ Ex ſexto legantur a principio vſqꝫ ad particulam de elemoſina petenda excluſiue Et vltima particula de infirmis.

¶ Septimum capitulum ex toto legatur.

¶ Octauum capitulū obmittatur ex toto excepta vltima particula.

¶ Nonum capitulum ex toto legatur.

¶ Ex decimo capitulo tres vltime particule legantur.

¶ Ex vndecimo capitulo tres prime ⁊ due vltime particule legantur.

¶ Ultimum capitulum ex toto legatur excepta tertia particula.

¶ Iſtis tamen pro lectura huiuſmodi addere vel minuerre ſemper poterunt preſidentes iuxta q̄d vtilitati fratrum ſuorum viderint expedire.

# ¶ Incipiũt ſtatuta ſiue

cõſtitutiones Generales et regule declarationes ordis fratrum minorum ¶ Primuꝫ Capittulum. ¶ Que ſunt tenenda velut cõſilia et velut precepta obligatoria in regula: prima rubrica ſiue particula.

Quo ad obſeruantiaꝫ huius primi regule capituli vbi primum diutius heſitatuꝫ et dubitatum eſt an ad omnia conſilia euãgelica obſeruanda ſicut ad precepta fratres teneãtur propter illud verbum regule in principio vbi dicitur ꝙ regula ⁊ vita minoruꝫ fratrum hec eſt ſcilicet domini noſtri iheſu xp̄i ſanctum euangelium obſeruare. et illud in fine. paup̄taté ⁊ hũilitatẽ ⁊ ſanctũ euangeliũ dñi noſtri iheſu xp̄i quod firmiter promiſimus obſeruem⁹: ad hoc ſequẽdo declaratiões ſummorum põtificũ ſcꝫ Gregorij ix. et. Nicolai tercij que ponit̃ in decretali De v̾borum ſignificatiõibus caplõ. Exijt qui ſeminat libro ſexto et Clementis quinti in capitulo Exiui de paradiſo. in Cle: de verborum ſignificationib⁹. Sequendo etiam ſtatuta martiniana. dicimus ⁊ declaramus ad illa conſilia tantummodo fratres obligari que in ipſa regula preceptorie vel inhibitorie ſeu ſub verbis equipollentib⁹ ſunt expreſſa: que ſequuntur. ¶ Primo illud quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas ꝙ̃ vnã cũ. caputio ⁊ aliã ſine caputio Itẽ de nõ portãdis calciamẽtiꝫ. ⁊ de nõ eq̃tãdo vltra caſum neceſſitatis: Iteꝫ ꝙ fratres omnes veſtimentis vilibus induãtur: Itẽ ꝙ ieiunare a feſto omnium ſanctorum vſq; ad natiuitatem domini et in ſextis ferijs teneantur. Item ꝙ clerici faciant diuinuꝫ officium ſecunduꝫ ordinẽ ſancte Romane eccleſie excepto pſalterio: Item ꝙ miniſtri et Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum ⁊ alijs fratribus induendis ſollicitam curaꝫ gerant: Item ꝙ ſi quis fratrum in infirmitatem ceciderit alij fratres debeant ei ſeruire ſicut vellẽt ſibi ſeruiri: Item ꝙ fratres non predicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi cuꝫ ab eo illis fuerit contradictũ: Itẽ ꝙ nullus fratrum populo audeat penitus predicare. niſi a generali miniſtro vel alijs quibus ſecundum declarationem illud cõpetit fuerit examinatus et ap̄pbatus ⁊ ad hoc inſtitutus:: Item ꝙ fratres qui cognoſcerent ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare ad ſuos miſtros debeant et poſſint recurrere: Item ꝙ omnia que ponũtur in regula ad formam habitus tam nouitiorum ꝙ̃ eciam profeſſorum. necnon ⁊ admodum receptionis ad profeſſionẽ ſpectãtia: ſunt ab ipſis fratrib⁹ obligatorie obſeruãda. niſi recipientibus quo ad habitum nouitiorum ſecundum deum aliter videatur hec inq̃ omnia: ſunt ab ipſis fratribus obligatorie obſeruanda. ¶ Et vbicunq; ponitur. hoc vocabulum teneantur optinet viꝫ precepti: et ſeruari debet a fratribus ſicut tale. De tunicis tamen cum Martino quinto et ſecundum quatuor magiſtros fratres regule expoſitores videlicet Gaufredum Alexandrum de halis Johannem de rupella et Rigaudum declaramus ꝙ miniſtri et prelati poſſunt plures concedere cum viderint neceſſitatem: ſecundum loca et tempora et frigidas regiones.

¶ In q̃b⁹ ſubditi iuditio p̄latorũ ſuorũ ſtare licite poſſunt ymo ⁊ tenent̃: ſcd̃a ptic̃a

¶ Preterea vbicũq; in regula ponit̃. dictio neceſſitatꝫ vt de veſtimentis. de Ieiunio. de calciamẽtis. et non equitando vltra caſum neceſſitatis: dicimus et declaramus (etiaꝫ iuxta plures regule expoſitores preſertim ſanctum Bonauenturam in ſua declaratione) ꝙ prelati poſſunt cuꝫ ſubditis in predictis declarare. interpretari ⁊ determiare: ſicut ⁊ quãdo eiſdẽ videbit̃ expedire: conſideratis diuerſis occaſionibus atq; circũſtãtijs ⁊ qualitatibus tẽporũ. regionũ. perſonarum atq; negociorũ Quoꝝ etiam iuditio in talibus ſubditi ſtare debẽt. ⁊ nõ ꝓprio ſenſui inniti cum talia ad prelatũ diſcernere ſpectet nõ ad ſubditũ Similiter etiam in officio ⁊ rubricis diuini officij qñ occurrunt dubia ſtãdum eſſe declaramus iuditio ⁊ determinationi miniſtrorum in talibus. etiam ſecundũ alia ordinis indulta: euitando omnẽ cõtentionẽ Et ſecũdũ fratrẽ Nicolauꝫ de auſmo in quadã ſua declaratiõe ſup̱ regulam declaram⁹ et volum⁹ ꝙ in oĩbus dubijs de q̃bus ſubditi non poſſunt indubitant̃ clarificari teneantur ſtare iuditio ⁊ determinationi prelatoꝝ ſuoꝝ. Et ꝯtrariũ agẽtes: velut obediẽtie trãſgreſſores a ſuis ſup̱iorib⁹ cẽſura eccl'aſtica. vl alia decẽti pẽa caſtiget̃

¶ Qꝫ licet teſtamentũ beati Frãciſci nõ obliget. tñ in reuerẽtia ẽ hñdũ: tertia. pti.

¶ Sciant etiam fratres ſe non obligari ad teſtamētū beatiſſimi patris noſtri franciſci ſecundū declaratiões ſummorū pōtificū ſcʒ. Gregorij noni. Alexandri quarti. Nicolai tertij Clementis quinti: et Martini quinti. Verū q̄a non paſſim nec de leui a legittimis filijs videtur debere ꝑuipendi tanti ſui patris expreſſa voluntas: ideo ſtatuimus et ordinamus ꝙ in ſingulis conuentibus immediate poſt regulam ſcribatur. et habeatur: et die veneris in prandio poſt regulam ipſaʒ q̄n tempus oportunum affuerit legatur.

¶ De humili ſubiectiōe ⁊ reuerētia ſancte romane eccleſie ⁊ ſupremorum ordinis ꝑlatorum. quarta particula.

¶ Et quia conſequenter ibidem dicit regl'a ꝙ Frater Franciſcus promittit obedientiam ⁊ reuerentiam dño pape Honorio et eius ſucceſſoribus canonice intrantib⁹. ⁊ eccleſie Romane: Ideo ſtatuimus et ordinamus vt omnes ⁊ ſinguli fratres vt dignum et iuſtum eſt reuerentiā exhibeant et honorem: humilem obediētiaʒ et firmiſſimam fidelitateʒ Sanctiſſimo domino noſtro pape ⁊ ſacroſcē ſedi apoſtolice eomodo videlicet quo in principio et etiaʒ in fine regule admonemur: ⁊ prout intētio fuit ſanctiſſimi patris noſtri franciſci. qui preſbiteros monuit precunctis reuereri.

¶ Et quia inſuper regula ibidē dicit ꝙ alij fratres teneantur fratri franciſco et ei⁹ ſucceſſoribus videlicet miniſtris generalibus obedire.·.·.·.·. Et alibi. Vniuerſi fratres vnum ex fratribus iſtius religionis teneātur ſemper habere generalem miniſtruʒ ⁊ ſeruum totius fraternitatis. cui teneantur firmiter obedire Et alibi Non precipiētes eis aliquid qđ ſit contra deum et animaʒ ⁊ regulam noſtram Et alibi / ꝙ fratres teneantur obedire ſuis miniſtris in omnibus q̄ promiſerunt domino obſeruare. et nō ſunt contraria anime ⁊ regule noſtre: quib⁹ verbis et limitationibus conſtat ꝙ per nullaʒ conceſſionem ſiue prouiſionem apoſtolicā fratres ab obedientia generalis ⁊ prouincialium miniſtrorum abſq; detractione et retroceſſione regularis obedientie quaʒ intendebat beatus pater frāciſcus eximi poſſunt prout etiaʒ ſanctus Bernardinus clarius declarat et probat: nec ideo aliter limitari valet nec per ſacrum conſiliuʒ ⁊ decretum conſtancienſe et Eugenium quartum aut alios aliter limitatur āt reprimit etiaʒ quo ad fratres de obſeruantia ſiue familia ꝙ per modum diſpenſationis ſeu relaxationis aut conceſſionis etiam preſuppoſitis cauſis legittimis. que quidem cōceſſio fratres ſub prelatis ordinarijs vota ſua puri⁹ ſeruare volentes non obligat prout dictuʒ decretum conſtancienſe ſatis aperte. et Nicolaus quintus expreſſius per aliam declarationem ſub bulla que incipit Regimini vniuerſalis eccleſie ⁊c. determinauerunt: cum nullus vti priuilegio aut retrocedere cogatur prout etiam Sanctiſſimus dominus noſter Julius ſecundus per breue ſuū fratribus regularis obedientie conceſſum ⁊ aliud miniſtro francie directuʒ et alij plures in ſimili declarauerunt: que inq; conceſſiones etiam voluntarijs talem obedientiam miniſtrorum ſine conditione libere ꝓfeſſis non conceduntur nec concedi vl' dari poſſunt niſi cauſa ſubſiſtēte legittima: que tamen ibidem nullaten⁹ vel rariſſime etiā particulariter reperitur. vbi talis obedientie tales exceptiões ſiue limites ad omnia incommoda atq; pericula anime ſubditoꝝ omni; tempore euitanda ſufficientes ex regula ipſa perfectiſſima ſufficientiſſime dātur: ita ꝙ generalis et ꝓuintiales miniſtri ⁊ cuſtodes etiā ſi minime reformati vel obſeruātes exiſtant ſubditos ſuos inuoluntarios a regulari ipſius obſeruantia ꝑ ipſaʒ regulaʒ ⁊ ꝑ oīa iura mīme īpedire poſſunt Obediēdū eſt igit̄ apoſtolo petro āmonēte non ſolum bōis ⁊ modeſtis ſed etiam diſcolis vbi nihil contra deum ⁊ conſcientiā imperatur Neq; enim ceteris chriſtianis ab obediantia ipſius ſupremi pontificis ⁊ aliorum epiſcoporum ſiquando vicioſi inuenirentur recedendi preſtare debemus exemplū Multi ſiquidē ſub malis prelatis ſanctam cum humilitate fouerunt conuerſationem et vitam: vt de fratribus noſtris i' ꝓuincijs. burgundie. francie. turonie. et Saxonie. atq; Colonie et multis alijs euidentiſſime patet In quib⁹ ſub difformatis miniſtri ⁊ cuſtodibus q̄ plurimi conuentus ⁊ fratres retroactis temporibus artiſſimaʒ pre ceteris obſeruantiam tenuerūt: qui tādem reformatos nunc et ſufficientes habere meruerunt. Quarum etiam prouiſionū et cauſarum ipſarum inſufficientia nouis ſuperuenientibus cauſis in contrariuʒ clarius nunc probatur: vbi rei experiētia manifeſta aperti⁹ nunc conſtat qualiter allegati et ſperati fructus talium prouiſionuʒ et exemptionum videlicet vnitatis. pacis. et reformationis ordinis amplius ex eis non ſequuntur ſed nunc potius contraria. videlicet ordinis ipſius diuiſio. turbatio.

ſquietudo ⁊ diſſentio magis ꝙ̄ reformatio
⁊ concordia exinde oriuntur ⁊ continuā=
tur vt ſatis notoriū eſt:ſic ꝙ ꝯſequenter vo
tū regularis obedientie per ipſas prouiſio
nes non commutatum in melius nec in eq̄=
ualens ſed potius relaxatum eſſe non ſolū
per predicta ſed alia plura comprobatur:
propter que omnia cauſas ipſarum proui
ſionum ſiue exemptionum aut diſpenſatio
num dicimus ⁊ inq̄tum poſſumus auctori
tate apoſtolica declaramus nunc minime
ſubſiſtere et minꝰ legittimas et ſufficiētes.
ſed illegittimas et nullas eſſe. Atqꝫ ꝓut ex
officio et ex dicta ſpeciali cōmiſſione ⁊ man
dato dicti Sanctiſſimi dn̄i noſtri pape obli
gamur. taliū et aliorum quorūcunqꝫ fratrū
ordinis noſtri ſaluti vnitatiqꝫ et paci ordi=
nis debite prouideri volentes omnibus et
ſingulis regulam ipſam ꝑ dn̄m papam ho
norium confirmatam profeſſis ſub intermi
natione diuini iudicij diſtrictius inhibemꝰ
talibus a cetero vti prouiſionibꝰ a regula=
ri obedientia ⁊ cura miniſtri generalis ⁊ ꝓ
uincialium miniſtrorum ⁊ cuſtodum ipſos
fratres taliter eximentibus:ſed omnino vo
lumus et mandamus cum Martino quin=
to et alijs et precipue cum beato franciſco
in regula noſtra:vt ex nūc omnes et ſinguli
ff̄es huiuſmodi. ſiue ytalici gallici hyſpani
Teutonici ⁊ quicunqꝫ alij per orbem terra
rum conſtituti obedire teneantur prout re
gula dicit et immediate ſubici in omnibus
que dicit regula tali ſucceſſori beati franci
ſci vni Generali miniſtro in toto ordine eo
pro inſufficiente per eos quibus incumbit
ex regula nō determinato nec iudicato aut
repudiato ſiue depoſito:et ſimiliter prouin
cialibus miniſtris in ſuis prouincijs. cuſto
dibus in ſuis cuſtodijs. guardianis l guar
dianatibus ſuis. et quibuſcunqꝫ prelatis ꝑ
regulam datis:non obſtante quacunqꝫ de=
claratione vel quocunqꝫ priuilegio ſiue in=
dulto aut mandato in contrarium quōcun
qꝫ aut qualitercunqꝫ cōceſſo in generali vel
ſpeciali in conſilio conſtancieñ in Romana
curia vel alibi vbicūqꝫ etiam ab Eugenio
quarto. Pio ſcd̄o Paulo ſecundo vel quocū
qꝫ alio caſſando reuocando annullando.
ac nullius eſſe decernēdo valitudinis ac ſi
nunqꝫ conceſſa fuiſſent. Et vbicūqꝫ dicti mi
niſtri et cuſtodes tales de obſeruantia vel
familia taliter exemptos vel ſeparatos in
ſuis prouincijs et cuſtodijs habuerint/vo=
lumus vt debitam ſibi ex regula a talibus
ſicut ⁊ ab alijs obedientiam gratioſe requi
rant et paternaliter:et curā talium atqꝫ lo=
corum et monaſteriorum eiſdem ſubditoꝝ
ſpōtanee ad ouile ſeu gregem legittimū pa
ſtoris reuertentium offerant atqꝫ ſuſcipiāt
Ita tamen ꝙ vbi ⁊ ꝙ̄diu tales miniſtri de=
bite reformati non fuerint. nec in obſeruā=
tia regulari diutius probati. ſi dicti de fa=
milia cuſtodes vel vicarios ſibi eligere et
habere voluerint ex ſuis qui eoſdem(ſalua
ſemper obediētia regulari ⁊ cura miniſtro
rum)regant et viſitēt ipſi miniſtri benigne
eis cōcedant prout ipſi de familia tempore
ſancti Bernardini ante Eugenianam. ⁊ ab
alijs fratribus vere obſeruantie et obediē
tie regularis in diuerſis prouītijs olim fie=
ri conſueuit. donec aliter ſuper hijs melius
prouiſum fuerit. ¶ Et vbi a ſummis ponti
ficibus tranſitus talium fratrum de fami=
lia ad conuentuales et receptio eorum a cō
uentualibꝰ ſine licentia petita ⁊ in ſcriptis
obtenta ſub cenſuris et penis ꝓhibetur di
cimus et declaramus etiā auctoritate apo
ſtolica nobis deſuper conceſſa hoc accipi ⁊
intelligi debere de tranſitu ipſorum de ob=
ſeruantia ad laxatā et deformatam vitam
fratrum conuentualium non reformatorū
vel etiam in paupertate diſpenſatorum vꝉ
relaxatoꝝ et ad talium loca:et nō de tran=
ſitu ſiue reditu ad regularem obedientiaꝫ
ſuorum miniſtrorum conuentualium maxi
me reformatorum ſub modo et ritu fratrū
reformatorum obſeruantie et obediētie re
gularis eiſdem miniſtris et conuentualibꝰ
immediate iuxta regule formam ſubdito=
rum:quos ſanctiſſimus dominꝰ noſter Iu=
lius ſecundus vere fratres minores eſſe cē
ſuit:cum nulli etiam de iure diuino tranſi=
tus vel reditus ad meliorem frugem ⁊ ſue
profeſſionis obſeruantiam claudi debeat.
ſed etiam ex regula recurſus ad miniſtros
pro regule obſeruantia expreſſe precipiat:
vt de talibus locis et ſocietate a miniſtris
prouideatur:vbi et cum quibus regularis
obſeruantia et obediētie promiſſe puritas
obſeruari poſſit. A q̄ etiā r̄le ꝑcepto aliquē
īpediri vꝉ retardari poſſe diſtrictiꝰ īhibemꝰ
ratū hn̄tes ⁊ approbātes trāſitū ſiue reditū
q̊rūcūqꝫ fratrū ⁊ locoꝝ ad hmōi obediētiaꝫ
r̄larē taliū miſtroꝝ ⁊ cuſtodū vbicūqꝫ ⁊ q̄n=
cūqꝫ iā factū. ¶ Et vbi trāſitꝰ fratrū miſtris
ſubditorū ad ff̄es de familia licētia petita
nō obtēta vel taliū receptio ipis de familia
licētia talit̄ petita ⁊ nō obtēta ꝯcedit̄:dicimꝰ
⁊ auctoritate ap̄lica declaramꝰ(de ꝯuētua
libꝰ ff̄ibꝰ nō reformatꝭ ⁊ ī pauꝑtate diſpēſa
tis ⁊ relaxatis ꝓſuppoſitis etiā cauſis legit
timis ad hec ⁊ legittima ſubſiſtētia dictaꝝ

ꝓuiſionū de familia vel ſimiliū ſi poſt hec aliqñ tales (qđ abſit) repiantur: ⁊ non de dictis reformatis obſeruātie ⁊ obedientie regularis hoc accipi et intelligi debere: prout etiā Sāctiſſim⁹ dñs noſter Julius ſcđs per litteras ſanctitatis ſue ſub forma breuis generali miniſtro directas de nouo cōceſſas ꝑ eūdem ⁊ approbatas ꝑ alias. ſatis apte declarauit ⁊ determinauit. Inhibentes etiā diſtricti⁹ ſub pena apoſtaſie ⁊ excōmunicatiōis late ſētēcie. vt null⁹ taliū reformatoꝝ vel obſeruātie ſeu obediētie regularis ad dictos ſepatos de familia vel ad alios cōuētus ꝯuētualiū relaxatos ſiue ī paupertate diſpenſatos et non reformatos ſine debita diſpēſatiōe. ⁊ licētia ſui miniſtri ī ſcriptis obtenta trāſire poſſit: ⁊ niſi ī cā regule cōformi vtpote in cā reformatiōis vel reductionis aut ſubuētiōis talium.

¶ De duob⁹ viſitatorib⁹ ⁊ vicarijs generalibus ī ordine habendis. Quīta ꝑticula.

¶ Uerum quia ꝓpt̄ tantā ordis augmētatione ipiuſq͛ reductionē ⁊ vnionē ꝑtē ſā cōgruētiori ſubſidio vti neceſſe erit ad ipius ꝯgruētius regimē viſitatiōem ⁊ manutētionē. expediet q͛ vt ſaltē ex tunc generalis miſter auxilio maiori ⁊ cōgruētiori ſubſidio ī tanti ordis tanto regimine ⁊ gubernatiōe fulciatur. et maxime vbi viſitatores ſingularū prouintiarū oli ad hec in capitulis gñalib⁹ ordinati modo in vſu nō habent: ideoq͛ communi vtilitati toci⁹ ordinis. ſalubri⁹ cōſulere ⁊ officia taliū ordinis viſitatorū cōgruēti⁹ ſupplere volendo: ſtatuim⁹ ⁊ ordinam⁹ vt ſaltē ex tunc habeat ipſe gñalis duos gñales vicarios ⁊ viſitatores tocius ordinis reformatos ⁊ obſeruātie atq͛ obedientie regularis: vnū ciſmōtanum ⁊ aliū vltramōtanū Qui etiā ꝓpter diſcurſus in ordine euitandos ⁊ indigentias ſeu raritates ſuppoſitorum ſufficientium ⁊ neceſſariorum in ordine ad tanta offi:ia tam multiplicium viſitatorum ſingularum prouintiaruꝫ ordinis olim in ordīe haberi ſolitoꝝ ſuppleāt vices tante multitudinis viſitatoꝝ ſingularū ꝓuītiarū ordis: a quib⁹ (ſcđm alia omīa antiqua ⁊ etiā vltima ordinis ſtatuta) ſolebat ⁊ debebat viſitari totus ordo de triēnio ī triēniū: qui ⁊ alia neceſſaria ad vtilitatem ⁊ manutētionē atq͛ reformationem ordinis faciāt ⁊ exerceāt in abſentia ipius generalis miniſtri ⁊ in partib⁹ maxie ab eo remotis vel vbi ꝑ ſeipſum cōmode nō poterit generalis ipſe ⁊ ꝓut infra in capitulo de viſitatorib⁹ ordinis pleni⁹ declarabitur ⁊ ordinabitur.

¶ Secundum capitulum.

¶ De nouicijs recipiendis ad ordinem et profeſſionem. Prima particula.

CONſequenter pro debita obſeruātia pñtis regule capituli de recipiendis ad ordinē: Statuim⁹ ī pmis ⁊ ordinam⁹ illud fore ſeruanduꝫ qđ felicis recordationis. Nicola⁹ papa terci⁹ declarauit in ſua decretali. Exijt qui ſeminat. vbi determinauit q̄ nō ſolū Generalis ſed etiam prouīciales miniſtri ꝑſonas a ſeculo fugientes recipere poſſunt in fratres: q̄ q͛ miniſtri vices ſuas in hac re cuſtodibus ⁊ guardianis alijſq͛ probis pr̄ibus cōmittere poſſunt: ꝓut eis expedire videbit̄. Uicarij vero prouīcialiū miniſtroꝝ ex officio vicarij licentiā hanc ſibi nouerint interdictā: niſi ꝑ eoſdē miniſtros eis ſpālĭter cōmittat̄. Caueant tñ ipi ꝓuīntiales miniſtri q̄ hoc nō indiſcrete non paſſim ſed ſic conſiderate cōmittāt: ſic q͛ illos quib⁹ hoc cōmitti contigerit fidelib⁹ conſilijs fulciāt: q̄ oīa diſcrete procedāt. Et maxie caueāt ne fratribus vel guardianis conuentuuꝫ non debite reformatorum iſtud cōmittant nec per eos aut alios quoſcūq͛ in eorum cōuentib⁹ aliquos ad ordinem vel profeſſionē recipi permittant. Alias taliū receptio ſit inanis et miniſter talib⁹ in ſua viſitatiōe auferat habitū: vel probandos ad conuentus debite reformatos tranſmittat. Nec quacunq͛ auctoritate minor prelatus coram maiore etiam cōmiſſionem recipiendi habente ad ordinē vel profeſſionem recipiat: ſine conſenſu talis ſui maioris. ¶ Nec indifferenter in omni conuentu etiam reformato iuxta antiqua ordinis ſtatuta recipiantur: ſꝫ ſolummodo in aliquibus conuentibus ſpecialiter ad hoc deputatis. et in quibus habebuntur probi patres inſtructores ⁊ magiſtri talium nouitiorum: et in cōuentibus meli⁹ ordinatis et optime reformatis vel pocioris obſeruātie regularis: vt tam verbo q̄ doctrina talis ſui inſtructoris q̄ etiā exemplo aliorum ibidem commorantiū bonos mores facilius diſcere et imprimere ī ſue conuerſationis principio poſſint. Nec etiam indifferenter omnes admittātur ad ordinem: ſed illi tantum qui ſuffragantib⁹ eis litteratura ydoneitate vel alijs circunſtancijs poſſint eſſe vtiles ordini: ſibiq͛ per vite meritum ac alijs proficere per exemplum. ¶ Statuimus inſuper et ordinam⁹ q̄ nullus recipiatur ad ordinem pro fratre

226



clerico nec etiaʒ pro oblato niſi annũ quar
tum decimum cõpleuerit etiam ſi fuerit ob
latus a parentibus : niſi pro ſcandalo eui=
tando vt ſi foret filius militis aut ſuperio=
ris dignitatis. Nec pro layco aliquis reci=
piatur niſi annum decimumſeptimuʒ atti
gerit:nec poſt quadragiſimũ ſextum: quia
tunc non eſſet ad labores ⁊ ſeruitia fratrũ
ydoneus:niſi vbi fortitudo et robur corpo
ris.etatis debilitatem suppleret vel niſi ex
eius receptione propter ꝑſone ſingularita
tem clero et populo non modica edificatio
ſequeretur Neqꝫ profeſſus pro layco ꝓmo
ueatur ad clericatum:ſine generalis mini=
ſtri licentia ¶ Et venientes ad ordineʒ di
ligenter examinẽtur de fide catholica et ec
cleſiaſticis ſacramentis:vt in regula conti
netur. Itẽ ꝙ ſint fideles ⁊ catholici De nul
lo errore ſuſpecti. Matrimonio non ligati
per copulam carnalem Corpore ſani Ani=
mo prompti Legittime nati Debitis expe
diti Conditione liberi Nulla vulgari infa
mia notati. Competenter litterati. vel ad
labores fratribꝰ honeſtos ⁊ vtiles apti Aut
talis conditionis reputentur. ꝙ eorum re=
ceptio clero et populo non modicaʒ afferat
edificationẽ Circa tñ particulã infidelitatꝭ
ſeu excommunicationis Bonifacius octa=
uus in priuilegijs ordinis ita dicit. Uolen=
tibus veſtro aggregari cõſortio qui ſuſpẽ=
ſionis aut interdicti vel excõicatiõis ſentẽ
tias a iure vel a iudice generaliter vel ſpe
cialiter ſunt ligati abſolutionis beneficiuʒ
obſeruata canonica ipartiri:ipſos qꝫ in fra
tres recipere ac eos qui poſt aſſumptũ ha=
bitum vel profeſſionem promiſſam recolu=
erit ſe talibus in ſeculo ſententijs fuiſſe in=
nodatos:ſecundum formam ipſam vos ge
nerales ac prouintiales miniſtri atqꝫ cuſto
des ac vices veſtras gerentes valeatis ab
ſoluere et cum eis in irregularitatibus di=
ſpenſare:ita tamen ꝙ ſi aliq̃ eiuſmodi ſen=
tencijs propter debitum fuiſſent aſtricti:ſa
tiſfaciant vt tenentur hec ille. Additqꝫ ꝙ ſi
ſic abſoluti non intrarent ordinem vel ip=
ſum redeundo ad ſeculum defererent:in ꝑ=
dictas ſententias relabantur. Patet etiam
ex hijs a quibus tales tali abſolutione in
digentes debeant abſolui:quia ſolummo=
do a miniſtris vel cuſtodibus vel eoruʒ vi
ces gerentibus ſeu vicarijs. Uenientibus
etiam ad ordinem vt regula dicit dicatur
verbum ſancti euangelij ꝙ vadant et ven=
dant omnia ſua:⁊ ea ſtudeant pauperibus
erogare Quod ſi erogandum nil habuerit
vel ſua erogare ante habitus aſſumptionẽ
vel poſt ante profeſſionem commode non
poſſunt:ſufficit eis bona voluntas vt dicit
regula cum totali expropriatione ante pro
feſſionem ¶ Et venientes ad ordinem de
bonis ſuis faciant quitquid dominus iſpi=
rauerit eis ſecundũ regulam et declaratio
tionem Clementis quinti:que talis eſt. Ce
terum quia chriſti confeſſor (i verſiculo Cũ
vero) facere de rebus ſuis quitquid domi
nus ipſum regulam intrantem liberum ve
lit eſſe : non videtur prohibere quin liceat
eis recipere. conſideratis ſcilicet eorum ne
ceſſitatibus et moderaminibus declaratio
nis iam predicte. ſi quis de bonis ſuis in=
trans ſicut et ceteris pauperibus per mo=
dum elemoſine libere velit dare ¶ Qʒ ſi cõ
ſilium erogandi bona ſua requiratur licen
tiam habeant miniſtri et eoruʒ receptores
quibus committunt mittendi eos ad aliq̃s
deum timentes alterius ſtatus:quoruʒ cõ
ſilio bona ſua pauperibus erogentur. Tã=
deʒ regula et ordinis auſteritas ſummatĩ
et generaliter exponatur:et probatiõis ca=
putium coraʒ conuentu eis impõatur. hoc
eſt caputium diſſutum ſiue ſeparatum a tu
nica habens ante caparonem ſiue panni
peciam appenſam latitudinis ſaltem qua=
tuor vel quinqꝫ digitorum. et longitudinis
ſaltem vnius palmi vltra cingulum niſi ꝑ=
ut regula dicit eiſdem miniſtris aliter ſecũ
dum deum aliquando videatur Statuitur
tamen ꝙ ſi aliquando miniſtris cum aliqui
bus de caputio probationis diſpẽſare pla=
cuerit:illis iſdem miniſter proteſtetur nulluʒ
ius habere in religione ſi profeſſorum ha=
bitum ſaltem quo ad extra deferunt:niſi tẽ
pore ſuo expreſſam prius fecerint profeſſi=
onem Quod etiaʒ ſine euidenti cauſa non
faciant Cuſtodes vero guardiam et alij q̃
tempore ſuo ſuos nouicios ſine probatiõis
caputio incedere permiſerint:acriter puni
antur per ſuos ſuperiores Et in receptio=
ne et induitione nouitiorum ⁊ profeſſione
eorum ſeruentur cerimonie et dicantur ſuf
fragia olim conſueta:prout in fine ordina=
tionum diuini officij poni et dici iubentur
Inhibemus etiam ꝙ nullus profeſſus i or=
dine mendicantium licentia nõ obtenta ad
noſtrum ordinem recipiatur Qʒ ſi ſecus fa
ctum fuerit : huiuſmodi receptio ſit irrita
et manis et caſſa Nec de non mendicanti=
bus aliquis recipiatur. niſi prius a ſuo ſu=
periori licentia poſtulata.

¶ De ſollicita inſtructione et probatio
ne nouitiorum et magiſtro ſiue inſtructore
eorum:ſecunda particula

¶ Preterea quia vnu3 potiſſime
neceſſarium in ordie
ad debitam religionis obſeruantia3 augē
dam et conſeruandam eſt monitiorum ac
iuuenum in ordine diligens et ſollicita in-
ſtructio et probatio. cuius carentia ⁊ negli
gentia multū ordini nocuit et quotidie no-
cet: ſtatuimus et ordinamus vt iuxta anti
qua ordinis ſtatuta in ſingulis cuſtodijs a
miniſtro aſſignentur aliqui conuentus ap-
tiores et reformatiores ſiue obſeruantio-
res. in quibus nouicij de cuſtodia collocen
tur. vſq3 ad profeſſione3 vel vltra ſecundū
determinationem miniſtri Et recipiantur
ibidem pro conuentibus a quibus mittun
tur vel pro quibus decreuerint miniſtri vł
cuſtodes. vt exinde ſint filij tanq3 ibide3 re
cepti: ſi tamen dicti conuentus fuerint de-
bite reformati Ad quos etiam diligenter
informandos aſſiguetur. eis in capitulo ꝓ
uinciali frater probus. moribus grauis. re
ligioſus in ordine probatus et circumſpe-
ctus: qui cum ſpiritus feruore atq3 ardore
et diſcretione verbo ⁊ exemplo doceat eos
orare et meditari et orationis ſpiritum an
te omnia habere: ſine quo nimis eſt diffici-
le aliquem in ordine proficere et pſeuerare
poſſe Et capitulū ſeparat ū hora congrua
infra die3 quotidie particulariter eis tene
at vbi culpis et recognitionibus eoru3 au
ditis et correctis. doceat eos frequentius
confiteri et comtemplari. honeſte conuerſa
ri. humiliter et ſimpliciter obedire. culpam
coram omnibus et ſingulis eos arguenti-
bus prompte in terra3 proſtratos recogno
ſcere. cordis et corporis puritatem ſeruare
reuerentes et obſequioſos omnibus eſſe.
ſanctiſſimam paupertatem et abiectione3
zelare. opera humilitatis et vilitatis liben
tius amplecti. artū ſilentium tenere ſolitu-
dinem et cellam amare. et ad omnis perfe-
ctionis apicem anhelare. prout tantus ſta-
tus perfectionis acquirēde requirit Et tra
ctatus etiam deuotos et morales ad hec i-
ducētes ⁊ de hijs plenius docentes eis dili
gēter exponere vel exponi facere curet Ce
rimonias quoq3 ordinis et officiu3 diuinū
cum ſuis rubricis et cantu3 ordinis et om
nia alia que faciunt ad debitam ordinatio
nem et compoſitionem ac mortificationem
veri religioſi. Et vt predictis efficatius va
care poſſint ordinam⁹ (iuxta etia3 antiqua
ordinis ſtatuta) ꝙ toto tempore ſue proba
tionis ſtudio litteraru3 non intendant nec
promoueantur ad ordines ſacros nec con
feſſiones audiant ſi fuerint ſacerdotes: nec
libros ſtudij habeant ſpecialiter aſſigna-
tos Si quos vero de ſeculo attulerint: re-
ponant eos i cuſtodia guardiani. In libris
tamen et ſcripturis moralibus et deuotio
nis ac ſpiritualis edificationis liceat eis
ſecundum diſpoſitione3 magiſtri ſui certo
tempore occupari Ubi etiam potior pars
conuentuum cuiuſlibet cuſtodie vel etiam
omnes eſſent adeo bene ordinati et regula
ti. et ita ad verum reformati ꝙ iuditio ſui
miniſtri ſufficientes eſſent ad recipiendu3
et inſtruendum nouicios. et patres inſtru-
ctores probos et ſufficientes haberent ad
eos debite regendum et inſtruendum poſ
ſint etia3 ibidem eligi et poni tales inſtru
ctores et magiſtri et ibidem cum commiſ-
ſione miniſtri nouicij recipi ⁊ inſtrui ac pro
bari ad maiorem ordinis et talium conuē-
tuum vtilitatem et profectum: quia deuo-
tio feruor et compoſitio nonitiorum et iu-
uenum in quolibet conuentu multum facit
ad compoſitionem conuentus. et econtra-
rio et cetera. Ideo volumus vt ſuper hijs
maxime vigilent quilibet ordinis prelati
Nec fratres inſolentes ibidem ſtare per-
mittant: qui tales nouellas chriſti plantati
ones ſuis leuitatibus et inſolencijs ſcanda
liſent vel corrumpant.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.·.

¶ Tempore etiam nouitiatus non loquā-
tur nouicij cum aliquo ſeculari vel religio-
ſo alterius religionis ſine licentia guardia
ni vel magiſtri ſui. et in alterius eorum p̄-
ſentia: vel alicuius probi patris per guar-
dianū deputati Nec litteras ſiue epiſtolas
vel aliud recipiant ſiue mittant ſine licen-
tia ſpeciali Nec tempore nouiciatus mit-
tantur foras extra conuentum: niſi ratione
alicuius proceſſionis in villa vel ciuitate
aut caſtro. vel niſi pro cauſa rationabili et
neceſſitate vrgente interdū aliquando mit
tantur cum guardiano vel eorum magiſtro
aut aliquo probo patre. cito reuerſuri Nec
redire volentes importune ad ſeculu3 ipe-
diantur: quia nouit dominus qui ſunt eius.
Nec fratres inſolētes eiecti ab ordine nec
etiam nouicij per ſe egreſſi amplius recipi
antur: niſi vbi conſtaret de cauſa rationa-
bili aut pia vel neceſſaria huiuſmodi egreſ
ſionis vel de iniuria iniuſte eiectionis.

¶ De recipiēdis ad profeſſionem: Ter-
tia particula.

¶ Nullus deniqꝫ nouitioꝛum ad profeſſionem recipiatꝛ niſi ab ipſo miniſtro vł ab alio cui miniſter committeret. et niſi expleuerit totum annũ probationis continuatum non interruptũ. Nam ſi voluntarie nõ cogente cauſa legittima interrumperetur: profeſſio nulla eſſet. Et ſic ſcienter recipiens ac etiaꝫ ante dictã etatem: eſt ſuſpenſus a receptione. Et quilibet pro clerico recipiendus ſciat per ſeipſũ diuinum officiuꝫ oꝛdinare: vel ꝙ ſaltem ſit ſpes ꝓbabilis ꝙ illud in proximo ſcire poſſit. Alias nõ admittatur ad ſacros oꝛdines nec ad ſtudia: niſi vt dictũ eſt officium oꝛdinare ſciat. Completo aũt probationis tempoꝛe ſi a fratribus conuentus bonum teſtimonium habuerit: recipiatur ad profeſſionem. Et qui profitetur vtramqꝫ palmã iunctam teneat intra palmas recipientis: hec dicendo. Ego frater. N. voueo et promitto deo ꝛ beate marie ꝟgini ꝛ beato franciſco et omnibus ſanctis et tibi pater toto tempoꝛe vite mee ſeruare regulaꝫ fratrum minoꝛum ꝑ dñm papã honoꝛiuꝫ confirmatã: viuendo in obedientia ſine propꝛio: et i caſtitate. Et qui eum recipit promittat ei dicendo. Et ego ex parte dei ꝛ firma ipſiꝰ oꝛdinatione ſi hec obſeruaueris promitto tibi vitam eternam. Eiuſmodi autẽ receptio fiat ſolẽpniter corã conuentu: ad hoc peculiariter cõuocato. Sint qꝫ nouicij antea cõfeſſi ꝛ abſoluti: quo indulgentias ꝛ abſolutiones tunc a ſede apoſtolica ꝯceſſas ꝛ gratie augmentum tanqꝫ ydonei ſuſcipere valeant. Et ſi aliquando nouicioꝛum recipiendoꝛum ad profeſſionem conuerſatio vel vita ſuſpecta eſſet vel dubia: eoꝛum receptio prouincialibus miniſtris quoꝛum intereſt talia dubia declarare vel eis quibꝰ commiſerint reſeruetur. Huiuſmodi autem nouicij profeſſionem facturi ſint omnino exproꝛpriati: et nichil in teſtamento vel alias ꝓ ſe retineant vel faciant ſeruari: ſed ſi legauerint vel dederint libꝛos vel alia notabilia conuentibus vel fratribus in cõmuni. miniſter vel cuſtos vel guardianus poſſint ꝛ debeant de predictis legatis: eiſdem cum profeſſi fuerint ſicut et alijs fratribus ſicut ſecundum deum et eoꝛum ſtatum expedierit prouidere.

¶ De magiſtro ſiue inſtructoꝛe iuuenũ profeſſoꝛum et alioꝛum nouiter reformatoꝛum. Quarta particula.

¶ Et quia etiam fratres iuuenes et alij nouiter profeſſi ac alij ad veraꝫ reformationem nouiter cõuerſi vel recepti qꝫ maxime indigent prouido directoꝛe ꝛ ſtrẽnuo ſollicitatoꝛe qui eos velut noua ardua et inexperta certamina aggreſſos i viam rectam dirigere ſtimulare ꝛ premunire ſciat (quod congruentius ꝛ vtilius ab vno ꝛ eodẽ ſupꝛadicto nouitioꝝ magiſtro qꝫ a duobus vel pluribus poſſe fieri cenſemus) ideo ſtatuimus ꝛ oꝛdinamus vt vel idem nouitioꝛum magiſter maxime vbi pauci ſunt nouicij/ vel alius/ preſertim vbi ſunt multi ꝛ vbi talis haberi poteſt frater grauis. maturus. diſcretus. deuotus. et in obſeruantia regulari probatus poſtuletur: et etiã ꝑ capitulum vt moꝛis eſt ad hoc aſſignetꝛ. Et huic ſubijciantꝛ oẽs fratres tã iuuenes qꝫ laici nondũ viceſimuꝫ quintum annũ attingẽtes: et etiam alij ſacerdotes ꝛ layci predictam etatem tranſeuntes ante ſuam profeſſionem. et alij fratres ſacerdotes nouiter ad reformationem conuerſi vł recepti. ſaltem pro vno vel duobus annis: vt ſicut predictum eſt de inſtructione ſollicita nouitioꝛum: ſic et iſti in hijs continuari et ſemper in melius augeri ac debite inſtrui poſſint et probari: Et ad hoc etiam dictus magiſter (ſi duo tales magiſtri habeantur) quotidie ſeparatum hoꝛa congrua eis teneat capitulum: modo ſupꝛadicto. Si vero vnus tantum habeatur magiſter pro nouitijs et talibus iuuenibus ſimul: poterit eos dietim ſimul et ſemel in eodem ſuo capitulo conuocare. Iuuenes autem nondum ſacerdotes ad reformationem venientes primo ſaltem anno ſub magiſtro nouitioꝛum ponantur: poſtea ſub alio iuuenum magiſtro. Tempoꝛe autem cure ſeu regiminis magiſterij magiſtroꝛum ſeu inſtructoꝛum predictoꝛum non paſſim mittantur foras prefati magiſtri: niſi manifeſta neceſſitas et vtilitas aliquando cogat: nec alias taliter occupentur: quominus ſalubꝛiter et vtiliter cureꝫ intendere valeant prelibate. Et tales nouicij et alij eiſdem ſuis magiſtris et inſtructoꝛibus per guardianum ſi neceſſe fuerit obedire cogantur artius: nec permittantur tales magiſtri inſtructoꝛes ſuper tali eoꝛum regimine ab alijs quibuſcunqꝫ impediri vel moleſtari. Et quando continget aliquem dictoꝛum inſtructoꝛum ſeu magiſtroꝛum foras egredi vel alias pro cauſa rationabili impediri: cuſtos vel guardianꝰ per ſeipſos vel ꝑ

alios ſufficientes ab eis ordinatos ſupple
ant vices eius: ne per incuriam vel negligē
tiā inſtructionis ⁊ ꝓbationis talium. incu=
rabilis relaxationis occaſio ipſis et ordini
prebeatur. ſicut olim factum fuiſſe videmꝰ
Et ideo viſitatores ordinis maxīe ſuꝑ hijs
vigilent ⁊ inquirant diligenter: et qualiter
tales in moribus. inſtruantur ⁊ probentur
Et prelati ac etiaꝫ tales inſtructores ī hijs
negligentes accuſentur: et ſuis officijs ſi ex
pediens videaꝉ priuentur ⁊ alij ſubrogeꝉ.
Si autem fratres ad huiuſmodi magiſte=
rium deputati ipſuꝫ pertinaciter ſuſcipere
recuſauerint non probata cauſa legittima:
puniantur pena qua fratres iobediētes de
bent ſcd̄m ordinis ſtatuta puniri.

¶ De fratribus mittendis ad ordines. Quinta particula.

¶ Deniqꝫ non mittantur nec acce=
dāt fratres ad ordines
ante debitam etatē in iure taxatam et ſine
aſſenſu miniſtri vel cuſtodis in eius abſen
tia. vel guardiani in miniſtri vel cuſtodis
abſentia ſi hoc eidem a miniſtro concedaꝉ:
et de conſilio diſcretorum ſuorum Et qui=
cunqꝫ contra fecerit ſine debita licentia ſe ī
gerere preſumēdo a ſuſcepto ordine ſuſpē=
datur. Conceſſiſſe tamen dicitur papa In=
nocentius octauꝰ nona februarij. Anno do
mini milleſimo quadrigēteſimo octuageſi=
mo quīto. etiā ꝓ toto ordine ꝙ poſtq̄ fr̄es
attigerint annū viceſimum tertium etatis
ſue dū tamen alias ſint ſufficientes poſſint
ꝓmoueri ad ſacerdotium et celebrare miſ
ſas nō obſtante iure et alijs in contrarium
facientibus. Et aliqui ſummi pontifices
etiam conceſſiſſe dicuntur ꝙ actu ex debi=
to alicuius prouincie ſtudentes ī viceſimo
ſecundo anno iuxta antiquam ordinis con
ſuetudinem promoueri ad ſacerdotiuꝫ poſ
ſint. Quibus tamen priuilegijs nullomodo
fratres vtanꝉ: niſi de ſpeciali licētia vel au
ctoritate ſui miniſtri. Qui eaꝫ nulli dare de
beat: niſi habito conſilio et aſſenſu ac bono
teſtimonio aliquorum patrum vel fratruꝫ
aut guardiani ſui conuentus vbi morātur
tales fratres diſpenſandi. Nec nimis igno
rātes ⁊ illeterati aut qui male vite ſunt ad
ordines admittantur: niſi reſipiſcant.

¶ De raſura ⁊ forma tonſure. Sexta ꝑticula.

¶ Fratres comam vel barbaꝫ nō
nutriant. ſed raſuram
deſuper aures ſibi fieri procurent: ⁊ ad quī
denā communiter radentur vel citius aliq̄
tardius iuxta modum regionum: ⁊ diſcreti
onem prelatorum. Et ſit raſura clericoruꝫ
non modica vt decet religioſos: ita ꝙ inter
raſuram cutis ſuperioris ⁊ aures non ſint
pluſq̄ tres parui digiti capillorum. Layco
rum aūt raſura ſit minima more ſimpliciū
clericorum ſecularium: cum etiaꝫ gaudeāt
priuilegio clericali.

¶ De qualitate ⁊ vilitate veſtimētoruꝫ ⁊ mō dormiendi. Septima particula.

¶ Preterea de qualitate et humi
litate habitus et ve=
ſtiū cū regula ibidē dicat ꝙ fratres omnes
veſtimentis vilibus induantur: ſtatuimus
et ordinamus ꝙ veſtimentorum vilitas at
tendatur in precio pariter ⁊ colore. Et etiā
(prout volunt omēs regule declarationes.
et prout volunt ſtatuta ſancti bonauentu=
re et ordinis) in omnibus que ad habitum
fratrum ſpectant ad imitationē patruꝫ no
ſtrorum ſemper in ipſis veſtimētis et coop
turis ac lectiſternijs reluceat aſperitas vi=
litas et paupꝑtas: ita ꝙ nec ſint adeo precio
ſa et curioſa vt ea videntes de curioſitate ⁊
vanitate notare debeant: nec adeo vilia et
groſſa ꝙ ipſa videntes in horrorem indu=
cant et prouocent ad deriſum. Cuius etiā
vilitatis lōgitudinis latitudinis groſſiciei
ſubtilitatis et forme iuditium miniſtris et
cuſtodibꝰ ac guardianis omnino committi
tur et relinquitur per Clementē quintum ⁊
Johannem. xxij. in eorum declarationibus:
quorum iuditio fratres ſtare teneanꝉ. Ideo
ꝙ abſqꝫ alterius eorum iudicio pannꝰ pro
veſtimento fratrū nullomodo ſcindatur: vꝉ
a fratre deportetur ſub pena priuationis vſꝰ
talium veſtimentorum: cū per ipſas decla=
rationes conſcientie eorundē prelatorum
onerentur. ¶ Ad maiorē aūt vniformitatē
inter nos conſeruandam ordinamus ꝙ la=
titudo caputij noſtri habitus non tranſeat
a lateribus iūcturā humeroꝝ vltra vnum
vel duos digitos: et ꝙ longitudo ipſius ca=
putij in capite exiſtentis a parte poſteriori
cingulum non excedat: nec a parte anterio
ri oclos deſuꝑ tegat. Lōgitudo ꝟo habitꝰ
talis ſit: vt fr̄is ip̄m deferētis nullomō exce
dat mēſurā. latitudo aūt vltra mēſurā ſex
deci palmaꝝ nō ꝓcēdaꝉ nec minꝰ q̄ q̄tuor=
decim habeat: niſi notabilis corpulētia ali
cuius fratris ī latitudine amplius requirat iu=
ditio guardiani. Longitudo vero manica=
rum cooperiat extremā iuncturā manuuꝫ:
nec vltra protendatur. Et ſit latitudo non
modica. et multo latior retro q̄ ante: vt mo
ris eſt. Caueant aūt miniſtri et cuſtodes et
guardiani ne pānos guttatim reſperſos vi

uerſis coloribus vel ad nimiam nigredinẽ
vel albedinem tendẽtes:neqꝫ de raſcia aut
ſargia ꝓ habitibꝰ vel mantellis fratres ha
bere permittant. Pannus autẽ habituũ ſit
coloris cinerci. Mantellos quoqꝫ de panno
vili ⁊ humili fratres habeant non rugatos
circa collum nec criſpos:nec vſqꝫ ad terraꝫ
per integrũ ſaltẽ palmũ protenſos. Et i for
ma ſeruetur modus antiquus et hactenus
conſuetꝰ q̄ eſt forma capparũ eccleſie:oi cu
rioſitate penitꝰ abdicata. ¶ Et qꝛ de tuni
cis addit regula. Et aliã ſine caputio. qui q̄
dem modus loquendi dicit aliquam ſimili
tudinẽ ſecunde tunice ad p̄miam:ideo talis
ſcd̃a tunica ſit etiam de panno griſeo ⁊ nul
lomodo ſiſſa ante in parte inferiori niſi ex
cauſa rationabili vel neceſſitate alicuiꝰ de
bilis antiqui vel infirmi ſuperior diſpenſa
ret. In parte vero ſuperiori de hmõi fiſſura
vel clauſura ſeu forma teneãt ꝓuintie mo
dos ſuos. Et fratres cum dicta tunica ſecũ
da vel ſine ea poſſint omni tempore ad car
nem portare camiſiam ſtamineã vel de pã
no albo:propter mundiciam conſeruandaꝫ
Exceſſus etiaꝫ quo ad numerum in habiti
bus ⁊ tunicis ⁊ mãtellis:caſtigatiõe qua cõ
uenit reprimant. Et q̄ in premiſſis corrigẽ
dis vel aliquo premiſſorum fuerit negligẽ
tes:tãdiu a vino abſtineãt q̄diu p̄dicta ex
eorum culpa remãſerunt incorrecta. Mini
ſtri etiã ſine moroſa dilatione oẽs ⁊ ſingu
los fratres reducere ſtudeant ad vniformi
tatem habituum et veſtiũ:ſicut i conſtituti
onibus papalibꝰ cõtinet. Nec dormiãt fra
tres ſine habitu femoralibꝰ ⁊ corda:niſi ma
nifeſta neceſſitate vel infirmitate cogãtur.
Quicũqꝫ frat repertꝰ fuerit iacere ſine ha
bitu:i terra corã ffibꝰ ſine habitu i ſequẽti
prãdio iuxta antiqua ordinis ſtatuta come
dere teneatur. Nec vnqꝫ ſine habitu ꝓ la
boritio vel alia re etiaꝫ vtili vel neceſſaria
infirmitatis cauſa excepta coram ſeculari
bus compareant:alias puniãtur vt ſupra.
Et ſi camiſiam lineam vel de bombice vel
de cotone ad carnem portauerint ſine ſui
ſuperioris licentia ex cauſa neceſſitatis et
infirmitatis in ſcriptis obtenta: in ſequen
ti prandio coram fratribus in terra come
dat habens coram ſe camiſiam pro toalia
vel mantili. prout volunt p̄fata ſtatuta. Si
vero relapſus fuerit in aliquo premiſſorũ:
voce actiua ⁊ paſſiua ſit priuatꝰ:⁊ ꝑ mẽſem
etiã ꝓbatiõis caputio puniat. Et eiſdẽ pe
nis ſubiaceãt:veſtes ſeculares i ſuis cellis
habẽtes ſine ſui ſuperioris licẽtia ſpeciali.
Que non detur niſi in cauſa cogentis infir
mitatis. Miniſtri ⁊ cuſtodes ſeu vicarij gra
uiter puniant illos q̄ vicioſi fuerint non co
gente neceſſitate portare de die publice ca
pitegia ſeu ſudaria circa collum ⁊ almutia
alba ſiue rubea vel nigra de pãno vel de te
la. Itẽ fratres ſani in dormitorio culcitris
matratis de cotone vel bõbice lintheami
nibus ac puluinaribus de pluma nõ vtan
tur. Poſſit tamẽ ſolus miniſter cũ debilibꝰ
et antiquis in matratis diſpenſare. Cingu
lum habeatur corda cõis et rudis:nec i ea
duo appẽdicia habeãtur: et ois curioſitas
ab ea penitus reſcindatur. Neqꝫ moniales
ex nunc eiuſmodi cordas ſubtiles vel curi
oſas preſertim de filo albo vel alterius for
me q̄ꝫ vt predicit pro earũ aut fratruꝫ vſu
cõficere vel portare p̄ſumãt ¶ Et caueãt vt
ffes in feſtis vel vigilijs ſcti Nicolai inno
centum. Epyphanie:vel etiaꝫ in diebꝰ car
niſpriuioꝝ vel q̄buſcunqꝫ alijs diebus vel
feſt is veſtes extraneas irreligioſas ſeu ſe
culares aut clericales vel muliebres indue
re et alia quecũqꝫ ſecularia vel diſſoluta fa
cere. Nec habitus vel veſtes ordinis pro
hmõi ludis leuibus vel diſſolutis aut iho
neſtis repreſentationibꝰ faciẽdis accõmo
dentur:ſub pena cõfuſibilis amotionis de
conuentu.

¶ De calciamẽtis:octaua particula.

¶ Item cum ab inſtitutione noſtri ordinis de forma habitus
ſit ſine calciamentis incedere vt dicit ſctũs
Bonauẽtura in antiquis ſtatutis generali
bus et alij ſucceſſores ſui:et regula calcia
mẽta non cõcedat niſi hijs qui neceſſitate
coguntur ac ꝑ hoc a ceteris religioſis ſpe
cialiter diſtinguamur: ordinamus vt nul
lus frater portet calciamenta integra qui
bus pes corio operitur ſine vrgente neceſ
ſitate et manifeſta:de miniſtri licentia ſpe
ciali. Quam licẽtiã in eius abſentia cuſtos
vel guardianus aut vicarij eorundem da
re poſſint:cũ fratruꝫ conſilio diſcretoꝝ. Et
q̄ cõtra fecerit: infra octo dies per vnam
diẽ naturalẽ nõ bibat niſi aquam: vel ab oi
cibo abſtineat p̄ter panẽ. Et habeãtur cal
ciamenta de corio in communi pro miſſis
conuentualibꝰ ⁊ alijs in cõuentu celebrã
dis:et fratres non alia occaſione calcient.
Qui etiã voluerint vel neceſſitate cogunt
vtantur caligis griſei coloris iferius et ſu
perius truncatis et deſuper genua minimẽ
cooperientibus:niſi aliter facere vrgente
neceſſitate prout concedit regula cogerẽ
tur. Et in hyeme poſſint vti pẽdalibus de
panno ſiue ſutonibus; quia talia pro cal

clamentis non reputantur ſecundū declarationes aliquorum.

¶ Q; in ordine non permittantur ſecte vel diuiſiones alique exurgere. Nona particula.

¶ Item cum ordo nr̄e profeſſionis quaſi tunica incōſutilis mira virtutū varietate contextus indiuiſibilis cenſeatur omnino: idcirco ſtatuta generalia antiqua debite inſequentes ſtatuimꝰ et ordinamꝰ ne ſecta aliqua vel indebita ſeparatio ex fratribus eiuſdem ordinis exurgere permittatur ſub pena carceris q̄ obedientie noſtre regularis et euangelice perfectionem vel formam relaxet vel alteret: vel que pretendat probabiliter ex ſeparatione locorum et habituū vel regularis obedientie et cure regulariū ordinis prelatoꝝ eſſe animos ſeparatos: preſertim cuʒ talis ſecta per declarationem dn̄i Johānis. xxij. ⁊ per alios pontifices tanq̄ʒ preſumptuoſa et temeraria iudicetur.

¶ Tertium capitulum.

¶ De diuino officio: Prima particula.

Preterea de hijs q̄ maxime cōcernunt debitam obſeruantiaʒ huius capituli ordinandum eſt: ⁊ primo de diuino officio. Circa qḋ (cuʒ alijs anteceſſoribus nr̄is et iuxta etiam Benedicti. xij. ⁊ Martini quinti ſanctiones) ſtatuimꝰ ⁊ ordinamus ꝙ ante miſſarum et horarum principia omnes quos cā rōnabilis nō excuſat ad chorū conueniant preparaturi dn̄o corda ſua: ibiq; ſine diſcurſu murmure riſu ⁊ abſq; vagis ⁊ vanis aſpectibus ſub ſilētio in pace cū oī mortificatione ⁊ cū debita grauitate ꝑmaneāt cantēt et orēt: ⁊ vſq; in finē vnanimiť ꝑſeuerēt. Quia ꝓ cātus eccleſiaſticꝰ q̄ eſt diuine laudis ſacrificiū fructuſq; labiorū nō ſoluʒ eorū qui pſallunt. ſʒ etiam auditoꝝ edificatio eſſe debet: eoſdē ffes hortamur ī dn̄o vt diuinas laudes integre attente honeſte ac religioſe perſoluant: geſtus leues et cantꝰ diſſolutos ſeu fractos omnino declinent: tractim et quadrate pſallant: bonā ⁊ equalem pauſā (obmiſſis caudis prolixis et īpulſibꝰ in ꝑncipio ⁊ medio ꝟſus. ⁊ q̄buſcūq; pauſis in pſalmodia vltra flectiōes ⁊ mediatiōes) faciāt: ac inſuꝑ q̄ ſimul canēda fuerit ſimul cōtinuent ſimulq; pauſent: ⁊ vſq; ī finē vnanimiter ꝑſeuerēt. Et qꝛ talia ad diuinū cultum immediate ſpectantia maxime concernunt ⁊ arguūt decorē ⁊ formā vere religionis ⁊ obſeruātie regularis ſi bn̄ obſeruēt: ⁊ econtrario maximam inordinationem et ruinam ſi negligentur: ideo diligentius vigilent prelati vt preſcriptus et infraſcriptus modus dicendi diuinum officium et conueniendi ad chorum ſollicite obſeruetur. Et deficientes in preparationibus officij ex negligētia vel ī matutinis aut alijs horis ſine cauſa legitima ⁊ licentia prelati culpam ſuam publice recognoſcant: et penitentiam condignā recipiant. Et ſi in hoc deprehendantur nimis negligentes: priuētur vino vel etiam pitantia: vel panem et aquam in terra coram fratribus comedere aut alia facere iuxta exigentiam culpe et prelatorum diſcretionem cogantur. Nullꝰ frater eximatur a choro: ſed omnes fratres conueniant ad omnes horas canonicas et ad miſſas: exceptis egrotantibus et multum antiquis ⁊ illis qui tūc pro cauſa rationabili et neceſſaria a prelatis eximuntur. Miniſter vero generalis et eius vicarij ac prouintiales miniſtri debite puniant cuſtodes et guardianos eorumq; vicarios quos ſuper ordinationuʒ huiuſmodi obſeruantia deprehenderint notorie negligentes: et a ſuis officijs tanq̄ʒ inutiles amoueant. De non cantando officium cuʒ nota in toto vel in parte in locis vbi pauci eſſent fratres qui non ſufficerent ad cantandum prelati poſſint diſpenſare: ſi viderint expedire. Tunc tamen quando et vbi ſine nota cantatur: moroſe dicatur: et ſemper ab vno cantore vel duobus ſi duplex fuerit pſalmi incipiantur: et cum opus fuerit altius releuentur: reliquis etiam cerimonijs officij prout bonomodo poterunt ī toto vel ī parte obſeruatis que alias obſeruantur quando cum nota cantatur. Et ſemper vbi ſine nota ſic legitur. Te deum laudamus ſolempnitur cum nota dicatur: vel vltimum reſponſoriū quando Te deum non dicitur. Ad quod etiam conueniant fratres layci in choro ⁊ ad principium matutinarum et completorij et ad Benedictus et Magnificat et Veni creator quādocūq; dicitur: et Salue regina et alia ſuffragia que pro aliqua neceſſitate in communi interdum cantātur: et ad principiuʒ veſperarum ſaltim diebus ſolempnibus: niſi quando a prelato eximuntur. ¶ Officium matutinale fratres vbi cum nota cātatur etiam moroſe et diſtincte ac deuote cantent: nec taliter cum nota cantando illud nimis precipitent vel prolongent. Et ad hoc prelati et cantores vel rectores ſiue correctores chori per eoſdem prelatos de-

putati vigilent: vt circa hec nimis precipi
tes vel nimis etiam prolixos debite coher
ceant. ¶ Officium vero diurnum preſer-
tim miſſa conuentualis et veſpere magis
plane et moroſe ꝙ officium de nocte can-
tentur: attentis etiam differentijs et ſolē-
pnitatibus dierum: in quibus plus vel mi
nus iuxta ſolēpnitatis exigentiam imora-
ri ſtudeant; non nimis precipitando: nec
etiam nimis prolixitate aſtantes indebi-
te fatigando: ſed tale medium in hijs te-
nendo ꝙ conſideratis omnibus circun-
ſtancijs tale laudis ſacrificium iuxta quod
premiſſum eſt non ſolum eorum qui pſal-
lunt ſed etiam auditorum edificatio eē poſ
ſit: ad dei laudem et tanti ſtatus commen
dationem. ¶ Fratres deniqꝫ ſacerdotes
miſſas ſuas priuatas religioſe deuote et
moroſe cum debita preparatione et cul-
parum ſuarum precedente confeſſione
celebrare ſtudeant: obſeruatis cerimo-
nijs in ordinationibus miſſe et diuini offi-
cij contentis. Non indebita prolixitate a-
ſtantes: nec nimia breuitate confundant.
Et ad hoc prelati vigilent vt nimis vel mi
nus debito prolixos vel precipites debite
coherceant. ¶ Inſuper ad diſſonantias et
turbationis cauſas euitandas fratres et
conuentus vbiqꝫ terrarum et maxime in
vna et eadem prouintia exiſtentes ſtude-
ant eſſe vniformes ⁊ conformes intus ⁊ ex
tra in cerimonijs in modo cantandi ⁊ alijs
que non ſunt contra conſtitutiones: ita ꝙ
in hijs et alijs honeſtis ordinationibus di
uini officij vel ſtatutis nō cōtrarijs fratres
de nouo reformati ⁊ reformandi ſtudeant
hūiliter ſequi fratres antiqtus vel prius
reformatos vel de obſeuātia ſcđm iudiciū
miniſtroꝝ vel cuſtodū in abſentia miniſtri
vbi fuerit diſſonantia vel controuerſia. Et
forma cātus ordinis correcta habeatur in
ſcriptis cū nota: et ſollicite obſeruetur. Et ī
hijs et alijs corrigant libri eccłie: et ad vni
formitatē talis cātus ordinis et obſeruan
tie regularis reducantur. ¶ Omnino etiā
caueāt fratres a ſuſurrationibus cachina
tionib⁹ et collocutionibus mutuis ⁊ q̄buſ-
cūqꝫ leuitatibus in choro: maxime tp̄e diui
ni officij vel p̄parationū eius: ⁊ etiā ī men-
ſa. Et tales in hijs vicioſi grauiter puniant
a prelatis: etiam in pane et aqua in terra
comedendo: vel certū numerum oratio-
nis dñice vel alioꝝ ſuffragiorum in modū
crucis brachijs extenſis et genubus flexis
corā cōuentu vel alias iuxta volūtatē p̄la-
toꝝ ſuoꝝ dicēdo/ aut diſciplinā iuxta culpe
modū recipiēdo: cū talia ſint maxīe ſigna in
deuotionis et relaxationis: ac etiam rixe
et turbationis occaſio alijs bene ordinatis
Nullus inſuper ſine licentia vel reuerētia
preſidentis vł ebdomadaro in ei⁹ abſentia
chorum egrediatur. Et qui ingrediuntur
vel egrediuntur ſollicite moneātur vt iux-
ta laudabilem ordinis conſuetudinem ge
nubus flexis dñico corpori reuerentiam
exhibeant. Fratres etiam per chorum et
eccleſiam non diſcurrant: neqꝫ cum ſecula-
ribus in eccleſia vel alibi tēpore officij col
loquia ſine vrgēte neceſſitate habeāt: nec
cum diuina celebrantur confeſſiones tam
fratrū ꝙ ſecularium audire abſqꝫ euidenti
neceſſitate et preſidētis licentia preſumāt
¶ Et caneant ab introductione ſeculari-
um laycorum in chorum tempore officij vbi
bonomodo ſine ſcandalo euitari poterit: vł
niſi eſſent graues perſone. ¶ Item iuxta
quedā ordinis indulta concordare poſſint
fratres (in quocunqꝫ conuentu fuerint) cho
ro illius conuentus: etiam ſi pluries de eo-
dem ſancto eſſent officium dicturi: propter
vniformitatem.

¶ De fratrū cōmunione: ſecūda ꝑticula

¶ Fratres non ſacerdotes confeſ
ſiones peccatorum et
diligenti preparatione premiſſa de quin-
dena in quindenam adminus ſemper com
municēt in miſſa conuentus ſi tūc fuerint ī
conuentu: niſi aliqui remanſerint de licen-
tia preſidentis pro cauſa rationabili. Et ſi
fuerint extra vel alias impediantur: nichi-
lominus ſuppleant in miſſa priuata ⁊ ſepi
us in edomoda confiteantur: vt ꝑ vtriuſqꝫ
ſacramēti freq̄ntiā ſācte conuerſatiōis pu
ritas ī vtroqꝫ hoīe obſuet. Die etiā p̄cedēti
pas ſuas communiter coram conuentu re-
cognoſcant: et orationes fratrum ac bene-
dictionem prelati hūiliter vt decet reqrant

¶ De ſancte orationis et meditationis
ac cōtēplatiōis exercitio: tertia particula.

¶ Monem⁹ ꝗꝙ ffes oēs vt poſt
officiū vł congruis
horis ī ſctē ⁊ p̄uate orōnis ⁊ ɔtēplatiōis ſtu
dio ſe exercē frequēti⁹ conēt: ⁊ ad id ſpālit
a p̄latis īducant ſaltē horis debitis: ī vera
obſeruātia ⁊ reformatiōe pfecta ordinatis
⁊ ɔſuetis: videlꝫ poſt ɔpletoriū ⁊ matutinū
ī choro: ⁊ iterdū etiā poſt miſſā vł alijs ho
ris ⁊ locis ɔgruis: iuxta monitionē rł̄e nře
ca. x. dicētis Sup oīa ſtudeāt hēre ſp̄ꝫ dñi
⁊ ſctāꝫ ei⁹ opationē. i. opuꝫ ei⁹ ac vite ⁊ paſ-
ſtolice ꝓſumat abſoluere a caſibus cēſuris
⁊ penis de iure cōi ſācte ſedi apoſtolice re=
ſeruatis aut ab ea vel eius auctoritate ge=
neral'r vel ſpāliter ab hoie ꝓmulgatis fra
tres ordinis vel alios quoſcūq;: niſi illi q̄b⁹
cōcedit̄ vel cōmittit̄ in certis caſibus ꝑ or=
dinis priuilegia vel alia ſpālia idulta apl'i
cā ⁊ ꝓcipue ꝑ mare magnū dn̄i pape Euge
nij quarti Clemētis quarti ⁊ Sixti quarti:
quib⁹ miniſtro gn̄ali ſi ei⁹ vicarijs ac illi q̄
bus cōmiſerint ⁊ etiā miniſtris ꝓuicialib⁹
⁊ eoꝝ vicarijs ſuꝑ caſibus eis ꝑ dicta ꝑui=
legia cōceſſis ⁊ ibidē nō reſeruatis cōmitti
tur facultas (fratres ſibi ſubditos abſoluē
di) ꝓut in dictis priuilegijs plenius decla
rant̄ ⁊ exprimunt̄. Et ſi (qđ abſit) tales re=
periant̄ in ordine q̄ fuerint talibus excōi=
cationib⁹ maioribus irregularitatibus ſu
ſpenſionib⁹ interdictis vel crimib⁹ ſic a iu=
re cōmuni vel ab hoie generaliter vel ſpāli
ter innodati: i caſib⁹ / ꝓdictis ꝓlatis ordinis
nō cōceſſis) cicius remittantur ad papā vel
ei⁹ penitēciarios vel cōmiſſarios ꝓ abſolu
tiōe ⁊ diſpenſatiōe. In alijs vero ꝑ ordinis
priuilegia i genere vel ſpē cōceſſis cici⁹ re=
mittant̄ ad eoſdē ordinis ꝓlatos vl' eoꝝ vi
carios aut cōmiſſarios. quib⁹ per ipſa priui
legia ⁊ indulta apoſtolica cōceſſa vel conce
denda cōmittitur vel conceditur. Null⁹ ta=
men in caſib⁹ irregularitatis pro rehabili=
tatione vbi poſſet ordinis infamia vel peri
culum ſequi maxime propter homicidium
vel mutilationem vel aliud enorme ad cu=
riam romanam ſine licentia ſui miniſtri cū
conſilio diffinitorum ſui prouincialis capi=
tuli vel aliquorum cuſtodum accedat. Ali=
as procuratores in curia romana tales di=
ſpenſatiōes taliter per predictos impetra=
ri ſcienter permittentes: grauiter puniant̄
per generale capitulum. Et ſi qui ſine licen
tia miniſtroꝝ in cōuentibus taliter diſpen
ſatos acceptauerint: ipſo facto ſuis officijs
ſint priuati. Nec releuari poſſint niſi ꝑ mi=
niſtros: vel eos quib⁹ duxerit cōmittendū.
Et de hijs caſibus cenſuris ⁊ penis de iure
cōi pape ⁊ ſancte ſedi apoſtolice taliter re=
ſeruatis a quibus per ordinis ꝑuilegia ſu=
perius allegata pōt ſolus generalis mini=
ſter et ei⁹ vicarij et illi quib⁹ cōmiſerint ab
ſoluere et alijs a q̄bus nec predicti nec alij
poſſunt: pleni⁹ requiratur in iure cōmuni et
ſummis doctorum et ꝓcipue in ſuperius al
legatis priuilegijs ordinis ⁊ alijs. Et quia
multi etiam confeſſores fratrū talia vt in
plurib⁹ ignorant: ideo prelati qui ex officio
tenentur talia exponere maxime cuſtodes
in ſuis viſitationibus / omnia predicta ſuis
ſubditis diligenter exponāt vel exponi fa=
ciant: ne ignorantia ſit ſimplicibus occaſio
delinquēdi. Et dicti cōfeſſores maxime ta=
lia ſtudeāt ⁊ ſciāt: et etiā alios caſ⁹ īfraſcri
ptos ꝑ cōſtitutiōes ordīs nr̄i dictis miſtris
reſeruatos. Alias a ↄfeſſionib⁹ frm̄ audiē=
dis ſuſpēdātur a miſtris vel cuſtodib⁹: do=
nec de talibus ſufficienter reſpōdere ſciāt.

¶ De caſibus reſeruatis miſtro gn̄ali per
ordinis ſtatuta: ſecunda particula.

¶ Ceterum quo ad alios caſus
ipi gn̄ali in ordine ꝑ
ordinis cōſtitutiones etiā iuxta intētionē
antiquoꝝ ordinis ſtatutoꝝ reſeruari ↄſue
tos ſtatuim⁹ ⁊ ordinam⁹ q̄ null⁹ gn̄ali mi=
ſtro inferior niſi cui duxerit cōmittendum
vel cui cōceſſū fuerit ab eodē poſſit aliquē
abſoluere a caſibus ſequentibus videlicet

¶ Primus caſus generalis miniſtri

¶ Ab excōicatione maiori pro iiectiōe ma
nuū violēta etiā cū iniuria leui in gardia=
nū ſuū ⁊ eo magis i maiores ſuos prelatos
Sciāt etiā fr̄es q̄ ꝑ nullū ꝑuilegiū de pñti
toti ordini gn̄aliter cōceſſū null⁹ gn̄ali mi=
niſtro inferior niſi ſit ei⁹ vicari⁹ vel cui du=
xerit cōmittendū pt aliquē frēm abſoluere
ab excommunicatiōe pro iniectiōe manuū
violenta in clericum vel religioſum cum
iniuria enormi vel atroci: cum ſit caſus pa
palis / predictis ſolummodo ꝑ moderna or
dinis priuilegia conceſſus et ad predictos
cum alijs nōnullis caſibus papalibus per
bullam auream reſtrictus. Quando autem
vel qualiter fuerit intelligenda enormis vl'
atrox iniuria: ſatis apte declarat̄ in ſūmis
⁊ maxīe i ſūma āgelica ⁊ alijs. ¶ Scđs caſ⁹

¶ A falſificatione man⁹ vel ſigilli ipi⁹ gñā
lis miniſtri. Qui etiã abſolui nõ poſſint ni=
ſi a p̃dicto generali vel ei⁹ vicarijs aut cui
duxerit cõmittẽdũ impoſita ſibi pena carce
ris vel alia ſalutari iuxta delicti qualitatẽ:
ſi publice conuicti fuerint. ¶ Tertius caſ⁹.
¶ A malitioſa et doloſa retentione adulte
ratione vel apertione litterarũ gñalis mi
niſtri. alijs ab eo vel ab alijs ſibi miſſarum.
tales etiam legittime cõuicti vel cõfeſſi ipõ
facto oib⁹ actib⁹ legittimis ſint priuati: nec
reſtitui poſſint niſi p ipm generalẽ vel p̃di=
ctos eius cõmiſſarios ⁊ vicarios aut q̃bus
duxerit cõmittẽdũ. Et quib⁹ hec pena nõ cõ
petit ꝓbationis caputio p tres mẽſes ⁊ tri=
na cõmeſtione panis ⁊ aque dũtaxat in ter
ra corã fratrib⁹ puniantur. ¶ Quart⁹ caſ⁹
¶ A malitioſa ⁊ doloſa dilatiõe apertiõis
aut receptiõis vel lecture litterarũ a gene=
rali miniſtro ſibi miſſarum ne parere eici⁹
cogantur. Qui etiã ſimili pene ꝑ priuationis
actuum legittimorũ ſi legittime cõuicti fue
rint ipſo facto ſubiaceant: nec reſtitui poſ=
ſint niſi vt ſupra. Et q̃bus hec pena nõ cõpe
tit: ꝓbationis caputio et in terra puniatur
vt ſupra. ¶ Quintus caſus.
¶ A malitioſa et doloſa collectione reinte=
gratione ⁊ lectura litterarum ipſi generali
vel ab ipſo miſſarum in iacturam aut dede
cus ordinis aut ipſi⁹ generalis preter iuſti
cie normã retinẽdo vel oſtendẽdo. Qui etiã
ſi legittime cõuicti fuerit. ſimilib⁹ penis ip=
ſo facto (vt ſupra) ſubiaceãt: nec reſtitui poſ
ſint niſi vt ſupra. ¶ Sextus caſus.
¶ A cõpoſitiõe vel ꝓiectiõe aut publicatio
ne libelli famoſi tacito ꝓprio nõie vl' ſub no
mie alieno i ifamiã gñalis miſtri. Qui etiã
ſi legittime ꝯuicti fuerit. ſimilib⁹ penis ipõ
facto vt ſupra ſubiaceãt: nec reſtitui poſſint
nec abſolui niſi vt ſupra vcꝫ ab ipſo gñali
vel ei⁹ vicarijs aut q̃b⁹ duxerit cõmittẽdũ.
¶ De caſib⁹ miniſtris ꝓuincialib⁹ reſerua
tis p hec ſtatuta ordinis: tertia particula.

¶ Inſup ſtatuim⁹ ⁊ ordinamus vt
nullus ꝓuinciali miniſtro
iferior niſi cui a gñali vl' ꝓuinciali miſtro cõ
miſſũ fuerit p̃ſumat aliquẽ frẽm abſoluere
ab ifraſcriptꝫ caſib⁹ pleni⁹ ifra declarãdis
videlꝫ. ¶ A pctõ inobediẽtie cõtumacis il
lius videlicet: qui trina monitione debite
p̃miſſa obedire contẽpnit. ¶ Proprietarie
rerum detentionis cũ deliberatione facte.
¶ Lapſus carnis. ¶ Denariorum quorũ=
cũqꝫ receptionis p ſe vel per interpoſitã p=
ſonã cum propoſito ſeu aduertentia facte.
¶ Furti rei notabilis vel alterius rei fre=
quẽter iterati. ¶ Iniectionis manuũ violẽ
te in clericũ vel religioſũ etiã nouiciũ, ſine
iiuria atroci ⁊ nõ i p̃latũ ſuũ qꝛ alias gñã=
li reſeruaẽ vt ſupra. ¶ Falſi teſtimonij i iu
dicio facti. ¶ Cõpoſitiõis vl' ꝓiectiõis aut
publicatiõis libelli famoſi in infamiã quo
rũcũqꝫ alioꝝ a miniſtro generali. Falſifica
tiõis ſigilli miniſtri ſui ꝓuincialis vel alioꝝ
iferiorũ ſuoꝝ p̃latoꝝ ordinis vel alterius
pſone notabilis extra nr̃ꝫ ordĩeꝫ exñtis ma
licioſe facte vcꝫ Cardinaliũ regũ ⁊ ducum
¶ Malicioſe retẽtionis aptiõis ⁊ fractiõis
lr̃aꝝ clauſarũ ſui miſtri eidẽ miſtro ab alijs
vl' ab eo alijs miſſarũ: ⁊ eoꝝ q̃ lr̃as ab eodẽ
miniſtro ſibi miſſas apire vel legere etiam
malitioſe diſtulerit. ¶ Publici ⁊ notorij ſcã
dali in pp̃lo vel clero facti. ¶ Falſe crimi
natiõis i ifamiã cuiuſcũqꝫ ſ'iẽt ⁊ doloſe fctẽ
¶ Qꝫ cito recurrẽdũ ſit ad p̃latos ꝓ abſo=
lutione a reſeruatis ⁊ qualr̃ penitẽtes de=
beãt ab illis ſuſcipi. quarta parti.

¶ Quare p̃nti ordinatione ſtatui=
mus ꝙ ſi qui fratrũ diui
na permittẽte iuſticia ⁊ hoſtis antiqui pro
curãte fallacia (quod abſit) prememoratis
criminibus aut aliquo ipſoꝝ fuerint irreti
ti: ad p̃fatos miniſtros vel eos q̃bus duxe
rint cõmittẽdũ recurrere debeãt ſine mora
Et nullus p̃latus miniſtro inferior poſſit i=
pedire recurſũ ad prelatos ꝓ caſibus reſer
uatis vbi nõ habetur ꝓpinquior hñs ab ip
ſis talẽ auctoritatẽ vel cõmiſſionẽ abſoluen
di a dictis caſibus: dũ modo nõ ꝯſtet ꝙ hoc
faciãt in fraudẽ diſcurſus: ymo debent eis
id cõſulere in tali caſu vt poteſtatẽ tenebra
rũ effugiãt ſine mora: cũ etiã regula dicat
ꝙ teneãtur ad eos recurrere ſine mora. Ip
ſi aũt miniſtri ⁊ eoꝝ commiſſarij tales fra=
tres pro abſolutione ad eos recurrẽtes be
nigne recipiant ⁊ cũ oleo miſericordie vi=
nũ iuſticie infũdere nõ obmittãt. Propter
tamen eiuſmodi abſolutionẽ nõ auferẽ po
teſtas idem pctm̃ publice puniendi: ſi talis
in foro iudiciali cõuictus eſſet de illo. Si ta
men frater ille penitentia ductus aut iudi=
cij terrore perterritus anteq̃ publice accu
cuſatus ⁊ conuictus eſſet illud prelato ſuo
humiliter coram teſtibus confiteatur et er
rorem ſuum agnoſcendo veniam et miſeri
cordiam petat: tunc prelatus de cõſenſu il=
lorum teſtium poſſit illum fratrẽ abſolue
re ⁊ totaliter liberare. ymo et debeat: ali=
qua tamen minus confuſibili penitentia in
iuncta ſalutari. ¶ Hoc autem intelligitur
de primo recurſu fratris non adhuc rela=
pſi in idem peccatum poſt abſolutionem

et ſemꝑ cū proteſtatione ꝙ ſi relabatur illa de quibꝰ quitatus fuerat in priores penas ſibi prius debitas reducentur. Semꝑ tamen ſi ſponte ſe accuſet anteꝗ̃ crimē eiꝰ ſit delatum: ab aliꝭ benignius puniatur.

¶ De cōmiſſionibus ꝑfatorū caſuū rationabiliter fiendis: quinta particula.

¶ Item ad diſcurſꝰ vitādos cōmittant miniſtri dū viſitant vl' in ſuis capitulis vel alibi aliquibꝰ probis patribus maxime cuſtodibus ⁊ gardianis ſi videbitur ſ'ram auctoritatem abſoluēdi a caſibus ipſis reſeruatis: et non niſi pro publicis et ſcandaloſis vel ad maiorem terrorem maxime pro ſepius iteratis remittantur ad miniſtrum vel cuſtodem niſi forte vbi preſentes eſſent: aut infra duos vel tres dies eorum aduentus expectaretur. De eo vero peccato quod trāſit in ſecundā perſonam non expedit cōcedere aliꝭ ꝗ̃ cuſtodibꝰ vl' gardianis Nec etiam hoc ipſū ē paſſim ipſis concedendum maxime circa illos qui iterant vias malas: vel quando aliqua notabilis ſuſpitio aliquibus appareret de talibus. Ordinat autem et diffinit generalis miniſter cum generali capitulo vniuerſo ꝙ ſi aliquis prouincialis miniſter alicui ſubditorum ſuorum auctoritatem ſuam ſuper illis caſibus qui miniſtris prouincialibus reſeruantur commiſerit et contingat committētem mori ſeu etiam ab officio miniſteriatus abſolui: talis commiſſio penes illum cui facta fuit remaneat donec ſucceſſor in prouintia habeat. Et idem fiat in ſimili de caſibus generalis miniſtri alicui cōmiſſis donec videlicet generalis miniſter in ordine publicatus habeatur.

¶ Qualiter et quibus et quando debeant fratres confiteri: ſexta particula.

¶ Item prout in antiquis ⁊ modernis ſtatutis et in Marimagno cauetur nullus frater aliꝭ ꝗ̃ prelatis ſuis peccata ſua confiteri ꝑſumat: vel aliꝭ ꝗ̃ eiuſdem ordinis ſacerdotibus de licentia eorum niſi in neceſſitatis articulo: vel niſi ſpecialibus penitenciariꝭ aut commiſſariꝭ pape: eo ꝙ talis alteriꝰ ſtatū vel alterius ordinis ignorātia ſtatutorū regulariū ⁊ caſuū reſeruatoꝝ ordinis nr̄i ductꝰ a reſeruatꝭ poſſet abſoluere: nec etiā religioni ſcandalū ꝑ fratres diſciplinā ordinis fugiētes oriri poſſit. Ideoꝗ̃ ſinguli fr̄es ſingulos determinatos de cōſciētia vel cōſenſu gardiani habeāt cōfeſſores: qbꝰ bis ad minus cōfiteātur in qualibet ſeptimana. Et nullꝰ frater in cōuētu ſibi aſſignato exiſtēs poſſit vl' deāt alteri ꝗ̃ ꝑlato ſuo vl' iſtructori aut ꝯfeſſori ꝑ eū aſſignato cōfiteri: niſi de licentia ꝑſidentis, vel ſui magiſtri ſiue inſtructoris quo ad nouicios vel iuuenes ſi gardianus eis cōceſſerit. Alias cōfeſſor ex certa ſcientia aliter ſine tali licentia vel niſi in neceſſitatis articulo abſoluēs: ipſo fctō ſit ſuſpenſus a fr̄m cōfeſſionibꝰ audiendis. Nec reſtitui poſſit niſi ꝑ miniſtrū vl' ꝑ cuſtodē in abſentia miniſtri. Et qcūꝗ̃ vicioſꝰ in hoc denuo legittime fuerit deꝑhēſus: etiā pena carceris puniat': vl' ſaltē in domo diſcipline recludat'. Hoc aūt nō itelligitur de fratribꝰ forēſibus ſeu viatoribꝰ vl' extra cōuētū ſibi aſſignatū exītibꝰ nec ꝯfeſſorē per dictū ſuū gardianū ſibi aſſignatū ſecū habētibꝰ q̄ iuxta morē ordinis ſine alia ſpāli licētia poſſunt ꝯfiteri qbuſcūꝗ̃ fr̄ibꝰ ordinis cōfeſſoribꝰ donec reuertant'. Qui ſil'iter in caſu vrgentis neceſſitatis vt ſupradictū ē nō in fraudē poſſūt etiā ſacerdotibꝰ qbuſcūꝗ̃ alterius ſtatus cōfiteri: deficiētibꝰ vel ꝓ tunc abſentibus ſibi fratribus ordinis ydoneis.

¶ De penis abſoluētium a caſibus ſibi nō conceſſis. ſeptima particula.

¶ Quicūꝗ̃ frat' cōfeſſor ex certa sciā ꝑſumpſerit aliquē fr̄em abſoluere ab illis caſibꝰ vel pctīs quorū abſolutio dn̄o pape vl' ſolis miniſtris aut coꝝ vicariꝭ de iure cōmuni ⁊ ꝑ ordinis ꝓuilegia vl' ꝑ pn̄tes ꝯſtitutiōes relinqt' ſeu reſeruat' ſine debita auctoritate pape q̄ ad caſꝰ illi reſ'uatos vel ſine debita ꝯmiſſiōe miſtri gn̄alis vl' ꝓuicialis q̄ ad alios caſꝰ a qbus ꝑ ordinis ꝓuilegia vel hec ſtatuta abſoluere vel in illis diſpēſare/ illi ſoli ⁊ qbꝰ cōmittunt poſſūt: ſuſpēſus ſit ipſo facto a fr̄m cōfeſſionibus audiendis. Nec reſtitui poſſit niſi ꝑ miniſtrū vel cuſtodē in eiꝰ abſentia Et quicunꝗ̃ vicioſus in hoc legittime fuerit deprehenſus: pena carceris puniatur.

¶ Si quiſ auſus fuerit affirmare ꝙ qlibꝫ ſacerdos poſſit abſoluere a pctō ſuꝑ q̄ non hꝫ cōmiſſā auctoritatē ⁊ maxime de ꝑdictis reſeruatis quoꝝ abſolutio taliter reſeruat' vl' cōmittit' ⁊ correctꝰ reuocare noluerit: tāꝗ̃ errās ⁊ ſubuerſor ab omī actu legittio ꝑ miniſtrū vel cuſtodē ꝓuet'. Et nichilominꝰ ꝯtinatia eiꝰ denūcietur capitulo generali.

¶ De penis reuelātiū ꝯfeſſiōes et graciꝭ abſolutionis ſuperiorum. viij. ꝑticl'a

¶ Quicūꝗ̃ frater ex certa sciā vl' malicia pcīm ſibi i cōfeſſiōe ſacramētali tm̄mō detectū et peccā-

tem ſiue abſoluerit eum ſiue non verbo ſi=
gno vel nutu doloſe ⁊ ſcienter reuelauerit
ipſo facto ſentētiā excōmunicatiōis incur=
rat quā i his ſcriptis ſedēdo ꝓferim⁹ ⁊ pu
blicamus. A qua nō poſſit abſolui niſi per
miniſtrū vel cuſtodē vel ꝑ guardianū i eo=
rū abſētia. Et ſi legitime fuerit dep̄hēſus ꝑ
petuo carcerj iuxta noua ecclīe iura māci
peꝝ. Caueāt etiā p̄lati ⁊ alij ne ſecreta pec
cata eis ſolūmō in cōfeſſione detecta calli=
de ⁊ doloſe alia via obliqua detegāt aut pu
niāt: alias a confeſſiōib⁹ audiēdis ꝑ ſuos ſu
ꝑiores ſuſpēdātur: ⁊ ꝓut poterūt leſo ſatiſ
faciāt. Nec noticiā eoꝝ defectuū vl' pctōꝝ
q̄ ſoli deo in ſecreto cōſciētie nota ſūt extra
cōfeſſionē ſacramētalē exigāt vel extorque
ant vt puniāt vel publicēt: q: ſic mitterent
falcē in meſſē alienā vꝫ ſūmi dei cuius iu
dicio vel ei⁹ vicarij in ſola cōfeſſione ſacra
mētali relinquūꝝ talia conſciencie ſecreta.
¶ Inſuꝑ q: dictus papa Sixt⁹ quartus in
dicto mari magno approbauit p̄uilegium
dn̄i pape Bonifacij. viij. Clemētis quarti ⁊
Eugenij quarti quo conceditꝝ generali ⁊ ꝓ=
uincialib⁹ miſtris ⁊ eoꝝ vicarijs ac cuſtodi
bus facultas vt a ſuis cōfeſſorib⁹ quos ipi
pro tempe elegerit poſſint ab omnibus caſi=
bus et cēſuris ſibi ꝑ ſupradictū Mare ma=
gnū in ſubditoꝝ abſolutione et diſpēſatiōe
cōceſſis ⁊ ipi abſolui ac diſpenſari. Ideo cō
cedim⁹ etiā q̄ ſimiliter ab omnibus caſibus
per hec ordinis nr̄i ſtatuta ipis reſeruatis
poſſint etiā dicti ordinis p̄lati et eoꝝ vica=
rij ac illi q̄b⁹ ipos caſ⁹ cōmiſerint a ſuis cō=
feſſorib⁹ quos ꝓ tēpore ſibi elegerint abſol
ui ⁊ diſpēſari videlicet a quib⁹ ſimiliter ali
os abſoluere poſſūt et diſpenſare.

¶ Sequiꝝ ampli⁹ de correctiōe ⁊ penis
delinquētiū. Et p̄mo qualiter prelati i corri
gendo nō tenēꝝ tenere ⁊ ſeq̄ ſtilū et apices
iuris. ⁊ q̄liter ſubditi ab hijs appellare non
poſſunt: nona particula.

¶ **Ulterius** circa correctiōes et
penas deliquētiū ad
uertēdū eſt q̄ Bonifacius papa octau⁹ ꝯceſ
ſit ordini p̄uilegiū q̄ nō teneantur ordinis
p̄lati in punitionib⁹ reformatiōibus. correc
tiōibus. ⁊ alijs agēdis circa deliquētes ffes
ſeq̄ apices ⁊ ſtilū vel rimulas iuris cōteſſo=
ſi: ſꝫ iuxta ſtatuta. ritus. ⁊ approbatas con
ſuetudies ordis ſe ꝯformēt. A q̄b⁹ nō lꝫ ſub
ditis appellare. ꝓut i ipo p̄uilegio pleni⁹ cō
tineꝝ: cui⁹ tenor ſeq̄ꝝ. ¶ Bonifaci⁹ papa. 8.
¶ Ad augmētū ꝯtinuū religiōis ⁊ ordinuꝫ
quos romana ſuſcepit ⁊ approbauit ecclīa
paternis ſtudijs intēdētes ⁊ ꝯſiderātes at=
tenti⁹ q̄ nō intermiſſa ſedulitas diſcipline ⁊
rigoris ordis ſupradictos ſtat⁹ q̄z rl'ares ſa
lubriꝝ dirigt ⁊ ꝯſeruat: q̄ q̄z ſi eā ꝑire vel re
mitti cōtingeret ordo q̄libet neceſſario col
labi cogereꝝ/ pēſātes q̄z q̄ ſi rl'ariū ꝑſonarū
correctio rimas iuris ⁊ apices ſequeretur
hmōi rigor lenteſceret ⁊ multiplici laxatio
ne torperet: nos vr̄is ſupplicatiōib⁹ iclina=
ti vobꝫ auctoritate ap̄lica idulgem⁹: vt ad
correctiōes ⁊ punitiōes ffꝫ eiuſdē ordis de
linquētiū infligēdas p̄lati ordis ſupradicti
ad quos eedeꝫ ſpectare dinoſcūtur (rimu=
lis iuris ⁊ apicib⁹ ei⁹ poſtpoſitis) libere ꝓ=
cedere valeāt: ſcd̄m cōſuetudines approba
tas ⁊ gn̄alia facta ⁊ fiēda ordinis inſtituta
Nec volum⁹ eiſdē licere ffib⁹ ab eiſdē cor
rectionib⁹ ⁊ punitiōibus aliquaten⁹ appel
lare: Quia deliberatiōe ac maturitate debi=
ta obſuatis: hec ille. Patet igiꝝ ex hijs qua
liter appellatio a p̄latis ordinis in ordine
tollatur. ¶ Itē ſcd̄m Innocētiū cui⁹ p̄uile=
giū eſt aſſiſij cū bulla) ⁊ Clemētē (cui⁹ p̄uile
gium eſt Florētie) cōſtituiꝝ eti ā q̄ appella=
tio in noſtro ordine ꝯtra ordis p̄latos aut
eoꝝ vicarios vel eorū aut ſūmi pōtificis cō
miſſarios/ ſub pena anathematꝫ nulla fiat:
maxīe a correctiōe mutatione punitiōe de=
poſitione et obedientia quorūcunq̄z ſuperi
orum ſuorum: ⁊ cōmiſſariorum predictoꝝ.
Quod etiam ita volumus et approbamus:
cum non gratia litigandi vel rebellādi ad
ordinem venerimus: ſed penitendi et pec=
cata deflendi: omnia relinquendi: mundo
moriendi obediendi et vitam corrigendi.
Et q̄ ꝯtrariū fecerit oī actu legittio ipo fctō
ſit priuat⁹: et ipſa appellatio nulla ſit: nec
tali apellationi in aliquo deferatur. Et ni=
ſi ſpacio viginti quatuor horarum reſipue
rit: a cōuētu expellatur ⁊ alibi trāſferatur.
Prefate tn̄ conſtitutiōes de non appellādo
itelligāꝝ q̄ nō liceat appellare q̄n̄ vꝫ p̄lati
ordis i p̄cipiēdo vel puniēdo nō excederent
manifeſte metas rl'e ⁊ ꝯſtitutionū ordis. Et
ſi ſec⁹: poſſint ffes ꝓteſtari de recurſu ad ſu
ꝑiores ordis p̄latos: ⁊ ſi op⁹ fuerit ad papā
⁊ ad reuerēdiſſimū dn̄m protectorem

¶ Qꝫ iſtrumēta ⁊ man⁹ p̄latoꝝ ⁊ iſtrumen
ta publicoꝝ ſcriptoꝝ ordis ſub iuramēto
a miniſtris publice receptorū ſint vbiq̄z in
cauſis trium ordinum autentica: decima
particula.

¶ **Omia** deniq̄z ſcripta ꝓceſſus regi=
ſtra ⁊ iſtrumēta fctā ſub ſigil
lis ⁊ auctoritate oīꝫ p̄latoꝝ ordis tā maioꝝ
q̄z mioꝝ i oī loco ⁊ i q̄cūq̄z cā triū ordinū ⁊ co
rā q̄buſcūq̄z iudicib⁹ ⁊ alijs i iudicio ⁊ extra

etiā iuxta alia ord idulta apostolica ſint autētica. Sil'r ꝛ oēs lr̄e vl' man⁹ recognita eoꝝ: maxime ſi fuerit cuꝫ ſigillo ſiue paruo vſuali ſiue maiori. Et vbicūq₃ ꝑ publicos ſcriptores ordis auctoritate miſtroꝝ (ſub iuramēto eoꝝ receptos ꝛ publice deputatos) ſub pena ꝑpetui carceris ſi falſarij fuerint ſubſcriptū fuerit in lr̄is de mādato alicui⁹ ꝑlati cū eorūdē ſcriptoꝝ manuali ſigno ꝛ dictoꝝ ꝑlatoꝝ aut vicarioꝝ ſuoꝝ ſigillo etiā ſi fuerit vētilata cā corā quocūq₃ iudice etiā nō religioſis nr̄e in iudicio ꝛ extra tāq₃ autētica recipiant et admittantur. Et hec in reb⁹ ꝛ cauſis triū ordinū btī Frācīſci dūtaxat. Quib⁹ etiā ſcriptorib⁹ ordinis ꝑdictis ꝛ eoꝝ ſignaturis tāq₃ publicis ꝛ autēticis notarijs aplicis in oībus cauſis dictoꝝ ordinū etiaꝫ corā Romana curia vel alibi / vbicūq₃ firmit' ſtet' ꝛ fides adhibeat': vt maxime euitet' infamia dictoꝝ ordinuꝫ et ſcandalū: tales ꝓceſſus ꝑ manus ſclariuꝫ tabellionū vel notariorum deſcribendo.

¶ De ampliori declaratiōe caſuū reſeruatorum in ordine ꝛ de punitiōibus publicorū transgreſſoꝝ i talib⁹: vndecima ꝑticula.

¶ Ceterū vt meli⁹ declarent' ꝛ itelligant' ꝑdicti caſus miniſtroꝝ ꝓuintialiū: ꝛ publici trāſgreſſores in talibus in foro exteriori legittime cōuicti vl' ꝓbati aut publice cōfeſſi cōgruenti⁹ puniāt' vel corrigant': ideo quo ad ꝓmū caſū inobediētie cōtumacis dicim⁹ ꝛ declaramus inobediētiā cōtumaceꝫ: qñ quis trina monitiōe ꝓmiſſa factis cōgruis iteruallis ꝑ diē naturalē inobediens ꝑſeuerat in hijs q poſſet exequi ꝛ q̄ nō ſunt ꝯtra deū ꝛ aīaꝫ ſuā ꝛ regulā noſtrā. Et tales publice inobediētes: carceri mancipent'. ¶ Quoad ſcdm caſū dicim⁹ et declaram⁹ oēs rerū ꝓprietarios detētores eſſe quo ad hūc intellectū qui videlꝫ ſine ſcitu vel licentia habita vel preſumpta ſuorū prelatorum ꝯtra eorum voluntatē ſcienter et in fraudē quicq₃ ſibi in cōmuni vel particulari retinēt vel ꝑlato in fraudē occultant: vel contra voluntateꝫ expreſſam etiam minoris prelati taliter retinent ſine maioris prelati ſui facultate: vel qui vſum talium vel aliarum rerū etiā ſibi neceſſariarū vel vtilium ad iuſſum ꝑlati ſui etiā inferioris ſupiori non concedente nolunt reddere vel relinquere vel mutare vel aliū cui placet prelato ꝛ qñ iubet conferre neceſſitatis tamen extreme ſpiritualis vel corporalis caſibus vel periculis manifeſtis exceptis: ꝛ qui taliter ius vtēdi contētiū: vel locoꝝ vl' aliarū rerū in cōi vel in ꝑticulari habere vel retinere volunt: etiaꝫ cōtra declarationē dn̄i pape Nicolai tertij et aliorū vt ſupra. cū tn̄ nō ſolū ꝓpetatē vel dominiū rerum vel ius vtendi habere non poſſint: ſꝫ nec etiā ſimplicē facti vſū ſine licētia debita / vel niſi in caſib⁹ vt ſupra. Uel qui ſibijpſis domos retinent ad locanduꝫ ſua auctoritate vel ānuos redditus poſſeſſiones et vineas ſil'r ad locādū: et fructum talium annuatim aliter q̄ ſupradictū ē et declaratū vendendū: vel preciū recipiendū. Et gñaliter q quarūlibet reꝝ etiā ſtatui noſtro cōpetentiū et neceſſariarū poſſeſſioneꝫ vel dominiū vel vſū fructū aut ius vtēdi ī cōi vel in particulari qualitercūq₃ ſcienter ꝛ malicioſe ſibi vſurpāt vel retinēt: que ſoli pape ꝛ romane eccl'ie vel dn̄is talia ad tēpus cōcedētib⁹ ꝑtinēt: vel qui cōuētus ꝛ loca modis ſupius inhibitis ſibi appropriāt et retinent. Et hos oēs tales doloſe ſcient' ꝛ volūtarie atq₃ ex deliberatiōe nō ex ignorātia vel inaduertētia ſic agētes: ad miniſtros vel eorū cōmiſſarios tanq₃ ꝓprietarios mittendos eſſe decernim⁹: et vlteri⁹ pena ꝓpetarij īferri⁹ declarāda ſi de hijs legitīe cōuicti vl' publice ꝯfeſſi fuerit puniēdos.

¶ Declaratio de peccatis carnis reſeruatis ꝛ qualiter etiam tales in foro exteriori legittime cōuicti debeāt puniri. xij. ꝑticula.

¶ Quoad tertiū caſū q dr̄ Lapſus carnis dicim⁹ et declaram⁹ ꝙ nullus poſſit abſoluere de tactibus ipudicis enormib⁹: niſi qui de lapſu carnis habet licentiam abſoluendi. Et qui in tactibus hmōi cōſuetudinarie fuerint deprehēſi: et moniti canonice ſe nō emendauerint vel correxerint: puniātur ſicut de lapſu carnis id eſt pena carceris. Si tamen predicti tactus eſſent multum enormes: abſq₃ monitione premiſſa puniri poſſint: ſi miniſtris videbitur de conſilio diſcretorum. Que quidem conſtitutio locum habeat de notorijs non de ſecretis licet grauia ſint: et conſuetudinaria: ſed non nota: niſi per confeſſionem tantum. Quia tamen reſeruata ſūt non poſſint abſolui niſi licentia auctoritatem habentis: ſic tamen ꝙ nullomodo confeſſio reueletur vel publicetur. Et de ſollicitantibus ex certa ſcientia ad peccatum carnis: idem iuditium habeatur. ¶ Fratres inſuper euidenter notati de ſuſpectis conſortijs et colloquijs mulierum que in regula prohibentur: ſi admoniti et correcti ſufficienter ſe non correxerint ſi in officijs fuerint ab omnibus officijs abſoluantur vel ſuſpendantur: nec taliter ſuſpē

ſi vel abſoluti reſtituātur: niſi in ꝓuinciali
capitulo ꝑ miniſtrū. Si vero in officijs non
fuerint: ꝓuētur libris et om̄i actu legittimo
Et cui hec pena nō cōpetit: probationis ca-
putio ⁊ alijs penis grauioribus puniatur
ad arbitriū miniſtroꝝ. Et intelligūtur ſuſ-
pecta conſortia nō ſolū de mulierib⁹: ſed eti
am de ſuſpectis familiaritatibus quibuſ-
cunq;. Quicunq; frater aſſuetus fuerit a ſo
cio ſuo fratre cū mulieribus ſequeſtrari de
quo iuditio ꝑlati ſui merito poſſit oriri ſu-
ſpitio: ſi canonice monitus et correctus ſe
non emēdauerit: tanq; ſuſpectus de mulie
ribus oībus officijs ordinis et omni actu
legittimo priuetur. Et ſi taliter punitus ite
rato duobus fidedignis teſtibus cōuincat̄
de ſequeſtratione predicta: vel ſi ſequeſtra
tiones hm̄ōi ſuſpitionē multū violentā fe-
cerint: ſui prelati iuditio de conſilio diſcre-
torum et probentur legittime abſq; moni-
tione vel punitione ꝑmiſſa artetur ad ve-
ritatem dicendā. Si vero vnus teſtis fide-
dignus de ſequeſtratione predicta appa-
reat contra eum ⁊ alius de lapſu carnis: ar
tetur grauius in domo diſcipline. Itē ſi q̄s
de enormi et innominabili crimine ꝓpter
quod ira dei venit in filios diffidentie fue-
rit (qḋ abſit) notatus et cōuict⁹: carceri ꝑpe
tuo mācipet̄ vbi dicti circa eū igne accēſo
i ſignū pene ignis ſcḋ leges talib⁹ debite
corꝑe denudato diſciplinat⁹ panē ⁊ aquā
quotidie comedens: defleat vitam ſuam in
amaritudine et dolore.

¶ Declaratio et punitio legittime cōuicto
rum in receptiōe denariorum vel furto re-
rum: tercia decima particula.

Quo ad quartum caſū videlʒ
receptiōis denariorū
etiā debite puniāt̄ ⁊ corrigant̄ tales legitti
me conuicti vel publice cōfeſſi: iuxta modū
⁊ formā ſupius in quarto capitulo plenius
expreſſam. ¶ Quo ad q̄ntum caſum videli
cet Furti rei notabilis ſeu frequēter itera-
ti dicimus ⁊ declaram⁹ ꝙ ſub iſto caſu ve-
nit defraudatio. alienatio aut donatio bo-
norū cōuentuū vel etiā aliarū rerum nota-
bilium ſibi ad vſū particularē conceſſarum
extra ordinem ſine auctoritate ac licētia vl̄
ſcitu prelatorum quib⁹ committitur facul-
tas dandi talē licētiam iuxta modum ſupe
rius in capitulo precedente expreſſum. Et
tales etiam pena carceris puniantur.

¶ De penis indebite minantium ⁊ per-
cutientium: quartadecima particula.

Quo ad ſextū caſū iniectiōis ma-
nuum ⁊c. Dicimus ⁊ declara
mus ffes poſſe abſolui ab excōmunicatiōe
maiori pro iniectione manuū violenta in
clericum vel religioſum cū iniuria leui vel
mediocri duntaxat etiā iuxta ordinis pri-
uilegia a ſuis miniſtris vel quibus iuſſerit
cōmittendū. In miniſtri vero abſentia poſ-
ſit cuſtos abſoluere vel guardian⁹ ſi cuſto-
dis p̄ntia infra diem naturalē nō poſſit ha
beri. Hoc autem tā priuilegium ꝙ ſtatutū
nō intelligitur de iniectione atroci vel ſub-
diti in ꝑlatū: que generali miniſtro vel cui
generalis duxerit cōmittendū reſeruat̄ vt
ſuperius eſt expreſſū. Et vt ab hijs ffes vbi
q; debite reprimant̄: ſtatuim⁹ et ordinam⁹
iuxta generalia ordinis ſtatuta ꝙ ſi frater
fratri minabitur in perſonā vel alteri ꝑſo
ne: vno menſe impoſitū ꝑ miniſtrū vel cu-
ſtodē portare probationis caputiū teneat̄.
Si vero manū leuauerit vel ad ꝑcutiēdū
aliquid acceperit: caputiū probatiōis con-
tinuis tribus mēſibus ei imponatur per al
terū predictoꝝ. Si aūt ꝑcuſſerit ſed nō gra
uiter: predictā probationē portet per annū
Si autē grauiter percuſſerit vel ad percu-
tiendū grauiter lapidē vel aliud proiecerit
vel gladiū aut aliud eduxerit: etiā q̄ arma
offenſionis portauerit vel in cella aut alibi
retinuerit per alterū predictoꝝ pena carce
ris puniatur. Quod ſi aliquis frater fratrē
aliū vel ſecularē enormiter vulnerauerit
vel mutilauerit vel alicui venenū dederit:
perpetuo carceri mācipetur. Et eidem pe-
ne ſubiaceat: qui hec eadem vel ſimilia per
alium fieri fecerit vel procurauerit vel ad
huiuſmodi facienda inuentus fuerit ma-
chinari.

¶ De falſis accuſatoribus ⁊ falſis teſti
bus: quinta decima particula.

Quo ad ſeptimū caſū vʒ falſi teſti
monij ⁊c. ſtatuimus ⁊ ordina
mus atq; diffinimus ꝙ q̄cunq; frater depo
ſuerit corā quocūq; prelato vel viſitatore
falſo ⁊ ſcienter de aliquo crimine cōtra fra
trem vel aliquā perſonā ad hoc faciēdū in
duxerit vel reuocauerit falſo vel ad reuo-
candū iduxerit qḋ vere depoſuit nō poſſit
niſi per miniſtrū prouincialem vel aliū cui
duxerit cōmittendū abſolui. ita dūtaxat qḋ
debite ſatiſfaciat prout ſibi poſſibile fuerit
in forma ſcḋm quam depoſuerat vel reuo-
cauerat ſcʒ publice vel occulte: prout iura
etiā diuina volunt. Et quicūq; in hijs ⁊ in
quibuſcūq; falſis teſtimonijs in iudicio fa-
ctis legitime fuerit deprehēſus: omnibus
actibus legitimis per eū ꝑlatū vel viſitato
rē corā quo fuerit cōuictus priuetur. Nec

reſtituať: niſi ꝑ eūdē vł' aliū ſibi ſuperiorē.

¶ De diffamatoribus et libellos famoſos proiciētes. ſexta decima particula

¶ Quo ad octauū caſū de libellis famoſis ⁊c̄. ſtatuim⁹ ⁊ ordinamus ꝙ taliū libroꝝ vel etiā quarūcūqꝫ cantilenarū in infamiā alicuius ſtatus cōgregationis vel ꝑſone/auctores/ proiectores/ aut publicatores legittime cōuicti vł' publice cōfeſſi ipſo facto omnibus actibus legitimis ꝑ miniſtros vel cuſtodes aut eorū vicarios priuenť. Et qb⁹ hec pena nō cōpetit ꝓbatiōis caputio ꝑ tres mēſes ⁊ trina comeſtione panis ⁊ aque dūtaxat in terra corā fratribus puniantur. Nec abſoluanť: niſi prout poterūt famā reſtituāt illoꝝ quos gratis infamauerunt.

¶ Cōtra falſarios ſigillorū. xvij. partic.

¶ Quo ad nonū de falſificatoribus ſigilloꝝ ⁊c̄. ſtatuimus et ordinamus ꝙ qcūqꝫ frater ꝑ ſe vel ꝑ aliū ſigilla vel litteras ſuoꝝ prelatoꝝ ꝫ gn̄ali miniſtro aut eius vicariis inferioꝝ ⁊ aliarū notabiliū ꝑſonarū falſificare preſumpſerit in ſcādalū ordinis vel dictoꝝ ſuoꝝ p̄latoꝝ ſi legittime fuerit dephēſus ⁊ cōuictus carceri mācipeť: vel ſaltē ꝓbationis caputio per tres mēſes ⁊ abſtinētia in pane ⁊ aqua tribus vicibus in terra corā ffib⁹ comedēdo ꝑ miniſtrū vel aliū ſuū prelatū cui⁹ erūt talia ſigilla puniātur. Falſificatores vero ſigilloꝝ ⁊ litteraꝝ gn̄alis miniſtri aut vicarioꝝ eius aut regū vel principū etiam grauius puniantur vt ſupra.

¶ De litteris nō retinendis vel nō aperiendis. decima octaua particula.

¶ Quo ad decimū caſū de doloſa retentiōe vel apꝑtiōe lr̄arū ⁊c̄. ſtatuimus ⁊ ordinam⁹ ꝙ quicunqꝫ litteras ſuoꝝ p̄latoꝝ aut ep̄oꝝ regū vel principū ſciēter ꝑ ſe vel ꝑ aliū in fraudē deſtruxerit aut ipediuerit ne mittāť eiſdē ſeu malicioſe retinuerit eas vel aperuerit ⁊ de hoc legittime cōuictus fuerit: ſuſpēdať ab omni actu legittimo. Et cui hec pena nō cōpetit ꝓbationis caputio vel alias debite puniatur Et hoc itelligim⁹ tā ƌ lr̄is quas ipi aliis mittūt: q̄ꝫ de illis q̄ ſibi ab aliis trāſmittūť. Nec releueť niſi ꝑ ſuū ꝓuincialē miniſtrū aut illū ſuū p̄latū cui⁹ erūt tales lr̄e. Predicte aūt pene ſubiaceat: q̄ ſuꝑioꝝ lr̄as ſibi ip̄ſis miſſas legere vel aꝑire diſtulerit malicioſe. Silī pene ſupponūť q̄ reꝑti fuerit litteras ſuoꝝ p̄latoꝝ vel ſuꝑi⁹ noīatoꝝ malicioſe colligere: collectaſqꝫ reītegrare ⁊ legere: ⁊ in iacturā aut dedec⁹ ordinis ⁊ p̄notatarū ꝑſonarū retinere vel publicare.

¶ De ſcādaloſis puniēdis. xix. ꝑticula.

¶ Quo ad vndecimū caſū vꝫ notorii ⁊ publici ſcādali ⁊c̄. ſtatuim⁹ ⁊ ordinam⁹ ꝙ tales ⁊ etiā qcunqꝫ ffes ſuis malis exēplis leuitatib⁹ ⁊ iſolēciis: aut iracūdiis vel cōtētiōib⁹ extraneos vł' quoſcūqꝫ ſeculares vel eccl'iaſticos ſcādaliſātes: aut aliqƌ ſcādalū inter eos tal'r cōmittētes graui⁹ puniāť etiā pena carceris vel ꝓbatiōis capucii vel abſtinētia in pane ⁊ aqua i tra corā fratribus pluries comedēdo: vł' alias iuxta ſcādali vel leuitatis aut mali exēpli qualitatē. Et ꝓut poterūt tal'r ſcādaliſatis ꝑ ſe vel ꝑ alios citi⁹ ſatiſfacere cogāť ſi cōmode fieri poſſit: alias non abſoluātur.

¶ De falſis accuſatoribus ⁊ infamatoribus puniendis. vigeſima particula

¶ Quo ad duodecimū caſū vꝫ falſe criminatiōis ⁊c̄. dicim⁹ ⁊ declaram⁹ hoc itelligi debē qn̄ talis falſa criminatio i infamiā alicui⁹ fit ſciēter publice et de hiis q̄ ſcit eē falſa ⁊ q̄ ſūt alicui⁹ grauis iportātie. Et tales nō pn̄t abſolui niſi a miniſtro vel qb⁹ duxerit cōmittēdū etiā debita ſatiſfactiōe p̄miſſa vel ꝓmiſſa. Et tales legittime cōuicti vel publice ꝯfeſſi pena taliōis puniāť: vꝫ penā ſuſtinēdo quā ſuſtinere debuiſſet ille quē falſo ⁊ publice īfamabāt ſi cōuict⁹ fuiſſet: niſi accuſatus accuſatorē ſuū publice excuſet: ⁊ tunc prelatus ꝓ cā rōnabili aliquā gratiā tali fratri faciat.

¶ Nullus frater aliquē de aliquo etiā ꝟo publice vel iudicial'r accuſet: cui⁹ ꝟitas vł' fama ꝓbari nō poſſit. Qui ꝟo cōtrariū fecerit ꝓ eo qƌ ffēꝫ cōmiſiſſe aſſeruerit penā ſuſtineat q̄ accuſato infligi deberet: ſi cōuict⁹ fuiſſet. Dicim⁹ aūt talē accuſātē q̄ corā p̄lato obligat ſe ꝑ teſtes alios ad ꝓbandū: nō aūt eū q̄ cā fraterne correctionis vel auiſatiōis talia in ſecreto etiā in viſitatione p̄latoꝝ vel alicui p̄lato manifeſtat: nec eū q̄ requiſitus ꝑ obediētiā etiā in publico a p̄lato ſuo q̄ ſubdito ꝓdeſſe debet ⁊ cupit: talia manifeſtat vel debite requiſitus teſtatur. Idē fiat de illo ⁊ tali pena talionis puniāť qui ſciēter accuſat aliquē de aliquo de quo fuerit ſufficienter correctus.

¶ De doloſis etiā ſecretis infamationibus et turbatiōib⁹ alioꝝ vitādis ac penis talium. vigeſima prima particula.

¶ Inhibemus diſtricte fratrib⁹ vniuerſis vt nullus alteri q̄ꝫ prelato ſuo vel inſtructori aut alteri qui ffi delinquēti ꝓdeſſe velit et poſſit aut debeat in ſecreta collocutiōe ſub

ſigillo cõfeſſiõis vel aliter aliq̃d ſciẽter do=
loſe ꝛ ex deliberatione dicat qđ vergat in
infamiã alicuiꝰ vel qđ poſſit inter fratres
vel alios quoſcũq; diſſẽtionẽ aliquã gñare
Et q̃cunq; in publico aliquem falſo vł etiã
ꝟe ſed de occulto crimine infamẽ reddide=
rit ex certa ſcia: nõ abſoluat a ſuo ꝯfeſſore
vel quocũq;: niſi famã ꝓut poterit reſtitue
rit vel ſaltẽ reſtituere citius q̃ bono mõ po
terit ꝓponat ſiue ꝓteſtetur: vcʒ ſi falſũ eſt
dicat ſe falſũ dixiſſe vel erraſſe aut male in
formatũ fuiſſe: ſi verũ dixerit nichilominus
tñ dicat ſe cõtra caritatẽ dixiſſe: vel ſiłibus
aut aliꝭs ꝟbis taliter vtat̃ ꝙ alterius famã
reſtituat ſi poſſit etiã publice ſi publice eũ
infamauit: cũ hec etiã lege diuina ꝛ canoni
ca omnibus obligatoria ſint. Põt tñ ſic in=
famatus vel offenſus tali ſuo offẽſori libe=
re ꝓpter deũ indulgere: ne talis reſtitutio
ſibi fiat: maxie ſi alias vere peniteat vł re=
q̃rat talis ſuus infamator. Qđ etiã a dño
in orõne dñica omnibꝰ ſuadet̃: vt periſitiũ
ꝑ hec multitudo euitet̃: ꝛ indulgẽtia ꝓprio
rum delictorum per hec acquiratur.

¶ Qꝫ ꝑſone accuſãtes nullo modo reue
lentur accuſatis niſi in caſu. ꝛc̃. ꝛ de penitẽ
tia talibus iponẽda. xxij. particula

¶ Diſtricte per obediẽtiã inhibe
mus ne perſone accu
ſantes accuſatis vel aliꝭs aliquo mõ ſcient̃
reuelẽtur: qđ maxime de noibus accuſãtiũ
miniſtrũ ꝓhibemꝰ: niſi cũ de crimine falſo
accuſati: in excuſatiõe ſua pecierint ſibi ac
cuſãtiũ noia reuelari. ¶ Inhibemus etiã
accuſatis ne ſciẽter de noibus accuſantiũ
ſe inq̃rãt: niſi cũ vt predicit̃ quis de crimie
publice falſo accuſatur: ꝛ petit accuſantiũ
ſibi nomia reuelari vt ſe valeat purificare
Et fratres officia ꝑlatiõis nõ habẽtes con
trariũ malicioſe faciẽtes reuelando ſcʒ de
aliꝭs vel inquirẽdo de ſeipſis non poſſint a
cõfeſſoribus ſibi deputatis abſolui: niſi cũ
penitẽtia ieiuniꝭ duoꝝ dieruʒ in pane ꝛ aq̃
infra vnũ mẽſem ſi ſani fuerint: vel lectiõis
tociꝰ pſalteriꝭ aut centũ pater noſter. Et ſi
de hoc aliquis talis legittime ꝯuictꝰ fuerit:
ꝓbationis caputio ꝑ menſem puniat̃ ꝑ mi
niſtrũ vel cuſtodẽ. Suꝑiores vero ſcʒ gñā
lis miniſter/ viſitatores ordis miniſtri/ cu
ſtodes/ vel guardiani/ aut eoꝝ vicariꝭ ſi in
quirendo de noibus accuſantiũ ſe: vel reue
lãdo accuſatores accuſatis aliter q̃ vt pre
dictũ eſt: nec nõ et ſubditi alios accuſatores
eorundẽ prelatoꝝ reuelãdo eiſdẽ aliter q̃
ſupra deliberate exceſſerint: infra vnũ me=
ſem tribus diebus in pane tñmõ ꝛ aqua ꝑ
totã diẽ ſine diſpẽſatione ſi ſani fuerint ie=
iunare teneãtur: vel pſalteriũ aut centũ pa
ter noſter ꝛ totidẽ aue maria dicere. Alias
nõ abſoluãtur. Et ſi de hoc publice cõuicti
fuerint: a ſuis officiꝭs ꝑ ſuos ſuꝑiores ãmo
ueãtur: ꝛ ſubditi omnibꝰ actibus legittis
priuẽtur. Et q̃bꝰ hec pena nõ cõpetit: ꝓba
tiõis caputio ꝑ duos mẽſes puniãtur: niſi
miniſtri pro cauſa ratiõabili diſpẽſauerit.

¶ De ſecretis ordinis extra ordinẽ non
publicãdis. vigeſima tercia particula

¶ Inhibemus inſuꝑ ne q̃s cau
ſa ꝫ depoſitiõis
miniſtri gñalis/ vel prouincialis/ cuſtodis
gardiani/ vel eoꝝ vicarioꝝ/ vel ipoꝛuʒ ex
ceſſũ/ ſeu correctionẽ/ aut ſecretũ capłi cuiꝰ
cũq;/ ſeu diſſentionẽ diffinitoꝝ/ vł frm/ vel
aliquid aliud/ vnde ordo noſter poſſit tur=
bari vel diffamari: ſcienter audeat extra
noſtrũ ordinẽ publicare. Et ſi quis taliũ fue
rit deprehẽſus omni actu legittimo ꝛ offi=
ciꝭs ordis ꝓuetur: vel ꝓbatiõis caputiꝭ: aut
alia pena equiualenti per miniſtrum vł cu
ſtodem puniatur.

¶ Contra indebite recurrentes ad ꝓn
cipes et alios. vigeſima quarta ꝑticula

¶ Nullus frater ꝑ ſe vel ꝑ quam
cũq; ꝑſonã interpoſitã
ſuadeat vł ſuaderi faciat alicui prelato/ re
gi/ vel principi/ communitati/ caſtro/ vł vil
le/ ſeu alicui perſone extra noſtrum ordinẽ
exiſtenti vt alia via vel per alios q̃ per ge
neralem miniſtrũ vel alios ordinis prela=
tos ad quos ſpectare dinoſcitur: vł quibus
in certis caſibus ex officio incũbit: aliquid
immutet̃ de ſtatu ordinis nři vel ordiatio=
nis vel diuiſionis aut vnionis alicuiꝰ cu=
ſtodie ſeu ꝓuintie: vel de quocũq; frẽ: ſeu
fratribus de loco amouẽdis: niſi i caſu vr=
gẽtis caritatis. vt eſt cauſa reductionis vł
reformatiõis aut pacis aliquoꝝ frm vł cõ
uẽtuũ vel debite vniõis vel defẽſiõis aut ꝓ
motiõis ordis dictis prelatis vł ſuꝑioribꝰ
ordis talia nõ curãtibꝰ vel negligẽtibꝰ. Et
quicũq; cõtrariũ fecerit: penis grauiſſimis
vſq; ad carceres ſꝫ delicti exigẽtiã puniat̃

¶ Qualr̃ puniãt̃ iproperãtes culpas et
ꝯtumelias irrogãtes ꝛ ꝯtẽdentes. xxv. ꝑti.

¶ Mandat generalis miſter cũ
capitulo generali v=
niuerſis miniſtris ꝛ cuſtodibus ꝙ grauiter
puniãt iproperãtes ignominioſas culpas
ꝛ pẽas maxie de q̃bꝰ puniti fuerit tales frẽs
ꝛ graues etiã iniurias irrogantes. Et hoc
idẽ faciãt guardiani: de cõſilio diſcretoꝛuʒ
Mãdatur etiã ꝑlatis oibꝰ ꝙ acrit puniãt

omnes illos qui alijs iuriāo ⁊ cōtumelioſa
verba ⁊ iniurioſa irrogant: ⁊ corā fratrib⁹
ſignāter corā p̄latis cōtendūt. Et ſi corā ffi
bus maxime corā p̄latis ſuis ſic cōte nderit
vel talia irreligioſa dixerit p̄cipue cū mo=
neantur vt taceāt: in ſequēti caplo vel corā
fratribus in p̄ma mēſa dicāt culpā ⁊ poſt
lent veniā ⁊ leſis ſatiſfaciāt ⁊ penitētiā co
dignā recipiāt: pedes ffm ibidē deoſcula
do ⁊ in terra corā fratrib⁹ panē et aquā co=
medēdo et bibendo: vel alias ſcd̄m quanti=
tatē iurie vel delicti puniant. Et ſi tanq̄ re
belles id facere diſtulerit excōmunicent ⁊ ſe
parent neq̄ abſoluant niſi prius culpā re=
cognoſcāt: ⁊ cū dicta penitētia vnā diſcipli=
nā manifeſte recipiāt. Et ſup hijs maxime
vigilēt p̄lati: vt ſuos ſubditos in pace ⁊ ca=
ritate mutua nutriāt: ⁊ tales pacis turba=
tores debite cōpeſcāt: vel a loco trāſmutēt.

¶ De penis contēdentiū ↄtra ſuos ſupe
riores aut eos cōtēpnētiū vel irridētiū vel
eorꝝ obedientiā vel correctionē ſiue refor=
mationem ſpernētiū aut contra eos vel ali
os cōſpirantium. xxvi. particula.

¶ Ad auferendā temerariorum inſo=
lētiā ordinat generalis cuꝫ toto
capitulo q̄ ſi quis ex ffib⁹ ſuū p̄latū verbis
ignominioſis vel turpi ⁊ inſolēti geſtu ei ir
reuerēs fuerit vel obedientiā eius aut pe=
nitētiam vel correctionē pro ſuis defectib⁹
recipere cōtēpſerit: excōmunicet. Et niſi ci=
cius penituerit ⁊ veniaꝫ humiliter pecierit
culpam publice in capitulo vel in menſa co
rā ffib⁹ ſi publicū fuerit recognoſcēdo: car=
ceri mācipetur. Et ſi aſtātes prelatis in tali
bus nō fauerit neq̄ honori p̄latorꝝ cōſulue
rint cōtra talē vel ſi indebite talē cōtra p̄la
tū ſuſtinuerit aut eū punire vel man⁹ in ip
ſum vt debite puniat inicere noluerit ſi pre
lat⁹ mandauerit: p duos annos non poſſint
p̄mouerí ad aliquod officiuꝫ: ⁊ p miniſtros
priuentur voce actiua ⁊ paſſiua i omnibus
electionib⁹. Et quibus hec pena nō cōpetit:
p̄bationis caputio p tres mēſes puniātur:
aut tā iſti q̄ illi acriter puniant ⁊ diſciplinē
tur: vel in pane ⁊ aqua in terra corā fratri=
bus etiā pluries comedere iuxta delicti exi
gētiam cogantur. Et ſi aliquis cōuent⁹ pro
pter hoc cōiuraret vel miniſtro aut cuſtodi
aut eorꝝ vicarijs vel cōmiſſarijs in hijs vel
alijs maxime in cauſa reformatiōis cōuen
tuū aut aliorꝝ ſupfluorū vel mutatiōis aut
amotiōis ffm ⁊ introductiōis aliorꝝ rebel=
laret: aut eoſdē p̄latos ſiue vicarios vel cō
miſſarios eorꝝ aut ffes p eos introductos
vel introducēdos recipere nollet excōmuni
centur: ⁊ ſi op⁹ fuerit iterdicto publico pu=
niant. Et tādē de cōuētu expellātur et alij
ſubrogētur inuocato ad hoc etiā ſi op⁹ fue=
rit auxilio brachij ſecularis. Et gn̄alis mi=
niſter ⁊ ei⁹ vicarij iſtis fauere ⁊ ſuis litteris
tales penas ratificare ſi requiſiti fuerit te=
neantur. Similiter oēs recurrētes ad ſecu=
lares vel ad parētes tā ffes q̄ ſorores nolē
tes ſubdi vel p correctiōib⁹ aut punitiōib⁹
euitādis. maxīe cū v̄bo vel ſcripto p ſe vel
p alios cōquerūtur de p̄latis vel reformati
onib⁹ vel alijs. vel vt reformatiōes aut re=
formatos ſiue p̄latos ſuos moleſtēt aut im
pediāt. Tales etiā ſine remedio alio tranſ=
ferātur. ¶ Itē q̄ p malitioſaꝫ cōſpirationē
ↄtra aliquē ffem ⁊ p̄cipue ſupiorē iſurrexe
rint oib⁹ actib⁹ legittis ⁊ officijs ſint p̄uati:
quouſq̄ ſatiſfactiōe p̄uia p miniſtrū fuerit
reſtituti. Nō aūt intelligit malitioſa cōſpi=
ratio: qn̄ ſubditi gn̄ali miſtro vel alicui ſuo
p̄lato aliquid pro aliquo bono remedio vel
auiſamento voluerint reuerent intimare.

¶ Pene obloquētiū ↄtra ſūmū pōtificē Car
dinales ⁊ ordis p̄latos ⁊ ↄtra eccl'ie ſctē aut
ordis iura ⁊ ↄſtitutiōes ⁊ reformari nolētiū
vl reformatiōes ipediētiū ⁊c. xxvij. p̄ticula.

¶ Si frater aliq̄s ore blaphemo
de p̄ſona ſūmi pōti=
ficis vel de cardialib⁹ ac etiā de alijs ordis
p̄latis vel de legittimis ↄſtitutiōib⁹ aplicis
obloq̄ p̄ſūpſerit. ⁊ i hoc legittime dep̄hens⁹
fuerit: pena carceris vl p̄uatiōis capucij vl
expulſiōis de loco vel alia ↄpetēti ſcd̄m q̄ti
tatē blaſphemie p eū corā quo dep̄hēſ⁹ erit
de diſcretorꝝ ↄſilio puniat. Eiſdē penis et
p̄uationis oim actuū legittimorꝝ infli gen=
dis p miniſtrū vel cuſtodē / ⁊ oim officioruꝫ
ordinis prorſ⁹ ſubiaceat. ⁊ tandē monitus
in ſua p̄manēs p̄tinatia de ordine p mini=
ſtrū expellat: q̄ debite reformari noluerit ⁊
ad verū: vel ad hoc ffes debite reformatos
vel reformatores ⁊ obſeruātie r̄laris ſecū
habere vel recipe aut introduci / vel ſecum
pacifice ferre noluerit: vel etiā q̄ neq̄ter car
nalē vitā exaltādo. ſp̄ualē vitā ⁊ ſtatū p̄fe=
ctiōis dep̄ſſerit: ⁊ etiā q̄ ppterea p̄ntis libel
li ſtatuta ↄſtitutiones ⁊ declaratiōes dog=
matizando malitioſe ⁊ ↄtēptibilit dāpnaue
rit vel deriſerit vel terrorē aut difficul=
tatē nimiā alijs icuſſerit: vel cōtra illas cō=
ſpiratiōes ſeu colligatiōes fecerit: vel q̄ ide
bito mō p̄latiſ ⁊ ffib⁹ q̄ reformatiōi vacaue=
rit detraxerit vel i aliq̄ eiſdē moleſt⁹ fuerit:
aut eos ⁊ alios reformatiōi vacantes et p
ↄuētuū reformatiōe debite deputatos fauo
re laycali vel eccl'iaſtico vel alias q̄cūq̄ mō

cienter impediuerit vel moleſtauerit.

¶ De penis blaſphemãtiũ deũ et ſctõs. ⁊ alioꝝ grauium criminum. xxviij. partic.

¶ Poſtremo quõ in generalib⁹ cõ
ſtitutiõib⁹ prelibatis non ſtatuiẽ aliqua pena blaſphemis eo
ꝙ hij rariſſimi in religione reperiantẽ: tamẽ
tales ſi qui aderũt (qđ abſit) deũ vel ſãctos
impie blaſphemãtes vel ſacra malitioſe ꝓ
phanãtes. penis in iure canonico contẽtis
intra ordinẽ ſubiaceant. ⁊ nil minus vel vl
tra illas ſubeãt etiã ad arbitriuʒ maiorum
ſcʒ generalis ⁊ ꝓuincialiũ miniſtroꝝ ⁊ qui
bus cõmiſſuʒ fuerit. Et ſi que alia facinora
grauia in pñtiũ conſtitutionum tenore pu=
nienda obmittuntur: penis etiam debitis i
iure taxatis cõprimantẽ. Et vbi per hec or=
dinis ſtatuta vł canonica iura pena aliqua
non exprimitur: alteri⁹ cõſtitutiõis pene ſi=
militudine vel alias iuxta arbitriũ ꝑſiden=
tium debite puniantur et corrigantur.

¶ De penis ꝓprietarioꝝ. xxix. particula

¶ Inſuper q̃ ſepenũero in cõſti=
tutiõib⁹ mentio fit ꝙ
puniatur quis pena ꝓprietarij ⁊ nõ expmi
tur que ſit illa: declaram⁹ et ordinam⁹ ꝙ q̃=
cũqꝫ frater inuent⁹ fuerit ꝓprietari⁹: libris
⁊ omni actu legittimo ſit ꝓuatus: nec reſti=
tui poſſit niſi ꝑ miniſtrum aut eos quib⁹ du
xerit cõmittẽdũ. Layci etiã ⁊ clerici q̃ libros
⁊ officia nõ habẽt: probatiõis caputio puni
antur. Et ſi ab aliquib⁹ pluries iterata fue
rit. aut multũ enormis vel ſcandaloſa exti=
terit: carceri mãcipeẽ. Et ſi q̃s talis i morte
inuẽtus fuerit: careat ecclˈiaſtica ſepultura.

¶ Contra luſores ad taxillos ſeu aleaꝝ ludos et alios. xxx. particula.

¶ Quicunqꝫ frater deprehẽſus
fuerit tunicã librũ
pecuniam vel res alias ludere ad taxillos
vel cartas ſeu aleaꝝ ludos: pena carceris
puniatur. Et quicũqꝫ tales ludos ad luden
dũ retinuerit vel habuerit aut ad eos etiã
iocoſe luſerit. pro ꝑma vice ad terram corã
ffibus panẽ ⁊ aquã comedat: ꝓ ſecũda acti
bus legittimis ſit ꝓuatus. Si autẽ ter i hoc
fuerit deꝑhẽſ⁹: carceri mãcipeẽ. Similiẽ eti
am talib⁹ penis puniantẽ: q̃ ad quoſcũqꝫ ali
os irreligioſos ⁊ ſeculares aut mundanos
vel leues ⁊ indecentes ludos tã in conuen=
tu q̃ extra publice vel priuate maxime i de
decus vel ſcandalum alioꝝ luſerint. vel ad
choreas ⁊ ſpectacula mũdana acceſſerint.

¶ De apoſtatis et eorum punitionibus et artationibus. Conſtitutio generalis capituli. xxxi. particula.

¶ Item cũ rła dicat ꝙ poſt ꝓfeſſio=
nẽ factaʒ nulli liceat de iſta
religione exire iuxta mãdatuʒ dñi pape. q̃
nemo mittẽs manũ ad aratrum ⁊ aſpiciens
retro ⁊c. volẽtes apoſtatis viã precludere.
nos gñalis ⁊ ꝓuinciales miniſtri ⁊ diffini=
tores generalis capłi ſedẽtes excõicam⁹ in
hijs ſcriptis oẽm ffem nobis ſubditũ ab or
dine nr̃o apoſtatãtẽ: ⁊ ex decreto pñtis ſta=
tuti anathematis vinculo inodam⁹. Intel=
ligim⁹ aũt apoſtatãtẽ oẽm q̃ ſine licentia vł
ↄtra obedientiã ſuoꝝ ꝑlatoꝝ ꝑ terras loca
ſeu patrias cũ habitu vel ſine habitu cũ ſo=
cio vel ſine ſocio iuerit vel vagabũdus fue
rit: acqꝫ generaliter abſqꝫ ꝑlatorũ eiuſdẽ ordi
nis licentia quõlʒ diſcedentẽ. aut etiam ad
quoſcũqꝫ alios ordines ſine noua ⁊ legitti=
ma diſpẽſatiõe dñi pape trãſeũtẽ. Ordina=
mus etiã ꝙ oẽs tales apoſtate carceri mã=
cipẽtur. Poſtq̃ aliquis fraẽ de aliquo ↄuen
tu ſeu aliq̃ loco apoſtatauerit ⁊ guardiano
cõſtiterit: ipſm denũciet ſeu denũciari faciat
publice corã ffib⁹ i capitulo excõicatũ qua
libet ſeptimana feria ſexta ꝑmi menſis ſue
apoſtaſie. Et cum hoc etiã a miniſtro ꝓuin
ciali in capitulo ꝓuĩciali ⁊ a miniſtro gene
rali in caplˈo generali publice denũtieẽ: niſi
ante dicta capitula debite reuertaẽ. ¶ Qui
cunqꝫ miſter ꝓuĩcialis habeat ordinariam
iuriſdictionẽ auctoritate ꝓuilegioꝝ ordis ⁊
pñtis ſtatuti capiẽdi excõicãdi ⁊ incarcerã=
di ac pena alia puniẽdi ſuꝑ oẽs apoſtatas
etiã aliaꝝ ꝓuĩciarũ i ꝓuĩcijs ſuis: Inuoca=
to etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij
ſecularis: ⁊ eos abſoluẽdi ⁊ a carcerib⁹ libe
randi. Et idẽ poſſũt cuſtodes i abſentia mi
niſtroꝝ ⁊ etiã guardiani i abſẽtia cuſtodũ
cũ conſilio diſcretoꝝ ſui ↄuẽt⁹: niſi fuerit ꝑ
miniſtros icarcerati vel in caplˈis ꝓuĩciali
bus publice denũciati: q̃ tũc nõ põt cuſtos
nec guardian⁹ eos abſoluere vł a carcerib⁹
liberare niſi ſpãliter ↄmittatur eiſdem. Et
ffes etiã oẽs alij habeãt auctoritatem apo
ſtatas nr̃i ordinis capiẽdi ⁊ auxiliũ brachij
ſecularis ad hoc inuocandi ſi opus fuerit
Caueãt aũt miſtri ⁊ cuſtodes ꝙ nõ ꝑmittãt
apoſtatas ſiue ſue ſiue alteri⁹ ꝓuĩcie i ſcan
dalũ ordis euagari. ¶ Preterea iuxta ꝓuile
giũ Innocẽcij quarti cui⁹ bulla ẽ aſſiſij ⁊ fer
rarie ⁊ Bñdicti ⁊ nicolai tercij cui⁹ bulla eſt
ianue) ꝑlati ecclˈie hoc ẽ dyoceſani ⁊ alij pre
lati debẽt fauere ꝑlatis ordis atqꝫ cõdeſcẽ=
dere ⁊ parere ſi reqrantẽ vt ꝓcedãt ↄtra oẽs
illos q̃ portãt habitũ idebite id ẽ i apparen
tia aliq̃ nr̃is taliẽ cõformes vel ſimiles ꝙ a
ppło vel ab ignotis vt i plˈibus reputantur

eſſe ordinis fratrũ minoꝝ. Etiã cõtra fra-
tres tercij ordinis ſcãdaloſos vel ſine debi
ta licẽtia vagãtes: vel q̃ caputia deferrent
nõ ꝓtenſa vſq ad cingulũ a pectore q̃ſi eſſẽt
ꝑmi ordis: ⁊ ſi appareret ſignũ in eodez ca
putio: fraudis ĩ variãdo. Teneãt etiã oẽs
eccl'iaſtici ad requiſitionẽ noſtrorũ frm nõ
ſolũ apoſtatas denũciare excõicatos iuxta
ꝓuilegiũ innocẽcij pape quarti: ſed etiã mo
nere excõmunicare ⁊ denũciare excõicatos
omnes detinẽtes vel ſuſtinẽtes apoſtatas
¶ Inſuꝑ etiã iuxta ꝓuilegiũ Innocẽcij qđ
eſt aſſuꝗ cũ bulla ordinat q̄ nullus ꝓlatꝰ ec
cl'ie poſſit ſine licẽtia gñalis miniſtri frem
aliquẽ recipe vel ſecũ tenere: niſi eſſet car-
dinalis aut legatus a latere.

¶ De mõ recipiẽdi ⁊ abſoluẽdi apoſta-
tas penitentes ⁊ quoſcunq; fratres publi-
ce excõmunicatos. xxxij. ꝑticl'a.

¶ Nullus apoſtata redire volẽs ad ordinẽ repellat: ſz
iuxta mãdatũ dñi pape ſalua ordinis diſci
plina recipiat: ⁊ saluti aĩe ſue vt ꝓuiſũ eſt
debite cõſulat. Et dũ hmõi apoſtate reuer
tunt in publico corã fratribꝰ abſoluantur:
ſub mõ ⁊ forma abſolutionis ab excõmuni
catiõe maiori publica: in talibꝰ ordinata et
cõſueta vez. Q̃z imꝑmis petat abſoluẽs et
recipiat iuramẽtũ ſiue ꝓmiſſũ a pẽitẽte de
ſtãdo a cetero in talibus ꝓceptis ſãcte ma
tris eccl'ie ⁊ ordinis vt moris eſt. Deiñ di-
cat pſalmꝰ. Miſerere mei deus vl' Deꝰ mi-
ſereatur vel alius ꝑcutiẽdo leuiter ſupra
dorſũ cũ virgis vel baculo vl' corda ſeu fla
gellis. Deiñ dicat verſũ. Saluũ fac ſeruũz
tuũ ⁊c. et orõem. Deus cui ꝓpriũ eſt miſe-
reri ſemꝑ ⁊ ꝑcere ſuſcipe deprecationẽ no-
ſtrã ⁊ hũc famulũ tuũ. N. quẽ excõmunica
tiõis cathena cõſtringit miſeratio tue pie-
tatis abſoluat. Per xpm dñm nrm Amen.
¶ Deiñ ſubinferat abſolutionẽ ⁊ dicat Do
minus nr ieſꝰ xp̃s te abſoluat ⁊ ego aucte
ipſius ⁊ ꝓlatoꝝ meoꝝ ⁊ officij mei ac ſtatu
toꝝ ⁊ priuilegioꝝ ordinis qua fũgor: abſol
uo te a ſentẽtia maioꝝ excõmũicatiõis quã
incurriſti taliter apoſtatãdo / reſtituẽdo te
ſacramẽtis eccl'ie ⁊ ꝑticipationi fideliũ. In
noĩe patris. ⁊c. Tũc eñi non fit abſolutio a
pctõ qđ ſic apoſtatando cõmiſit nec ab aliꝭ
peccatis: q: talis abſolutio a pctis dz fieri
in cõfeſſione ſecreta ſcđz doctores. Et ideo
neceſſe habet illa pctã ſacramẽtalit̃ ꝯfiteri
Si etiã ꝑ talẽ excõmunicationẽ apoſtaſie
vel aliã incurrerit aliquas alias cẽſuras ⁊
penas iuris vez irregularitatis ſuſpẽſiõis
vel interdicti ſacros ordines in tali excõ-
municatione ſuſcipiẽdo vel in aliquo or-
dine etiã minori publice miniſtrãdo vl' ali
q̃d attributũ certo ordini faciẽdo vel alias
in q̃bus poſſit etiã abſoluẽs diſpẽſare ⁊ ab
ſoluere: addat in ſuꝑdicta abſolutiõe ſic di
cẽdo. Diſpẽſando tecũ in irregularitate ac
ſentẽcia ſuſpẽſionis ⁊ interdicti quas talit̃
incurriſti: reſtituẽdo te ſacramẽtis eccleſie
⁊c. vt ſupra. Si etiã ſit ꝑ hoc vel alias ꝓua
tus actibus legittimis ordinis vel officijs
vel etiã ſuſpẽſus a talibus ⁊ abſoluẽs ſit ꝓ
latus ſiue miniſter vel cõmiſſariꝰ q̃ tũc poſ-
ſit ⁊ velit reſtituere ⁊ rehabilitare ad ꝓdi-
cta: addat etiã ⁊ ſic dicat. Et reſtituo te ad
tales vl' ad oẽs actꝰ legittimos ⁊ ad officia
ordinis. In noĩe pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpũſſcti. Amẽ.
¶ Et iuxta antiqua ordis ſtatuta nullꝰ hñs
ſufficiētē ad ſeruitium ⁊ cōmunē vtilitatē
frm ꝓpter cauſas inferius declarādas vel
ſimiles et non aliter. In quib⁹ ſolūmodo ca
ſibus iuxta regule tenorē ⁊ nō cauſa diutur
nitatis vel limitationis aut determinatio=
nis ſeu ꝑfixiōis certi temꝑis ſimpliciter / te
nent illi quib⁹ electio data ē ⁊ nō alij in noīe
dñi aliū ſibi eligere i cuſtodē id ē generalē
miniſtrum toci⁹ ordinis: prout infra pleni⁹
exprimitur. In miniſtroꝝ autē ꝓuincialiū
electione vocem habeant iſti videlicet mi=
niſtri Cuſtodes ⁊ omnes diſcreti prouincia
rum Guardiani in ipā electione vocē nō ha
beāt: niſi fuerit electi ꝓ diſcreto vel niſi de
mādato ꝑſidentis ſiue miniſtri ſuppleāt vo
ces aliquorum vocaliū abſentium. Nullus
quoqꝫ guardianat⁹ officiū de cetero habe=
at niſi triginta annos attingat in etate: niſi
vbi pro neceſſitate vel cā rōnabili miniſter
cum aliquo diſpenſaret.

¶ De termino officij inquiſitoꝝ ⁊ eoꝝ iſti=
tutione ac taliū obuentiōib⁹. xviij. partic.

¶ Eodemmodo ordinam⁹ iu
xta farnerij
et martini ſtatuta vt nullus officium inqui
ſitionis cōtinue habeat: ſed ſolūmodo per
bienniū. Et ipi⁹ inſtitutio ad miniſtrum ꝓ=
uincialem ſpectat: in capitulo prouinciali.
Similiter et ipſius deſtitutio: non ligando
manus ipius generalis. Ipſi quoqꝫ inquiſi
tores in capitulis prouincialib⁹ ſicut ⁊ mi=
niſtri in capitulis generalibus ⁊ cuſtodes i
capitulis prouincialibus teneantur ſem=
per ſuo officio reſignare per ſeipſos ſi pre=
ſentes ſunt: aut ꝑ litteras ſi abſentes. Nul=
lus quoqꝫ pōt ad officiū inquiſitionis eligi
vel inſtitui: niſi fuerit quadraginta annoꝝ
ſcḋm pontificum ſtatuta in bulla de inqui=
ſitoribus. Poſſint quoqꝫ inquiſitores mitti
pro diſcretis ad generale et prouinciale ca
pitulum. Et omnia q̄ ſibi ex officio ſuo ob=
uenire poterunt in vſus cōmunes rerū ne=
ceſſariarū fratrum ꝑ ꝓcuratores pape ſeu
amicos ſpūales cōuertantur: eorū neceſſita
tibus primum et aliorum conſequenter ex
hijs ſubueniendo.

¶ De beneficiatis qñ et quō poſſunt gau=
dere priuilegijs orḋ. xix. particula.

¶ Item ſi qui fratrū apoſtolica au=
ctoritate promoti eſſent ad
aliqua beneficia vel aīarum curas et priui
legijs ordinis gaudere vellent auctoritate
apoſtolica annuente declaratur eos tūc ꝑ=
uilegijs et officijs ordinis fungi poſſe: qui
ſeſe prelatorū obedientie in hijs que debi=
tam executionē cure cōmiſſe non impediūt
per oīa ſubmiſerint: ⁊ cū ea q̄ vltra eccle
ſie ſibi commiſſe neceſſitatem ⁊ reſtaura=
tionem et pro victu et veſtimento licite ob
uenerint / prelatis ſuis ſicut et alias elemo
ſinas reuelauerint: et in manu procurato=
ris pape vel amici ſpiritualis pro ipoꝝ vl
pauperum vel aliorū fratrū neceſſitatibus
deponi procurauerint. Qꝫ ſi ſecus fecerint
nōmodo nō exaltentur ſed extra ordinē ꝑ
maneant: nullum conſortium cum fratrib⁹
habentes: niſi vt alij curati qui non ſunt de
ordine noſtro. ¶ Itē fratres aſſignati ſeu
deputati curijs dñorū in quibus quaſi cō
tinue vel frequenter eos adeſſe oportet nō
ponātur nec dimittātur in officijs ordinis:
illis exceptis duntaxat qui nō ſolū alibi et
apud illos: ſed etiā in curijs ipſis ⁊ apḋ cu
riales oportet vel expedit exerceri.

¶ De procuratore ordinis in curia ro=
mana et eius inſtitutione et alīqbus etiā
officijs eius cōcernētibus. vigeſima ꝑticula

¶ Procurator ordinis genera=
lis quēadmodū
Benedictus duodecimus in ſuis ſtatutis
determinat ꝑ miniſtrū gnālem in capitulo
generali cōſtituatur: habito prius ipſi⁹ ca=
pituli vel maioris partis cōſilio. qui ſit vir
deuotus ⁊ doctus / religioſus / exēplaris do
ctrina / prudētia / etate / facūdia / ⁊ vite ſācti
monia ꝑclarus: nō cupidus / nō ambitioſ⁹ /
fidelis / ⁊ ſollicit⁹ / ⁊ obediēs gnāli miniſtro
patuſqꝫ ꝓ re publica ordinis ⁊ pro obſeruā
tia et defenſione rle cōſtitutionū noſtrarū
⁊ reformatione conuentuū ⁊ toci⁹ ordinis
oīa perpeti. Et in ſingulis capitulis gnali=
bus generalis miniſter eūdē vel aliū inſti=
tuat vel citius ſi neceſſe fuerit. Que inſtitu
tio in ſcriptis appareat. In quolibet etiam
capitulo gnāli requiratur miniſtroꝝ ⁊ diſ=
finitoꝝ conſiliū: an videlicet hmōi ꝓcura=
tor ſit in officio retinendus vel poti⁹ amo=
uendus vel alius ſibi ſubrogādus. Sit aūt
potiſſima ⁊ ſufficiēs cauſa eius amotionis
maxime hoc vniuerſalis reformationis tē
pore ſi ipſe pre ceteris nō fuerit reformat⁹
⁊ ſi reformationi conuentuū ⁊ tocius ordi=
nis totis viribus nō fauerit ⁊ corā ſummo
pontifice et alijs cardinalibus nō iuerit ⁊ in
ſteterit. Si per incuriā ſuā contra liberta=
tem noſtri ordinis vel cōtra reformationē

256

ipſius aut aliquoꝝ cõuentuũ vel ꝯtra rł'am
vel rł'e declaratiões aut ordis cõſtitutiões
vel cõtra pacẽ ⁊ vniõnẽ ordinis vel contra
ꝑlatos ordinis aliq̃d fuerit ĩpetratũ. Quit
q̃d tñ maxime circa ꝑdicta ſine debita licẽ=
tia impetratũ fuerit tãq̃ ſubrepticiũ nullo
mõ recipiaꝫ vel admittaꝫ. ¶ Itẽ ſi ꝯtra cõ=
ueutiões cõuẽtus a rł'ari miniſtroꝝ ſuorũ
obediẽtia ex negligẽtia vel culpa alia au=
ferri ꝑmiſerit. Si fr̃es diſcurrẽtes vagabũ
dos ⁊ ſine licẽtiis ſuoꝝ miniſtroꝝ ad curiã
romanã aduẽtãtes vel eũtes nõ punierit ⁊
ſtatim nõ eiecerit aut aliq̃s ſine bulletino
ſuo ⁊ ſine ſocio ꝑ vrbẽ vagari ꝑmiſerit. Si
paſſus fuerit ab eis cõfeſſiões prohibitas
audiri ⁊ bñficijs vel alijs locis ſeruire ꝑſer
tim in ſctõ petro ⁊ alijs eccł'ijs vrbis in q̃bꝰ
etiã nullus ſine exꝑſſa gñalis miniſtri licẽ
tia cõfeſſiões audiat. Sup q̃bus oĩbus gña
lis ordinis maxime inuigilet. Propꝛea mã
daꝫ miniſtro ꝓuincie ⁊ gardianis illoꝝ cõ
uẽtuũ vbi curia fuerit ꝙ ſuis lr̃is ſtati gñа
li ſignificẽt: ſi ꝓcurator in ꝑdictis ⁊ alijs de
linqret. Qui cognita veritate ꝑ ſe vel per
ſuũ cõmiſſariũ de maturo bonoꝝ ⁊ diſcre=
toꝝ fratrũ dicti ordinis cõſilio illũ tollat et
eorundẽ conſilio aliũ ſufficiẽtẽ ⁊ ydoneum
cõſtituat. Idẽ faciat ꝓ inutilitate inſuffici
entia negligẽtia ⁊ eius infidelitate proba=
ta. Idẽ etiã ſi prefatum mori vel egritudie
diutina detineri aut alias ſic euz impediri
contingat: ꝙ cõmode exeqni officiũ procu=
rationis non valeat. Si autẽ hmõi procu=
rator fuerit ciſmõtanus aſſigneꝫ ei ꝑ dictũ
gñalem miniſtrũ ſocius vltramontanus ⁊
ecõuerſo. Qui in aſſumendis et ꝓſequẽdis
exequendis ⁊ recipiẽdis defendẽdis ⁊ aſſi
ſtẽdis/cũ procuratore ſemꝑ debeat eſſe: et
in ſcriptꝫ cũcta notare ⁊ eorũdẽ reddere ra
tionez Et añq̃ ſuũ officiũ exequãꝫ: ꝑſtẽt ge
nerali miniſtro vel illi cui in ſpeciali duxe=
rit committendum corporale iuramentum
ꝙ ſuum officium fideliter exequentur.

¶ De forma iuramenti procura=
toris ordinis. vigeſimaprima par
ticula.

# ¶ Forma autem iura=

menti hec ſit. ¶ Ego frater. N. ordinis mi=
norum et reuerendiſſimi patris generalis
miniſtri in curia romana procurator pro=
mitto eſſe fidelis dicto ordini et reuerendiſ
ſimo patri generali miniſtro ⁊ eius officio
et ſucceſſoribus eius canonice intrantibus
in ſumendis proſequendis et defendendis
cauſis omnibus commiſſum michi offici=
um tangentibus: nec vnq̃ verbo vel ſcri=
pto aut facto conciliarius ero alicuius
concilij tractatus et informationis que in
preiudicium predicti ordinis vel ipſius ge
neralis miniſtri et officij ſui ac ſucceſſorum
ſuorum poſſint et valeant redundare ſcien
ter. Et de commiſſo michi procurationis of
ficio fidelius q̃ potero et ſincerius ſecũdum
deum et rectam conſcientiam me habebo.
Sic deus me adiuuet: ⁊ hec ſancta dei euã
gelia. Idem iuramentum ſocius eius pre=
ſtet.

¶ De litteris ordinis iuramentis et
alijs ſub inuentario debite cuſtodien
dis. vigeſimaſecũda particula

# ¶ Ordinamus etiaz ꝙ

dictus procurator inſtitutus in Romana
curia a ſuo predeceſſore vel ſocio tam pri=
uilegia q̃ litteras ⁊ inſtrumenta cauſaruz
ordinis in romana curia aliarumq̃ reruz
ſtatum et quodcunq̃ procurationis offici=
um tangentia ſub inuentario et ſpeciali re
giſtro recipiat in preſentia vnius gardia=
ni loci curie predicte et aliquorum diſcre=
torum fratrum ad hoc ſpecialiter vocato=
rum. Gardianus vero omnia que predictꝰ
procurator recipiet tranſcribi faciat: et in
archa in qua ſigillum conuentus recondi=
ditur illam copiam diligenter cuſtodiri ꝓ=
curet. Et quando ordinabitur alius pro=
curator videatur accurate ſi ea que eidem
procuratori fuerunt tradita eiſdem inuen
tarijs adinuicem collatis integre et fideli=
ter reſignentur. Teneatur etiam procu=
rator et ſocius eius ad generale capitulũ
proficiſci: et tam de cauſis motis in conſi=
ſtorio et in audientia tangentibus ordinẽ
et prouincias q̃ de receptis et expenſis
reddere rationem.

¶ Item dictus procurator immediate
poſt miniſtros reſignet officiuz: et ſe vt ce=
teri accuſet et veniam poſtulet.

¶ De poteſtate procuratoris ordinis
in curia Romana: viceſima tertia
particula.

¶ Procurator etiam ordinis vbi fuerit curia pape tantaȝ habeat auctoritatem, ſicut ſue ſonant littere, ꝓ omnibus negocijs ordinis defendendis / promouendis / et conſuetis: pro quibuſcunq; prouincijs cõuentibus locis ⁊ monaſterijs monialiũ ſancte clare ⁊ terciarijs. Pro quorum cauſis poſſit etiam ſubſtituere particulares procuratores tam fratres q̃ſ ſeculares: non obſtante quocunq; curiali decreto vel conſuetudine inq̃ſtum non ſit contra libertatem curie et contra voluntatem pontificis nec contra ſtatum. Non tamen poſſit ſubſtituere procuratores ſeculares in cauſa criminali niſi forte ante reuerendiſſimum dominum protectorem: ſed in ciuili poſſit.

¶ De expenſis procuratoris ordinis. vigeſima quarta particula

¶ Procurator ordĩs (iuxta Benedicti duodecimi ſtatuta) victum recipiat a conuentu vbi erit Romana curia in illo videlicet / vbi ſunt plures) in quo maluerit. Omnia alia neceſſaria pro defendẽdis cauſis ordinis pro veſtitu et alijs neceſſarijs et etiam aliqua pro victu (ſi tales conuentus nimis propter eum ⁊ ad eũ cõcurrentes in expenſis grauetur: ⁊ ſi ad hoc ſufficiẽtes benefactores pro ſe ⁊ ſocio ſuo non inuenerit) a miniſtris prouincialibus in generali capitulo vel extra modo licito ſuſcipiat. Et de hijs omnibus ⁊ alijs vndecunq; aduenientibus ſibi ratione perſone vel officij in capitulo generali reddat fideliter rationem. Et caueat ab exceſſiuis expenſis ⁊ recognitionibus: ⁊ ſeruet in omnibus mediocritatem et laudabilem conſuetudinem. ¶ hortamur autem conuentus ⁊ loca et eorum fratres vt dicto procuratori pro ſuſtentatione ſua et ſui ſocij ⁊ dictis cõmunibus expenſis ordinis moderate ſubueniant ne grauentur conuentus predicti vbi erit romana curia vel vbi moram trahit dictus procurator: talibus et tantis expenſis ipſorum procuratorum: et multitudinis fratrum ad curiam miſſorum. Nec teneantur procuratores recepta a miniſtris ordinis pro communibus expenſis ⁊ negocijs ordinis expendere pro particularibus conuentibus ſeu perſonis: ſed pro communibus cauſis et negocijs ordinis.

¶ Q; in caſu poſſit generalis duos procuratores deligere: et de ratione expenſarum aliorum fratruȝ. vigeſima quinta particula.

¶ Poſſit etiam ipſe generalis miniſter (ſicut ordinatum fuit in capitulo Bononienſi) multis ſuperuenientibus cauſis et negocijs et pro diſſentionibꝰ in ordine ſuſcitatis duos procuratores deligere ciſmontanum videlicet ⁊ vltramontanum: vel etiaȝ eiuſdem nationis ſi aliter ſubueniri non poſſet dummodo non ſit miniſter vel in alio officio ſolempni (vt dictuȝ eſt). Confirmatur etiaȝ conſtitutio Cremone ⁊ aſſiſij conſenſu tocius generalis capituli promulgata: videlicet vt nullus prelatus nec fratres admittant expenſas illi q̃s de curia reuerſꝰ ſe feciſſe aſſeruit ĩ cauſis ordinis expeditis vel expediendis niſi retulerit eas taxatas ⁊ ſcriptas manu procuratoris ordinis: ⁊ de hijs ſuis proprijs litter̄ fecerit teſtimonium. Nec poſſint de cetero fratres aliqui miſſi ad curiam pro voto id quod notabile eſt diſſipare vel expendere ſed eo ordine quo ſibi procurator decreuerit in omnibus. Aliter redeũtes priuentur omnibus actibus legitimis: nec abſoluãt niſi prius littere procuratoris reddantur. de eorum innocentia ⁊ ꝙ nil reſtituere ſeu reſtitui facere teneantur.

¶ Aduertat etiam procurator talis totis viribus ne impetrari ſinat aliqua a fratribus que ſint contra regulam aut preſẽtes ordinis conſtitutiones / reformationes / et ſtatuta atq; regule declarationes approbatas. Et ſi quocũq; caſu aliquid fuerit extortum a prelatis vel a fratribus non admittatur. Non enim preſumi debet papaȝ velle conſtitutiones ordinis / vel regulaȝ aut declarationis ſuorum predeceſſorum taliter tollere ſed ex ſubreptione conceſſiſſe. Et in his ſi videbitur appellent prelati et habeant ad papam recurſuȝ.

¶ De capitulo prouĩciali. xxvj. ꝑticula.

¶ Cũ regula dicat ꝙ miſtri ⁊ cuſtodes poſſint in ſingulis ꝓuincijs fr̃es ſuos ad capl'm conuocare: ordinamꝰ vt in ſingulis prouincijs capitulum celebretur iuxta qđ magis congruit cuilibet regioni. In quo locus ⁊ dies ſequẽtis capituli aſſignet̄: ita ꝙ redeũtes

de capitulo generali ꝓximo p̄cedenti vale
ant intereſſe. Ad illud aũt capitulũ cõueni=
ant cuſtodes ac fratres de prouincia ſcðm
quod in prouinciali capitulo fuerit ordina
tum: ꝓuiſo tñ ꝙ multitudo veniẽtium eui=
tetur. Et ideo nullus frater a cetero pro cõ
feſſionis officio ad ꝓuinciale capitulũ mit=
tatur: niſi alias etiam pro ſocio diſcreti vel
cuſtodis vel alia cauſa mittaꝶ. ¶ Poſſit eti
am interdũ aliqñ miniſter prouincialis ad
capitula cuſtodialia fratres cuſtodiarũ cõ=
uocare ⁊ temp⁹ celebratiõis illorũ ordina=
re ⁊ ibidem negotia neceſſaria prouĩcie ac
cuſtodie et cõuentuũ cum cuſtode ⁊ diſcre=
tis cuſtodiarum prout in capitulo ſuo pro=
uinciali conſueuit expedire. Et hoc ſolũmo
do qñ requiſitis cõuentib⁹ non occurrit qui
poſſit nec velit onera capituli ſuſtinere vel
qñ ꝓpꝶ aliquod ſuperueniens vel accidẽs
capitulũ ꝓuinciale cõmode nõ poteſt cele=
brari in loco vbi fuerat aſſignatuꝫ vel aſſi=
gnandum. ¶ Item fratres indifferẽter nõ
transferanꝶ de loco ad locum preſertim ex=
tra tempus ꝓuincialis capituli ad moran=
dum: niſi euidẽs neceſſitas aut communis
vtilitas aut conuentuuꝫ reformatio hoc re
quirat. Et breuiter de loco ad locuꝫ paſſim
nõ mittantur fratres maxime talẽ mutatio
nem ſibiipſis procurantes: niſi ex cã vrgen
te et neceſſaria fuerit faciendum.

¶ De agendis in principio capituli pro
uincialis. xxvij. particula.

¶ **Fratres** autem die ad capitulũ
aſſignata cõgregati ip
ſa die quieſcant ⁊ deliberent. Mane poſte=
ra die audita prius miſſa ſolemni de ſpiri=
tu ſancto capitulum incipiant. Et tunc pri⁹
publice ⁊ ſolempniter in eccleſia ante cruci
fixum vel alibi in loco congruo omnib⁹ fra
tribus ibidem conuocatis incipiat alta vo
ce miniſter. Ueni creator. Deinde dicantur
℣. Emitte ſpiritum tuum. Orationes. De⁹
us qui corda. Concede nos. De⁹ qui eccle=
ſiam. Omnes ſancti tui q̄ſumus. Actiones
noſtras q̄ſumus ⁊c. Deinde fiat ſermo fra
tribus in communi ab aliquo ad id deputa
to: niſi miniſter illum per ſe facere voluerit
Et tunc finito ſermone fiant ſolempnes re=
commendationes ⁊ recitationes obitus de
functorum fratrum et ſororum et ſepultoꝝ
in habitu et in cimiteriis noſtris a ſingulis
cuſtodibus iuxta modum honeſtuꝫ aliqua
rum prouinciarum: ſi miniſtris congruum
videatur. Alias in fine capituli miniſter ꝑ
ſe vel ſocium eius hoc idem faciat. recipiẽ=
do a ſingulis cuſtodibus nomina et cogno
mina talium defunctorum et ea exprimen
do: ac pro illis ſuffragia per prouinciam or
dinando: et ibidem etiam alia cõſueta per=
ſoluendo. Quorum oim numerum ſinguli
diſcreti ad ſingulos conuentus reportent.

¶ De electione iuramento et officio dif
finitoꝝ capituli et coꝝ correctore. xxviij. p.

¶ **Subinde** eligant ex ſeipis ex
certis cuſtodiis ꝑ or
dinem quatuor diffinitores quos miniſter
confirmet recipiendo corporale iuramentũ
ab eis. ꝙ fideliter ſecundũ deũ et conſcien=
ciam in promouendis et aliis ꝑ eos cum mi
niſtro tractandis et explendis ſe habebũt:
iuxta formam iuramẽti in formulariis mi=
niſtroꝝ cõmuniter deſcriptam. Predicti au
tem diffinitores poſſint cũ miniſtro prouin
ciali diffinire et expedire omnia que ad ca
pitulum pertinebunt. Quibus (de conſilio
cuſtodum) preficiatur vnus correctoꝛ pro
eorum concordia: in hoc tantummodo vi=
delicet ſi quatuor diffinitores in correctio
ne miniſtri in partes equales ſe diuiſerint
eorum ſententia preualeat: quam idem du
xerit approbandam. Idem tamen quintus
qui ſic eligitur in capitulo prouinciali: non
intelligitur pro diffinitore: Unde poteſt ſe=
quenti anno eligi diffinitor. Si autẽ in elec
tionibus diffinitorũ aliquos maiorem par
tem vocum medietate omniũ habere con=
tingeret: illi qui plures voces habent pro
diffinitoribus acceptẽtur. Si vero qui pau
ciores habent ex ipſis fuerint in equali nu
mero. iteretur ſcrutinium quo ad illos: quo
uſqꝫ pluralitate ſuffragantiuꝫ electio vni=
us alteri preferatur. Electis igitur diffini=
toribus et confirmatis: littere que ſuper fa
cto miniſtri prouincialis a fratribus loco=
rum ſunt transmiſſe eiſdem miniſtro et dif
finitoribus hora determinata preſenten=
tur. Et ſi qui ſunt i eodem capitulo qui pre
ter illa que ſcripta ſunt (probabilia tamen
et grauiora) dicturi ſunt de miniſtro: diffi=
nitoribus tantuꝫ dicãt. Qui ſuper ſcriptis
aut taliter relatis. habita ſeorſum diligen=
ti relatione: miniſtrum ſi preſens ſit corri=
gant coram illis tantummodo qui talia ſci
unt. Si autem publica fuerint: coram om=
nibus diſcretis et cuſtodibus corrigantur
ſecundum formam inferius deſcriptaꝫ. Qꝫ
ſi miniſter tali capitulo intereſſe non poſſit
ratione infirmitatis vel alias: vicarius ei⁹
vel cuſtos in cuius cuſtodia capitulum ce=
lebratur capitulum teneat.

¶ De renunciationibus cuſtodum ⁊ de
tabula officiarioꝝ capl'i ordinãda. xxix. p.

¶ In huius aũt capituli ꝓuĩcialis pn cipio cuſtodes ꝑ ſe ſi pñtes fuerint vel ꝑ litteras aut vicarios ſuos ſi abſẽtes: ſuis officijs renũciare debeãt. Quoꝝ renũciatio a miniſtro in fine capituli vel ante ſi videbit̃ admittat̃. Poſtea ordinẽtur a miniſtro et diffinitorib' in vna tabula officiarij capituli / et publicent̃: videlicet Auditores cauſaꝝ. Examinatores cõfeſſorũ ⁊ predicatoꝝ Electores ſtudẽtiũ mittendoꝝ pariſius, ⁊ ad alia ſtudia gñalia ordinis. Ordinatores ⁊ aſſignatores ſermonũ atq; cathedrantiũ ſeu preſidentiũ queſtionũ ſeu concluſionũ ⁊ reſpõdentiũ vbi vel qñ neceſſarium fuerit Computatores cõmuniũ expenſarũ prouincie ⁊ ordinis. Ordinatores officiariorũ chori Rectores diuini officij. Ordinatores ⁊ cõductores proceſſionũ ⁊c̃.

¶ De renũciationib' viſitatoꝝ ſororuz ſãcte clare. ⁊ qñ tales debeãt iſtitui. xxx. ꝑt.

Ordinamus etiã iuxta farinerij ſtatuta ꝙ viſitatores ſoroꝝ poſſidẽtiũ ſãcte clare in quolibet capitulo ꝓuinciali renũciẽt ꝑ ſe quidẽ ſi preſentes ſint vel per litteras ſi abſentes. In q̃bus iteꝝ a miniſtro cõfirmari poſſint: ſi de cõſilio diffinitoruz eis expedire videat̃. Et poſſũt eligi ad capitulũ ꝓuiciale ꝑ diſcretũ et diffinitorib': et pro cuſtodibus q̃cũq; viſitatores quarũcũq; ſoroꝝ. Ab ipſis aũt monialib', neq; viſitatores neq; miſtri nec alij vllomodo munuſcula recipiãt: ꝑ que prauitas ſymoniaca committi poſſit vel ſuſpicio mala exinde oriri. Neq; ipſis vel alicui liceat i talib' monaſterijs intus comedere: ſed neceſſitate vrgẽte extra monaſterium fiat.

¶ De renũciatiõe ⁊ viſitatiõe miniſtrorum et correctione eorũdem. xxxi. ꝑticula.

¶ Deinde miniſter de ↄſilio diffinitoꝝ aliquẽ vicariũ ſiue preſidẽtẽ ſibi cõſtituat corã quo ⁊ diffinitoribus cuſtodibus ac diſcretis teneat̃ dicere culpã ſuã humiliter ⁊ exire capituluz: vt de eius vita ⁊ regimine diſcutiat̃ inter diffinitores ac cuſtodes ⁊ diſcretos cõuẽtuuz: ſicut dictũ eſt de guardiano ⁊ cuſtode. Nec poſſit aliquis prelatus vel alius quicunq; ſub pena excõicatiõis ⁊ ꝑuationis actuũ legittimoꝝ ipſo facto impedire vel diſpenſare. nec etiã ipm capitulũ ne actus iſte fiat i ſingulis capitulis prouincialib'. Hec aũt inquiſitio vltra viii' diei ſpaciũ nullaten' ꝓtendatur. Et poſtea reuocatus exceſſus ſui vnde ibidem fuerit accuſatus eidẽ tunc publice exponãtur. Et tũc in caritate moneat̃ ſi monendus. laudetur ⁊ ad pociora anime tur ſi laudandus ⁊ ſufficiens habeatur. Qꝫ ſi incorrigibilẽ vel inſufficiẽtẽ ſcd̃m conditiones infra deſcribendas iuditio maioris partis eũ inuenerint: ipm ab officio miniſterij vigore pñtis cõſtitutionis ſuſpendãt. et vicariũ de conſilio ⁊ aſſenſu maioris partꝫ capituli cõſtituãt. Et ſi miniſter ſe ⁊ ꝓuinciam in hoc indebite grauatã iudicio cõſciẽtie ſue putauerit ⁊ ad generalẽ miniſtrum recurſũ habere voluerit: tũc ſine mora capitulum cauſã incorrigibilitatis vel inſufficiencie ꝑ capitulũ approbatã ſub ſigillis diffinitorũ vel aliquoꝝ cuſtodũ miniſtro ſignificent generali. Miniſter vero ſic ſuſpenſ' non inſtituat vicariũ nec de officio ſe intromittat: donec de ſuſpenſione fuerit iudicatũ ſi illud ab eo taliter exigat̃. Nec ei ꝓcludatur via quin poſſit ire ad generalẽ miniſtrũ ad ſe excuſandũ ſi voluerit. Nõ tñ audiatur a generali nec reſtituat̃ ſine ꝑte audita ⁊ iuſta cauſa ac maturo conſilio. Et vt addit Bñdictus. xij. ſi in capitulo fuerit viſitator vel vicarius ſeu cõmiſſari' generalis miniſtri vel alibi magis prope: ad generalem nõ eſt opus mittere. Et tũc etiã ibidem cito deſtituto miniſtro ⁊ ante talẽ recurſuz ad alterius electionẽ ꝓcedat̃: ne prouincia diutius ſine miniſtro in turbatiõe remaneat. Et deinde acta capituli ꝑ ꝑfatũ vicariũ et diffinitores compleant̃. Si tamen libere ⁊ volũtarie ab officio ceſſerit nec turbationem aliquã oſtenderit. vel ſi hoc etiã petierit poſſit in officio miniſteriat' dimitti. donec alius cõfirmatus in ꝓuincia habeatur ſi maiori parti capituli expedire videat̃: et ſic etiã ꝑ ſe ſine alio vicario ꝑfato. acta capituli cũ diffinitorib' explere.

¶ De cauſis ſuſpenſionis vel depoſitionis miniſtroꝝ prouincialium. xxxij. ꝑti.

¶ Cauſe aũt ſuſpenſionis vel depoſitionis ꝓuincialiũ miniſtrorum ſint inſufficiencia ꝑſone id eſt ſi ſit nimis antiquus vel infirm' aut debilis taliter ꝙ non poſſit cõmode ⁊ vtiliter exequi officium ſuũ. Item eius nimia negligentia vel remiſſio ad viſitandum corrigendum ⁊ monendũ atq; reformandũ ⁊ alias officiuz ſuum debite exequẽdum. Item exceſſus notabilis maxime in cauſis quibus tales ab officio ſuſpenduntur aut deponũtur ꝑ preſentes ordinis conſtitutiões. Item iuuenũ ⁊ eorum qui non fuerint ydonei vel debite reformati nec in obſeruantia regulari ſufficienter exercitati nec probati indebita promotio. Item ſi ſubditos in prouincia ⁊ maxime iuuenes ad dei timorẽ et ſubiectionẽ,

258



ac hūiliationē/oꝛōnē/⁊cōtēplationē: atq̄ le
ctionē ⁊ ad alia exercitia virtuoſa ⁊ ad pro
fectū neceſſaria ꝑ ſe ⁊ alios inducere negle
xerit vel cōtempſerit: ſed potius in his ⁊ a=
lijs relaxari ꝑmiſerit. Itē ſi magis parciali
tates vel cōmeſſationes aut honores vl' cu
rioſitates aut munera q̄ ꝓbitatē ⁊ vite ex
emplaritatē intenderit. Itē ſi rl'e nr̄e ac de
clarationū eius ⁊ p̄n̄tiū cōſtitutionū oꝛdis
obſeruātiā nō multū curet. Itē ſi nec in ob
ſeruātia ⁊ ſtudio atq̄ ſciētia taliū ſubditos
debite inducat cōpellat vel cōtineat. Item
ſi nec etiā cōuētuū ac fratrū ⁊ ſoroꝝ debitā
viſitationē/monitionē/⁊ correctionē ac in
tegrā ⁊ verā reformationē/⁊ reformatio=
nū manutentionē/⁊ augmētationē ꝑ ſe nec
ꝑ alios q̄rat nec debite ꝑficiat. Itē ſi alia q̄
ad officiū ſuū ſpectāt debite exercere ⁊ exe
cutiōi demādare nō curet: p̄ſertim cū nuꝑ
ex ſtatuto ⁊ mādato Sāctiſſimi dn̄i Alexā
dri pape ſexti in capitulo gn̄ali interānēſi
in forma breuis cūctis audiētibus ꝓmul=
gato: ⁊ alio iterū a ſāctiſſimo dn̄o nr̄o papa
Julio ſecūdo etiā ſub forma breuis ad ca=
pitulum generale Trecenſe trāſmiſſo: ⁊ cū
ctis audiētib⁹ ꝓmulgato p̄cipiatur: vt mi
niſter gn̄alis ⁊ ꝓuinciales ac cuſtodes/om
nibus modis reformationi oꝛdinis ⁊ cōuē
tuū ſibi ſubditoꝝ diligenter cū effectu intē
dāt ⁊ vt niſi ipſi reformationi ſic cū effectu
intendāt: ab officio tollāt iuditio prouīcia
lis capl'i: vel miniſtri generalis. Nec admit
tant ſi que fierēt appellationes vel ꝓteſta
tiones cōtra huiuſmodi depoſitiones ab of
ficijs: quinymo tales ſic cōtradicētes: ipſo
facto ſint inhabiles ad ipſa officia. Nec re=
habilitari poſſint niſi ꝑ gn̄alē miniſtrū: aut
ꝑ eos quibus duxerit cōmittēdū: cū magis
attendi debeat prouinciarū vtilitas et ele=
ctionis libertas q̄ aliquoꝝ ambitio/⁊ q̄ ſē
per prouincia pro cauſis p̄dictis poſſit mo=
do ſupradicto de alio ꝓuidere miniſtro eti
am ante trienniū: vel oī anno cū op⁹ fuerit.

¶ Contra procurātes vel retinētes īde
bite officia oꝛdinis ⁊ ī quib⁹ vel q̄n iuramē
ta vel pacta obligant. xxxiij. ꝑticula.

¶ Preterea vbi nūc multi ī diuer
ſis prouincijs adhuc
nō integre reformatis vel alibi etiā ꝓ tem
pore reperirent̄ tanq̄ ambitioſi ad officia
oꝛdinis anhelantes/vel cōuentiōes aut ap
tas ſui recōmendatiōes ad id faciētes/vel
etiā reformationē verā fugientes/vel qui
impetrarēt breuia ap̄lica vel mandata ad
id. vt ī officijs ponantur vel continuentur/
vel aliquē ſeu aliquos cōuētus ab alijs pre
ter vel ꝯtra reformatiōes vel obediētie re=
gularis formā aut ꝯtra reformationis ma
nutētionē diuidēdo ⁊ ſciſſuras faciēdo ſub
ſe teneāt: vbi contingeret talia impetrari.
(qđ tn̄ ſine conſenſu generalis miniſtri mi=
nime fieri poſſit). tunc in tali caſu inq̄tum
de iure fieri poteſt generale capitulū nō ad
mittit ſed tanq̄ ſubrepticium abicit. Nam
cū talia pocius concedantur in fauoꝛem re
formationis ac vtilitatis prouīciaruz: ideo
ſi ꝯtra hec/eis vtantur/ſubreptície īpetrā=
tur. Et ſi etiam talia concedant̄ in fauoꝛem
ꝓuinciarum cuſtodiarū vel cōuentuum. de
gr̄a emanāt qua per hec liberius incedere
cupiunt: ideo tali gratia nemo cogit̄ vti. Et
ideo tales minime recipi volumus: nec tali
bus obediendū eſſe cenſemus. Et ideo etiā
tales ſint perpetuo inhabiles ad talia offi=
cia et carceri mancipentur vel alias debite
puniantur. ¶ Proinde pl⁹ conſuli volum⁹
cōmuni vtilitati q̄ aliquoꝛum ambitioni
qui exiſtimāt officia religioſoꝛum ſorte po
tius et oꝛdine quodā extraneo vel fauoꝛe
q̄ reipublice cōmodo eſſe conferenda. Su=
pradicta intelliguntur dūmodo clare ſciat̄
talia fuiſſe ex propria ambitiōe īpetrata.
Admittātur tamē cōſtitutione nō obſtante
ſi motu proprio ſummi pontificis vel reue=
rendiſſimi dn̄i protectoris legittime ꝓ cau
ſa legittima impetrata fuerit. ¶ Juramē=
ta quoq̄ conuētiones vel pacta q̄ continge
ret fieri/volumus ea ſꝫ intelligi et ſeruari
cōditione/qua generale capitulum vel ge=
neralis oꝛdinis duxerit acceptāda: etiaꝫ ſi
ſedem apoſtolicam conſulere opus eſſet.

Qꝫ miniſtri et alij extra capitula prouin
cialia īdifferēter nō deponāt. xxxiiij. ꝑtic'a

¶ Extra vero predicta capitu=
la ꝓuīcialia (ꝓut
etiā p̄fatus Bn̄dictus. xij. determinat) non
deſtituātur miniſtri niſi ꝓ crimie notoꝛio
euidentia rei vel legittime pꝛobato ſeu q̄a
confeſſus eſt. Et quando extra capitulum
propter predicta debet fieri talis depoſi=
tio fiat per generalem miniſtrum aut eius
vicarios aut viſitatores generales aut per
alium commiſſariuꝫ ſi de hoc ſibi facta fue
rit ſpecialis cōmiſſio: cum conſilio etiam ⁊
aſſenſu proboꝛum et diſcretoꝛum patrum
vel maioꝛis partis numeri cuſtoduꝫ ⁊ gar
dianoꝛum prouintie ſi cōmode poterit ha=
beri preſentia eoꝛum in aliquo loco vel cō=
uentu et veriſimiliter non credantur ſuſpe
cti. Nec a miniſtris prouincialibus extra
capitula prouincialia aliter q̄ ibi ſupra de
ponantur cuſtodes vel gardiani: vel niſi ꝓ

conuentuum debita reformatione id fieri oporteat

¶ Qualiter obſeruari ⁊ teneri debeāt ſētētie ⁊ diffinitiones capituli ⁊ neceſſaria ibidem ordinari. trigeſima quinta particula.

¶ In omnibus autē memorati capl'i diffinitiōib⁹ plurimoꝝ ſentēcia indiſtincte ꝓualeat ⁊ inuiolabiliter obſeruet̄: nec ab ea quis appellare ꝓſumat: alias appellatio ſit inanis ⁊ tales appellātes oībus officijs ordinis priuētur. Ordinet̄ etiā ibidē ab eiſdē miniſtro ⁊ diffinitoribus ꝑticularia q̄ ad neceſſitatē ⁊ concordiā moꝝ et cerimoniarū vel ad honeſtatē ⁊ reformationez prouintie ⁊ ſtudioꝝ ꝑtinere videbūtur: cū diuerſe prouincie diuerſis cōſuetudinibus ⁊ legib⁹ nimis varient̄ ⁊ diſcordēt: pro quoꝝ concordia ⁊ vnitate ſtudeāt eos inducere ad purā obſeruātiā cerimoniarū ⁊ rubricarū diuini officij ac cōſtitutionū pn̄tiū. Nō tamē fiāt ibidē a predictis cōſtitutiones vel ordinatiōes cōmunes pro tota ꝓuīcia abſq; maioriſ ꝑtis capl'i aſſēſu: niſi forte miniſter aliquī ꝓ tēpore ſui miniſteriatus ⁊ nō vltra ⁊ ꝓ cauſis multū neceſſarijs id fecerit Nec fiāt alique tales cōſtitutiōes ꝓuinciales vl' particulares aut ſeruent̄ q̄ in aliquo derogent vel contrarientur preſentibus conſtitutiōibus cerimonijs vel ordinationibus diuini officij ⁊ nūc per nos correctis amplißatis receptis approbatis ⁊ publicatis. Alias tales ordinatiōes vel cōſtitutiones nullius ſint roboris nec recipiantur.

¶ De vicario miniſtri debite inſtituendo ⁊ cōmiſſarijs nō paſſim inſtituendis. trigeſima ſexta particula.

¶ Item miniſter ꝓuincialis qn̄ vadit ad capl'm gn̄ale vl' alias exit notabiliter ꝓuinciā vel ſic infirmatur ꝙ nequit capl'o ꝓuinciali intereſſe: dimittat vicariū de cōſilio aliquoꝝ diſcretorū. Qz ſi miniſter abſens in capl'o abſolut⁹ fuerit vel in itinere aut extra prouinciam mortuus: officiū exerceat ipſe vicari⁹ et capitulū teneat: donec alius miſter fuerit electus et confirmatus. Et idem de cuſtodib⁹ ⁊ gardianis: donec de alterius cōfirmatiōe eis conſtiterit. Nullus quoq; miniſter inſtituat vicarios vel commiſſarios in prouincijs vel cōuētibus: niſi in cauſis neceſſarijs et euidenter oportunis ad certū tēpus vel in cauſa reformationis vel alterius ſpecialis commiſſionis. Quibus expletis dictum vicariat⁹ et cōmiſſariatus officiū expiret.

¶ De voluntaria miniſtroꝝ extra capitula ceſſione ⁊ miniſtrorum vltra marinoꝝ inſtitutione. trigeſima ſeptima particula

¶ Si aliquis miniſtroꝝ ꝓdictorum extra predictum capitulū gn̄ale vel ꝓuinciale ſponte renūciauerit ⁊ cū inſtācia pecierit ſe abſolui: poſſit gn̄alis miniſter vel eius vicarius aut cōmiſſarius ſi pn̄s fuerit renunciationem hmōi admittere ſi eis videatur rōnabiliter admittenda. Miniſtros vero vltramarinos / vcz / hybernie / grecie / ſeu romanie. Orientis Terreſācte ⁊ earū ꝓuinciaꝝ vbi capitulū nō celebrat̄: gn̄alis inſtituat vt diffinit Clemēs quintus in ſua decretali de verborum ſignificationibus. Et hoc faciat de anno in annū de biēnio in biēnium aut trienniū vel vltra pro vt ſibi pro bono talium prouintiaꝝ melius videbit̄ expedire. Et maxime ſi extra ſuas prouincias tales moram traherent nec debite viſitarent citius inſtituat. Ueruntamen prouincia hibernie a certo tempore citra eligit ſibi miniſtrum: quem generalis canonice electuz confirmet ⁊ non tantum per ſe inſtituat eo modo quo antea faciebat.

¶ Qualiter ſentencie criminum ferantur ⁊ regiſtrentur: et de duobus libris ſemper a miniſtris habendis. trigeſima octaua particula

¶ Ceterum ne facilitate venie maleficia inualeſcant mandat generale capitulum ꝙ in omni prouinciali vel generali capl'o ſentencie criminum ferantur quorum miniſtri vel cuſtodes delinquentes nō plene puniuerint. et in libro proceſſuū conſcribant̄. Nec miniſtri valeant extra capitulū in hijs diſpēſare. Poſſit tamē idē prouinciale capl'm in ſequenti anno cōſiderata rei diſpoſitione mitigare penā vel penit⁹ tollere. Ea propter miniſtri ſemꝑ duos libros ſecū deferāt vcz proceſſuum et regiſtrādorum: ⁊ ſemꝑ acta prouincie ad ſucceſſoris manum deueniāt Qui nullo modo ſine conſenſu capituli poſſit ſui predeceſſoris ſentencias ac decreta per capl'm approbata vel edita reſcindere

¶ Itē ordinat̄ ꝙ miniſter ꝓuīcialis an̄ totalē cōſūmationē ⁊ ſegregationē capl'i ꝓuīcialis petat a vocalib⁹ ⁊ diffinitorib⁹ eorū vices ⁊ facultatē ad explendū negotia noīe prouincie vſq; ad futurum capitulum. Et ſi dederint: ſcriptor prouintie in libro geſtorum cū alijs geſtis capl'i ſcribat.

¶ De exceſſibus miniſtri generalis ⁊ ꝓuincialium ⁊ viſitatorū et vicariorūz ordis ad capitula generalia ſcribendis. xxxix. ꝑt.

¶ Teneantur etiā capitula ꝓuincialia immediate ꝑcedencia generale capitulū / notabiles exceſſus in terminis explicatos generalis miniſtri ⁊ vicarioꝝ generalium ſeu viſitatorum ordinis ꝑ cuſtodē ad capl'm generale euntem ſub ſigillo cuſtodis ⁊ guardiani loci in quo celebrat̄ capitulum tranſmittere. ſcdm formam ſuperius ꝑnotatam. ſcꝫ vt manifeſta ⁊ probata ſolummodo taliter ꝑferantur. Item per obedientiam teneantur ſignificare capitulo generali de exceſſibus et inſufficientia miniſtri prouincialis. Si vero (qđ abſit) alicuius ꝓuincie vel miniſtri ſtatus vel exceſſus ꝑ prouinciale capitulū fuerit mendaciter nūciatꝰ: cuſtodes et diffinitores qui in hmōi mendatium cōſenſerint inhabiles ad cūcta nr̄i ordinis officia ſicut inobedientes et mendaces ꝑ generale capitulum reddantur. Et cuꝫ de predictis miniſtrū prouincialem tangentibus inquiritur: miniſter de capitulo exire teneatur. Et ſi pax nō fuerit cauſam turbationis ſcribant et ſciant ꝙ ſcdm illa que mittūtur procedetur in capitulo generali. Accuſationes aūt ⁊ petitiones et ſtatuum prouinciarum inſinuationes nō in vna littera ſꝫ ſingula ſingillatim in ſingulis litteris ad maiorem expeditionē generali capitulo ſignificent. Et forma cōis ſcribendi prout alias ordinatū eſt in hijs ab omnibꝰ obſeruetur Item ꝙ in litteris mittēdis ad generale capitulū de ſtatu prouincialis non ponat̄ nomen ꝓuincialis miniſtri ſed ſigillum. Sint tamen ita clauſe ꝙ miniſtri nec videāt nec legant ea q̄ continentur in eiſdē. Idē modꝰ ſcribendi cōtra cuſtodes guardianos ⁊ alios ad prouinciale capitulum teneatur.

¶ De modis congruis ſcribendi coiter ꝑlatis ⁊ alijs ac ffes i ordie nominādi. xl. ꝑ.

¶ Proinde vt in ſcribēdis litteris ꝑſonaꝝ qualitas agnoſcatur hortamur iuxta etiā alia ordinis ſtatuta ꝙ cum ſcribit̄ miniſtro ꝓuinciali Reuerēdo dicatur. Cum cuſtodibꝰ ⁊ guardianis ſolēpniuꝫ cōuentuū ⁊ magiſtris ⁊ famoſis ꝑdicatoribꝰ ſeu pr̄ibus graduatis ⁊ antiquis. Uenerabili vel venerando. Ceteris aūt Religioſo fr̄i vel pr̄i: niſi fuerit ſcribēs miſter. Tūc dilecto vel deuoto aut diſcreto etiā ſcribere poterit. Gn̄ali miniſtro vel vicario ordinis vacāte gn̄alatu Reuerēdiſſimo. Alijs aūt vicarijs gn̄alibus et ordinis viſitatoribus ac cōmiſſarijs ⁊ vicarijs etiā ꝓuincialibꝰ: Reuerēdo ſcribatur. ¶ Et ſi q̄ ffm alio q̄ ꝓprio noīe (maxime ſi illud ſuperadditū nomē fuerit extraneuꝫ) aliquem appellauerint: in pane ⁊ aqua corā fratribus in terra manducando puniantur. Eandem dent penā qui inter vocādū ſimplici ꝓprio vtuntur noīe nō adiecto frat̄ vel pr̄ aut magiſter et fratribus nouicijs frat̄ / ⁊ pr̄ibus pater / ⁊ monialibꝰ ſoror vel mater. Et qui fuerit actor alicuiꝰ odioſi noīs vel inuentor excoīcetur ⁊ reuocare cogat̄. Poſſunt tamē veniētiū ad ordinē noīa cōmutare recipiētes. ⁊ ſctōꝝ aut ꝓboꝝ defunctorum fratrū appellationes ſuſcitare.

¶ De capituli generalis celebratione. quadrageſima prima particula.

¶ Cum regula dicat cōſequēter in q̄rto regule capitulo ꝙ capitulū generale fiat vbicunq̄ a generali miniſtro fuerit ordinatū: ſtatuimus de voluntate generalis miniſtri ne vltra tres annos capitulum differat̄: niſi generalis miniſter cum generali capitulo in proximo precedenti capitulo ꝓ manifeſta neceſſitate duxerit prolongandū. Itē propter labores ffm ſubleuandos ordinamus ꝙ generale capitulum alternatim citra ⁊ vltra montes de cetero celebretur: in quacunq̄ prouincia vel loco generalis duxerit ordinandū. ¶ Ad generale capituluꝫ conueniant omnes miniſtri cū vno tantum honeſto ſocio ⁊ vnus cuſtos cuſtodum electus a cuſtodibꝰ / qui vices gerat oīm aliorum cuſtodum ſue prouincie iuxta ordinis conſtitutiones et declarationes: ⁊ vnus diſcretus diſcretoꝝ electus a diſcretis ⁊ cuſtodibus prouincie in capitulo prouinciali vel alibi: ⁊ cuſtos portet litteras teſtimoniales ſub ſigillis alioꝝ cuſtodū a quibꝰ ſolūmodo eligēdꝰ eſt. Diſcretꝰ vero ſub ſigillis miniſtri / cuſtodis / ⁊ guardiani loci in quo ꝑfatū capl'm fuerit celebratū: vel eiꝰ electio terminata. Et ſi alteꝝ mori ꝯtigerit vl' īfirmari / vel alit̄ legittīe ipediri / ſic ꝙ nō poſſit venire: aliꝰ cuſtos ab aliq̄bꝰ cuſtodibꝰ. ⁊ aliꝰ diſcretꝰ ab aliq̄bꝰ diſcretis vocatis a miſtro eligat̄. Si tm̄ ꝯtigerit ex p̄dictis aliquē vel aliq̄s nō venire: nichil eoꝝ (q̄ expediēda ſūt ꝑ capl'm ꝓpter hoc / omittat̄. Poterunt tm̄ ꝑ gn̄alē vſq̄ ad integrū nūerū vocales ordīs ſuppleri ꝓut etiā fieri conſueuit. Si aliquē de veniētibꝰ ad capl'm gn̄ale manifeſte ꝯtīgerit ipediri teneant̄ ffes reliquū aſſociare de loco ad locū donec ſocietas occurrerit oportūa. Idē fiat de ffibꝰ eūtibꝰ ꝓ ꝯfirmatione miſtri ꝓuīcialis ⁊ ꝓ alijs vrgētibꝰ negocijs ordīs ⁊ ꝓ redeūtibꝰ a caplo gn̄ali ad ſuas ꝓuīcias. Miniſter etiā ꝯgregationū fra

trū olim de amadeis ⁊ de clarinis nūcrtarꝫ
obediētie nūcupatoꝝ tāq̄ verus ⁊ indubi=
tatus miniſter habeat: et fratres ſue ꝯgre
gationis eligāt ⁊ mittāt cū eo cuſtodē cuſto
dū ⁊ diſcretū diſcretoꝝ. Et in electionibus
⁊ in omnibus aliis actibus capl'i gn̄alis ad
mittātur ſicut ⁊ alij ſine differētia: donec ꝑ
capl'm gn̄ale aliđ meli⁹ fuerit ordiatū Nul
l⁹ terim ꝯfinitū ad īrādū audeat ꝑuēire ſn̄
licētia gn̄alis miniſtri ſi pn̄s fuerit vel illi⁹
miniſtri in eius abſentia in cui⁹ ꝓuincia ca
pl'm celebrat: niſi aliqua ſpecialia negotia
an̄ capl'm cū gn̄ali tractāda habeat. ¶ Itē
nullus ali⁹ ad gn̄ale capl'm venire p̄ſumat
niſi cui ex regula vel ex cōſtitutione hoc cō
petit: aut de licētia gn̄alis miniſtri: aut ſui
vicarij gn̄alis aut ꝓꝓ ꝓuicialis miſtri Qui
cunq̄ aūt aliter venire vel intētiōe veniēdi
ꝓuiciā in qua morat exiuerit: omni actu le
gittimo ꝑ annū integrū priuet. Et ſi capl'i
locū intrauerit: ꝑ gardianū loci vel ei⁹ vica
rium a loco capituli ſtatim cum probatio=
nis caputio expellatur: quod etiā debeat ꝑ
octo dies portare. Idem per omnia dicim⁹
de exeuntibus ſuas cuſtodias intentione
veniendi ad capitulū prouinciale ꝑ ꝓuicia
les miniſtros nō licēciatis vel vocatꝫ aut ī
miniſtri abſentia vel morte ꝑ eius vicariū
vel cuſtodē cuſtodie in qua capl'm celebra
tur. Qꝫ ſi gardianus vel eius vicarius pre
fatus tales modo p̄dicto nō punierit: vna
die ī pane ⁊ aqua ieiunet

¶ De agēdis ī p̄ncipio capl'i gn̄alis. Et p̄=
mo de diffinitorib⁹ ⁊ diffinitiōib⁹ gn̄alis ca
pl'i ac renūciatiōib⁹ miniſtroꝝ. xlij. ꝑticl'a.

¶ Ordinamus q̄ gn̄alis capi
tuli diffinito=
res ſint omnes miniſtri ⁊ vnus diſcret⁹ ſub
ditus de qualibet prouincia in prouinciali
capitulo ad hoc electus. Et dicim⁹ hic ſub=
ditos oēs ſub ꝓuincialib⁹ miniſtris cōſti=
tutos: ſalua tn̄ miniſtri gn̄alis correctione
abſolutiōe ⁊ electiōe: que ſm̄ regulā mini=
ſtris ⁊ cuſtodib⁹ ſolūmodo ꝯcedūtur. ¶ In
hoc aūt capl'o miniſtri ſemꝑ ſi pn̄tes ſūt vel
ꝑ l'ras ſi abſētes ſuis officijs renūciare te=
neātur. Quoꝝ renūciatio a gn̄ali miniſtro
vl' ab eo qui tenet tūc capitulum in loco ei⁹
auditis et viſis hijs que in eorū laudē vel
querelā referuntur cū conſenſu gn̄alis ca
pituli ſi videbitur admittatur: et corrigē=
di corrigantur: ⁊ approbādi approbentur.
¶ Declarat aūt gn̄alis miſter cū gn̄ali ca=
pl'o q̄ fr̄es hītātes actu extra ſuas ꝓuicias
puta pariſius vel in alijs ſtudijs generali=
bus non poſſint eligi pro diſcretis ipſarū
prouinciarū ad capl'm gn̄ale Nec miniſter
gn̄alis admittat petitionē ſi cōtrariū ī hoc
porrigat: niſi ꝓ cauſa rōnabili id fieri con=
tingat. In omnibus aūt memorati capituli
diffinitionib⁹ ſentēcia pluriū indiſtincte ꝓ
ualeat: ⁊ inuiolabiliter obſeruet: nec aliq̄s
ab ea appellare preſumat.

¶ De dicēda miſſa ſpūſſci ī tp̄e gn̄alꝫ ⁊ ꝓui
cialis capl'i ⁊ btē virginis. xliij. particula.

¶ Porro fratres q̄ veniūt ad gn̄ale
capl'm q̄ nō occupāt in dif
finitiōe negocioꝝ capl'i vel q̄s cā rōnabilis
nō excuſat qualꝫ die excepta vigilia ⁊ dn̄i=
ca pēthecoſtes ſolēpniter vnā miſſā ad ho=
norē virginis glorioſe celebrent. Et prima
die de ſpū ſctō. Qđ etiā volum⁹ ī capl'is ꝓui
cialib⁹ obſuari: qn̄ id poterit fieri bono mō

¶ De ichoatiōe capl'i gn̄alis ⁊ viſitati=
ne gn̄alis miniſtri. quadrageſima q̄rta ꝑt.

¶ Congregati igit miniſtri et
dicti cuſtodes
ac diſcreti feria ſexta ꝓxima ante pēthecō
ſten vel an̄ aliā dn̄icā ſi alio tēpore caplꝫ eſ
ſet celebrādū prius q̄eſcāt ⁊ deliberēt vſq̄
mane diei ſequētꝫ. Et tūc audita miſſa ſpūſ
ſcti ingreſſi capl'm cātēt hympnū. Veni crea
tor. Dein̄ dicatur ℣ſus. Emitte ſpm̄ tuū ⁊c.
Oro. Deus q̄ corda. Cōcede nos. De⁹ q̄ ec=
cl'iam ⁊c. Om̄s ſcti tui q̄s ⁊c. Et actiōes no
ſtras q̄s dn̄e aſpirādo p̄ueni ⁊c. Per xp̄m.
Quib⁹ ꝑactis habeat ſermo de ſtatu ⁊ reli
giōe ⁊ hmōi ꝑ prelatū p̄ſidētē vel aliū cui
fuerit cōmiſſum. Tūc littere teſtimoniales
cuſtodū miniſtro gn̄ali ⁊ miniſtrꝫ ꝓuicialis
bus vt ſupradictū eſt pn̄tēt. Poſtea tractēt
de correctiōe ac ſtatu gn̄alis miniſter hoc
mō. ¶ Gn̄alis imprimis corā oībus ſe ac=
cuſet. Poſt hec egrediat. Quo egreſſo gar=
dianus loci aſſūptis ſecū aliq̄b⁹ diſcretꝫ fr̄i
bus de cōuētu dictos miniſtros cū cuſtodi
bus in cōclaui recludāt: ita q̄ nullaten⁹ exi
re valeant. Nec illis aliquo modo alimēta
miniſtrent: donec prouideant vt opꝫ circa
ſtatū gn̄alis miniſtri. Et ad hoc tā includē=
tes q̄ȝ incluſi firmiter teneantur.

¶ Proceſſus incluſoꝝ qualis eſſe debe=
at. quadrageſima quinta particula

¶ Vicarius ⁊ viſitator gn̄alis il
li⁹ regiōis vbi capl'm
gn̄ale celebrat vl' ali⁹ vicari⁹ ⁊ viſitator ge
neralis ſi ille defuerit aut ī eoꝝ abſētia mi
ſter ꝓuicle illi⁹ ī q̄ capl'm celebrat vl' ſi etiā
ipſe defuerit cuſtos illius prouincie elect⁹
a cuſtodibus ad capitulum generale pre=
ſideat ⁊ requirat a ſingulis per ordinē in
principio et ꝑ obedientiā p̄cipiat vt dicant

ſi quid habent dicere de exceſſibus et inſuf
ficientia generalis miniſtri. Et ſinguli bo=
na fide teneãtur incuſare euȝ de quibus re
putauerint incuſandũ corrigẽdum aut de=
ponendum. Qȝ ſi alique accuſationes nota
biliũ exceſſuũ ponãꝫ dictꝰ vicariꝰ vł miſter
aut cuſtos cũ duobꝰ diſcretiȝ q̃s ex pñtibꝰ mi
niſtris vel cuſtodibus ſibi aſſumet diligen
ter conſcribãt. Quos poſtq̃ ſcripſerint ⁊ in
mediũ recitauerit: eidẽ reuocato audiencia
ꝓcedaꝫ. Et eodeȝ egreſſo iterũ ſuꝑ accuſati
onibus et excuſationibus cõis collatio ha=
beatur. Nec aliq̃d admittaꝫ niſi fuerit be=
ne diſcuſſũ probatũ et certũ: niſi forte aliq̃
dicantur per modum monitionis et auiſa=
menti. Quibꝰ peractis predictus preſidẽs
ſententiam capituli perquirat vtrum eis
appareat dictuȝ generalẽ miniſtrũ eſſe ap=
probandum vel corrigendum vel etiaȝ pe=
nitus amouendum. Et ſcðm ſententiã ma=
ioris partis ad correctionẽ eiꝰ vel ad amo=
tionem procedatur hoc modo. Si tñ corri
gẽdus fuerit per miniſtros et cuſtodes: ibi
dem continuo corrigatur. Si vero penitus
amouendus tres diſquiſitores eidem reuo
cato ſeorſuȝ ſecrete prius ſuadeãt ceſſionẽ
volũtariam. Et ſi non ceſſerit ſtatim eo fo=
ris egreſſo oſtioq̃ȝ vt priꝰ firmiter obſerato
ad electionẽ alterius procedatur: ita vt in
mane ſequẽti habeat ordo gñalẽ miniſtruȝ
pñtem vel abſentem. Qui ſi preſens fuerit
completis cibus in nouitate generalis mi
niſtri fieri cõſuetis illi capitulo ex tunc pre
ſideat. Si vero abſens tunc ipſe predeceſ=
ſor gñalis (ſi volũtarie ceſſerit officio turba
tionem aliquam vel reſiſtentiam verbo vł
facto non oſtendendo) preſideat: ſi etiã hoc
generali capitulo congruuȝ videaꝫ. Alias
prefatus vicarius generalis vel miniſter
aut cuſtos preſideat capitulo et ordini: do
nec denũciata fuerit electio ipi ſucceſſori ge
nerali miſtro. Quocirca ſtatuiꝫ et ordinaꝫ
vt miniſter generalis ꝑuento ad tẽpus ex=
eundi de capitulo debeat perſonaliter exi=
re et cum effectu locum dare viſitationi ꝑ=
fate ſub pena excõmunicationis ipſo facto
et priuationis officij. Et in euentu ꝙ non
exiret ne viſitaretur: fratres et ordo non
teneantur illi obedire: nec eius cenſuris et
mandatis intelligantur poſſe ligari. Nec
de cetero voceꝫ nec hẽatur ꝓ miſtro gñali

¶ De cauſis depoſitionis generalis mi
niſtri ⁊ amplioribus penis illũ nõ viſitãtiũ
nec in caſibꝰ deponentiũ. xlvi. particula.

¶ Cauſe autẽ depoſitiõis gene
ralis miniſtri et
alterius electionis ſcðm regulam iuxta de
clarationem dñi fratris Bartholomei de
piſis eſt inſufficientia quoad duo/que tan
git regula/cũ dicit. Et ſi aliquando appare
ret vniuerſitati miniſtrorũ prouincialiũ et
cuſtodum predictũ miniſtrũ non eſſe ſuffi=
cientem ad ſeruitium ⁊ cõmunem vtilitatẽ
fratruȝ: teneantur predicti ⁊c̃. Et ſic primo
tãgit inſufficientiam pſone cũ dicit ad ſer=
uitiũ. i. ſi ſeruire in tali officio ordini cõmo
dę non poſſit: ſiue ratione infirmitatis vel
debilitatis pſone aut alterius impotentie
vel legittimi impedimenti: quibꝰ que viſi=
tanda vel agenda ſunt facere vel explere
non poſſit. ¶ Secũdo tangit inſufficientiaȝ
quoad cõmunẽ vtilitatẽ ffm. i. ſi conditiões
habeat cõmuni vtilitati totius ordinis ne
ceſſarias et non contrarias: videlȝ. Qȝ non
ſit onerosus ffribus in expẽſis idebitis. Itẽ
ꝙ non ſit acceptor pſonarum in corripiẽdo
vel ꝓmouendo vel alijs. Item ꝙ nõ ſit exa=
ctor vel collector pecũiarũ etiã ꝑ ꝓcurato=
rẽ pape vł aliaꝝ reꝝ: nec receptor munerũ
Item ſi miniſtros ꝓuinciales et alios ordi
nis ꝑlatos ac ſubditos debite nõ corrigat:
vel ꝓ cauſa iuxta ordinis ſtatuta deponere
vel alios ſubſtituere nõ curet aut bonos ⁊
ſufficiẽtes indebite moleſtet. Item ſi ſit ni=
mis negligẽs aut remiſſus ad viſitandum
monẽdũ ⁊ corrigendũ atq̃ȝ reformandũ/et
alias officiũ ſuũ debite exequẽdũ Itẽ ſi re=
gule nr̃e ac declarationũ eius ⁊ pñtiũ ꝯſti=
tutionũ obſeruãtiã negligat vel cõtẽpnat/
nec in obſeruãtia et ſtudio atq̃ȝ ſcientia ta=
liuȝ ſubditos maxime ꝑlatos debite cõpel=
lat. Itẽ ſi nec cõuentuũ ⁊ ꝓuintiarũ ac ffm
et ſoroꝝ verã reformationẽ ⁊ reformatio=
nũ manutentionem et augmẽtationem ꝓ
poſſe per ſe et per alios quoſcunq̃ȝ debite
et ſollicite non querat vel debite non ꝑfi=
ciat. Itẽ exceſſus notabilis et ꝓbatus ma=
xime in cauſis quibus tales ab officio ſuo
deponunꝫ aut ſuſpẽdũtur ꝑ pñtes cõſtitu=
tiones. Item ſi nimis ꝑcialitates cõmeſſa=
tiões aut honores q̃rat et vite exẽplarita=
tẽ atq̃ȝ ꝓbitatem poſtponat nec ſciẽtia vi=
ta moribus et exẽplo magis prodeſſe ſtu=
deat q̃ȝ ambitioſe preeſſe omibus recõmiſ=
ſis. Ubi igitur talia vel ſimilia in eorum vi
ſitatione reperiuntur et legittime proban=
tur q̃ vt apertiꝰ patet non ſunt ad cõmunẽ
vtilitatem fratrum ſed magis econtrario
ſunt occaſio deſtructionis communis vtili
tatis fratrum et ordinis miniſtri et cuſto=
des quibus electio data eſt non alij (etiam
ſcðm regule preceptum) tenẽtur ſemper eũ

deponere ⁊ aliū in talib⁹ ſolūmō caſibus:⁊
nō alias/ſibi eligere in cuſtodē gn̄alē mini
ſtrū toti⁹ ordinis. Cuius mandati trāſgreſ
ſio atq; cōtēptus totū ordinē olim vt patu=
it/corrupit/deformauit/diuiſit/ atq; turba
uit :cuiꝫ dolente tanto capite cetera mēbra
doleant. Jdeo hÿs incommodis ac tātis ef
ficacius obuiare volendo ſtatuimus⁊ ordi
namus ſub pena excōmunicatiōis late ſen
tēcie in hÿs ſcriptis:a qua nullus illoꝝ vo
caliū gn̄alis capl'i ꝗ cōtrafecerit ⁊ cauſā in
cōtrariū dederit ( niſi ꝑ ordinis ꝓtectorem
vel ꝗbus duxerit cōmittēdū) poſſit abſolui
preterꝗ̄ in mortis ꝑiculo: vt in omnib⁹ ca=
pitulis gn̄alibus ꝑfatus actus viſitatiōis
a predictis ſemꝑ tūc fiat. Jn quo nullus ſi=
ne debita auctoritate ⁊ cōmiſſione apl'ica
diſpēſare poſſit:ne vcꝫ talis inꝗſitio/viſita
tio accuſatio/correctio/depoſitio electio/
vel acceptatio ſeu cōtinuatio modis ⁊ cau
ſis predictis debite fiant.

❡ De proſecutione capituli generalis⁊ officiarioꝝ tabula fienda ⁊ ordināda. quadrageſima ſeptima particula.

❡ Deinde acta capituli ꝓſequen=
do infra ſcripta ꝑmū ꝑ
ordinē ſequantur. Fiat tabula officiarioꝝ
capl'i a gn̄ali/miniſtro vel vicario ordinis
in eius abſentia de conſenſu diffinitorum
generalis capituli vel maioris partis eoꝝ
Jn qua deputentur officiarÿ iſti ⁊ ſimiles
videlicet. Primo auditores cauſarum. Et
ſint duo vel tres miniſtri cum aliquibus cu
ſtodibus vel diſcretis. Duo vel tres exami=
natores promouendorum ad predicatio=
nis vel confeſſionis officia. Ordinatores
publicarum diſputationum ſi pro loco vel
tempore id expediēs videatur. Ordinato=
res ſermonū/auditores rationis proceſſuū
procuratoris ordinis in curia romana aſſi
gnent duo magiſtri vel duo probi patres.
Jtē ꝓmotores ad ſtudia ⁊ officia ſtudioꝝ
ponantur duo aut tres miniſtri. Ordinato
res locorum ſtudioꝝ generaliū deputent
ſex cuſtodes vel alÿ. Ordinatores eorum ꝗ
curam habeant de diuino officio ⁊ ꝓceſſio
nibus ordinādis ⁊ conducendis. Ordinato
res conſtitutionū ſi quid pro bono ſtatu or
dinis fuerit ordinandū vel hÿs cōſtitutio=
nibus generalibus in paſſib⁹ regule puri=
tatem non tangētibus nec minuentib⁹ aut
variantibus addendū vel minuendū maxi
me pro reformatiōe ordinis augenda ⁊ ma
nutenenda. Et ſint tres vel quatuor mini=
ſtri vel alÿ cū generali miniſtro. Auditores
rationis expenſarū cōmuniū ordinis ⁊ mi=
niſtri generalis ⁊ procuratorum ordinis ī
curia romana ⁊ ordinatores taliū expenſa
rum eorum ⁊ talium ordinis ꝓcuratorū ac
ſocioꝝ ipſoꝝ defalcatis elemoſinis ⁊ alÿs
expenſis que ipſis vel rōne ꝑſone vel officÿ
liberaliter donant vel offerunt. Ordinatio
eorum ꝗ litteras videant per generalem ſi
gnandas ne aliquod iniuſtum concedatur.
Ordinatio eoꝝ qui reſpondeant litteris ad
capitulum generale directis. Ordinatio eo
rum qui audiant et examinent volētes ire
ad partes infidelium. Ordinatores ſuffra=
gioꝝ ⁊ miſſarum pro papa ⁊ cardinalibus
et ſtatu eccleſiaſtico in omni gradu et ordi
ne. Jtem pro regibus principibus ducibus
et ſtatu ac policia ſeculari tocius mūdi. Jtē
pro benefactoribus capituli. Jtem ꝓ defū
ctis fr̄ibus ſororib⁹ ſepultis in habitu ordi
nis vel etiam in cimiterÿs noſtris/ vel par
ticipatiōeꝫ ſuffragioꝝ ordinis hn̄tibus. Et
ſint iſti Miſter ꝓuīcie vbi fit caplꝫ cū cuſto
de:⁊ gardiano loci. Que oīa poſt publicam
deſcriptionē lectionē ⁊ acceptationē diffini
toꝝ:in loco ꝯgruo in tabula publice depen
deāt:vt oēs ſua officia agnoſcāt. Et vlteri⁹
oēs tales officiarÿ loca ſibi aſſignata ⁊ pu
blica ſcriptura intitulata ad talia ſua offi=
cia debite exequēda habeant.

❡ De ſumptuoſitate ⁊ multiplicitate ferculorum vitāda et neceſſariorum prouiſione xlviÿ. particula.

❡ Caueat gn̄alis miſter ac gardia
nus loci a nimia ſūptuo
ſitate et nūeroſitate ferculoꝝ ibidē ſicut de
cet viros religioſos ⁊ tāte paupꝫtatis pro=
feſſores/ꝓut etiā voluīt ⁊ diſtricti⁹ ꝓhibēt
antiq̄ ordīs ſtatuta:niſi vbi aliqn̄ deuotio ꝑ
ticl'arī aliꝗꝝ dn̄oꝝ vl' ciuiū ſplioꝛa miſtra
re vellet. Et ſint fr̄es cōtēti de ſibi miſtratī
Et oēs de ꝓuīcia ſubminiſtrēt:⁊ curēt vt ſit
ſufficiens elemoſina ꝓ capl'i ſuſtētatione.
Pro quibus tamen per terras aut ciuita=
tes vel villas nullomodo fiant collectio=
nes vel queſtus pecuniarÿ per fratres vel
nomine fratrum. Sed neceſſitates capitu=
li gn̄alis vl' ordinis ſuffragia ⁊ priuilegia
in ſuis predicationibus populis exponen=
do neceſſaria petant. Uel etiam procurent
vt benefactores et amici ordinis qui vo=
luerint aliquam elemoſinam pecuniariam
facere aliquem ex ſeipſis in villis vel in
terris aut ciuitatibus ſuo nomine conſtitu
ant: qui ſuo nomine et nomine omnium
dare volentium tales elemoſinas pecuni=
arias recipiant et mittant illas ad ami=
cos ſpirituales vel dominos procuratores

pape pro indigentia conuentus loci et ca=
pituli generalis ſpecialiter deputatos et
debite nominatos: niſi illi ꝑ ſeipſos defer=
re maluerint. Quiquidē amici ſpirituales
vel procuratores ſi etiam nomine et aucto
ritate donantium vel eccleſie romane tā𝔮̄
ipſorum vel ipſius pape procuratores ſine
fratribus et ſine auctoritate aut nomine
fratrum archam ſiue truncū in eccleſia
conuentus vel alibi a tempore publicatio=
nis talis capituli generalis ibidē celebrā
di ponere et habere voluerint ad congru=
entius recipiendum elemoſinas indulgen=
tiarum et oblationum pro debita ſubuen=
tione capituli generalis et cōiū expenſarū
ordinis non videntur debere prohiberi a
fratribus: ex quo ſine eorum mandato et
auctoritate ſit illud et fieri poteſt ſalua re=
gule puritate. Caueant tamē fratres ſi ali=
quando id fiat per tales ne de illorum cla=
uibus deferēdis vel computo aut ratione
talium exigenda vllomodo ſe intromittāt
prout per decretalem et declarationē dñi
pape Clementis quinti prohibentur. Et ſi
completo capitulo ſuperhabūdauerint ele
moſine pecuniarie: primum neceſſitatibus
loci capituli generalis et fratrum ſi aliquo
indigeant: et deinde expenſis cōmunibus
prouincie: deinde expenſis prefatis cōmu=
nibus ordinis ac procuratorū in curia ro=
mana ⁊ etiam procuratoris ſecularis ordi
nis et alijs talibus ordinis neceſſitatibus
applicentur per ipſos procuratores pape
de conſilio et arbitrio generalis et prouin
cialium miniſtrorum: vel aliquorum ad id
per eoſdem deputatorum.

¶ De libris a generali miniſtro haben
dis. xlix. particula.

¶ Habeantur a generali tres li
bri: primus pro
regiſtrandis litteris. In ſecundo notentur
acta generalis capituli et omnium promo
uendorum conſilia. Terti⁹ ſit omniū pro=
ceſſuum et cōſiliorum iudicialium In quo
etiam omnes querele et late ſententie ⁊ cri
mina non punita tam perpetrata 𝔮̄ perpe
tranda conſcribantur.

¶ De ordine ceterum ibidem agendo=
rum ſeruando. l. pti.

¶ Die vero ſequenti videlicet do
minica pēthecoſtes
vacabunt omnes diuino cultui proceſſio=
nibus: confeſſionibus: predicationibus: et
diſputatiōib⁹. Et alternatim ſingulis die
bus fiat ibidem ſermo populo in publico:
et fratribus tempore menſe vel in fine mē
ſe qñ oportunum videbitur. ¶ Feria ſecū
da cantata prima miſſa de die et de beata
virgine ad ſonū campanelle ad locum de=
putatum oīs conueniant. Et tunc ibidem
fiat ſermo fratribus in cōmuni per genera
lem vel per alium. Cohortētur fratres ad
nocturnum et diurnum officiū. Et ſint ali
qui ſpecialiter deputati ad regendum ⁊ fre
quentandū continue chorum: tam de die 𝔮̄
de nocte. Continuētur miſſe ⁊ cogātur fra
tres in capellis eis deputatꝫ vel alibi: vbi
congruentius poterunt celebrare. Moneā
tur de bono exemplo de caſto eloquio tam
intra 𝔮̄ extra domum: de ſilentio: et ordine
menſe ⁊ diſcumbētiū ⁊ de arduis ⁊ ſollicitꝫ
correctoribus frāgentiū ſilentiū ibidē. De
ordinandis fr̄ib⁹ in gracijs ꝓceſſionaliter
eundo ad eccleſiam ꝑ plateā et alijs ꝓceſ
ſionibus. Et ꝙ ĝnali exiſtēte in choro ſub
graui pena omnes interſint. Qꝫ ſubpena
carceris nulle negociatiōes vēdendi vel
emēdi int⁹ ꝑmittāꝛ. Qꝫ oēs vocales capituli
ſcđm eorum qualitatē ꝑus in ꝑmo refecto
rio cū ĝnali in menſa collocent. Et null⁹ qui
nō ſit de corꝑe capituli audeat ſe iter eos i
ſerere niſi vocat⁹. Et ꝑmus miſter ordinis
poſt ĝnalē ſit miſter ſcti Frāciſci Scđs mi=
niſter Frācie Terti⁹ miſter Roman⁹. Quar
tus miſter Anglic⁹. Deīde alij ꝯñr ſcđꝫ pri
mogenita. Et ita ſubſequāꝛ cuſtodes ⁊ alij
diſcreti. ¶ Poſtea ſmone fctō nūer⁹ fr̄m de
fūctoꝝ et alioꝝ ſepultoꝝ in hitu nr̄o vł in
cimiterijs nr̄is ꝑ miſtros vel cuſtodes pro
uinciaꝝ recitetur. Et tūc dicaꝛ ps. Depro=
fūdis. ℣. A porta inferi. ℟. Requieſcāt in pace
cū orone cōſueta Inclina dñe aurē tuā ⁊ Fi
deliū. Et talis nūerus recitatus ad ſingu=
las prouincias deferatur per diſcretos pro
unciarū: vt in eoꝝ capitulis ſimili mō fū=
dātur ꝑces. Recitetur etiā nūerus fr̄m re=
ceptoꝝ ad ordinē. hortētur fr̄es ydonei vt
in ſubſidiū fidei ad īfideles accedāt. Deide
fiat ĝnalis cōfeſſio fr̄m et abſolutio a ĝnali
quo ad forū extrinſecum ab omnibus caſi=
bus ſibi reſeruatis ⁊ cōmiſſis. Conſequen
ter ibidē eadem hora vel poſt nonā littere
directe ĝnali capitulo pñtētur: ⁊ quecunq̄
petitiones cōmēdaticie legantur. Et in fine
capituli ſi opus eſt reſpondeatur. Cōſultē
iter ſe q̄d fuerit a dño papa ꝓ ſalute ⁊ ma=
nutētiōe ordis ſupplicādū. Et iterim ſcripto
res ſꝑ omnia ſcribāt. Nulluſq̄ religioſus
alterius religionis vel ſecularis cuiuſcūq̄
dignitatis fuerit colloquijs et tractatib⁹ ca
pituli: nec qui non ſunt vocales admittan
tur: Et q̄ vna hora vł die cōpleri nō poteſt

ſuppleantur alia hora vel ſequenti die vel
prout generali melius videbitur expedire
Poterit etiā miſter illiꝰ ꝓuincie vbi capl'm
gñale celebraꝝ captare tēpꝰ ⁊ horas q̄bꝰ in
teri ⁊ loco cōgruo ffibꝰ ⁊ diſcretꝫ ſue ꝓuicie
ad ꝑtē cōuocatis capl'm ſuū ꝓuiciale ſaltē
quo ad neceſſaria expleat: maxime quoad
inſtitutionē officiarioꝝ cuſtodiarum et cō
uentuū ad euitandū diſcurſꝰ inutiles ffm et
expenſas alterius capituli ſui prouicialis.
⁋ Feria tertia cantata miſſa de die: pulſe-
tur capitulū. Ad qđ oēs vocales cōueniāt.
Et tunc omnes miniſtri ꝓpria ſigilla gene
rali miniſtro reſignēt: ⁊ ſuis officijs renun-
cient Miſſi ad excuſanduꝫ vocales qui non
venerint audiant. Deinde diſcutiaꝝ de mi-
niſtris qui nō erunt in capitulo an debeant
abſolui vel excuſari: ⁊ etiā ſi preſentiuꝫ ali-
qui fuerint abſoluēdi vel cōfirmandi. Red-
dāt rōnē miniſtri de actis in prouincia ⁊ de
generalibꝰ expenſis ⁊ alijs acceptis ꝓ ſe et
ſocijs vltra neceſſariū victum ⁊ veſtitū ⁊ ne
ceſſarioꝝ ad executionē officioꝝ ſuorū. Et
vt veritas oīm intelligaꝝ emittanꝝ ſinguli
vnus poſt aliū de capitulo ⁊ interim eoruꝫ
diſcreti ⁊ viſitatores referāt q̄ nouerūt. Si
videlicet ꝑ ipm miniſtrū grauetur ꝓuincia
in expēſis vel alijs: Si debite viſitet ⁊ quō:
et ſi ffes v̄bo ⁊ exemplo ad bonū ſufficienꝝ
inducat. vel ſi econtrario ſit exceſſiuus vel
curioſus aut nimis lautꝰ in expenſis veſti-
mentis ⁊ alijs: Si nimis largus negligat ri
gorē puritatis obſeruantie regularis in ſe
vel in ſubditis: ⁊ relaxationes ꝑmittat in-
duci. Si debite ⁊ ad veruꝫ reformet: Si ad
effectū deducat ea que generale capituluꝫ
ſtatuit: Si regulā ac regule conſtitutiones
⁊ declarationes pñtes debite legi ⁊ exponi
et vbiq̄ʒ haberi ⁊ ſepiꝰ declarari et integre
obſeruari faciat: Si deniq̄ʒ conditiones ta-
libꝰ miniſtris neceſſarias ſuperius expreſ-
ſas vel eis oppoſitas habeat vel non habe
at: ⁊ ſic de ſimilibꝰ. Et iuxta eorū demerita
vel inſufficiētiā aut impotētiā debite exer-
cendi officiū ſuū deponātur vel ſuſpendan
tur: aut alias debite caſtigenꝝ. Exprobrenꝝ
et omnino deponantur ſcandaloſi vel infa-
mes. Et ꝑcipue videaꝝ q̄liter in eoꝝ proui-
cia cuſtodiatur regula ⁊ conſtitutiōes. Et ſi
ibidē vigeat vera obſeruātia ⁊ ſācte oratio
nis exercitiū ac deuotionis feruor Et quali
ter ibidē nouicij et iuuenes inſtruātur ī mo
ribus et virtutibꝰ. Videatur etiā ſi ipi mini
ſtri in ꝓuincia ſua ffes fugitiuos correctio
nis et ſubiectionis. ⁊ ſine legitima licentia
detinuerint. Et ſi diſcurſus ffm nō ꝓhibue

rint. Et ſcđm q̄ generalis audierit ⁊ ꝓbaue
rit ab ipis diſcreto ⁊ viſitatore vel etiā cu-
ſtode admittat eoruꝫ reſignationem. ⁊ eos
oīno abſoluat ab officio nec reponat. Vel ſi
alias bene rexerint et bonū teſtimoniū ha-
buerint: reddāt eis de conſilio miniſtroruꝫ
ſigilla et officia ſua. ⁋ Poſt nonā tractetur
de procuratore ordinis ⁊ eius rōnibus au-
diendis ⁊ de inſtitutiōe vel deſtitutiōe eiꝰ ⁊
ceteris ad eum pertinentibus: vt ſupradi-
ctum eſt. Item de ſocijs. De ſcriptore ordi-
nis de vicarijs et viſitatoribꝰ generalibus
ordinis iſtituēdis vel deſtituēdis: de guar
dianis ⁊ cuſtodibus in capitulo inſtituēdis
Fiant a miniſtris ⁊ rectoribus ſtudioꝝ pe-
ticiones lectorū ſiue bachalariorū ꝓ curſu
generaliū ſtudioꝝ. Et ſi pñtes fuerit detur
iuramentum q̄ ſi circa angliā pariſiū ⁊ tho
loſā lecturi ſunt ſeruabunt pñtes cōſtitutio
nes circa promotiones ſtudioꝝ ſiue ꝓmo-
uendos. Et artius reformenꝝ ⁊ in reforma
tione vera manuteneantur conuentus ſtu-
diorum in moribus et exercitio cōgruo ſtu
dij: vt ſuperiꝰ eſt expreſſum. ⁋ Feria quar
ta mane ſcribatur tabula lectorum ſiue eti-
am rectorum principalium ſtudiorum ordi
nis. Sumpto autem prādio et facto ſigno
vel pulſato omēs vocales conueniant. Le-
gantur alta voce hij qui elemoſinas capitu
lo erogant. Faciant commendationes be-
nefactorum ⁊ deuotorum ordinis per mini
ſtros vel vicarios ſingillatim. Fiat genera
lis cōmendatio pro ſtatu clericali et layca-
li ꝑ ipm generalem miniſtrum. Recitentur
in publico ſi que facte ſunt conſtitutiones
vel reformationes. Moneat generalis om
nes ad regularem obſeruantiam. Miniſtri
vero et diſcreti omnes ordinationes capi-
tuli tranſcriptas ⁊ ordinis ſigillo munitas
reportent et obſeruari faciant. Leganꝝ miſ
ſe et ſuffragia pro benefactoribus ordinis
et alijs capituli cauſis ordīata. Auctoritas
capituli retineaꝝ per generalem pro certo
tempore. Tractetur de loco futuri genera
lis capituli.

⁋ De fine capituli. ij. particula.

⁋ **Feria quinta** generalis mi
niſter propo-
nat verbum dei vel alius pro eo omnibus
conuocatis. Prouideatur de mittendis in-
ter ſarracenos et alios infideles. De mittē
dis ad alias prouincias ſeu de prouincia
vna ad aliā ⁊ hmōi: niſi iā antea prouiſū ſit
Leganꝝ viſitatores gñales ſiue vicarij ordi
nis. Reformatores etiā ſiue ꝯmiſſarij aliq̄ꝝ
ꝓuiciaꝝ ſi fuerit. Ordīatiōes lectoruꝫ ſiue

rectoꝝ ſtudiorū. Et in fine aſſignet̃ locus ſe-
quētis capituli. Deīde fiat cōis cōfeſſio et
abſolutio. Det gn̄alis miniſter etiaȝ bn̄di-
ctionē hijs qui in ordine ⁊ ſua vocatiōe per
manſerint. Apoſtatis maledictionē ⁊ excōi
cationē etiā noīatim eos noīando ſi cōmo-
de fieri poteſt Et omnes miniſtri ſiue diſcre
torum diſcreti teneāt̃ i ſcriptis ſūmā apo-
ſtataꝝ ⁊ nūerū habere ⁊ referre / ⁊ nūerum
ffm mortuoꝝ / ⁊ ffm in ordine receptoꝝ / ⁊
alioꝝ i hītu vel cimiterijs etiā ſepultoꝝ ac
ſororuȝ ſctē clare: ſi cōmode poſſint haberi
Oēs gr̄e gn̄aliter cōceſſe reuocent̃: p̄ſertim
ille q̄ cōſtitutiones diſſoluerint. Et q̄ gn̄alit̃
cōfirmande vel de nouo cōferēde eſſēt ma-
xime ſup̱ abſolutionib⁹ caſuū: noīalit̃ tunc
publicētur. Nec de cetō gr̄e relaxatorie i p̱
ticulari de facili concedātur / niſi patribus
emerite ſenectutis vel ꝓuecte etatis et be-
ne meritis: ne illaꝝ extenſione leges ad ni
chiliū redigantur. Abſoluant̃ oēs officia
les p̄teriti: inſtituātur ⁊ cōfirmētur oēs cō-
ſcripti in tabula ſtatim ibidē legenda. Hor
tentur oēs ad tollerantiā ſi ꝓ ſuo voto of-
ficiorū ꝓmotio nō proceſſerit. Et ſtatim ex
eminēti loco p̱lecta alta voce tabula cante
tur Te deum laudam⁹. ℣. Cōfirma hoc de⁹.
Oro. Actiōes nr̄as ⁊c̄. Et ex tunc oēs reli
gioſe ⁊ honeſte recedant preter miniſtros
ſi forte aliquid vltra de ſtatu ordinis eſſet
cōſulendum. Similis ſolēpnitas in fine ꝓuin
cialis capituli obſeruetur. Poterit etiā or-
do agendoꝝ p̄ſcriptus breuiari aut ꝓtelari
aut mutari iuxta qđ generali miniſtro ex
pedire videbitur. Quicqđ etiā in hoc capl'o
ſtatutum fuerit: ſub ſigillo generalis mini-
ſtri ad ſingulas prouincias deferatur.

¶ De obediētia gn̄ali miniſtro ⁊ ceteris p̄-
latis ordinis reddenda. lij. particula.

¶ Et ſi qui fratrū ex tunc a gn̄ali
miniſtro in tali capitu
lo electo vl' correcto ⁊ approbato debitā ex
regula obedientiā ſubtraxerit vel quōcūqȝ
dixerint vel ſcripſerint nō eſſe obediendū
tali generali vel verū nō eſſe gn̄alem ordi-
nis: vel ore blaſphemo de ſimilibus diſpu-
tauerint: ⁊ pro concluſione tenuerit p̄textu
alicui⁹ delicti amouēdā eſſe obedientiā ab
eo vel a quocūqȝ ſup̱iore anteqȝ de tali deli
cto canonice et legitime per propriū iudi-
cem fuerit cognitum diſcuſſum et iudicatū
(vbi vȝ tale delictū non ē vnū ex illis ex-
preſſis propter que ſpecialiter per hec or-
dinis ſtatuta aliqui ſuperiores deponan-
tur et eximantur) ſubditi a tali ſuperioris
obedientia) cuiuſcunqȝ congregationis ſeu
familie aut conditionis exiſtant ſententiā
excōmunicatiōis incurrant et alias penas
ad arbitriū generalis aut vicariorū gene-
ralium ordinis. Nec etiam niſi p̱ alterum
ip̄oruȝ aut cōmiſſariorum ipſius genera-
lis niſi in neceſſitatis articulo abſoluantur
vel per eos q̄bus duxerint cōmittendum.

¶ De ſuffragijs defunctoꝝ. liij. particula

¶ Et quia iuxta regulam fratres
debent orare pro defū
ctis ſtatuim⁹ vt pro omnibus ffibus in or-
dine noſtro decedētibus et ꝓ defūctis fra
tribus et ſororibus ſecūdi et tertij ordinuȝ
quilibet ſacerdos niſi contingat eum lan-
guore vel itinere vel alicuius alteri⁹ miſſe
ſpeciali recōmendatione (maxime de iuſſu
prelati) prepediri qualibet ebdomada cele
bret vnā miſſam: vel ſaltem bis vel ter ap-
propriatam collectam mortuorum cū ſpe-
ciali recommendatione illorum dicere non
omittat. Ceteri fratres clerici dicant vnaȝ
vigiliam nouē lectionū Layci vero centuȝ
pater noſter: et totidem Aue maria. Et miſ
ſe hmōi ſi obmittantur in vna ebdomada
poſſint ſuppleri in alia: non ex obligatione:
ſȝ ex bona cōgruitate q̄ voluerit omnibus
alijs ſtatutis gn̄aliū et prouincialiū capitu
loꝝ q̄ ad hoc p̱tinent etiā reuocatis. ¶ Or-
dinam⁹ etiā q̄ pro fratribus primi et tertij
ac ſororibus ſecundi et tertij ordinum pa-
tris noſtri Franciſci et alijs defunctis ⁊ be
nefactoribus quorum recommendatio fa-
cta fuerit in capitulo generali / quilibet ſa-
cerdos annuatim celebret vnam miſſam:
quilibet frater clericus dicat quinquagin-
ta pſalmos: et quilibet frater laycus cen-
tum pater noſter et totidem Aue maria.
Et pro viuis familiaribus miſſas pſalmos
et Pater noſter totidem peſoluant: niſi qñ
in capitulis generalibus talia ſuffragia vl'
alia imponuntur vt modo fieri conſueuit.
¶ Ordinam⁹ etiam pro reuerēdiſſimo dn̄o
Cardinali protectore qui in ordinis protec
tione deceſſerit: a quolibet ſacerdote ordi-
nis tres miſſe celebrentur et a quolibet fra
tre clerico vnū pſalteriuȝ: et a quolibet lay
co trecenties Pater noſter vel ſaltem a q̄-
libet conuentu dicatur vna miſſa ſolēpnis
cum vigilijs loco miſſarum. Et idem fiat
pro generali miſtro ordinis in officio dece-
dente. Et pro ordinis commiſſario ſiue pro
curatore in curia ro. ſiue in officio deceden
te. Item pro illis qui mittuntur ad capitu-
lum generale ſi cōtingat eos mori vna miſ
ſa ſolemnis a quolibet conuentu ſue pro-
uintie dicatur et a quolibet fratre clerico

quinquaginta pſalmi. Et a quolibet layco
centum Pater noſter. ¶ Item ordinamus
ꝙ pro quolꝫ fratre in officio alicuius alteri
us plationis in ordine decedēte a quolibet
ſacerdote ſuperſtite cui in morte ꝑerat dica
tur vna miſſa. et a quolibet cōuentu cui pre
erat vna miſſa solēpnis cuꝫ nota vltra par
ticularia fratrum aliorum ſuffragia alias
ordiata. Et a quolibet clerico ſemel vigilie
nouē lectionum. et a laycis centū pater no-
ſter cuꝫ totidē Aue maria. ¶ Pro alijs aūt
fratribus a quolibet ſacerdote cōuentus in
quo moritur vna miſſa dicat̄. et a quolibet
conuentu ſue cuſtodie vna miſſa cum nota
perſoluatur et a clericis non ſacerdotibus
tocius cuſtodie ſue ſemel vigilie cum nouē
lectionibus. et a laycis centū Pater noſter
⁊ totidem Aue maria dicantur. Et pro quo
libet fratre compleātur miſſe vel ſaltem cō
memorationes dierum ſue depoſitionis in
miſſali ordinate in conuentu vbi moritur:
corā conuentu. Et in tali perſolutiōe ſuffra
giorum poſſint etiam plures cuſtodie pro
tempore conuenire et mutuo in caritate cō
federari ⁊ etiam conuentꝰ ſeu monaſteria
fratrum et ſororum ſecundi et tertij ordinū
de conſenſu partium: qui voluerint. ¶ Offi
cium pro defunctis fratribus et ſororibus
trium ordinum et coꝝ benefactoribus ⁊ ꝓ
illis qui in noſtris cimiterijs ſūt ſepulti ter
in anno ſolempnit̄ celebretur: ſcꝫ proxima
die ante feſtum beate marie magdalene: et
proxima die ante feſtum beati michaelis: ⁊
feria ſecūda poſt dn̄icam ſeptuageſime. In
quo tam in vigilijs ꝙ̄ in miſſa dicatur Orō
Deus venie largitor ⁊c̄. Simile officiū fiat
pro patribus et matribus omnium fratruꝫ
⁊ ſororū triū ordinū vltimo die feriali ante
aduētū dn̄i. In quo tā in miſſa ꝙ̄ ī vigilijs
dicat̄ orō Deꝰ q̄ nos prēm ⁊ mr̄em honora
re ꝑcepiſti miſerere clemēter aiabꝰ parentuꝫ
nr̄oꝝ ⁊c. In q̄bus etiā officijs gn̄alibꝰ cātē
tur vel legant̄ ſolēpnit̄ in choro vigilie no
uē lectionū: ⁊ a laycis triū ordinū collegia-
liter viuētibꝰ. Cētū pr̄ nr̄ ⁊ totidē Aue ma-
ria dicātur. ¶ Ordinamꝰ etiā ꝙ in quolꝫ cō
uētu ordinet̄ ebdomadariꝰ q̄ miſſā alterna
tim ꝓ viuis et defūctis celebret ꝓ bn̄facto
ribꝰ triū ordinū: ⁊ ꝓ illis q̄ recōmendat̄ or-
dini in quacūqꝫ regiōe. Poſſit tn̄ talis miſ-
ſa benefactoꝝ aliq̄n applicari etiā deuotio
ni illoꝝ q̄ ꝑciſe eadē die petūt ⁊ cupiūt miſ
ſas habere ab oībus fr̄ibus tūc ī cōuētu ex
iſtentibꝰ: aut vbi vel quādo aliꝰ frater non
habetur niſi talis ebdomadarius: qui tunc
poſſit deuotioni taliū ſatiſfacere. Ita tamē
ꝙ tunc in talibus caſibus dicant vnam col
lectā ſpecialē pro dictis bn̄factoribꝰ ⁊ recō-
mēdatis: ⁊ eos etiā ſpecialiter recōmendēt
¶ Itē ſingulis ānis pro hoſpitibꝰ q̄ in itine
re fr̄es recipiūt īfra oct. bti Frācisci in ho-
nore ipiꝰ ſcti approprietur miſſa cōuētualis
viiꝰ diei: ⁊ vna priuata a quolꝫ ſacerdote
dicat̄: ⁊ a quolꝫ clerico q̄nquagīta pſalmi: ⁊
a quolꝫ fr̄e layco cētū pater nr̄. ¶ Itē ordi
namus ꝙ cōuentus vocet̄ et aſſiſtat fr̄i mo
rienti: eius exitū ſuis orōnibꝰ ⁊ ſuffragijs
ꝓtecturus. Et hoc q̄n bono mō fieri poterit
iudicio gardiani. Et ſi totus cōuētus adeſ-
ſe nō poſſet: maior vl̄ ſaltē magna ps ipius
vocetur ſcđꝫ iudiciū preſidentis. Et vbi vl̄
q̄n cōmode non poterunt intereſſe: interim
tamē orare pro eo moneantur. ¶ Itē hor-
tamur vt liber notabiliū fratrum defūcto-
rum et bn̄factorum ſpecialium vt ſupradi-
ctū fuit ſp̄ habeatur: ⁊ ī capitulis ꝓcedētibꝰ
recitentur dies obitus illorum: et oretur vt
ſupra. ¶ Inhibemus etiam ſub pena inha
bilitationis ad quecunqꝫ officia per mini-
ſtrum vel cuſtodem imponenda vel proba
tionis capucij per tres menſes ne quis pu
blice detrahat fratribus defunctis: preſer
tim quorum vitam bonam predicant popu
li et quorum geſta virtuoſa vel miracula
narrantur: ⁊ maxime in ꝯſpcū ſecularium:
q2 ſcriptum eſt. Surdo non detrahes: neqꝫ
coram ceco pones offendiculum.

## ¶ Capitulum nonum.

### ¶ De predicatoribus. j. parti.

CIrca hoc nonum
regule capitulum in quo agi-
tur de predicatoribus: decla-
ratur in primis ꝙ in eccleſia
ſubdita epiſcopo eo contradi
cente fratres noſtri predicare ſecunduꝫ re
gulam noſtram non pſſunt: niſi vt dicit Ni
colaꝰ. iij. ī ſua decretali. §. Uerꝫ q̄a ⁊c̄. pſedē
apl̄icā circa hoc ꝓ vtilitate ppl̄i xp̄iani ſit
ꝯceſſū vl̄ ordiatū aliꝰ: vel ī poſterū cōcedat̄
ſeu etiā ordinet̄. Ubi ēt ep̄s expſſe nō ꝓhi-
bet vel non contradicit fr̄ibꝰ non req̄ritur
talis eius licentia de neceſſitate. In plate-
is autem cōmunibus totius dyoceſis et in
conuentibus ac monaſterijs fratrum et ſo-
rorū ſancte clare et alijs que ſūt exēpta eti
am eo contradicente poſſunt omni tempo-
re fr̄es ꝑdicare (niſi eo tp̄e q̄ ipe ep̄s ī eadē
ciuitate vel opido actu ſolēniter predicare
vel ꝑdicari talr̄ corā ſe facere vellet) iuxta
ordīs nr̄i indulta et etiā ſeruata rl̄e purita
te: que ſolūmodo prohibet in ep̄atu alicuiꝰ

epiſcopi eo contradicente predicare: quia
tunc non dicuntur in eius epiſcopatu ſiue
iuriſdictione predicare. Item excepto die
quo inquiſitor hereſis ſuum officium pub-
licare aut aliquem hereticum de ſua perti-
natia caſtigare coram populo vellet: quia
tunc ratione officij ⁊ fidei debitū eſt cedere

¶ Quō et a quibus ⁊ qui debeant ⁊ poſ
ſit licentiari ad predicandum: ſcđa ꝑticl'a.

¶ Itē ſtatuim⁹ et ordinamus ꝙ nullus fra-
trum populo penitus audeat predicare: ni
ſi vt dicit regula et vt etiam declarant ſta-
tuta martiniana a generali miniſtro vel q̄-
bus cōmiſerit/maxime a miniſtris prouin
cialibus quibus etiam per alias declara-
tiones commiſſum eſt et per hec etiam au-
ctoritate officij noſtri commiſſuʒ eſſe volu-
mus in capitulis prouincialibus vel alibi
examinatus extiterit ⁊ approbatus: et ab
eis officium predicationis conceſſum. Poſ
ſint nichilominus predicti videlicet mini-
ſter generalis et eius cōmiſſarij ſiue mini-
ſtri/predictam licentiam reuocare ſuſpen-
dere et artare quotiēs ſicut et quando eis
videbitur expedire: iuxta declarationē pre
dicti Nicolai tertij in p̄fata decretali. Exijt
qui ſeminat. §. Et qꝛ in eodē capitulo. Et ꝙ
predicti miniſtri et alij quibus cōmittitur
auctoritas predictam licentiam conceden
di nullum ad predicatiōis officium admit-
tere debeant: niſi extiterit ad minus ſacer-
dos vel diaconus/viceſimūquintum eta-
tis ſue annum attingens vita et moribus
comprobatus: cuius doctrina merito po-
puli edificari valeant. Poſſint etiam pre-
dicti miniſtri ⁊ illi quibus taliter auctori-
tate et commiſſione generalis miniſtri cō
mittitur facultas examinandi et promo-
uendi ad tale officium predicationis in
omni loco et tēpore/pro diſcurſu euitando
fratribus ydoneis et approbatis officium
predicationis (vice et auctoritate prefati
generalis miniſtri) imponere et etiam in
etate diſpēſare: dū alias ſint ydonei ver-
tuoſi lr̄ati ⁊ corpee appar̄ētie repn̄tabiles

¶ De aliquibus merito tacendis a pre
dicatoribus et aliquibus merito predican
dis: tertia particula.

¶ Caueāt etiam oīno p̄dicatores
predicti iuxta predicta
Martini pape quinti ſtatuta/ne aliquan-
do p̄ſumāt p̄dicare q̄cꝙ contra libertates
ſacroſctē romane eccl'ie vel eccleſiaſticis ꝑ
ſonis detrahere vel qđ abſit) ſcandalū con
tra clericos vel regionem aliquam excita-
re aut perſonam aliquā preſentem crimina-
liter nominare: ſed potius contra hereſes
et ſciſmata populos digne et fideliter ala-
re ⁊ i orthodoxe fidei veritate firmare: ma
xime contra preſentem ſathānicam et dā-
natam hereſim boemiticam et alias ſi que
emerſerint. Si quis autem temerarie ꝯtra
ſtatū honorē et eccleſiaſticā libertatē p̄ſū-
pſerit predicare: ipſo facto per miniſtrum
vel cuſtodē vel etiā gardianum in eoꝝ ab
ſentia predicatiōis officio et oī actu legitti
mo priuetur. Quod ſi poſt dictam priuatio
nem p̄ſumpſerit predicare: per dictos ſu-
os p̄latos om̄i appellatiōe poſtpoſita vel
alio ſubterfugio carceribus mācipet̄. Qui
p̄lati ſi in p̄dictis fuerit negligētes: in eā-
dē penā ſe nouerint incidiſſe: niſi legittima
⁊ rōnabili cā de ipotētia ſe valeāt excuſare
Et nichilomin⁹ (ꝑut in Clemētina) excōica
tus a iure cēſeat̄ ⁊ publicet̄. Nō tn̄ vult pa-
pa Sixt⁹. iiij. ꝙ ſup h̄mōi p̄dicatores delin
quētes ordinarij locoꝝ agere vel ꝓcedere
aut quācūꝙ iuriſdictiōeʒ habere poſſint ſi
ne brachiū ſecl'are iuocare i aliq̄ caſu: ſʒ ad
p̄latos ffm̄ taliter delinquētiū habeat̄ re-
curſ⁹: quoꝝ correctiōi: et nō taliū ordinari
oꝝ ſubijciūtur. Nō obſtātib⁹ ſtatutis mar
tinianis ⁊ alijs in ꝯtrariū. Itē null⁹ frater
audeat p̄dicare in alienis eccl'ijs ad ſcāda
lū ⁊ dedec⁹ ordinis nr̄i: niſi i hijs terris vbi
ꝓ tp̄e fuerit cōſuetū vt i quadrageſima ad
uētu ſolēpnitatib⁹ ꝓceſſionib⁹ ⁊ alijs dieb⁹
⁊ tūc nō ſine tali licētia p̄latoꝝ ordis. Nec
predicēt nouitates vel materias q̄ ſcādalū
datū poſſint veriſimiliter gn̄are. Statuim⁹
deniꝙ et ordinam⁹ ꝙ iuxta mādatū dn̄i. In
nocētij pape octaui null⁹ cuiuſcūꝙ ꝯditio-
nis vel grad⁹ fuerit idulgētias ſcti ſpūs de
vrbe aut alias h̄mōi predicare p̄ſumat ſine
licētia generalis miniſtri: ſub pena que de
betur apoſtatis et vagabundus.

¶ De confeſſoribus ffibus ⁊ ꝓ ſecl'arib⁹
admittendis. iiij particula.

Statuim⁹ deniꝙ ⁊ ordinamus ꝙ
null⁹ ad ꝯfeſſiōes ffm̄
vl' ſecl'ariū audiēdas ab aliq̄ niſi a miſtro ꝓ
uinciali vel ei⁹ vicario vel ab eo etiā cui cō-
miſerit: ad diſcurſ⁹ euitādos tā i caplo ꝓui
ciali q̄ȝ alibi admittat̄. Miſtri aūt ⁊ illi qb⁹
cōmittit̄ talis facultas a miſtris admittēdi
ffres ad h̄mōi ꝯfeſſiōes audiēdas nullos ad
mittāt: niſi matura deliberatiōe ⁊ examina
tiōe p̄miſſa ꝙ ad ignotos. Qui ēt diligēt eos
admoneāt vt anꝙ tale officiū exeqāt̄ talit̄
caſ⁹ ꝯſcie ⁊ iura canonica ſtudeātq; ſciāt diſ
cernē int̄ leprā ⁊ leprā hoc ē int̄ vēiale ⁊ mor

tale et inter circumſtātias aggrauātes vel
in aliā ſpeciē pctm̄ trahētes ⁊ inter caſ⁹ ſū=
mo pōtifici vel epīs de iure cōi reſeruatos
et etiā alios miniſtris ꝑ pn̄tes cōſtitutiōes
reſeruatos vel ordini cōceſſos. Nā talium
ignorātia nocet cōfitēti: laque⁹ vero ⁊ ima=
ne ꝑcipitiū eſt cōfeſſori. Ideo ſepe lectores
in cōuētibus legant precipue de caſib⁹ cō=
ſcientie: ⁊ ſūmis cōfeſſionū ⁊ caſuū Admiſ=
ſi etiam ad hoc officiū admoneantur ne de
ſpiciāt pauperē neq̄ reſpiciāt i vultū potē
tis ſ3 vt oēs eq̄liter cōplectāt ⁊ vt eadē frō
te pauperem qua et diuitē audiāt. Caue=
antq̄ ne lignum fumigans extinguāt aut
arūdinē quaſſatā penitus confringāt ſ3 ſol
lertius attendāt ꝙ poſſint ſpūalib⁹ morbis
cōgrue mederi ⁊ vulnera nō augere (vl' qđ
abſit) de nouo peiora verbo vel exēplo aut
indiſcretione vel ignorantia ceca inferre ⁊
in foueā mortis ꝑpetue ſe cū ipīs ꝑcipites
dare. ¶ Nullus inſup confeſſor audeat ex
torquere quodcūq̄ pciū aut aliqua munuſ
cula a cōfitente: ſed iniungāt eis peniten=
tiā ſecundum deu3. Et ſi a caſu penitentia
pecuniaria eſſet imponēda non trahāt ad
ſeipſos: ſ3 i arbitrio penitētis (ſi de iure ad
aliquē ſpecialit̄ nō deuoluat̄) relinquāt Sci
ant aūt confeſſores oēs penitētias hodie
arbitrarias eſſe: intimēt tn̄ penitētib⁹ quot
q̄ntaq̄ pro ſuis pctis deberēt pati pateren
turq̄ niſi ſeſe cōtritione vehementi q̄ om=
nem penitentiā delet aut volūtaria ſatiſfa
ctione vel certe eccl'ie indulgētijs adiuua=
re ꝓcurauerint. ¶ Itē nulli admittant̄ ad
cōfeſſiones hm̄ōi ſeculariū audiendas niſi
viri ꝓbati: maturi: bone fame de q̄bus nul
la poſſit oriri ſuſpicio: et anteq̄ⁿ triceſimu3
etatis ſue annum attingant: niſi vbi aliq̄n
pro aliquoꝝ maturitate ꝓbitate ⁊ ſcientia
miniſtri in etate diſpenſarēt. Et quicūq̄ ſi=
ne tali licentia ꝑdicare: vel etiā cōfeſſiones
(niſi in ꝑiculo mortis aut alia neceſſitate ex
trema) audire ꝑ ſūpſerit: trib⁹ dieb⁹ panē ⁊
aquā in terra corā fratrib⁹ comedere debe
at Et eidē pene ſubiaceāt: qui ſcienter con=
ſuluerunt de aliquo: vl' ꝑſentauerit aliquē
ad dicta officia de cui⁹ vita ⁊ ſpe ꝓficiendi
in executiōe taliū officiorū ꝯiecturaliter du
bitatur vel nō ſperatur Miniſtri etiā et ta
les cōmiſſarij reddant tales cautiores de ſi
gillo cōfeſſiōis ſtricti⁹ ſuādo. ſ. ꝙ nec directe
nec idirecte v̄bo/ſcripto/fctō vl' ſigno/aliq̄d
ſciēt dicāt vl' faciāt q̄ poſſit aliq̄s de pctō no
tari ſub penis ſupi⁹ i ſeptimo capitulo poſi
tis Et ſi q̄s confeſſor maxime ſeculariū per
ſonarum occaſione confeſſionis vel ſub ti=
tulo ipſius aliqđ ſcandalu3 cōmiſerit: vltra
penas ſibi ꝓpter ſcandalū debitas illo an=
no nullatenus audiat ꝯfeſſiones taliū ſiue
ſecularium ſiue fratrum. Caueant etiā pre
lati ne multitudine eorum qui audiunt cō=
feſſiones: cupiditatis notā inducāt cū ſcan
dalo.

¶ Capitulum decimum

¶ De viſitationibus ffm̄ et totius ordi
nis prima particula.

Cum ad debitā ⁊ perfectā
r'le ⁊ ſtatus noſtri ob
ſeruantiā ⁊ tutelā maxime ne
ceſſaria ſit admonitio corre=
ctio ⁊ viſitatio ffm̄ ⁊ cōuētuu3
a prelatis ſine qua citius ordo
denuo (qđ abſit) ruinā minat̄: ideo diligen=
tius iuxta qđ ibidē regula dicit. Fratres q̄
ſūt miniſtri ⁊ ſerui alioꝝ ffm̄ viſitēt et mo=
neāt ffes ſuos: ⁊ humiliter ⁊ caritatiue cor
rigant eos: delinquētes miſericorditer pu=
niendo iuxta tenorem preſentiū ſtatutorū
vel alias pro cauſa rationabili vt ſuperi⁹
expreſſum eſt capitulo ſeptimo.

¶ Qualiter ordo debeat viſitari ꝑ gn̄a
lem miniſtrum: ſecunda particula.

¶ Deniq̄ quo ad viſitationes or=
dinis imprimis ſtatui=
mus ⁊ ordinamus iuxta oīa precedētia or
dinis ſtatuta ꝙ gn̄alis miniſter infra decē
niū oēs prouincias ordinis ꝑſonaliter viſi
tare debeat (dacie, hybernie grecie ⁊ Ter
re ſctē dūtaxat exceptis prouīcijs (eo ordie
quo ſibi expeditior videbit̄. Et infra illud
tēpus ad ſemel viſitatā nō redeat cā viſita
tiōis ſ3 tn̄ forſā trāſit⁹ grā: vel niſi caſ⁹ ar
duus ibidē emerſerit vel reformare opus
fuerit: preſertim ſi per ffes talis prouincie
fuerit accerſit⁹ ⁊ eidē gn̄ali viſū fuerit: ne
aiarū profectus aliquatenus negligatur.
Qua viſitata intermiſſū viſitandi ordine3
reſumat. Et vbi ꝑdeceſſor dimiſerit ibi ean
dē viſitationem debet inchoare ſucceſſor.
¶ Qm̄ vero (ordine nūc taliter vbiq̄ aug=
mētato ⁊ in vnū reducēdo a ſolo gn̄ali mi=
niſtro nō poterit tātus ordo cōgruēter viſi
tari: nec tātis ei⁹ negocijs ⁊ neceſſitatibus
dietim occurentibus debite ſuppleri: ⁊ ma
xime q2 diucius ⁊ frequētius op3 eū in ar=
duis et aliq̄n in curijs rome: et interdū ali=
bi ꝓ vtilitate ordinis detineri: ideo cōgruē
tius pro parte ſupplebitur ⁊ accelerabitur
dicta ordinis viſitatio ꝑ gn̄ales ordinis vi
ſitatores ⁊ vicarios etia3 de triennio i triē
niū: mō inferius deſcribēdo: que tamē nul
latenus impediet dicti generalis miniſtri
viſitationem/q̄n illā etiā per ſe/cōmode ꝑ=

ficere poterit vel voluerit.

¶ Qualiter debeat totus ordo viſitari de trienio in trienniū per duos ſpāles viſitatores vicarios gn̄ales obſeruantes coadiutores gn̄alis miniſtri. tercia particula

¶ Et quia ſupra hoc in capitulo in antiquis ⁊ aliis multis ordinis ſtatutis etiā agitur de viſitatiōe totius ordinis fiēda de trienio in trienniū per ſpāles prouinciales viſitatores ſingularū prouinciarū: vbi multa ad idē cōgruētius ordinātur: quia tamen tāta multitudo viſitatorum nūc (tēporū ⁊ occaſionū varietate in ordine ſuperueniente) vtilis nō videtur nec manuteneri potuit: ideo aliter melius ⁊ cōgruētius pro vtilitate ordinis ordinādū eſſe cenſemus. Quapropter ſtatuimus ⁊ ordinamus vt ſaltem facta vniōe p̄tēſa cū ordinariis regule viſitatoribus et platis duo coadiutores miniſtri gn̄alis ſint tocius ordinis viſitatores ſui ſtatus p̄cipui zelatores ⁊ obſeruatores q̄ etiā ſint vicarii ipſius gn̄alis miniſtri cū plenitudine ptātis: vnus in ptibus ciſmōtanis ⁊ alius in ptibus vltramōtanis: prout iā ſupra i primo capitulo ⁊ aliis diuerſis paſſibus ipſorum officia cōcernētibus tactū eſt. A quibus ſemel infra trienniū viſitetur totus ordo exceptis dūtaxat locis ſiue etiā prouinciis per gn̄alem miniſtrū alias eo tēpore viſitandis: vel ad viſitandū ab eodē retētis vel exceptis. Qui etiā in prouinciis: vel locis vbi īfra ſpaciū trienniī ante capitulum gn̄ale per ſe nō poterūt cōmode viſitare aliquos cōmiſſarios mittere poſſint: niſi gn̄alis ipſe miniſter pocius tales mittat: ita ⁊ taliter quod tā ab ipſo gn̄ali miniſtro q̄ ab ipſis vicariis ⁊ viſitatoribus vel eorum cōmiſſariis p̄dictis totus ordo infra ipſū trienniū poſſit viſitari. Et qn̄ miniſter gn̄alis declinauerit ad ptes citramōtanas vel vltramōtanas: tūc (qn̄ intrauerit idē miniſter gn̄alis) vicarius ⁊ viſitator illius partis ſiue regionis citius ad eū accedat ſi gn̄alis eū mādauerit: vt vel cū gn̄ali tāq̄ȝ ſocius eius p̄ncipalis ptes illas viſitet: vel ad alia loca vbi voluerit gn̄alis cauſa viſitationis diuertat. Et iſti vicarii ⁊ viſitatores ſēper interſint capitulo gn̄ali relaturi etiā i ſcriptis autenticis ſi cōmode poſſint haberi ſtatū prouinciarū ſingularum ⁊ prelatorū maiorum ordinis ſiue bonū ſiue malū: ⁊ alia ibidem facturi que eis per preſentes cōſtitutiones imponuntur. Et primo die prouincialiū capitulorum interſint nunciaturi miniſtris et capitulis ſtatū ⁊ exceſſus notabiles ſue prouincie ſi q̄ fuerint vel ſi tūc cōmode nō poſſūt adeſſe ſaltē ſcribāt plenius omia ⁊ cōmiſſariū mittāt. Et gn̄ali moriēte per vicariū ordinis a gn̄ali in morte nominādū/ aut in caſu ſuperius expreſſo per alterū iſtorū (modo etiā ſupius in capitulo octauo expſſo) regatur ordo: vſq̄ ad alterius miniſtri generalis electionē. Nec ſit opus a cetero poſt mortē gn̄alis miniſtros aliquos vel alios cōgregare: nec ad dn̄m cardinalē ordinis protectorē vel papā mittere pro inſtitutiōe vel cōfirmatiōe talis vicarii gn̄alis tocius ordinis cū hec ſint maxime diſtractiōis diſcurſus et impedimēti cauſa ⁊ modici fructus/ accepto tali ſupradicto remedio congruētiori. Sic etiā ordo cōmode ſemp ⁊ vbiq̄ prouiſus remanebit: generalis quoq̄ miniſter iſtos duos tanq̄ȝ ſui capitis oculos directores ſecū ⁊ coadiutores habebit.

¶ Quales et quomō debeāt extūc inſtitui vicarii ⁊ viſitatores gn̄ales ordinis prefati ac viſitari ⁊ de eorum poteſtate. iiij. ptic.

¶ Statuimus etiā et ordinamus q̄ iſti duo vicarii ⁊ viſitatores ordinis ſaltē extunc vȝ vnione ordinis facta i quolȝ gn̄ali capitulo de trienio in trienniū inſtituātur ⁊ renonentur a gn̄ali miniſtro habito cōſilio ⁊ aſſenſu miniſtrorū cuſtodū ⁊ diſcretorum ciſmōtanorum pro vicario ⁊ viſitatore ciſmōtano: ⁊ vltramōtanorum pro vicario ⁊ viſitatore vltramarino iſtituendo. Quos inſtitui ⁊ haberi volumus de melioribus ⁊ ſolēpniorib9 ac reformatiorib9 ſiue obſeruātiorib9 tocius ordinis ſiue de miniſtris ſiue de aliis quibuſcūq̄. Non tamē eiſdē officiis miniſteriatus ⁊ viſitatoris ſimul ⁊ ſemel fungātur. Nec poſſint cōtinuari in tali officio vltra trienniū ſine interuallo atq̄ tali noua inſtitutiōe ⁊ ſine vrgēte cauſa ⁊ multū neceſſaria per p̄fatos cū gn̄ali miniſtro diſcuſſa ⁊ probata: vt ſic taliū innouatione et priori ac recētiori eorum feruore ordo in melius ſemp innouetur ⁊ augeatur. Et iſti i quolibet gn̄ali capitulo imediate poſt viſitationē ⁊ repoſitionē vel electionē gn̄alis miniſtri ſi fuerit eligendus ſuis renūcient officiis ⁊ ſuas culpas dicāt corā capitulo: ⁊ a gn̄ali ac miniſtris et diſcretis prouintiarum viſitentur ſi quid fuerit viſitādū: vel ſi ab aliquibus prouinciis accuſati de aliquo fuerit debite puniantur. Et in capitulis prouincialibus ⁊ cōuētualibus imediate capitulum generale precedētibus fiat eorū viſitatio ſicut fieri ſolet de miniſtris prouincialibus ⁊ generali: q̄ eis a diſcretis prouinciarū publice recitetur in capitulo gn̄ali ſeu a miniſtro generali. Iſtis autem vicariis dentur prouidi et honeſti ſocii ⁊ diſcreti,: qui eis tēpore

infirmitatis et neceſſitatꝫ deſeruire poſſint ⁊ interim aliquādo tale officiū viſitandi ꝓ cauſa neceſſaria ſupplere: ſi commode tales haberi poſſint. Et morte eorum ſuperueniente ſuppleat ipſe gn̄alis per ſe vel per alterius ſubſtitutionē: vſqꝫ ad ſequēs generale capitulum. Quibus etiam omnes ⁊ ſinguli fratres ꝑlati ⁊ alij tāq̄ generali miniſtro humiliter obediāt. Uiſitent aūt hmōi vicarij ⁊ viſitatores omnia ꝓuinciarū ſuarū loca: ſi cōmode poſſint. Nō tamē conſtitutiōes mutent: ſed diligētius ſeruari faciāt. Et q2 iſti auctoritate gn̄alis miniſtri plenarie funguntꝰ ex quo (loco eius qui omnia ſolus nō pōt) ordinē viſitāt: ideo ipſis in viſitādo vel reformādo nō datur alia lex ſiue poteſtatis ſue limitatio q̄ ipſi gn̄ali miniſtro: ſed in omnibus iuxta regulā ⁊ ordinis conſtitutiones ac bonā diſcretionem ſuam (deficiente cōſtitutione modo ſuperius expreſſo) prout melius ⁊ vtilius ſecundū deū ⁊ cōſcientiā poterūt omnia faciāt ⁊ diſponāt: infra ſcripta tamen obſeruādo. Habeantqꝫ omnimodā poteſtatē ⁊ cōmiſſionem a gn̄ali nō ſolum ſuper oēs cōuentus prelatos ⁊ fratres ordinis: ſꝫ etiam ſuꝑ monaſteria ⁊ ſorores omnes ſācte clare ⁊ ſuꝑ fratres omnes ⁊ ſorores tercij ordinis viſitādi intus ⁊ extra corrigendi / reformādi / inſtituendi / confirmandi / ponendi / deponendi / reponendi / reſtituendi / promouendi / excōmunicandi / ſuſpēdēdi / abſoluendi / incarcerandi / a carceribus liberandi / ad tres ordines ꝑdictos recipiendi / ⁊ ad ꝓfeſſionē admittēdi eoſqꝫ ꝓmouēdi: ꝑdicatores ⁊ ꝯfeſſores vbiqꝫ inſtituēdi / de loco ad locū trāſmutandi / et hec oīa ī toto vel ī ꝑte ſubditis cōmittēdi ⁊ cōmiſſum reuocādi: ac cetera oīa faciendi q̄ gn̄alis ipſe faceret vel facē poſſet: ſi preſens perſonaliter adeſſet.

¶ Modus ꝓcedendi in viſitationibus generalis miniſtri ⁊ vicarioꝝ ac viſitatoꝝ ordinis. quinta particula.

¶ Procedant aūt tā gn̄alis miniſter q̄ ipſi coadiutores eius vicarij ſeu viſitatores hmōi ī ſuis viſitationibus hoc modo. ¶ Primo regula legatur corā omnibus. Deinde cōſtitutiones ⁊ regule declarationes notatu digniores ſiue ad executionē ſui officij pertinētes. Poſtea precipiatꝰ in virtute ſctē obediētie vt oēs ⁊ ſinguli de quibus interrogati fuerint reſpōdeāt recte ⁊ fideliter de ſingulis q̄ nouerint ipſi vel de quibus fama ē ⁊ cōtra pn̄tes ⁊ cōtra abſētes. Et tūc publice accuſent de criminibus ⁊ ſcādalis publicis: et que probari poſſint. Deinde habeant ſcripto oēs fratres ⁊ eos ſingillatim et ſecreto ad partē vnum poſt aliū venire faciāt: et ſingulos de ſingulis fratribꝰ ⁊ ꝑlatꝭ ꝓuincie ⁊ ſtatu cuſtodie ꝓuincie ⁊ cōuētꝰ ī cōi ⁊ ꝑticulari interrogent. Et ſingula etiā que minora videntꝰ: ⁊ que potius ꝓ cautela ꝑ modū aduiſamēti vel monitionis q̄ accuſatiōis dicūtur ſcribant. Et ſi aliqua ſint in miniſtro vel in ꝓuincia ponderoſa ſibi expoſita tūc talia bene ꝓbata cū ſigillo loci vel gardiani ſigillata recipiāt. Et q̄ ſunt in fratribus loci in ꝑticulari vel in cōi ponderoſa ⁊ in debita forma ⁊ cū debitis ꝓbationibus approbata recipiāt illa: ⁊ ſm̄ ſtatuta puniant. Alia vero leuiora potius per modū aduiſamēti vel monitionis q̄ accuſationis dicta mature iuxta exceſſuū exigētiā etiā debite corrigāt ⁊ emendare ſtudeant. ꝑmonēdo fratres ⁊ cōtra talia cautiores reddendo ne talia minora negligēdo cito in maiora denuo (qđ abſit) ordo ruat: ſicut olim factū fuiſſe videmus. Et iuxta bn̄ dicti duodecimi ſtatuta qn̄ pluriū pſonarū teſtimonia cōtra fratrē aliquē ſuꝑ ſcādalis ⁊ exceſſibus eiuſdē generis habentꝰ ex qbꝰ probabiliter ſuſpectꝰ quis redderetur: tūc ad veritatis inquiſitionem vlteriorē (ſi expediens videbitur) per artationem eius cōtra quem teſtimonia habentur procedant. Et hoc ſecūdū modum ſuſpitionis et qualitatem exceſſus ⁊ cōditionem perſone. Et ſi crimen per inquiſitionem huiuſmodi nō probetur (ne ipſe contra quem denunciatio facta eſt permaneat infamis) indicetur ei purgatio canonica vel alio modo prouideatur ordinis honeſtati ⁊ fame illius: obſeruatis etiam diligentius ſuper huiuſmodi accuſationibus que ſuperius in ſeptimo capitulo lacius ponuntur. Poſtmodum autē dictus generalis ſiue eius vicarij et viſitatores huiuſmodi capitulum denuo teneāt et ſingulorum culpas audiant ſingillatim ⁊ ſingulorum exceſſus in particulari cuilibet fratri: poſtea exceſſus cōuentus in communi exponant ⁊ debite corrigant et puniant: minora etiam vt ſupradictum eſt non obmittendo: ne citius in maiores ⁊ irremediabiles ſuccreſcant exceſſus. Et fratres cū humilitate et pacientia tales viſitationes correctiones et monitiones ferre ſtudeant ꝓpter bonū ſuū ⁊ ordis cōmodū. Rebelles aūt vel cōtemptores debite cōprimātur et puniātur: vt ceteris in exemplū ⁊ terrorē fiant. Humilibus vero et paciētibꝰ nō modicā gratiā faciant: conſiderantes attentius

qualiter ſine hũiꝰ rigor obſeruantie regula
ris diutiꝰ ſtare nõ põt. ¶ Caueant tñ dicti
viſitatores ne ſuꝑ criminibus maioribꝰ de
quibus iã correctio debite a p̄latis facta eſt
inquirant vel talia denuo puniant: niſi vbi
talia tanꝗ̄ male correcta aut timore vel fa
uore neglecta ffes ea accuſarent. ¶ Exceſ
ſus vero miniſtri ꝓuincialis/⁊ ſi qua inue=
nerint ardua ⁊ grandia facinora q̄ cõgruē=
ter emendare ⁊ tollere non poſſent. ad pro=
uinciale capl'm reportent: vel per cõmiſſa=
rium transſcribãt. In quo capitulo poſt ele
ctionē diffinitoꝝ in corrigendis exceſſibus
cũ miniſtro ⁊ diffinitoribus p̄mo die vaca=
re debeant. et coram illis qui ſciunt exceſſũ
ſeu crimen ſolũmodo puniant vel corrigãt:
niſi tale crimen fuerit quod oporteat eos
aut eorum commiſſarios vlterius procede=
re et aliquos cuſtodes ſiue miniſtros depo
nere et alios eligi facere. Quitquid aũt ta=
liter corrigendũ generalis vel vicariꝰ ⁊ vi=
ſitator ſeu eoꝝ cõmiſſarij attulerint ad tale
capitulum prouinciale deferant ſeu tranſ=
mittant ſub ſigillo loci illius in quo inuene
rint. Si quoq̄ aliud valde pernitioſũ quod
miniſter ⁊ diffinitores nollēt corrigere aut
non poſſent viſitator inuenerit. nec etiã ip̄e
corrigere poſſit: illud ſub ſigillo ipſiꝰ ⁊ mini
ſtri per ip̄m ad capl'm generale trãſportet.

¶ Qualiter ſtatus prouinciarũ ⁊ p̄lato=
rũ ordinis debeat generali capitulo decla=
rari a viſitatoribꝰ ⁊ vicarijs gn̄alibus ordi
nis. ſexta particula.

¶ Teneantur ſimiliter per obe
dientiam ipſi vi
carij ⁊ viſitatores eidem miniſtro generali
ſtatum prouinciarum ſiue bonus ſiue ma=
lus ſit exponere ⁊ declarare. Si quis autē
vicariꝰ et viſitator obedientie contemptor
amore vel odio diſſimulatione vel palliati=
one ſtatũ hm̄oi mẽdaciter nũciaſſe ꝓbet: in
habilis ad quecunq̄ ordinis noſtri officia
per generale capitulum cum mendatij ⁊ in
obedientie nota reddat. Prouinciarũ tamē
ſtatum et ſuam de tali ſtatu intētionem nõ
audeant neq̄ verbo neq̄ ſcripto ip̄i ꝓuintie
aut capitulo ꝓuinciali exponere: neq̄ mini
ſter in prouintia ſuꝑ hm̄oi re preſumat ab
eo inquirere.

¶ De exceſſibꝰ publicis ſollicite a gn̄ali
ac viſitatoribus ⁊ vicarijs generalibus ex
tirpandis et reformandis. ſeptima. partic.

¶ Ad ampliorem quoq̄ ex=
tirpationē
malorꝝ pullulãtiũ indies ne ſuccreſcãt iniũ
git gn̄ali ac viſitatoribꝰ ⁊ vicarijs hm̄oi vt
ſicubi iuenerint ſũptꝰ magnos ⁊ iutiles vel
ſuꝑfluos edificioꝝ ⁊ aliaꝝ rerũ fieri ⁊ ꝓcu=
rari aut etiã veſtimẽtoꝝ ffm nimiã curioſi
tatē vel p̄cioſitatē frequẽtatiões nimias ſe
culariũ. ⁊ maxime mulierũ. ac iutiles diſcur
ſus: clauſurarũ cõtẽptus. egtationũ minus
neceſſariarũ relaxatiões. contẽptus r'l'aris
obſeruãtie ⁊ abſtinẽtie. vel frequẽtes ⁊ lau
tas ſeu p̄cioſas ⁊ nimis diuerſas ferculoꝝ
ꝯmeſſatiões tã intꝰ ꝗ̄ extra aut eſus carniũ
de ſero i refectorio vel etiã alibi p̄terꝗ̄ i ca
ſibꝰ neceſſarijs ⁊ pijs ⁊ raro ⁊ vbi vt ſupra:
negligẽtias ſeu contẽptꝰ recollectiõis ſpũs
⁊ vacatiõis orõnis ⁊ ꝯtẽplatiõis. ac deuote
et religioſe ꝑſolutiõis diuini officij ⁊ ſancta
rũ cerimoniaꝝ ⁊ obſeruãtiaꝝ ordinis ma=
xime ſilencij: contẽptus vel negligẽtias cor
rectionis ⁊ viſitatiõis fratrũ ⁊ inſtructiõis
iuuenũ ⁊ nouitioꝝ. ac defectꝰ bone exẽpla=
ritatis intus ⁊ extra: pauꝑtatis ⁊ obedien=
tie r'l'aris cõtẽptꝰ: picturaꝝ nimis ſũptuoſa
rũ abuſꝰ: nec nõ gn̄alit cuiuſcũq̄ ꝑfectiõis
r'l'e ſtatutoꝝ ac r'l'aris diſcipline defectꝰ aut
aliaꝝ relaxationũ occaſiones tã i p̄latis ꝗ̄
in ſubditis debite prout poterũt corrigant
⁊ emendẽt. Fratres quoq̄ inſolentes ⁊ icor
rigibiles de loco ad locũ de ꝓuīcia in ꝓuī=
ciã tranſmutẽt ⁊ magiſtris iuuenũ ac noui
cioꝝ ſubijciãt vel alias debite puniant vel
puniri faciãt vel de ordīe eiciãt aut eici fa=
ciant. Et vbi in ſupradictis exceſſibꝰ vel re
laxatiõibꝰ ꝓuinciaꝝ ⁊ cõuẽtuũ de remedio
ſufficienter ꝓuidere nõ poterũt generali vt
ſupradictũ ē ſignificare curẽt. Et hoc idē fa
ciat gn̄alis caplo gn̄ali. Hoꝝ aũt vicarioꝝ
ſeu viſitatoꝝ iformatiõe gn̄alis cũ ip̄is viſi
tatoribꝰ ⁊ vicarijs vl' cũ caplo gn̄ali ſi neceſ
ſe fuerit talit ꝓuideat: ꝙ ſaltē tales miſtri
cuſtodes ⁊ guardiani ac nouicioꝝ ⁊ iuuenũ
magr̄i ibidē ponãt ꝙ tales ꝓuīcias ⁊ ꝯuen
tꝰ debite ⁊ ad verũ reformẽt: ⁊ etiã oīa mo=
naſteria monialiũ ſibi ſubdita. In q̄ refor=
matiõe ſibi ⁊ dictis ſuis vicarijs ⁊ viſitato
ribꝰ ⁊ miſtris ⁊ cuſtodibꝰ q̄ ad ſibi ſubditos/
⁊ alijs q̄bꝰ ꝯmiſerit volumꝰ oīmodã auctē
eſſe: auctē etiã ap'lica nobis deſuꝑ ꝯceſſa:
Cõtradictores ſub penis ⁊ cenſuris debite
ꝯpeſcẽdo: Inuocato etiã ad hoc auxilio bra
chij ſecularis ſi neceſſe fuerit: oī etiã appel=
latiõe et alio ſubterfugio poſtpoſitis.

¶ De ſecretis exceſſibꝰ a viſitatoribꝰ ⁊ or=
dinis p̄latis non reuelandis. viij. particula.

Teneant deniq̄ ordis p̄lati ⁊ ordi=
nis viſitatores ſiue vica
rij hm̄oi ⁊ eoꝝ ſocij ꝑ obediẽtiam ⁊ ſub pe=
na excõicationis criminaffm alijs neſcien

ꝑibus extra cōuentū non reuelare. Nec illa
in ſcriptis ſecum portent: niſi ea que pro cā
regiſtranda fuerint: vel niſi talia eſſent q̄ in
capitulis vel a gn̄ali cognoſcēda eſſent: ſed
impoſitis penitēcijs oīa alia q̄ fuerant con=
ſcripta penitus deſtruant. Ultimo fiat cōis
abſolutio aucte plenaria gn̄alis miniſtri.

¶ De accuſatione exceſſuum taliū ordi
nis viſitatorū ⁊ vicariorū gn̄aliū. ix. parti.

¶ Exceſſus aūt ⁊ negligentie vi=
ſitatoꝝ ⁊ vicariorū
hm̄oi per capitulū prouinciale examinati:
ad generale capl'm trāſmittantur: ita tn̄/ ꝙ
ſi ſint in prouincia/ prius intimetur eis. Si
vero abſētes fuerint: litteris eos certiores
reddāt: vt ſciant ſe de obiectionib⁹ ſibi faci
endis excuſare vel emendare: ⁊ ne indebite
accuſentur. Iſti etiā viſitatores ⁊ vicarij in
capl'o gn̄ali cū miniſtris prouincialib⁹ ſuis
officijs renunciēt ⁊ viſitent: et facta eorum
viſitatione ſi defectuoſi inuenti fuerint de=
bite corrigantur. Et bene meriti laudētur.
ac alij modo ſupradicto inſtituantur.

¶ De viſitatiōibus fiendis a miniſtris
prouincialib⁹: decima particula.

¶ Singuli quoqꝫ miniſtri qui p̄=
ſunt paruis ꝓuincijs
⁊ qui magnis ordinarie ſingulis annis pu
blice ⁊ priuate ſuas integre viſitent proui=
cias. Et vlterius in hac (quā intendim⁹) re
formatiōe ⁊ vnione vel alia neceſſaria cau=
ſa ſuperueniēte tociēs quociēs fuerit opor
tunū. Qꝫ ſi alias legittime prepediti/ plene
non potuerint nec integre viſitare: ꝯmittāt
viſitationē ſuā ſup aliquos ꝯuētus ſuis cu
ſtodibus cū ſua auctoritate: vel aliquibus
probis guardianis vel patrib⁹ alijs/ prout
melius viderint expedire. Qꝫ ſi rationabi=
li cauſa ceſſante nec ꝑ ſe nec per alios viſi=
tauerint: benedictus. xij. vult ꝙ abſoluant
a ſuis officijs. Et tales viſitando etiā mo=
dum ſupius expreſſū et ordinatū generali
miniſtro ⁊ ordinis viſitatorib⁹ teneant. Ui
ſitent oēs officine cōuent⁹. ſacrariū. altaria
et ad ea ſpectancia. hoſpitalaria. īfirmaria
orti. celle frm̄ ſeorſum. E quibus oīa vana
ſupflua et prohibita vel ſtatui nō cōſona ex
trahātur: vt ſunt libri nimis notabiliter ſu=
perflui. capitegia ſupflua ⁊ diſploides: ni=
mis precioſe vel curioſe ymagines vel pi=
cture ⁊ ſimilia ſupflua vel nimis p̄cioſa. q̄ i
eccleſia vel alibi in publico reponantur: vl'
diſtrahenda ⁊ in res neceſſarias et licitas
fratribus conuertenda procuratoribus pa
pe aſſignent. Uigilet vt ſit ſufficiēs et equa
veſtimentorum ſuperlectilium ⁊ victualiū
porcio. Conſiderent horrea ⁊ penaria ſi ex
cedāt: atqꝫ edificia tecta ⁊ parietes ſi guar=
dianorū et cuſtodū incuria et ineptitudine
pereant. Uiſitent ꝓcuratores/ magiſtri no
uiciorum et iuuenū ⁊ alij officiales: ⁊ ſi iuue
nes et alij orōni et lectioni ⁊ opib⁹ humili=
tatis vacent. Si ffes layci ⁊ alij tempus in
laboribus ſibi cōpetentib⁹ debite exponāt/
vel alias (quod abſit) ocioſe viuendo elemo
ſinas pauperū in vanū ꝯſumāt. Si obſeqo=
ſi fuerit. Si reuerentes ſacerdotib⁹ ⁊ humi
les. Similiter prouideant de ſuperfluo di=
ſcurſu tollendo: ⁊ de alijs q̄buſcunqꝫ. ¶ In
locis ſtudiorū etiā videant ſi debite religio
ſe et moderate in ſtudio ⁊ p̄cipue ſi in mori
bus et virtutib⁹ exerceantur ⁊ ſi bene ⁊ pa
cifice ac religioſe ibidem viuant: aliter eici
antur. Interea tempore viſitationū hm̄oi
cū ſunt in actu nullus ſecularis admittat
ad conuentū nec aliquis exire vel cum ſecu
laribus loqui eo tempore audeat ſine mini
ſtri vel guardiani licentia: aut aliorum or=
dinum viſitatorum etiam cum viſitant. Dē
tur penitencie ſcd̄m inuenta delicta: ⁊ ī cri=
minibus procedatur vt ſupra. Uideantur
omnia regiſtra ⁊ libri ⁊ omnia de ſacriſtia
et conuentu. Et omnia particularia vſibus
particularibus fratrū applicata/ in cellis
eorum a ſingulis in publicū talit' appon=
tur ꝙ miniſter et alij viſitatores ⁊ p̄lati om
nia videre poſſint ſi voluerint. Qui ⁊ prout
eis oportunum videbitur eorū vſibus ea
denuum aſſignabunt aut relinquent in toto
vel in parte. Et ſi aliquis tunc ſcienter ab=
ſconderit aliquid vel non detexerit in frau
dem: tanqꝫ proprietarius puniatur: ⁊ tali=
bus omnino priuetur. Et ſi (quod abſit) ite=
rato talia cuicunqꝫ prelato ſuo in fraudem
abſconderit: etiam de conuentu expellatur

¶ De viſitationibus cuſtodum et eorū
officio: vndecima particula.

¶ Cuſtodes neqꝫ publice neqꝫ p̄=
uate viſitare valeāt
fratres ſup illos exceſſus publicos quorū
punitio vel correctio miniſtris tantummo
do vel viſitatoribus ordinis ꝑ hec ordinis
ſtatuta reſeruantur: niſi eiſdem a miniſtris
id ſpecialiter committatur. Sed cum etiā
onus gerant animarum ſibi ſubditarū poſ
ſint etiam tociens quociens expedire vide=
rint ſuper omnes alios exceſſus/ ſubditos
ſuos publice et priuate viſitare/ monere et
corrigere/ maxime (guardianis talia negli
gentibus) vt ſupra: ita tamen ꝙ ſi aliquos
tales exceſſus grauiores eis nō commiſſos
etiam legittime probatos inuenerint. ipſi

miniſtro puniendos reſeruent. Et maxime
ſtudeant regulam ⁊ regule expoſitiones et
declarationes ac oꝛdinis ↄſtitutiones ſub=
ditis ſuis exponere: ne ignoꝛantia taliũ ſit
eis occaſio delinquẽdi. Quod ⁊ etiã faciant
guardiani: maxime ĩ abſentia maioꝛuꝫ ſuo
rum. Dicti etiã cuſtodes frequenter / in mẽ
ſa et alibi moneant ſubditos ſuos ⁊ in cõuẽ
tib⁹ ſue cuſtodie vbi ſignãter pñtes fuerit
per amicos ſpirituales ſpecialẽ ⁊ pꝛincipa
lem in abſentia miniſtri curam gerant fra=
trum infirmoꝛum ⁊ induendoꝛũ iuxta regu
le pꝛeceptum: ⁊ in eoꝛum abſentia aliquos
deputent ſi eis videatur ꝙ guardianos (qui
bus etiam a nobis vt ſupꝛa cõmiſſum eſt)
ad talia negligentes ſollicitent: ⁊ eoꝛum ne
gligentias in talibus ſuppleant. Cuſtodes
etiam viſitando videant omnia regiſtra
conuentus: et errata contra regulam vel
contra regule declarationes ⁊ oꝛdinis con
ſtitutiones debite coꝛrigant. Ante omnia
autem videantur bona ſacrariȷ̃ infirma=
rie diſpenſatoꝛie doꝛmitoꝛiȷ̃ ⁊ ſingularũ cel
larum fratrũ ſinguloꝝ: iuxta modũ ſuperi⁹
expꝛeſſũ. Conſiderent ſtatũ conuent⁹ tam ĩ
capite ꝙ̃ in membꝛis et tã in particulari ꝙ̃
in generali: ⁊ coꝛrigẽda coꝛrigant vt ſupꝛa:
maxime tempoꝛe ſue viſitationis et quan=
docunq̃ guardiani ab eis pꝛius moniti id
facere neglexerit aut ↄtẽpſerint. Cuſtodes
ex officio non poſſunt ffes ſuos extra pꝛo=
uinciam licenciare. nec extra cuſtodiam ad
moꝛandũ cogere ſꝫ bene ad miniſtrum pꝛo
caſu mittere ⁊ cogere. et ad alios conuent⁹
ſue cuſtodie etiam pꝛo moꝛa ⁊ per pꝛouin=
ciam ad eundũ vel moꝛãdũ licenciare: exce=
ptis officiariȷ̃s ꝑ miniſtrũ vel capituluꝫ de=
putatis. Nec poſſunt extra oꝛdinem com=
moꝛãdi licẽciã quomodocũq̃ dare. Et cum
cuſtodiã diuti⁹ moꝛaturi egrediũtur vica=
riũ ſibi conſtituant modo ſuperius expꝛeſ=
ſo capitulo octauo. Cuſtodes etiã ⁊ aliȷ̃ om
nes ſuperioꝛes pꝛelati et coꝝ vicariȷ̃ vel cõ
miſſariȷ̃ in omnibus ſuis viſitationibus di
ligẽter attendãt qualiter pꝛouidet et ſerui
tur infirmis ⁊ cõitati ffm: ⁊ ꝙ ffm aduenĩẽ=
tium ſufficiens ſit hoſpiciũ et grata ac cari
tatiua receptio: et quoꝛũcunq̃ religioſoꝛuꝫ
regulariter incedentium: maxime oꝛdinuꝫ
mendicantium ⁊ pꝛecipue oꝛdinis noſtri ⁊
fratrum pꝛedicatoꝛuꝫ. Et inſuper in huiuſ
modi pꝛelatoꝛum viſitationibus ſint ſollici
ti fratres nedum grauioꝛes exceſſus ⁊ cul=
de veſtiario venerunt: finito officio reuer-
tantur.

¶ A quot fratribus dicenda ſunt tract⁹
et Alleluya diebus ſuis.

¶ In feſtis nouem lectio-
num ⁊
in ferialibus diebus a paſcha vſq̄ ad pen
thecoſten duo fratres dicant Alleluya in
miſſa vel tractum tempoꝛibus ſuis. Tra-
ctus aūt quando dicendus eſt ſi bꝛeuis fue
rit a duobus ad pulpitum in medio cho-
ri dicatur. Si aūt pꝛolixioꝛ fuerit a quatu-
oꝛ vel ſex: vel etiam pluribus: binis et bi-
nis ſibi ſuccedentibus: vbi fieri poterit bo-
nomodo. In feſto ſemiduplici et in domi-
nico die/duo fratres dicant graduale: et
alij duo Alleluya. In feſtis vero duplici-
bus duo fratres dicant graduale: et qua-
tuoꝛ Alleluya vel plures in magnis cōuen
tibus: ſecundum q̄ congruit ſolempnitati.
Item in ferialibus diebus inter paſcha et
penthecoſten ſecundum Alleluya canta-
tur in miſſa a duobus fratribus. Et nota
q̄ quando Alleluya cantatur in ferialib⁹
diebus preterq̄ in tempoꝛe paſchali in pꝛi
ma vice debet dici a cantoꝛe ſolūmodo ſine

completiõe neumatis: poſt ℣ſũ vero totuz decantetur. Qñ aũt duplex all'a cantatur vt ab oct. paſche vſqꝫ ad penthecoſten: primũ totum cantatur cuz ſuo ℣ſu a choro nec repetitur ante ℣ſũ vel poſt. Scdm vero ante ℣. et poſt repetit᷑. Itẽ fr̃es ſepiꝰ maxime in feſtis duplicibꝰ ⁊ ſemiduplicibꝰ ac dñicis ⁊ in miſſis beate ℣ginis votiuis. ⁊ ſcti ſpiritus ⁊ in ſolẽpnibꝰ. ⁊ per oẽs octauas. poſſũt cantare ſequentias congruẽtes ⁊ deuotas. Ad quas etiã cantandas deuote et dicendas eos hortamur iſtãcius: iuxta laudabilem antiquã ordinis conſuetudinẽ. Cetera vero ad miſſam ptinẽtia: fiãt ſicut in miſſali cõtinet᷑. Diſcurſus aũt ffm in choro: ſollicite euitetur.

## De cõmunione fratrum.

**De cõmunione** autẽ fratrũ i miſſa cõuẽtuali hoc ſemper ſeruet᷑. Ffes oẽs (facta confeſſione cõiter genuflexi et inclinati et abſolutione facta a ſacerdote) dicant qui communicare debẽt ſemel ⁊ ſubmiſſa voce. Domine non ſum dignus ⁊c̃. Interi autem duo fratres induti ſuperpelliceis. extenſaz pallã teneant corã ſacerdote. Et cõmunicatis p̃mo ꝑordinẽ miniſtris altaris. fr̃es ceteri a capite chori incipiẽtes bini ⁊ bini vel plures ſimul ordinate ꝓcedant: ⁊ tertio flexis genibꝰ cõicent. Cõmunicati vero accedant ad calicẽ eis a dyacono vel ſubdiacono ſi congrue fieri põt miniſtratũ. Et ſic ad loca ſua reuertant. Ffes qui vadũt corã altari remoueãt caputia ſua: ⁊ inclinẽt reuerenter capita ſua. Ffes ſtudeant dicere officiũ tractim ⁊ quadrate cuz bona pauſa ſine fractione cãtus vel diſſolutis aut mũdanis geſtibꝰ ⁊ ſine caudis ꝓlixis i fine ⁊ abſqꝫ impulſu lõgo i p̃ncipio ℣ſus: ita ꝙ finitis ℣ſibꝰ ex vna parte alia pars icipiat: maxime i officio beate ℣ginis ⁊ defũctorũ. Ordinatio ſcti Bonauẽture i capl'o gñali piſis facta (ꝙ Gloria tibi dñe qui natus es ⁊c̃. ab oct. natiuitatis dñi vſqꝫ ad epyphaniã continuetur eodẽ modo quo ĩfra octa. natiuitatis dñi cantat᷑) acceptat᷑ et approbat᷑: ⁊ mãdatur ab omĩbꝰ obſeruari. Item ordinauit p̃fatus ſanctus Bonauentura exiſtens generalis miniſter ꝙ p̃ma dñica aduentus tres ℣ſus p̃mi rñſorũ dicãtur alternati incipiendo a parte ebdomadarij i medio chori ad pulpituz. Et debent dici ſingillatim a tribus de maioribus vnus poſt aliũ: ⁊ poſt ea omnes tres ſimul dicant. Gloria patri. Deinde cãtor reſumit reſponſorium: et totus chorus ſimul proſequitur. Item acceptatur conſtitutio illa que dicit ꝙ tempore quo alleluya non cantatur: in anth. ⁊ locis vbi venit alleluya cãtandum cantetur loco ipſius hec dictio videlicet Ineternum vel iuxta ſenſum littere / dicit dñs. vel dicit angelus. Ubi vero et qñ non cantatur cum nota nichil dicatur: quia predicta addunt᷑ ſolummodo ad completionem neumatis.

Item iuxta ordinationem dñi pape Clementis ſexti i vigilia natiuitatis dñi q̃ſtum ad genuflexiones habeãt ſe fratres ſicut in feſto duplici. Hymni vero horaruz Kyriel. Sanctus et alia dicantur in tono ſcdm morẽ ꝯſuetũ viuiꝰ cuiuſqꝫ ꝓuicie. Itẽ iuxta ordinationẽ p̃fati domini pape Clementis ſexti ſi aliquod feſtum etiam duplex venerit in die cinerum non celebratur ipſo die: ſed tranſfertur in craſtinum. Item acceptatur ordinatio illa que dicit ꝙ fiat officium maius duplex in honore ſanctorum in quorum vocabulis conſtructe ſunt eccleſie fratrum: cum cerimonijs maioris duplicis. Idem fiat in miſſis nouis nouorum ſacerdotũ quo ad cerimonias duntaxat. Miſſe votiue de beata virgine quolibet die ſabbati et de beato frãciſco qualibet ebdomada pro felici ſtatu religionis noſtre et eccleſie ſancte atqꝫ locorum ordinate in diuerſis capitulis generalibus et maxime in capitulo generali metis celebrato reponuntur in arbitrio ⁊ diſpoſitioue ac voluntate miniſtrorum prouincialium: monentes tamẽ guardianos ⁊ alios vt ſi etiam miniſtri nõ iuſſerint quandoqꝫ eaſdem cantari faciant. Qui tamen non multum propter hoc moleſtent fratres. niſi forte in tempore alicuiꝰ ſingularis neceſſitatis: vel niſi ad hoc voluntarij eſſent fratres. Item acceptat᷑ ordinatio facta in capitulo Interamne celebrato quo ad feſtum conceptiõis beate virginis videlicet ꝙ de dominica cadente infra octauam conceptionis beate marie fiat de ipſa dominica cum commemoratione octaue. Si vero dictum feſtum venerit in dominica: transferatur in ſecundam feriã. Et fiat de feſto ſancte lucie virginis infra ipſam octauam.

Item acceptatur conſtitutio que dicit ꝙ officiuz de vndecim milibus virginibꝰ fiat de martiribus iuxta ritum romane curie. Et ꝙ in omnibus feſtiuitatibus ſanctoruz noſtrorum etiam ſancte Clare dicatur Credo prima die tm̃: Ac etiã in trãſlatiõe beati frãciſci et feſto ſtigmatũ eiꝰ ⁊ in die octaue ipſiꝰ: qr Sixtꝰ quartꝰ vult ip̃m feſtuz ita ſolẽpne eſſe ſicut viuiꝰ apl'i. Et in feſtis eius

et per octauã ⁊ in miſſis votiuis eiuſdẽ di cat ipiꝰ p̃fatio ꝓpria quã oꝛdinauit Sixtꝰ quartus. ¶ Reliqua oĩa fiãt ſicut i oꝛdine hactenꝰ extitit oꝛdinatũ ꝑ antiquũ oꝛdina riũ romanũ nocturnũ et diurnũ in breuia riјs ⁊ miſſabilibꝰ deſcriptũ ⁊ ꝑ rubricas ge nerales approbatas q̃ incipiũt Aduẽtꝰ dñi ⁊c. nõ obſtãtibꝰ q̃buſdã alijs nõ approbatꝫ ſꝫ potiꝰ in multis coꝛruptis rubricis ꝑ cer ta notabilia vel alias iuxta oꝛdinẽ mẽſiuꝫ vel alio oꝛdie in fine quoꝛũdã breuiarioꝝ impꝛeſſis: quas (iꝰ ſtũ p̃dictis gñalibꝰ rubꝛi cis q̃ icipiũt Aduẽtus dñi ⁊ huic nr̃o oꝛdi nario romano nocturno et diurno acp̃nti bus nr̃is ⁊ dictoꝝ capl̃oꝝ gñaliũ oꝛdiatiõi bus ⁊ declaratiõibꝰ aliquomõ ꝯtradicũt) au ctoꝛitate ap̃lica nobis conceſſa abijcimꝰ et nulliꝰ foꝛe firmitatis vl̃ roboꝛis q̃ad tres oꝛdines bti Frãciſci decernimꝰ: volẽtes ac mãdãtes vt ff̃es ac ſoꝛoꝛes triũ oꝛdinũ p̃fa toꝛum hijs firmiter ⁊ ſecure ſtare debeant ¶ Pꝛeterea moneãtur ff̃es vt vnifoꝛmiter ſe habeãt i officio miſſe ſcd̃m oꝛdinationẽ gñalem et rubricã ſequẽtẽ que incipit In dutus planeta ⁊c. ſicut olim cõſuetuꝫ eſt in oꝛdine. Et nouiter veniẽtes ad refoꝛmatio nẽ vel de mũdo diligenter in hijs inſtruan tur a patribꝰ vl̃ magiſtris eis deputatis.

¶ Incipit oꝛdo agendoꝝ ⁊ dicendoꝝ a ſacerdote in miſſa priuata et feriali iuxta conſuetudinem romane eccleſie.

**I**ndutus pla neta ſacerdos ſtãs i gra du altaris manibus iũ ctis et mediocriter eleua tis dicat ℣ſũ Introibo ⁊c. ℟. Ad deum. p̃s. Iudica me ⁊c. Deide repetat In troibo ⁊c. ℣. Adiutoꝛiuꝫ ℟. Qui fecit celũ et terrã Deinde faciat cõfeſſionem inclinatus vſq꜄ miſum fuerit. Miſereatur ⁊c. Et tũc ſe eri gẽs faciat abſolutionẽ Qua facta dicat ℣ ſũ Deus tu cõuerſꝰ viuificabis nos. ℟. Et plebs tua ⁊c. ℣. Oñde nobis dñe ⁊c. ℟. Et ſalutare. ℣. Dñe exaudi ℟. Et clamoꝛ. ℣. Dñs vobiſcũ. ℟. Et cuꝫ ſpiritu tuo Oꝛemꝰ Aufer a nobis ⁊c. Et dicitur aliq̃tulũ alte duꝫ aſcendit ſacerdos ad altare Finis. Per xp̃m dñm noſtrum. Et reſpondeatur a ſer uitoꝛe Amen. Poſtea Iinclinatus coꝛã me dio altaris iunctis manibus dicat ſub ſilẽ tio Oꝛamꝰ te dñe ⁊c. Qua cõpleta erigat ſe et manus ſuper altare deponens oſcu letur illud.

¶ De iunctione manuum.

¶ Nota ꝙ iungende ſunt ma nus quotiens inclinat ſe ſacerdos añ altare ⁊ in collectis ſecretis ⁊ poſtcõmuniõibꝰ vcꝫ qñ peruenit ad vlti mũ. Per dñm Et poſtq̃ incepit Gl̃ia in ex celſis deo. Credo: et qñ vadit ad ſedẽ et qñ reuertitur ad altare: et in fine pꝛoſtratio nis: ⁊ anteq̃ leuet hoſtiã cũ dicit Fiat dile ctiſſimi ⁊c. Et ãte Pr̃ nr̃ cũ dicit Et pꝛeſtas nobis. Et qñ accipit hoſtiam de patena vt frãgat ſup calicẽ. Et quotiẽs vadit a libꝛo ad mediũ altaris Et qñ reuertitur ad libꝛũ dicto Dñs vobiſcũ. Et qñ vadit ab altari ad piſcinã vel reuertit̃. Et qñ a ſacriſtia vadit indutus ad altare. Et qñ completa miſſa re uertitur ad ſacriſtiam.

¶ De inclinationibus pꝛofundis

¶ Nota ꝙ p̃mo inclinat ſe ſacer dos ante gradũ alta ris in cõfeſſione. ¶ Secũdo dicit Oꝛamꝰ te dñe. ¶ Tertio poſt euãgeliũ cũ dicit Su ſcipe ſctã trinitas ¶ Quarto cũ dicit Te igr̃ ¶ Quito cũ dicit Supplices te rogamus. ¶ Sexto añ pacẽ cũ dicit Dñe ieſu xp̃e q̃ di xiſti. ¶ Septio poſt pacẽ cũ dicit Dñe ieſu xp̃e fili ⁊ ꝑceptio ⁊c. ¶ Octauo poſt miſſã cũ dicit Placeat tibi ſctã tri. ⁊c. ¶ Et ſciẽdũ ꝙ iſte iclinatiões ſũt ꝓfũde coꝛã altari Et ſũt alie inclinatiões q̃ fiũt mediocriter ſup al tare. ¶ Pꝛia cũ dicit Suſcipe dep̃cationeꝫ nr̃am. ¶ Scd̃a qñ ſacerdos dꝫ legere euan geliũ dicẽdo mũda coꝛ meũ ⁊c. vel Sit dñs in coꝛde ⁊c. ¶ Tertia cũ dicit. Et hõ factꝰ eſt. ¶ Quarta qñ collocato calice vadit ad abluendũ manus. ¶ Quita cũ dicit Sctũs ¶ Sexta qñ noiat̃ btã ℣go i Cõmunican tes ¶ Septia poſt cõſecrationẽ hoſtie añq̃ leuet̃. ¶ Octaua añ pr̃ nr̃ qñ dicit Et p̃ſtas nobis. ¶ Nona qñ noiatur btã ℣go i oꝛone Libera nos. ¶ Decima cũ dicit Agnꝰ dei. ¶ Undecima poſt oꝛationeꝫ Dñe ieſu xp̃e fili dei viui: cum dicit Panem celeſtem in receptione ſacramenti. ¶ Duodecima poſt perceptionem coꝛpoꝛis xp̃i cum dicit Quid retribuã dño. ¶ Tertiadecia ſi poſt perceptionem vadit ad piſcinam. Et om nes iſte inclinationes ſunt ante mediũ al taris. vertens ſe ad populum cum dicit Oꝛate fratres parum ſe inclinet.

¶ De oſculatione altaris.

Nota ꝙ pꝛimo oſculatur ſacerdos altare dicta oꝛone Oꝛamꝰ te dñe ⁊c. ¶ Secundo ante collectam pri mam vbi dicitur Dominꝰ vobiſcũ. ¶ Ter tio poſt euangelium cum dicitur. Dñs vo bi ſcum. ¶ Quarto anteq̃ dicat Oꝛate fra tres. ¶ Quinto poſt Te igitur ante, vti ac

ceпta habeas. ¶ Sexto poſt Supplices te
rogamus cum dicit Ex hac altaris partici
patione. ¶ Septimo dicta oratione Dñe
ieſu xpe qui dixiſti. ¶ Octauo ad antepoſt
communionem cum dicit Dñs vobiſcum.
¶ Nono completa oratione Placeat tibi ſã
cta trinitas. Et nota ꝙ omnia oſcula ſupra
dicta fiunt demiſſis manibus ſuper alta=
ri ante collationem calicis: et poſt perce=
ptionem fiant in medio altaris. Poſt colla
tionem vero calicis et ante perceptionem
fiunt a ſiniſtris calicis propter hoſtiam: et
non eſt oſculandus liber niſi ad euange=
lium.

¶ De eleuatione manuum et exten=
ſione.

¶ Circa eleuationẽ manu=
um ſa=
cerdotis et extenſionem eſt notandum ꝙ
ſemper ſacerdos eleuet manus mediocri
ter ita ꝙ eleuatio non excedat humeros
nec nimis deprimatur ſitq; diſtentio in la=
tum moderata et equalis. Et qñ ſtat ad al
tare et quando vertit ſe ad populum. In
omni vero iunctione manuum ſimilis ele=
uatio manuum precedat equalis et mode=
rata.

¶ De proſecutione miſſe.

¶ Poſtꝗ̃ oſculat⁹ fuerit ſa=
cerdos al=
tare completa oratione Oramus te dñe et
oſculato altari vadit ad dextruʒ lateris al
taris. Et ibi ſtans ſine aliquo verſu prece
dente incipit legere introitum vel officiuʒ
cum miniſtro vel miniſtris. Similiter et
Kyriel. Deinde vadit ad medium altaris
et ibi incipit Gloria in excelſis deo ſi eſt di
cendum (Quo finito vel non inchoato ſi nõ
eſt dicendum) oſculatur medium altaris: ⁊
vertẽs ſe ad ppl'm dicit. Dñs vobiſcũ. Quo
dicto ꝟtit ſe ad librũ q̃ eſt in dextro cornu
altaris dicẽs. Orem⁹ ⁊ ibidẽ termĩat orõeʒ
Et ſi plures dicãtur ſilr ibidẽ terminantur
Qñ aũt dicendũ eſt Flectam⁹ genua ſacer
dos ſtãs ad dextrũ cornu altaris ⁊ nõ ver=
ſus ad ppl'm incipit abſolute. Oremus ſine
dñs vobiſcum. Et facto modico interuallo
poſtꝗ̃ dixerit. Flectam⁹ genua dt Leuate
Deinde proſequatur collectã. Si diacon⁹
miniſtrat ipſe dicit. Flectamus genua Le
uate. Finita collecta lectio vna vel plures
ſingulis lectiõibʒ ſingulis p̃miſſis collectʒ
leguntr. In quibus omnib⁹ idẽ modus ob=
ſeruatur preterꝗ̃ in vltima orõne q̃ p̃cedit
ep'lam: in qua ſacerdos ſemp ſe vertens ad
populum dicit. vt dictum eſt. Dominus vo
biſcum. Deinde legitur epiſtola ſemper an
te gradus contra medium altaris in miſſa
conuentuali tantum ſuper pulpitum orna=
tum ab accolito. In miſſis autem priuatis
ſemper ab ipõ ſacerdote legatur ſuper dex
trum cornu altaris.

¶ De corporalibus.

¶ Quando vero legitr ep'la a ſub
diacono diaconus ex
tẽdat corporale qđ ſupponitr calici ſup alta
re. Ita ꝙ lõgitudo corporalis in lõgitudinẽ
altaris extendatr Nec explicetr ꝑpter pul=
ueres vſq; ad oblationẽ calicis. Et hoc fa=
cit diaconus ſi miniſtrat. Corporale ꝟo qđ
ſupponitr calici habeat quatuor plicas i lõ
gitudine et tres in latitudine et corporale
minus quod ſupponitur calici ſit quadra=
tũ ⁊ ſubtile. Quo facto in miſſa cõuentuali
vadit ſacerdos ad ſedẽ. Lecta vero ep'la ⁊
graduali cũ alijs que legenda ſũt añ euan
geliũ cũ miniſtro vel miniſtris in ſede ple=
ctis. Subdiaconus parat calicẽ in loco ſuo
collocando hoſtiã ſuper patenã vinũ tñ ſu
per calicẽ infundendo. ⁊ ſic patũ ponit ſup
altare. In miſſa vero priuata ſi nõ fuerint
miniſtri parat ſacerdos calicẽ anteꝗ̃ ince=
pta fuerit miſſa vel euãgeliũ. vel poſt euan
geliũ ſcđm ꝙ oportunũ ſibi viſũ fuerit. Sa=
cerdos anteꝗ̃ legat euangelium ſuper me=
dium altaris inclinatus dicat. Munda cor
meum. vel Dñs ſit in corde ⁊c̃. Et ſignãs ſe
ſigno crucis legit euangeliũ ſuper ſiniſtrũ
cornu altaris. Finito vero euangelio oſcu=
latur librũ. Et reuerſus ad mediuʒ altaris
dicit Credo in vnuʒ deum. ſi ſit dicendum.
Sin autem oſculatur altare. Et reuertens
ad populum dicit Dñs vobiſcuʒ. Reuerſuſ
ꝙ ex parte dextra altaris dicit in medio al
taris. Oremus. Et legit offertorium. Qua=
les aũt ⁊ quot miniſtri. ⁊ qualiter debent ſe
habere in miſſa ordinata et ſolẽpni pñte et
non preſente epiſcopo in declarationibus
diuini officij declaratum eſt. excepto ꝙ vbi
epiſcopus miſſam ſolempniter diceret: ceri
monie epiſcopales addi debent.

¶ De oblatione calicis.

¶ Si miſſa ſimplex conuentua=
lis vel priuata fue=
rit ſacerdos accipit patenam cum hoſtia
duabus manibus mediocriter eleuatis et
dicit Suſcipe ſancte pater omnipotens. In
terim miniſter ad dexteram altaris exiſtẽs
offerat ampullam cum aqua. Quaʒ benedi
cens ſacerdos infundit calici dicens. De⁹
qui humane ſubſtancie. Et nota ꝙ tam in
priuatis miſſis ꝗ̃ in cõuentualib⁹ ordinatiũ

tempus et hora de infundendo aquam calici idem penitus obſeruetur. Deinde accipiens calicem cum duabus manibus mediocriter eleuatis offerat eum dicens Offerimus tibi dñe calicē ſalutaris. Collocata vero hoſtia ad ſiniſtram calice vero ad ad dextraȝ cooperiatur calix corporali ſimplici plicato ꝙ ſupponitur calici cū hac oratione. In ſpiritu humilitatis ⁊ in aīo contrito. Poſtea fit ſignuȝ crucis ſuper hoſtiā et calicē cū oratione Ueni ſanctificator ita ꝙ ꝓmo ducat manus ſuper hoſtiā. ¶ Secundo ſuper vtrūqꝫ ſignatur et parū inclinatus ſuper altare vadit ad abluendū manus ſuas. ¶ De benedictione vero incenſi et incenſatione ⁊ alijs que pertinent ad honeſtatē habetur in ordinationibus diuini officij ¶ Deinde rediens ad mediū altaris inclinatus dicit Suſcipe ſancta trinitas. Qua finita erigēs ſe oſculatur altare: ⁊ vertēs ſe ad populum dicit. Orate frates Circunſtantes vero reſpōdeāt. Suſcipiat dñs ſacrificiū. Deinde regirans ſe ex parte dextra dicit ſecretam vel ſecretas ſtans cōtra medium altaris. Quibus completis eleuatiſqꝫ manibus et extenſis ſcđm formam ſuperius taxatam dicit Per omnia ſcl'a Finita vero prefatione dicit. Sanctus cum miniſtro vel miniſtris mediocriter inclinatus ſuper altare et ſignat ſe ſigno crucis cuȝ dicit Bñdict⁹ q̄ venit. Deinde ꝓfūde inclinatus coraȝ altari iunctis manibus dicit Te igitur. Poſtea erigit ſe et oſculatur altare cum dicit. Uti accepta) faciēdo tres cruces dicendo hec dona hec munera hec ſancta ſacrificia. Deinde eleuatis manibus et extenſis ſicut ſuperius dictū ē ꝓſequitur canonem vſqꝫ Quā oblationem Et facit tres cruces ſuꝑ hoſtiam ⁊ calicem cōiter dicens Benedictam aſſcriptam ratam Et eleuatis inde manibus cū dicit rationabilē acceptabilemqꝫ facere digneris: facit iterum duas cruces dicens/corpus et ſanguis primam ſuper hoſtiā ſcđam ſuper calicem. Cū vero peruentū eſt ad Qui pridie ductis plane digitis ſuper pallā altaris accipiat hoſtiā dicens Accepit panem. Et parum eleuans ſignat eam dicens Benedixit Et dicto hoc eſt enim corpus meum et adorato corpore dñi cum mediocri eleuatione eleuet illud reuerenter ita ꝙ a circūſtātib⁹ poſſit videri. Poſtea ponit ī loco ſuo Deinde coopertum calicem accipit duabus manib⁹ ⁊ parum eleuās dicit Accipiens et hunc ⁊c̄. Deinde imediate deponit iteruȝ ſuper altare dicens. Item tibi gratias agens. Deinde

ſignat eum dicens Benedixit. Et iterum eleuans dicit. Accipite et bibite ⁊c̄. vſqꝫ ad In mei memoriam facietis. Deinde depoſito calice dicit. Unde ⁊ memores. Nota ꝙ ab hoc loco vſqꝫ ad vltimam purificationē manuum ſacerdotis iungendus eſt index pollici preterqꝫ in ſignationibus et cum tangitur corpus dñi Ante vero hunc locū ⁊ dictam purificationem cum leuat et extēdit manus ſeparatur parum pollex a ceteris digitis ſibi inuiceȝ copulatis. Ab hinc autē vſqꝫ ad proximum per omnia fiant ſignationes ſicut in miſſali continetur et inclinationes ſicut ſupradictum eſt. Hoc addito ꝙ in fine huius orationis. Nobis quoqꝫ peccatoribus poſt Per xp̄m dñm noſtrum ſine reſponſione Amen dicit ſacerdos Per quem hec omnia: qr iſtud pendet de fine precedenti Dicto aūt. Et preſtas nobis diſcooperiat calicem et accipiens corpus dñi ſignat ter cum ipſo ſuper calicem a labio in labium dicens Per ipſum et cum ipſo et in ipſo Eleuatis autem digitis cum corpore dñi ſignat bis inter ſe et calicem a labio calicis incipiens et dicens. Eſt tibi deo patri omnipotenti in vnitate ⁊c. Quo facto tenet corpus dñi ſuꝑ calicem: et parum eleuato calice ambabus manibus dicit. Per omnia ſecula ſeculorum Dicendo aūt. Preceptis ſalutaribus moniti: deponit calicem et hoſtiam in locis ſuis et corporale calici ſuperponit Cum vero venerit ad pater noſter eleuat manus ⁊ extendit ſicut pri⁹ vſqꝫ Da propicius pacem in dieb⁹ noſtris vbi accipiens patenā ſignat ſe ſimpliciter cum ipſa ſubmittens eam hoſtie. Et diſcooperiēs calicē facit fractionē ſuꝑ calicē frangendo hoſtiaȝ ꝑ mediū; et ponens partem que eſt ī ſiniſtra manu in patena: illam q̄ ē in dextra frangit per medium: et particula que eſt in ſiniſtra manu poſt fractioneȝ coniungit parti que eſt in patena. Alteraȝ vero que remanet in dextera erectus ſacerdos tenet ſuper calicem. Et parum eleuato calice dicit Per omnia. Et iterum depoſito calice tertio ſignans crucē ſuꝑ calicē cum particula quam tenet in dextera dicit. Pax domini ⁊c̄. Quo dicto mittit particulam ipſam in ſanguinem dicens. Fiat commixtio ⁊c. Deinde cooperto calice dicit Agnus dei ⁊c̄. parum inclinatus manibus demiſſis ſuper altare. Poſtea ꝓfūde inclinat ſe coram altari et dicit. Dñe ieſu chriſte qui dixiſti ⁊c̄. Qua finita erigat ſe et oſculetur altare dans paceȝ miniſtro dicens Pax tecuȝ Iterū inclinans ſe ante al-

tare dicit Dñe ieſu xp̄e fili dei viui ꝛc̄. Et p
ceptio corporis ꝛc̄. Quib⁹ dictis erigens ſe
ꝛ reuerenter accipiēs patenā dicit Panē ce
leſtem ꝛc̄. Deinde dicit ter Dñe nō ſū dign⁹
ꝛc̄. ꝑcutiendo pectus ſuū. Quo dicto ſignat
ſe cū patena i qua iacet corpus dñi dicendo
orationem. Corp⁹ dñi nr̄i ieſu xp̄i ꝛc̄. Et ab
eadem patena cū manu. ſcd̄m priorē roma=
ne curie conſuetudinē. vel cum lingua ſcd̄z
aliquos/ ſumat corpus dñi. Et diſcooperi=
ens calicē ſi q̄ reliquie corporis remanēt in
patena cū digito vel pollice reponit i calice
Depoſitaq; patena cum reuerentia accipit
calicez dicēs. Quid retribuā dño ꝛc̄. Calicē
ꝛc̄. Laudās ꝛc̄. Quib⁹ dictis ſignās ſe cum
calice dicit orōnē Sanguis dñi nr̄i ieſu xp̄i
ꝛc̄. Et tūc ꝑcipit ſanguinē. Perceptione ve=
ro accepta vadit ad cornu altaris dextruz:
ꝛ purificationē calicis accipiēs dicit Quod
ore ſumpſimus ꝛc̄. Corp⁹ tuū dñe ꝛc̄. Qui=
bus dictis purificationē digitoꝝ factā i ca
lice dimittēs declinat ad abluendū manus
Et ablutione facta aſſumit quod remanſit
in calice. Et in. linās eū ſup patenā ꝛ plica=
to corporali i dextro cornu altaris lecta cō
munione iterū ſumit ſi quid remāſit in cali
ce. Quo facto reuertitur ad mediū altaris
ꝛ cōplet miſſa ſicut ꝑdictum eſt. Qua com=
pleta Benedicat populum dicens. In vni=
tate ſancti ſpiritus benedicat vos pater et
filius. ℞. Amen. Poſtea ſacerdos inclinās
ſe ante altare dicit hanc orationem. Place=
at tibi ſancta trinitas.

¶ Sequitur rubrica de indumentis ec=
cleſiaſticis ſecundum ordinem ſancte Ro=
mane eccleſie. vbi indumenta ſufficientia
habentur.

NIgris vl̄ violaceis para
mētis vtit̄ roma=
na eccleſia a dominica prima
de aduētu vſq; ad vigiliā na
tiuitatis dñi. In feſto innocē
tiū. In diebus abſtinētie. In
miſſis ꝓ peccatis. In quatuor temporibus
et vigilijs. A dñica ſeptuageſime vſq; ad
ſabbatū ſanctū in paraſceue. Ad letanias.
In miſſis ꝓ defūctis ꝛ in dieb⁹ afflictiōis.
¶ Albis vtitur veſtimentis in vigilia na=
tiuitatis dñi. Et in die ad oēs miſſas. In fe
ſto ſācti iohānis euāgeliſte ꝛ eius octauis
In dñica vl̄ feria q̄ venit infra octauas na
tiuitatis. In octauis Innocentū. In vigilia
ꝛ die Epiphanie dñi ꝛ ꝑ octauas eius. In
cena dñi ꝛ ad mādatū. In ramis palmarū
ad benedicendū ramos ꝛ in ꝓceſſione ꝛ nō
plus. In ſabbato ſācto. In benedictione ce
rei ꝛ poſt letanias ꝑ totā miſſā. In paſcha
vſq; ad pēthecoſtē tā in dñicis q̄ꝫ in feriali
bus diebus. In die aſcēſionis vſq; ad vigi
liā pēthecoſtes excluſiue. In diebus ꝛ cōme
morationibus btē marie ꝟginis. In feſtis
angeloꝝ ꝛ cōmēorātiōibus eoꝝ. In nati=
uitate iohānis baptiſte ꝛ per ei⁹ octauā q̄ñ
fit de eo dē. In dedicatiōe ecclie vl̄ cōſecrati
one ei⁹. In cōuerſione ſācti pauli In cathe
dra ſancti petri ꝛ Ad vincula. In feſto oīm
ſanctoꝝ. In confeſſoribus pontificibus et
virginibus In feſto trinitatis In feſto cor
poris chriſti et per eius octauas. In feſto
tranſfigurationis chriſti.

¶ Rubeis vtitur i Circūciſione dñi In
miſſa vigilie pēthecoſtes poſt letanias. In
feſto penthecoſtes et per eius octauas. In
miſſis votiuis de ſpū ſācto. In feſtiuitatib⁹
ſcte crucꝫ ꝛ ei⁹ cōmēoratiōib⁹ i feſtis aploꝝ ꝛ
martyꝝ. ¶ Viridib⁹ āt vtit̄ idumētꝫ a dñica
ꝑma poſt oct. epyphanie vſq; ad ſeptuage
ſimam in dñicis et ferialibus diebus. Itē
a dñica tertia poſt penthecoſtē vſq; ad ad=
uentum dñi tam dñicis q̄ꝫ ferialibus dieb⁹
quando miſſa celebratur de dñica. ¶ Cro=
ceis demum vtitur indumentis in feſtiui=
tatibus omnium confeſſorum non ponti=
ficum ad diſtinguendum inter confeſſores
pontifices et non pontifices.

¶ In nomine dñi Incipit ordo q̄ eſt ſer
uandus in receptione ad ordinem fra=
trum minorum.

IN rece=
ptione nouitioꝝ
ad ordinem pre=
miſſa confeſſiōe
diligenti et abſo
lutione ſacramē
tali poſt breuem
collationem vel
monitionez (ſi re
cipiens voluerit)
de cōtemptu mū
di vel de bono religionis ꝛ ſocietati ſancte
vel ꝑfectione ſtatus aſſumendi et conditio
nibus ac intentione et feruore requiſitis
ad hec: et de ſimilibus: ꝓponātur eis etiaz
ardua religionis ſi habeant bonum velle
ferēdi oīa ꝛc̄. Poſtea interrogētur de cōdi=
tionibus requiſitis vez primo ſcd̄m regulā
An ſint fideles et catholici: de nullo errore
ſuſpecti: ꝛ omnia credāt que credit ꝛ tenet
ſācta mater eccleſia ꝛc̄. Et de eccleſiaſticis
ſacramētis vt dicit regula. ¶ Item vtrum
ſint corpore ſani vel ſufficiētes a deo q̄ꝫ ſal

tẽ poſſint ferre labores ordinis de neceſſitate requiſitos ſeu regulã ſpũaliter obſeruare. ¶ Itẽ vtrũ ſint matrimonio nõ ligati ꝑ copulã carnalẽ. Itẽ vtrũ animo ꝓpriLegittime nati. Debitꝫ expediti. Cõditiõe liberi vel licẽciati ſi ſint ſerui. Nulla vulgari infamia notati. Cõpetẽter litterati vł ad labores fr̃ibus honeſtos ⁊ vtiles apti ⁊ ydonei vel ꝙ ſaltẽ ſint talis cõditionis ꝙ eorũ receptio clero ⁊ ꝑplo nõ modicã afferat edificationẽ. Poſtea exponat̃ priuilegiũ ⁊ indulgentia Bonifacij octaui et alioꝝ ſũmorum pontificũ qualiter abſoluunt̃ ab oibus cenſuris ⁊ penis ⁊ irregularitatibus. Ita tñ ꝙ ſi aliq̃ ꝓpter hõi ſentẽcias ꝓpter debitũ ſint aſtricti ſatiſfaciãt. Et declaret̃ qũo ex priuilegijs ſũmoꝝ põtificũ habẽt remiſſionẽ oim peccatoꝝ ⁊ ab oibus pctĩs abſoluũtur ⁊ reponũtur quaſi in innocẽtia baptiſmatis ſi ꝑſeuerauerint: q2 religio eſt quaſi ſecundũ baptiſma ꝑut dicunt doctores De inde dicatur. Confiteor. Et fiat abſolutio in forma ſequenti.

¶ Sequitur abſolutio.

¶ Miſereatur tui oĩps de⁹ ⁊ dimiſſis omnib⁹ pctĩs tuis ꝑducat te ad vitã eternã. Amen

¶ Indulgentiam ⁊ abſolutionez omnium peccatorum tuorum tribuat tibi oĩps et miſericors dominus. Amen.

DOminus noſter ieſus xp̃s ꝑ ſuam piſſimã miam ⁊ ꝑ merita ſue ſacratiſſime paſſiõis te abſoluat et grãm ſuã tibi infũdat ⁊ ego auctoritate priuilegioꝝ nr̃o ſacro ordini a ſũmis põtificibus indultoꝝ abſoluo te primo ab omni ſentẽcia maioris ⁊ minoris excõmunicationũ diſpẽſando tecũ in omni ſẽtencia ſuſpenſionis irregularitatis ⁊ interdicti ſi quas cõtraxiſti. Et reſtituo te ſacramentis ſacro ſãcte matris eccleſie ⁊ omnibus actibus legittimis Item eadem auctẽte ego abſoluo te ab omnibus pctĩs tuis in q̃ tũ poſſũ ⁊ valeo in hoc foro et in q̃tũ ipa auctoritas ſe extendit. In noĩe patris et filij et ſpiritusſancti. Amen. ¶ Poſtea immediate dicantur pſalmi ſequẽtes vel pars eoꝝ iuxta temporis exigentiam ⁊ beneplacitũ induentis. P̃s. Conſerua me dñe qm̃ ⁊c. P̃s.

IUbilate deo oĩs terra: pſalmũ dicite nomini ei⁹: date gloriã laudi eius. Dicite deo qm̃ terribilia ſũt opera tua domine in multitudine virtutꝭ tue mẽtiẽtur tibi inimici tui. Oĩs terra adoret te ⁊ pſallat tibi: pſalmũ dicat nomini tuo. Uenite ⁊ videte opera dei: terribilis in cõſilijs ſuꝑ filios hominũ. Qui cõuertit mare in aridã: in flumine ꝑtrãſibũt pede: ibi letabimur in ipſo. Qui dñatur in virtute ſua in eternũ: oculi eius ſuꝑ gẽtes reſpiciũt: q̃ exaſperãt nõ exaltẽt̃ in ſemetipſis Bñdicite gẽtes deũ nr̃z: et auditã facite vocẽ laudis ei⁹. Qui poſuit aiam mea ad vitã ⁊ nõ dedit in cõmotionẽ pedes meos. Qm̃ probaſti nos deus: igne nos examinaſti ſicut examinatur argẽtũ. Induxiſti nos in laqueũ: poſuiſti tribulatiões in dorſo noſtro: impoſuiſti hoies ſuꝑ capita nr̃a. Trãſiuimus ꝑ ignẽ ⁊ aquã: ⁊ eduxiſti nos in refrigeriũ. Introibo in domũ tuã in holocauſtis: reddã tibi vota mea q̃ diſtinxerunt labia mea. Et locutũ eſt os meum. in tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cũ incenſo arietũ: offerã tibi boues cũ hircis. Uenite ⁊ audite ⁊ narrabo omnes q̃ timetis deum: quãta fecit anime mee. Ad ipſum ore meo clamaui: et exultaui ſub lingua mea. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo: non exaudiet dominus Propterea exaudiuit deus: et attendit voci deprecationis mee. Benedictus deus qui nõ amouit orõnẽ meã: ⁊ miſericordiã ſuã a me. Glria.

QUã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiſcit et deficit aĩa mea in atria dñi. Cor meũ ⁊ caro mea: exultauerũt in deũ viuũ. Etenim paſſer inuenit ſibi domũ: ⁊ turtur nidũ vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua dñe virtutũ: rex meus ⁊ deus meus. Beati q̃ habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabũt te. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcentiones in corde diſpoſuit in valle lachrimarum: in loco quẽ poſuit. Etenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deoꝝ in ſyon. Domine deus virtutum exaudi orationem meã: auribus percipe deus iacob. Protector noſter aſpice deus: et reſpice in faciez chriſti tui. Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: magis q̃ habitare i tabernaculis peccatorum Q2 miſericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum beatus homo qui ſperat in te. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper ⁊ in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Poſtea dicantur Letanie et orationes
ſequentes ſub hac forma.

Kyrieleyſon. Xpe eleyſo. Kyrie=
leyſon. Pr de celis de⁹ miſere=
re nobis. Fili redeptor mundi
deus: miſerere nobis. Spūs ſā
cte deus: miſerere nobis. Sctā trinitas vn⁹
deus: miſerere nobis Sācta maria. Ora p.
S michael ora. Oēs ſcti btōꝝ ſpirituū or=
dines. ora. Oēs ſācti patriarche ꝛ pphete
orat p nobis. Oēs ſancti apli ꝛ euāgeliſte
orat. Oēs ſancti martyres ꝛ cōfeſſores orat
Oēs ſācte virgines ꝛ vidue. orate. Propi=
cius eſto Parce nobis dne. Ab oī malo libe
ra nos dne. Ab immūditia mētis ꝛ corporꝫ
Libera. A dāpnatiōe perpetua. Libe. Per
miſteriū ſācte Incarnatiōis paſſiōis reſur
rectionis ꝛ aſcēſionis tue. Libera nos dne
Peccatores. Te rogamus audi nos Ut pa
cem ꝛ cordis trāquillitatem nobis dones.
Te ro. Ut hūc famulū tuū N ab omni tem
ptatiōe eripere digneris: Te roga. Ut ipꝫ
in vera caſtitate ꝛ paupertate perſeuerare
facias. Te ro. Ut ei virtutē vere humilitatꝫ
ꝛ obediētie concedere digneris. Te. Ut eū
in tuo ſācto ſeruitio vſqꝫ in finē pſeuerare
facias. Te. Ut augmentum fidei ſpei ꝛ ca=
ritatis nobis donare digneris. Te ro. Fili
dei. Te. Agnus dei qui tollis peccata mū=
di miſerere nobis. Kyrieleyſon Xpe eleyſo
Kyrieleyſon. Pater noſter. Et ne nos indu
cas in temptationem. Sed libera nos. Vſ⁹.
Saluum fac ſeruum tuum. ℟ Deus meus
ſperantem in te. ℣. Mitte ei domine auxi=
lium de ſancto. ℟ Ei de ſyon tuere eum. ℣
Nichil proficiat inimicus in eo. ℟. Et fili⁹
iniqtatis non apponat nocere ei. ℣ Eſto ei
do. tur. for. ℟. A facie. Dne ex. ℣. Dns vo.

Deus qui p coeternū filiū
tuū cūcta creaſti q=
qꝫ mūdū pctis inueteratū per
miſteriū incarnatiōis eius re
nouare dignatus es: te ſup=
pliciter exoram⁹ vt eiuſdem
domini noſtri ieſu chriſti gratia ſuper hūc
famulum tuū abrenunciationē fecī adeū=
tē clementer reſpicere digneris per quam
in ſpū mentis ſue renouatus veterē hoiēꝫ
cum actibus ſuis exuat et nouū hominēꝫ q
ſecundum deum creatus eſt induere mere=
atur. Per eundē chriſtū dnm noſtrū. Amen

Domine iheſu xpe q es
via ſine q nēo
vadit ad patrē qs clementiā
tuaꝫ vt hunc famulū tuum a
carnalibus deſiderijs abſtractū per iter di
ſcipline regularis deducas: et qui peccato
res vocare dignatus es (dicens venite ad
me oēs qui laboratis ꝛ onerati eſtis ꝛ ego
reficiā vos) preſta vt hec vox inuitationis
tue ita in eo cōualeſcat quatin⁹ peccatorū
onera deponens ꝛ qꝫ dulcis es guſtās tua
refectione ſuſtētari mereatur. Et ſicut atte
ſtari de tuis ouibus dignatus es agnoſce
eū inter oues tuas vt ipſe te agnoſcat ꝛ alie
nū nō ſequatur ſꝫ te: neqꝫ audiat vocē alie
noꝝ ſed tuā qua dicis. Qui mihi miniſtrat
me ſequatur. Qui viuis et.

Sācte ſpūs q te deū ac domi
nuꝫ reuelare mortali
b⁹ dignat⁹ es īmēſā tue pieta
tis grāꝫ poſtulam⁹ vt ſicut vbi
vis ſpiras ſic ꝛ huic famulo.
N affectū deuotionis infūdas ꝛ qm tua ſa
pientia eſt conditus tua pudētia guberne
tur: cūqꝫ iuxta cōſuetā tibi grāꝫ vnctio tua
de oibus doceat ꝛ p intercēſſionē btiſſime
virginis marie ꝛ ſāctoꝝ aploꝝ petri ꝛ pau
li ꝛ bti patris noſtri frāciſci ꝛ anthonij ꝛ oiꝫ
ſctōꝝ fac eū a vanitate ſeculi veraciter cō=
uerti. Et ſicut es omniū peccatoꝝ remiſſio
deprimētis impietates obligationes in eo
diſſolue ꝛ in obſeruationē hui⁹ ppoſiti fac
eū certatim feruere vt in tribulatiōib⁹ ꝛ an
guſtijs tua indeficiēti cōſolatione valeat re
ſpirare et iuſte pie et caſte p verā hūilita=
tem ꝛ obedientiā in fraterna caritate fun=
datus quod te donāte hodie inchoat felici
pſeuerentia impleat. Qui cū deo patre ꝛ fi
lio eius dno noſtro iheſu xpo viuis et reg=
nas deus. Per oia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Super veſtimenta omnia generalis be=
nedictio. ℣. Adiutorium noſtrum in nomi=
ne domini. ℟ Qui fecit celum et terram. ℣
Sit nomen domini benedictum ex hoc nūc
et vſqꝫ in ſeculum. ℣. Domine exaudi ora=
tionem meam. ℟ m. Et clamor meus ad te
veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum
ſpiritu tuo. Oremus.

Domine iheſu xpe q te
gimē nre mor
talitatis induere dignat⁹ es
obſecramus immenſam tue
largitatis abundantiam: vt hoc genus ve
ſtimenti quod ſancti patres ad innocentie
et humilitatis indicium abrenunciantes
huic ſeculo ferre ſanxerunt ita bene
dicere et ſanctificare digneris: vt hic famu
lus tuus qui hoc vſurus eſt indumento te
induere mereatur. Qui viuis ꝛ regnas cū
deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Tunc deponant᷑ oīa ſecularia indumenta a ſacerdote dicente. ℣. Exuat te dñs veterem hoīem cum actibus ſuis. ℟. Amen. ¶ Poſtea induendo dicat ad ſingula indumenta. ℣. Induat te dñs nouū hominem q̄ ſecundū deū creatus eſt in iuſticia ⁊ veritate ſcitatis. ℟. Amen. Et poſtq̄ indutus eſt dicatur. ps. Leuaui oculos meos i montes ⁊c. Kyrieľ. Xpe. Kyrieľ. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. ℣. Saluū fac ſeruum tuū. ℟. Deus meus ſperantē in te. ℣. Mitte ei auxilium de ſancto. ℟. Et de ſyon tuere eum. ℣. Nichil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Dñe ex:. ℣. Dñs vobiſcū. Orem⁹.

Adeſto dñe ſupplicationibus nr̄is: ⁊ hunc famulum tuum bene dicere dignare cui habitum religionis impoſuim⁹. vt te largiente et deuotus in ordine perſiſtere et vitam percipere mereatur eternam. Per chriſtum dñm nr̄m. Amē. ¶ Poſtea detur ei oſculum pacis ab omnibus fratrib⁹. prelato incipiente et duobus fratribus eūdem indutum ſingulis aliis preſentantib⁹. ¶ Deīde dr̄ hy⁹. Ueni creator. Et tūc ꝓceſſionalit᷑ ducat᷑ ad eccl'iā ſi i capl'o vl' alibi extra eccleſiam induatur. Deinde. ℣. Confirma hoc deus qđ operatus es in nobis. ℟. A templo ſancto tuo quod ē in iheruſalem Oremus. Deus qui corda fideliū. Concede nos. Deus qui eccleſiam. Omnes ſancti tui q̄s dñe nos vbiq̄ adiuuent vt dū eoꝝ merita recolim⁹ patrocinia ſentiam⁹. Per xp̄m. ¶ Poſtea magiſtro nouiciorum recōmendetur et tradatur in cuſtodia. Et ſignificet᷑ illi qualiter per annum probationis non loquatur ſecularib⁹ ne litteras mittat aut recipiat niſi modo ⁊ forma ſuperius in ſtatutis expreſſa.

¶ Sequunt᷑ alie benedictiones ꝑticulares ſup hitū et ſup cingulū. ⁊ ſup receptū ſiue ꝓfitētē ⁊c. pro beneplacito prelati dicende vel omittende. Que proprie cōgruunt ꝓfeſſioni ſiue profitentib⁹ vel profeſſis.

¶ Benedictio habitus ꝓfeſſorum ℣. Adiutorium noſtrum ⁊c. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiſcum ⁊c. Oremus.

Domine ieſu xp̄e qui exiſtens in forma dei formā ſerui accipere ⁊ in ſimilitudinem hoīs fieri et habitu inueniri vt hō ꝓ ſalute nr̄a dignat⁹ es te ſuppliciter exoramus vt iſtū nr̄e religionis habitū in crucis modū pro tue paſſionis memoriali diſpoſitū ita bene dicere digneris vt famulus tu⁹. N. qui ꝓ penitētiali ſui corporis tegumento illū induet te ꝑ imitationē induat ſaluberrimū omnis perfectionis exemplum. Qui viuis ⁊ regnas. ¶ Benedictio cinguli

Deus qui vt ſeruū abſolueres filiū tuum funib⁹ ligari voluiſti bene dic q̄ſumus cingulū iſtud: ⁊ preſta vt famulus tuus frater. N. qui eo velut ligamine penitētiali ſui corporis cinget᷑. vinculorum eiuſdē dñi nr̄i ieſu xp̄i memor exiſtat et in ordine quē aſſumit ſalubriter ꝑſeueret ⁊ tuis cū effectu ſemper obſequiis ſe alligatū eſſe agnoſcat. Per eūdē. ¶ Hic habit⁹ et corda aſpergantur aqua benedicta ⁊ induat᷑ nouicius habitu bñdicto a p̄lato. qui et tempore indutiōis ſi voluerit hanc orōnē dicat ſup eū. ℣. Dñs vobiſcū. Orem⁹

Maieſtatem tuam dñe ſupplicit᷑ exoram⁹ vt famulū tuū fratrē N. cui de tua gr̄a preſumētes nr̄e religionis veſtē iponim⁹ digneris iter diſcipulos tuos v̄tute ex alta induere. iuſticie lorica munire. ⁊ ſalutis protegere veſtimēto. ꝑ intercedēte beatiſſimo patre nr̄o ſeraphico ꝓfeſſore tuo frāciſco ſub humilitatis veſte tibi perſeuerāter deſeruiēns ad ſcolam imortalitatis ⁊ glorie mereat᷑ peruenire. Qui vi.

¶ Alia orō dicenda ſup fratrem iam indutum et precinctum ſiue etiā profeſſum.

Deus q̄ mirāda crucis miſteria i tuo deuotiſſimo ꝓfeſſore btō frāciſco multiformit᷑ demōſtraſti da famulo tuo frī. N. ip̄i⁹ ſemꝑ exēpla ſectari ⁊ aſſidua eiuſdē crucis meditatiōe muniri. ꝑ xp̄ȝ

¶ In ꝓfeſſione frm̄ ꝑmiſſa ꝓfeſſione ſacramētali poſt aliqualē monitionē ⁊ iformationē factā a p̄lato ſi voluerit vt itelligat qđ facere ⁊ qđ ꝯtū deo offerre velit ⁊ q̄lē q̄tā q̄ gr̄aȝ recepturus ſit: tādem fiat publica ⁊ cōis ꝓfeſſio. ⁊ abſolutio i forma vt ſupra: cōuocato ad hoc ſolēpne op⁹ toto ꝯuētu. Et facta abſolutiōe dictiſq̄ ſuffragiis ſupradict̄ i toto vl' i ꝑte q̄ voluerit: q̄ ꝓfitet᷑ appropinquet prelato. Et mente ſurſum ad deuȝ eleuata vtranq̄ palmā iūctam intra palmas recipientis teneat: hec deuote dicendo.

¶ Ego frater. N. voueo ⁊ ꝓmitto deo oīpotē

ti et beate marie virgini ⁊ btõ frãciſco ⁊ oĩbus ſãctis ⁊ tibi pater toto tẽpoꝛe vitꝫ mee ſeruare regulã fratrũ minoꝛũ per dñm papã honoꝛiũ ꝯfirmatã. viuẽdo ĩ obedientia. ſine ꝓpꝛio ⁊ ĩ caſtitate

¶ Et illico ꝗ cũ recipit eidẽ rñdeat. Et ego ex ꝑte dei ⁊ ipſi⁹ firma oꝛdĩatiõe ſi hec obſeruaueris, ꝓmitto tibi vitã eternã. ¶ Poſtea ſingulis fr̃ib⁹ a duob⁹ preſentet ⁊ ei oſculũ pacis ab omnib⁹ fr̃ibus (pꝛelato incipiẽte) detur. Et poſtmodũ breuit̃ moneat eũ pꝛelatus ſeruare ꝗ pꝛomiſit notificãdo ei ꝗ̃tã gr̃am adeptus ſit inducẽdo eũ vt in ea ⁊ in ſancto ꝓpoſito vſ ꝫ in finem perſeueret. Et recõmendet eum fr̃ibus. Et deinde ſurgẽs ⁊ genua flectẽs ipſe vel cantoꝛ alta voce incipiat. Ueni creatoꝛ ſpiritus. Quem cantãdo ⁊ profeſſum a duob⁹ honeſte deducendo vadant ad eccleſiaꝫ. Quo finito duo fratres dicant. ℣. Confirma hoc deus ⁊c̃. vt ſu. ℣. Poſt ꝑtũ ℣. Oꝛa ꝓ nobis beate frãciſce. ℣. Saluum fac ſeruuꝫ tuũ ⁊c. Dñe exaudi. Dñs vobiſcũ Oꝛões. Deus qui coꝛda Concede nos. De⁹ ꝗ eccleſiam tuã bti franciſci. Oẽs ſãcti tui. vt ſu. Et addat ſi voluerit

Deus qui noſa ſeculi vanitate conuerſos ad brauiũ ſuperne vocationis accendis. pectoꝛib⁹ nr̃is purificandis illabere et gr̃am nobis qua in te ꝑſeueremus infunde: vt ꝓtectionis tue muniti pſidijs qđ te donãte prouiſimus impleamus ⁊ noſtre profeſſionis executoꝛes effecti. ad ea ꝗ̃ perſeuerantibus in te pꝛomittere dignatus es pertingamus: Per xp̃m.

¶ Suffragia dicenda in capl̃o culparuꝫ. ¶ Feria ſexta vel ſabbato poſt recõmẽdationes gñales ⁊ particulares factas. p̃s. Ad te leuaui ocl̃os meos ⁊c̃. Gl̃ia patri. p̃s. De pꝛofundis. Requiẽ eternã ⁊c. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Fiat pax. ℣. Memẽto congregationis tue. ℣. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. ℣. Oꝛem⁹ pꝛo fidelib⁹ defunctis. ℟. Requiem eternã ⁊c. ℣. Requieſcant in pace. ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiſcum. Orationes. Eccleſie tue Omnipotens ſempiterne de⁹ qui facis mirabilia ⁊c. Pretẽde Op̃s ſempiterne deus ſalus ⁊c. Abſolue ꝗ̃ſumus. per xp̃m. ℣. Requieſcant in pace. ℟ Amen. ¶ Alijs vero duob⁹ dieb⁹ capituloꝛum infra ebdomadã. p̃s vt ſup̃. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℣. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. ℣. Oꝛemus pꝛo fidelib⁹ defunctis. ℟. Requiem eternã ⁊c. ℣. Requieſcãt ℣. Dñe exaudi. ℣. Dñs vobiſcũ. Orationes. Pꝛetende dñe ⁊c̃ Abſolue dñe. Per xp̃m. ℣. Requieſcant in pace. Amẽ. ¶ Poſtea dicatur culpa generalis ab omnibus ſimul. Et recepta penitentia a pꝛelato ꝓ generalibus defectibus et pꝛo benefactoꝛib⁹ dicat vnuſquiſ ꝫ culpã ſuaꝫ particulariter incipiendo a nouicijs et poſtea ab alijs inferioꝛibus vſ ꝫ ad ꝓmñ incluſiue, ꝓut in ſtatutis oꝛdinis plenius continetur.

¶ Oꝛdo ad Benedicendum mẽſam per totum annum.

Congregatis in refectoꝛio fratribus ad prandium cãtoꝛ incipit abſolute. ℣. Benedicite. Et fr̃es repetunt Benedicite. Deinde cãtoꝛ incipiat. ℣. Oculi oim in ſperãt dñe. ⁊ tu das eſcã illoꝝ in tempoꝛe opoꝛtuno. aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione. Gloꝛia patri. Sicut erat. Kyriel̃. Xp̃el̃. Kyriel̃. Pater nr̃ ſecreto. ℣. Et ne nos ℟. Sed libera. Deinde Oꝛemus. Benedic dñe nos et tua dona ꝗ de tua largitate ſumus ſũpturi: Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amen Lectoꝛ Jube ⁊c̃. Benedictio. Mẽſe celeſtis participes faciat nos rex eterne gl̃ie. Amen. ¶ In fine prandij dicto a lectoꝛe. Tu aũt. ⁊ reſponſo Deo gr̃as. omnibuſ ꝫ egreſſis de mẽſis cãtoꝛ incipit. ℣. Confiteantur tibi dñe omnia opera tua. ℟. Et ſancti tui benedicant tibi Gl̃ia patri. Sicut erat. Poſtea ſacerdos abſolute dicit. Agimus tibi gr̃as omp̃s deus ꝓ vniuerſis beneficijs tuis: qui viuis et regnas in ſecula ſeculoꝛuꝫ Amen. Deinde cãtoꝛ incipit pſalmũ. Miſerere mei de⁹. Quo alternatim a fratribus completo cum Gl̃ia pr̃i ⁊ Sicut erat cõmuniter cantent. Kyriel̃ Xp̃e el̃. Kyriel̃. Pater nr̃. Deinde ſacerdos Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Diſperſit dedit pauꝑibus. ℟. Juſticia ei⁹ manet in ſeculũ ſcl̃i. ℣. Benedicã dñm in omĩ tempoꝛe. ℟ Semꝑ laus eius in oꝛe meo. ℣. In dño laudabitur aĩa mea. ℟. Audiant manſueti ⁊ le

tentur. ℣. Magnificate dñm mecum. ℟. Et
exaltemus nomen eius in id ipm. ℣. Sit no
men dñi benedictum. ℟. Ex hoc nunc et vſ
qꝫ in ſeculum. Deinde immediate ſine ore=
mus. dicatur Retribuere dignare dñe om=
nibꝰ nobis bona faciētibus ꝓpter nomē tu
um vitam eternam. Amen. ℣. Benedicamꝰ
dño. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium anime.
Deide Pater noſter ſecreto. Quo finito di=
cit ſacerdos. ℣. Deꝰ det nobis ſuā pacē. ℟
Amen. ¶ Fratribꝰ ad cenā eo ordine quo
ad prādiū adunatis cātor incipit. ℣. Bñdi=
cite Quo repetito. Cātor dt edēt pauperes
⁊ ſaturabūt. Et laudabūt dñm q̄ reqrūt eū
viuēt corda eorum i ſeculum ſeculi. Gloria
patri et filio et ſpūi ſancto. Sicut erat i pn.
Kiriel'. vt ſu. Jube vt ſu. Bñdictio' vt ſupra
¶ In fine cene dicto a lectore. Tu autē vt
ſupra. Cātor incipit. Mēoriā fecit mirabi=
liū ſuoꝝ miſericors ⁊ miſerator dñs eſcam
dedit timētibꝰ ſe. Glia pri. Deiñ ſacerdos
dt. Bñdictus deꝰ in donis ſuis. Et ſctūs in
oībꝰ opibꝰ ſuis. Qui viuit ⁊ regnat in ſcl'a
ſcloꝝ. Amen. Deiñ cātor. Laudate dñz oēs
gētes. Quo finito dt Kyriel'. cū reliqs vt ſu=
pra i prādio. Nota ꝙ p̄s Laudate dñz oēs
gētes dr in cena oi tpe ſꝫm cōſuetudinē Ro
mane curie. Itē qñ ſemel i die comedit oia
dicantur ſicut in cena excepto: ꝙ dicitur p̄s
eo tempore cōſignatus.

¶ In die natiuitatꝫ domini ⁊ per totā octa
uam. ℣. Verbum caro factū eſt all'a. ℟. Et
habitauit i nobis all'a. Glia pri. In fine dr.
℣. Notū fecit dñs all'a. ℟. Salutare ſuū al
leluya. Glia pri ⁊c̄. p̄s. Cātate dño: ſecūdū.
¶ In epiphania ⁊ p totā octauā. ℣. Reges
tharſis ⁊ inſule munera offerēt all'a. ℟. Re
ges arabū ⁊ ſaba dona adducent all'a. Glo
ria. In fine. ℣. Oēs d ſabba veniēt alleluya
Aurū ⁊ thus deferētes all'a. p̄s. Deus iudi
ciū. ¶ In cena dñi dr abſolute et ſine nota.
Xp̄s factus eſt pro nobis obediēs vſqꝫ ad
mortē Deiñ Pr nr ſecreto. Quo finito ſacer
dos ſine vlla ꝓnūciatiōe ſignat menſā nec
Jube dr nec tu aūt. In fine repetit. ℣. Chri
ſtus factꝰ eſt ꝓ nobis obediēs vſqꝫ ad mor
tē. Deiñ pater noſter ſecreto. Quo finita ſa
cerdos ſine vlla ꝓnūciatione ſignat mēſā
nec Jube dr: nec Tu aūt. In fine repetitur
℣. Chriſtꝰ factus. vt ſupra. Poſtea imedia
te dr p̄s Miſerere. Quo finito ſine gl'ia: ſe=
creto dr Pr nr. Deiñ ſacerdos abſolute dt
orōnē Reſpice q̄s. Et nō ꝓnūciat. Qui tecū
nec Fideliū aīe ſꝫ ſecreto dr Pr nr. Nec ad
dit. Deus det nobis ſuā pacē. ¶ In para=
ſceue eodē mō p oia agit ſed dr totꝰ verſus
Chriſtus factus eſt ꝓ nobis obediēs vſqꝫ
ad mortē mortē aūt crucꝫ. ¶ Sabbato ſctō
℣. Veſpe aūt ſabbati que luceſſit i p̄ma ſab
bati all'a. ℟ Venit maria magdalene ⁊ alte
ra maria videre ſepulchrū alleluya. Gloria
patri. In fine repetitur. Veſpere. pſalmus.
Laudate dñm omnes gentes. ¶ In die pa
ſche et per octauā. ℣. hec dies quā fecit do
minus alleluya. ℟. Exultemus ⁊ letemur
in ea alleluya. Glo. In fine dr vt ſu. verſus
hec dies Pſalmus. Confitemini. ¶ In ce=
na vero ſabbati in albis reſumitur benedi
ctio conſueta. videlicet. Edent pauperes.
¶ In die aſcentionis ⁊ per octauam. ℣ſus
Aſcendit deus in iubilatione alleluya. ℟.
Et dominus in voce tube alleluya. Gloria
patri et filio. ¶ In fine. ℣. Aſcendens chri=
ſtus in altum alleluya. ℟. Captiuā duxit
captiuitatē alleluya. p̄s. Omēs gētes plau
dite. ¶ In die pēthecoſtes ⁊ vſqꝫ ad ſeqntē
dñicā. ℣. Spūs domini repleuit orbē terra
rū alleluya. ℟. Et hoc quod cōtinet omnia
ſcientiā habet vocis alleluya. Gloria patri
In fine. ℣. Repleti ſūt omnes ſpū ſancto al
leluya. ℟. Et ceperūt loqui alleluya. Gl'ia
pri. p̄s. Magnus dñs. In prandio vero di=
ei dominice reſumitur benedictio cōſueta.
vꝫ. Oculi omnium in te. ⁊c̄. Cetera omnia
ad diuinū officium diurnum et nocturnuꝫ
ſpectantia fiant prout in breuiario ac miſſa
li et ordinario romano in locis ſuis pleniꝰ
deſcribuntur.

¶ hec igitur ſummorum pontificum ⁊ ca=
pitulorum generalium ac noſtre preſentes
diuini officij ordinationes declarationes
ampliationes et reſtrictiones examinate ⁊
approbate per nos fratrem Raynaldum
Gracianum de cotignola ſacre theologie
profeſſorem tocius ordinis minorum gene
ralem miniſtrum et commiſſarium ſanctiſ=
ſimi domini noſtri pape ⁊ de mandato ip=
ſius pro quadam reformatione ⁊ cōcordia
diuinorum officiorum in ordine ⁊ cerimo=
niarum ac rubricarum ipſius renouanda
atqꝫ declarāda et vniformitate ac pace om
nium reducenda videlicet pro tribus ordi
nibus beati franciſci nobis ſubiectis ⁊ cō=
miſſis vbiqꝫ modo ſupradicto ſeruentur.

¶ In quorum omnium ſingulorum p̄miſ=
ſorum fidem robur ⁊ teſtimonium Nos fra
ter Raynaldus com miſſarius ⁊ generalis
prefatus ſigilli noſtri generalatus officij ⁊
tocius ordinis preſentes iuſſimus appenſi
one muniri. Nos etiam propria manu ſub
ſcribendo die prima menſis Julij. Anno
domini milleſimo quingēteſimo octauo pō

tificatus prefati ſãctiſſimi in xp̄o patris et
dn̄i: dn̄i nr̄i Julij diuina prouidẽtia pape ſe
cundi. Anno quinto. Sic ſignatum.
Frater Ray. Gra. de cotignola. Gn̄alis mi-
noꝝ ⁊ cõmiſſarius vt ſupra declarat/ rela-
xat/ decernit/ determinat/ ordinat ⁊ ſtatuit
atq; mãdat vt ſupra ſeruari ꝓpria manu.
¶ Continuatio litterarũ reuerẽdiſſimi dn̄i
nr̄i cardinalis / protectoꝝ/ cõmiſſarij / apl̄i
ci prefati: confirmantiũ ⁊ approbantiũ at
q; publicantium premiſſa

¶ Quarũ quidẽ cõſtitutionũ ⁊ ordinatio-
nũ tractatũ ꝑ nos vt ꝓdiximus viſũ corre-
ctũ ⁊ caſtigatũ nos idẽ Dn̄icus. Grimanus
Ep̄us Albanẽſis. Cardinalis ſãcti Marci
Patriarcha aquileienſis. Nec nõ dictoꝝ
triũ ordinũ bti Frãciſci gn̄alis protector/
gubernator/ ⁊ corrector auctoritate eiuſdẽ
Sanctiſſimi dn̄i noſtri dn̄i Julij ſecũdi ſũ-
mi põtificis moderni ſpecialiter deſuꝑ no-
bis cõmiſſa ⁊ nichilominus dicti officij no-
ſtri protectionis qua fungimur facultate
approbamus confirmamus et roboram⁹:
preſentiũq; tenore approbatũ confirmatũ
⁊ roboratũ eſſe decernimus: vobis omnib⁹
⁊ ſingulis miniſtris prefatis ⁊ ſucceſſorib⁹
veſtris atq; fratribus et ſãctimonialibus:
ac tercij ordinis vtriuſq; ſexus profeſſori-
bus vobis nũc ⁊ pro tempore ſubiectis et
alijs reformatis ac etiã vobis conformari
cupientibus vel regulã ſine diſpenſatione
ſeruare volentibus, in virtute ſãcte obedi
entie precipiendo mandamus: vt ea om̄ia
reſpectiue tã quoad mores ac regularẽ ob
ſeruãtiã ⁊ declarationes q̃ quoad diuinũ
officium et ipſius ordinationem ⁊ cerimo-
nias ſic per nos ymmo verius per apoſtolicã
ſedem cuius in hoc vices gerimus appro-
bata confirmata et roborata ad veſtrarum
perfectionem animarum ⁊ reformationem
conſeruandam augendamq; et merita cu-
mulanda reuerenter ſuſcipiatis: et illa cum
regula ymo regulis veſtris quam et quas
vouiſtis ſollicite et prompto animo ab om
nibus alijs ordinis veſtri antiquis conſti-
tutionibus liberi ⁊ ſoluti ſeruare ſtudeatis
ne forte ſi illa a vobis cognita et tanta au-
ctoritate fulcita et exhibita non ſeruaueri
tis dampnabilius plectamini q̃ ſi cognita
et tradita non fuiſſent dictum ſaluatoris no
ſtri pre oculis cordis veſtri ſemper habitu
ri quod ſeruus ſciens voluntatem domini
ſui et non faciens illam plagis vapulabit
et eternis ſupplicijs deputabitur. A quib⁹
vos in domino filios et omnes pie viuẽtes
ille dignetur eripere qui pro oĩm ſalute cru
cis tropheũ retulit de hoſte maligno cum
pr̄e ⁊ ſpũ ſctõ in ſcl'a ſcl'oꝝ regnans. Amen.
¶ In quoꝝ oĩm et ſinguloꝝ fidẽ et teſtio-
niũ premiſſoꝝ pn̄tes conſtitutionum/ ordi
nationum/ declarationum/ et ſtatutoꝝ ap-
probationis / confirmationis/ et roboratio
nis ac publicationis in principio ⁊ in fine
lr̄as fieri ⁊ ſcribi fecimus ac ſigilli nr̄i oblõ
gi appẽſione cõmuniri et ꝑ noſtrũ audito-
rẽ dicti minoꝝ ordinis ſubſcribi et inter a
cta eiuſdẽ regiſtrari ſimul cũ opere mãda-
uimus. Datũ Rome in edibus nr̄is apud
Sanctũ Marcũ ſub die ꝓma mẽſis Janua
rij Anno dn̄i Milleſimo quingẽteſimo no-
no. Pontificatus Sanctiſſimi in xp̄o patris
⁊ domini noſtri domini Julij diuina proui
dentia pape ſecundi et protectionis noſtre
Anno ſexto. ¶ Sic ſubſcriptum.
¶ Ego Fr̄ Johãnes Anto. patauin⁹ dicti
ordinis artiũ et ſacre theologie profeſſor
ac reuerendiſſimi in chriſto patris ⁊ domi
ni Dominici grimani Ep̄i albanẽſis Car-
dinalis ſãcti Marci Patriarche aquileyeñ
et ordinũ beati Frãciſci protectoris: capel
lanus: et auditor eiuſdem mãdato ad hoc
ſupraſcriptũ exemplum cõſtitutionũ ⁊ or-
dinationũ cũ originali plene collationatum
me propria manu ſubſcripſi. Anno menſe
et die quibus ſupra.
¶ Et cum ſigillo maiori appẽdente ipſius
reuerendiſſimi dn̄i Cardinalis protectoris.

¶ Littere. Reuerẽdiſſimi in xp̄o patris mi
niſtri generalis fratris Raynaldi gracia-
ni de cotignola cõmiſſarij apl̄ici ⁊ nũc Ar-
chiepiſcopi digniſſime ex officio gn̄alatus
aſſũpti ad reuerendũ patrẽ miſtrũ prouincie
Frãcie manu ip̄i⁹ ꝓpa ſubſcripte ⁊ ſigillo
ſuo roborate ac iterũ de nouo ꝯfirmate ⁊ cõ
ceſſe ꝑ reuerẽdiſſimũ pr̄em miſtrũ gn̄alẽ pn̄
tẽ ip̄i⁹ ſucceſſorẽ meritiſſimũ vez Fr̄em phi
lippum de Bagnacauallo ſacre theologie
magiſtrum ſuis patentibus litteris manu
propria ſubſcriptis ⁊ ſigillo ordinis robo-
ratis pro publicatione/ intimatione denũ-
ciatione ⁊ obſeruantia ſtatutorum prefa-
torum et pro reſecatione: ſeu obmiſſione
quorũdã paſſuũ minus neceſſarioꝝ ꝓ nũc
et prolixitatẽ inducẽtiũ nec rl'az aut antiq̃
ordinis ſtatuta ibidem allegata et inſerta
tangentium. In quibus (originalibus Re-
uerendiſſimi dn̄i Cardinalis protectoris in-
tegris ⁊ intactis relictis) dictus reuerẽdiſ-
ſimus pater gn̄alis etiã iuxta cõmiſſionem
ſibi per hec ſtatuta circa finẽ factã ⁊ appro

batã dictos reformatos obſeruãtie ⁊ obedientie regularis vbicũqꝫ pñtes ⁊ futuros et ſorores ſub reformatiõe ſororis colete eiſdem ſubditas et ceteros ffes vbicũqꝫ eiſdẽ pro tẽpore adherẽtes diſpenſauit. Aliquibus quoqꝫ ſtatum ⁊ reformationem atqꝫ regimẽ ceterarũ ſororꝝ ordinis ſancte Clare tangẽtibus alibi congruẽtius etiã ꝓ ꝓlixitate ibidẽ vitanda tranſpoſitis. In quibus ſorores iꝑas poſſidentes ⁊ reddituatas nõ diſpenſauit.

**P**Ropoſituz regule iuxta ſentētias antiquoꝝ (diſputatiōibꝰ ꝑ quas ipſā iā euacuaſſe ⁊ quaſi alteraſſe ifamamur omiſſis) me iuxta obediētiā iniūctā retexere ꝓpono: ad hoc aſtrictꝰ: ⁊ q̄ nulli parcit oblocutoꝝ calumnia compellit. Sed cū obedientie merito etiā ordinis zelꝰ mouet attendentem nōnullos ſed erroneos eiuſdē regule (q̄ꝗ̄ latore irrefragāte) iterpres necnō ⁊ emulos auctoris ⁊ obſeruātie in ſugillationem ſtatꝰ noſtri q̄nō intelligūt damnātes: quoſdā vero ex nr̄is ꝑiculoſe quod ſcire neceſſe ē ignorantes. Non ei excuſat ignorantia regule ꝓfeſſores. Si neſcit: tenetur inq̄rere diligēter. Nō minꝰ perit q̄ clauſis oculis perit: dū regula vtiq̄ arctiſſima breuiloqua: ⁊ ob hoc in aliq̄bus obſcura eē ꝓbatur conſultatione ordinis approbāte. Licet q̄dam qui minus quidē ex ignorantia vł negligentia diſcernētes patere ſibi omnia clament: ſed cōtrariū regule oſtendunt. Sepe qui minus intelligit plꝰ preſumit: ⁊ qui minus ꝓuidet: minus cauet. Sapiens timet ⁊ declinat a malo: ſtultus trāſilit ⁊ cōfidit. Nō ambulat ſimpliciter q̄ ambulat imprudenter. Eſt via que videtur homini recta: nouiſſima autē eius deducūt ad mortem. Veruz nec ego regule michi ſcientiā arrogo vt cōſcius vł anceps. Ubi cōiter aſſerta nō reppe ri: ſermo ꝓbat. Sȝ et coactꝰ ⁊ iuſſus q̄dā ex his potiſſime q̄ ab ipis beati Frāciſci familiaribꝰ et etiā aliȷ̄s ſanctitate ſcientiaq̄ precipuis: qui ſuper ea ſuis nos verbis et ſcriptis pie ac ꝓuide inſtruxerūt: ſollicite didicerunt. vt traditū cōperi: ad eiꝰ defenſionez ⁊ aliqua circa ipſam neceſſarie attentionis exercitationē cōmemorās: illos ſaltē cauendos oſtēdo: q̄ nouas gloſas extra rōnez lře: ſed iuxta (vt aiūt) intellectū quaſi aliud tradiderit/⁊ aliud intenderit fabricātes: ſic intelligi debere cōtendūt. Has aliq̄ſi ſctūs gloſas nō autem neceſſarias deuitare vt nociuas inhibuiſſe credēdū eſt: q̄ prius in regula ꝑ dn̄m Innocentiū approbata: de qua poſtmodū per dn̄m Honoriū papā bullaretur: nōnulla ſub breuitatꝭ ſtudio omiſſa. Cuius interdū pro edificatiōe ac maioris cōtextus ꝑ originē elucidatiōe: recordor om̄es fratres tenorē: ⁊ ſpm̄ eoꝝ q̄ i ipſa regła ſcripta erant docētes/diſcētes/inſpicientes/orabat a dn̄o benedici. Nimiruz vnicuiq̄ ſuus ſtatus iurandꝰ eſt. Nunq̄ꝫ in ecclȷ̄s collatio prouida: ſed aſſertio ſeu contentio reprobatur incauta. Et qm̄ ſctā precedētiū patrū vita nobis eſt vite forma: inter loquēdū de regula de ipſoꝝ quoq̄ moribus ſcḋm regulā inſtitutis aliquid eſtimo inſerendū. Rudis et rarus ꝓ vtriuſq̄ materie pōdere ſermo: ſed prudenti q̄ ex paucis multā inſtruitur: ad cautelā occaſionaliter in pluribꝰ directiuus: nūq̄ꝫ preiudicās peritiori. ¶ Capꝫ j.

**R**egula et vita minorum fratrū hec eſt. ſ. dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſctm̄ euangeliū obſeruare. ¶ Beatiſſimꝰ regłe ꝯditor xp̄i veſtigia ⁊ vitā euangelicā ſtudioſiſſime ſeq̄ deſiderās: profeſſionē ſuā in euāgelȷ̄ obſeruatiōe ꝯſtituit. Nomē quoq̄ minoris ex euāgelio ipſo habet: dicēte dn̄o. Quādiu feciſtis vni ex frībus meis minimis: michi feciſtis. Per hoc nomē non ſolum pauptatē: ſed p̄cipuā i qua frēs viuere voluit hūilitatē ſanctus expreſſit: vt ſicut nomine: ſic humili eſſent et ꝯuerſatiōe. Sic humilitas ē ſtatui fratris minoris annexa ſic noīe habitu oīq̄ modo viuēdi ꝑ regłam cōmendata: vt ſi eē humilis rēnuit frē minor vtiq̄ nō ſit frater minor cuiꝰ ē humilia amplecti: ſublimia fugere: oēm oī ſtudio faſtuz in verbo: geſtu: ⁊ habitu: ⁊ in oī cōuerſatione vitare. Nunq̄ꝫ ſe inter hoīes maiorē ceteris ſiue religioſis: ſiue aliȷ̄s oſtentare. Comparationes odioſe ſūt ⁊ vix ſine ſcādalo vel iactātie nota fiunt. Fratris aūt minoris ē iuxta nomē ſuū q̄ minor ē ſemꝑ attendere: ac de ſe per oīa humiliter ſentiēdo oībus ſicut minorē decet quādā prout cōgruit reuerentiā exhibere: ſicut fuerūt antiq̄: omni humane creature propter dn̄m ſubiecti. Attēde in hoc capitulo q̄d auctoritatis: q̄d euangelȷ̄ deſignetur ⁊ obediētia ſedis apoſtoli

ce ac miniſtris ordinis poſt eoꝝ trāſitū de
bita: auctoritatē ordini preſtāt. Certe ⁊ re=
gule ſiue auctoris obſeruātia perfecte ſub=
limitas: quā diuina claris ſignoꝝ portētis
⁊ eccleſiaſtica ſimul atteſtatio comitatur.
Propter primū dicitur Regula ⁊ vita mio=
rum fratrū hec eſt. ¶ Cōtra emulos dicen=
tes ꝙ fratres regulā ⁊ cōſequēter ordinem
nō habeāt: ſed erāt quidā hoies pauperes
Auctor regule beatus frāci. ſicut ipſe in te
ſtamēto expſſit dicēs. Ipſe altiſſimus reue
lauit michi ꝙ ego deberē viuere ſm formā
ſancti euāgelij. Et ego inquit paucis verbꝫ
feci ſcribi. Que tñ regula fratrū minorum
dicitur q̄ a fratrum obſeruantia ſiue profeſ
ſione ⁊ beati Frāci. editiōe ſimul ⁊ obſerua
tione cōgrue appellatur. Sic ſanctus Gre=
go. in dialogo regulam beati benedicti vo=
cat regulā monachoꝝ. Nos quidē regulā
beati franciſci congrue dicimus: quā tñ ip=
ſe non ſuam ſed fratrum cōgrue nominauit
Non ergo dñs papa vt ſuaꝫ poſuit ſicut aſ
ſertio edidit: ſed iuxta prefationis tenorē
editam confirmauit: quem ſcribētis quoqꝫ
modus ⁊ ſcientia negat auctorē. Ipe q̄ppe
nō diceret ꝙ in ſequēti capi. dicitur. Si qui
voluerint hanc vitā accipere ⁊ venerint ad
fratres noſtros: q̄ fratres ſuos appellāt epi
ſcopos. Neqꝫ ſingulariter loquitur vt regu
le lator dicens. Conſulo moneo ⁊ exhortor
Neqꝫ eſt regule ſubditus vt dicat. Pauper
tatem ⁊ humilitatem ⁊ ſanctū euangelium
quod firmiter promiſimus obſeruem⁹. Sic
etiam in alijs regule locis ſimilia quoqꝫ no
tes. Secundū. ſ. obſeruātia cōmendatur cū
dicitur. Sanctum euangelium obſeruare.
¶ Hāc ergo pfectiſſimā ac ſāctiſſimā rl'am
⁊ ob hoc etiā ſuis obſeruatorib⁹ ſalutarem
quā cōtinet pfectionis ſublimitas vt de ſin
gularibus alijs taceatur irrefragabili defē
ſione confirmat. Accedit etiā btiſſimi pris
vitā euāgelicā renouātis pcipua ſāctitas
ſingularis priuilegij: vcꝫ ſtupendorū poſt
apoſtolos mirabiliū cōteſtatiōe prefulgēs
ſācteqꝫ ſimul eccl'ie romane auctas dignis
eā preconijs ⁊ titulo ſolēnis approbatiōis
attollēs. Statū q̄qꝫ quē ipſe fūdauit altiſſi
m⁹ vſqꝫ hodie miraculoꝝ pdigijs i ſuis ꝯfir
mare ſequacib⁹ nō deſiſtit. Ordiniſqꝫ mini=
ſtros quos maliuoli de r l'e quā nō itelligūt
trāſgreſſiōe cōdemnāt: ipſe qui oim nouit
ſtudia iuſtificat: dū eos in hac obſeruantia
quā tenem⁹ ⁊ miniſterij executiōe defūctos
nouerit in dieb⁹ noſtris ingentiū miraculo
rum gl'ia illuſtrat. Errat nimis qui iudicat
alienos: maxime qñ ſunt litterati religioſi
et diſcreti: nec ipſe plenā iuris eoꝝ priuati
noticiā nec cōſuetudis que optia eſt legum
interpres experientiā hꝫ. Cū aūt dicitur ꝙ
regula fratrū minoꝝ eſt ſanctū euāgelium
obſeruare: euāgelij nomine iuxta apoſtoli
cū reſpōſum ea tantū euāgelij cōſilia deſig
nātur: que in ipſa regula preceptorie ſūt ex
preſſa: preſertim cū fratres ſe ad alia non
obligare intenderint: ⁊ vix vel nūqꝫ poſſint
oia ad litterā obſeruari. Quod ſāctus con=
firmaſſe videtur: qñ vt predictū eſt ait. Ipe
altiſſimus reuelauit mihi ꝙ ego ſm formā
euāgelij deberē viuere. ⁊ ego inquit paucꝫ
verbis ſimpliciter feci ſcribi. Dicit ḡ euan
gelium fratribus obſeruandum quantum
ad illa que ſimpliciter fecit ſcribi. Ad alia
vero tenētur ſicut ceteri xpiani: ⁊ eo magis
de bono ⁊ equo. quo ſe obtulerūt holocau=
ſtū dño medullatū per contēptū oim mūda
noꝝ. Ad perfectā quoqꝫ obedientiā paup=
tatē ⁊ caſtitatē ſiue carnis mortificationeꝫ
in q̄bus ſāctus obſeruātiā euangelij cōpre
hēdiſſe uidetur: cū explicādo ſubiūgit Viuē
do in obediētia ſine proprio ⁊ in caſtitate:
i ea maxime perfectiōe qua ſingula in rl'a
cōmendat: oia euangelii cōſilia referuntur
quāqꝫ ⁊ alia vt ſepe ſint euangelica regule
inſtituta. Quid em̄ eſt regula: niſi quedam
euāgelice pfectiōis ſūma? Nā lꝫ perfecta
ſit regula quā eccleſie primitiue apl'i tradi
derūt: ⁊ regulariū patres poſtmodū aſſum
pſerūt: precipue tñ illā fratribus regulā ſā
ctus tradidit: quā poſt apl'os ipſis dedit vi
tam ſimul ⁊ doctrinā euāgelicā cōplectētē.
Vñ ſicut de vita ſic de pdicatiōe ad fideles
⁊ ifideles i ſeq̄ntib⁹ ordinat. Totū ad euā=
gelij obſeruātiā votū ⁊ ſtudiū fuit ſctī eiuſ=
qꝫ ſequaciū antiquoꝝ. Ipſos ſiquidē euan
gelicos vere eſſe ſicut tā verba q̄ȝ opa com
probāt vel paucis reor exēpli gratia expri
mēdū. Erat eis vbū ⁊ ſalutatio pacis i ore
quā btūs frāci. pſ exēplo xpi ⁊ reuelatione
acceperat: ſicut ipe teſtatus eſt dicēs Salu
tationē dñs michi reuelauit: vt diceremus
dñs det tibi pacē. Deteſtabātur iuratoria
⁊ aſſertoria verba: q̄ iā indiſciplinati q̄daꝫ
ſeculariū more frequētāt: ſed eſt eſt: nō nō.
eoꝝ iuxta euāgeliū ſermo erat. Inter oms
his q̄ apud eos erāt iuxta euāgelicā doctri
nā cōtenti. ne panē gratis ederēt: reficiētes
ſe reficiebāt: ⁊ ipſi pabulo verbi dei de the
ſauro cōſciētie bone ⁊ infuſe magꝫ vt ſepe
q̄ȝ acquiſite ſciētie noua ⁊ vetera pferētes
Ad eoꝝ introitū non ſimul cū eis carnalita
tis aut fertilitatis maledictio: ſed ſacri v=
bi benedictio introibat. Inuicem aūt hono=

ris noīa iuxta euāgelij formā euitabāt Nꝰ luſqꝫ in ordine dñs aut magiſter dicebatur Racha vel fatue frī typo cōtumelie dicere nefas ducebāt: cū ꝛrl'a prius ꝛ ꝟba hec euā gelii exprimeret. Si quā alicui vel leuē occaſionē offēſionis dediſſēt: ſtatim āñqꝫ deo munus orōis offerrēt vel ſomnū capere vel lēt: fratri recōſiliari ſtudebāt Euāgelicū de mutua dilectiōe ꝑceptū tāta ꝑfectiōe ſuabāt: vt quaſi mr̄es inuicē ſibi eſſēt. Fugiebāt ſm euāgeliū curas ꝛ ſollicitudines huius mūdi: nec exterioribus ſe negocijs ipli cabāt. Nō reſiſtebāt malo. nec repetebāt ſua: nec in iudicio cōtēdebāt. Quicqd poterat vel malū vel occaſio mali eſſe vel ſpēs: qꝫtumlꝫ vtile videref: magno a ſe ſtudio repellebāt. Manū vl' oculū ſcādalizātē quantūlꝫ neceſſariū miſtice a ſe viriliter abſcindebāt. Erāt veri paupes ſpū / mites / miſericordes / pacifici. ꝛ ab oībus quorūlꝫ holꝫ ſcādalis miromō cauebāt. In cruce pnīe ꝑ anguſtā portā intrare cōtēdētes: quāta ſe carnis maceratione i ieiunijs ꝛ abſtinētijs in orōibus vigilijs ꝛ laborib' varijs affligebāt: paucis explanari nō poſſet. His ꝛ ſil'ib' patrū exēplis ad eadē inuitamur Decet ſane oīno vt euāgelij ꝓfeſſores ꝑfecti qꝫtū pñt iuxta euāgelij ꝓfeſſores vel ſectatores eſſe

¶ Subdit ff. Frāci. ꝓmittit obediētiā domino pape Honorio ꝛ ſucceſſorib' ei' canonice intrātib' ꝛ eccl'ie romane. i. collegio dñorū cardinaliū: apud quos auctas maxie reſidet apl'ica ſede vacāte. ¶ Perfect' euāgelij obſuator petro apl'o i ſucceſſore ſuo cui a xp̄o eccl'ia eſt cōmiſſa ſe ſuoſqꝫ in ſe ſpāli obie ac reuerētie ꝓmiſſiōe ſubiecit. Vñ ſūmo pōtifici ſctēqꝫ romane eccl'ie ſūt ff'es ſpāliter tā ex ſingulari hac ſpōſiōe: qꝫ etiam ex ſpāli ei' ad ipſos cura ꝛ defēſiōe aſtricti: ꝑſertim cū ordo ꝑ ipſā veluti i ei' ſinu forme roboris ꝛ icremēti ſuſceperit incremētū: vt quaſi ꝓprius fili' ipſius eccl'ie dici poſſit Et alij ff'es teneantur fratri Franciſco ꝛ eius ſucceſſoribus obedire.

¶ Qd ff'es nō teneāt ad teſtamēti. ſ frā. ob ſuātiā ꝛ qꝫ expirāte officio expirāt mādata ꝛ ſtatuta ſupiorꝝ niſi de ꝯſēſu ſuorꝝ capl'orꝝ vl' alias rl'e vl' canonū aut pape aucte firmēt ¶ Btō frāciſco viuēte hec obia ſibi debebatur: ꝛ debet cuilꝫ ſucceſſori i officio miſterij exiſtēti. Sꝫ ſine ꝯſēſu frm̄ maxie miſtrorū eos ad noua ꝑpetuaqꝫ ſtatuta non potuit obligare. Vñ ad teſtamētū ipſius iuxta rñſū apl'icū nō tenemur Nō hꝫ rl'aris prelat' ius ſtatuēdi qd obliget i futurū abſqꝫ ſubditorꝝ aſſēſu: ſine quo eius mādata ipo ſpirāte ſpirāt: niſi alias rl'e vel canonū auctoritate firmet. ¶ Nōnulli ſentiūt impoſita q̄ qꝫ ſine termino ꝛ mādātiū tp̄e inchoata nō expirare: preſerti mādata q̄ legi diuine vel ſtatutis ordinis aut canonū innitant: niſi ꝑ eorūdē mādātiū vel ſtatuētiū ſucceſſores vel ſuperiores reuocari cōtigerit. Fatētur ſucceſſores predeceſſorꝝ nō obligari ſtatuto: cū nō habeat imperiū par in parē. Sed alia eſt inquiūt cōditio ſubditorꝝ. Null' tñ ꝑlatus poteſt ſtatuere vel mandare qd ei' ſucceſſor non valeat reuocare: in quo ſctūs nequiuit fratres obligare vt dicunt.

¶ De his qui volūt vitā iſtā accipere ꝛc.

¶ Capitulum ſecundum.

SJ qui voluerint hāc vitā accipere ꝛ venerit ad ff'es nr̄os: mittāt eos ꝛc. ¶ In hoc capl'o de receptiōe, ꝓfeſſione ꝛ habitu principaliter agit Qꝫ volentes intrare ordinem mittant ad prouincialem miniſtrum: videtur eſſe inſtructio et nō preceptum: alioquin fratres mortaliter peccare conuincerentur: ſi quemlibet religionem noſtram petentem non mitterent: quod nullus dicere auſus erit. Attēdenda igitur in regula erūt q̄ dicantur ſm inſtructionem ſeu informationem: que ſm conſilium et que ſecundum preceptum. Inſtruimur aliquando de his que neceſſariū eſt obſeruare: quale eſt quod dictum eſt in capitulo precedenti: ſcilicet regula et vita minorum fratrum hec eſt: ſcilicet ſanctum euangeliū obſeruare. Aliquando de his q̄ penſatis circumſtantijs et cauſis pro loco ꝛ tēpore vtile eſt ſeruare. quale ē qd hic dr de mittendo ad prouinciales miniſtros

¶ Quibus ſolūmodo ꝛ nō alijs recipiendi fratres licētia cōcedatur. Materie applicādus ē ſermo: ne quis ad profitētes fruſtra intorqueat: quod de receptione intrantiū nullus ambigit eſſe dictū. In hoc ſm rl'am et ſtatuta circa recipiendorum conditiōes multa eſt diligentia ꝛ inquiſitio adhibēda Et merito tum propter diſcretionem tum etiam propter auctoritatē que miniſtris ꝓuincialib' reſeruat: q̄ ſūt ianua ingrediendi ordinē debētqꝫ attētiſſime i periculis cōmiſſo ſibi ordini prouidere. Conſtat autem qꝫ hoc dicitur ſecundum preceptum prout celebres poſuere doctores. In hoc enim qꝫ licentia recipiendi ſolum prouicialibus miniſtris conceditur: ceteris interdicitur vniuerſis. Ipſis autem miniſtris recipiēdi auctoritas per hec verba confertur: ꝟbū vꝫ

conceſſionis datā vel dādā importās (vnde
magis propoſito ꝛ ſpūali lucro ꝯpetit) acci-
pitur. Similis mod⁹ loquēdi infra ſubiūgi
tur. Licētiā (inqt) hēant miſtri mittēdi eos
ad aliquos deū timētes Non ei ꝓ eo dr licē
tiā: ꝙ ab alio ſit petenda licētia: ſ; quodā lo
quēdi modo typico ꝛ multū typico ꝑ verbū
futurū pñs iā data licētia deſignatur Sic
igitur dictū ē recipiēdi licētia cōcedatur: vt
ſint verba hmōi ꝯcedētis licētiā. Sic ꝓuin-
ciales dūtaxat recipiēdi ad ordinē ordina-
riā ex regula hñt auctoritatē; ac ꝑ hoc pñt
ſi qñ expediat ſuꝑ receptiōe hmōi ꝯmittere
vices ſuas. Hoc ergo a peritis traditū rep-
peri: quod nichilomin⁹ ab antiqs q̄ tpe pmi
tiui ordinis miſtri prouinciales extiterāt di-
ligēti⁹ inueſtigās accepi: ꝙ āte expōnē; apo
ſtolicā ꝓuinciales miſtri ex ſuo recipiebāt
officio ſine ꝯmiſſiōe alia ſpeciali: ꝛ receptio
nem aliqñ ffibus ꝯmittebāt. Solū in ordbe;
gñalē miniſtrū recipere vl' receptionē cete-
ris tm̄ ꝛ paucis ꝑſonis ꝛ nullis aliis ꝓ caſu
aliquo vl' neceſſitate q̄talibet ꝯmittere poſ
ſe nec regula nec ratio ſuadere videtur. So
lent cuſtodes pānos ordinis e xcellēter vti
libus accōmodare ꝑſonis: vt ſit interdū per
ſone alicui a morte vel periculo liberande:
qñ ſine periculo amiſſionis ipaꝝ miſtri ꝓ-
uincialis pñtia vel mādatū non poterat ex
pectari. Nō videt ꝙ aīa ſit min⁹ liberāda q̄;
corp⁹. S; ūdē cuſtodes debent ſtati ſignifi-
care miniſtro vel ad eū mittere ſic indutos:
vt ipſe recipiat eos. Quib⁹ non a receptiōe
ſed ab īdutiōe ꝓbatiōis annū ꝯſueuimus
cōputare: q2 ſtati vt habitāt inter ffes ꝛ ꝓ-
bantur ꝛ probāt: ad qd annū ꝛ regl'a ꝛ iura
concedūt. ¶ Miniſtri vero diligēter exami
nēt de fide catholica eos ꝛ eccl'aſticis ſacra
mentis. Examiare de eccl'iaſticis ſacramen
tis forma eſt regl'e: ſ; arcti⁹ ꝛ ſtudioſi⁹ exe-
quēda. ꝛ ſi qua de fide ꝓ ꝑſona vl' patria ſu
ſpitio poſſit eſſe. Fuit dubiū inter magnos
vtrū hoc ſit ꝯſiliū vel p̄ceptū. ¶ Et ſi hec oīa
credāt. ꝛc. Vult ſctūs recipi a ꝯiugio liberoſ
ꝛ a tpalib⁹ expeditos: q̄ retinētib⁹ preſtāt ſe
pe occaſionē ruine. Fixis tñ maxime iuriqꝫ
hñdi renūciare cogit: cui annus ꝓbationis
ſcd̄m euāgeliū ꝛ regulā ſublime ꝑfectionis
ꝯmendatur. Liber a mundo nō eſt: q̄ adhuc
vinculū pede trahit per qd pōt ab hoſte fa-
cile retrahi ꝛ reuocari. ¶ Et caueāt ffes et
eoꝝ miſtri ne ſolliciti ſint de reb⁹ ſuis tpali
bus. ꝛc. Viſū fuit aliquib⁹ ex hoc loco regu
lā ffib⁹ iterdixiſſe ſollicitudinē ꝛ ꝯſilium di
ſtributiōis reꝝ olno: miſtris vero īterdictā
ſollicitudinē ꝛ ꝯſiliū diſtributiōis reꝝ: ſ; nō
cōſiliū eligēdi ꝑſonā timētē deū: ꝑ cuius ꝯſi
lium bona paupib⁹ erogētur. Aliis vero vi
detur ffibus ꝛ miſtris ꝓhibuiſſe ſollicitudi
nē cupiditatis: ꝛ ꝯſiliū quo libertas venien
tiū ad ordinē/ in ſuaꝝ reꝝ diſtributiōe poſ
ſit aliquaten⁹ īpediri. Vñ dr. Vt libere faci-
āt de reb⁹ ſuis. ꝛc. ¶ Neqꝫ īcongruū putāt
ffes deū vtiqꝫ timētes q̄ vouerūt in talib⁹:
nec ſe ꝯſulētes ꝑuertūt/ nec de extraneis ac
liqñ ꝯſiliariis ē ꝯpertū: miſſis ad ſe ſcd̄m in-
dulgētiā regl'e a miſtris vtilit ꝯſulatur: ſol
licitudine ſemꝑ ꝛ nota cupiditatis ſecluſis
S; primā ſñiā; tutior ꝛ honeſtior ſeruat v
ſus. Vñ ſctūs de hmōi in rl'a nondū bullata
dicebat. Caueāt ſibi ffes ꝛ miſtri fratru; ꝙ
de negociis ſuis nullo modo ſe itromittāt.
Si miſter ad ffes ꝓ hmōi mitteret: poſſ; no
tam auaricie vl' ſimonie incidere: a quibus
nos intēdit regula elōgare. Expeditis autē
negociis debent poſtea indui. vt ſubditur.
¶ Poſtea cōcedāt eis pānos ꝓbationis. ꝛc.
Videt quoqꝫ nō pro īdutis ſi qd forte habe
at expedire q̄ in ordinis cura ꝯſiſtit ei⁹ cōſi-
lio ac prouidētia prout religiōis honeſtas
exigit gubernādi. ſed ꝓ nō indutis p̄ceden
tia dicta eē: non excuſat regiminis. Proba-
tionis dātur pāni. ¶ Niſi eiſdē miſtris. ꝛc.
¶ Non ſcd̄m propa; voluntatē: ſ; ſcd; deū
pro honeſtate vel vtilitate ordinis ꝛ ꝯditio
ne recepta aliqñ videat. Tūc enim poſſunt
ipſi dare hitū ꝓfeſſoꝝ. ¶ Profeſſionis tēp⁹
et forma ꝛ effect⁹ deſcribūtur ī ſerie. De tpe
dr. ¶ Finito āno ꝓbatiōis recipiāt ad obe
dientiā. ¶ Ann⁹ hic ꝑ dies fixos nō ꝑ feſta
mobilia ꝯputatur: quē quidā finitū dicūt cū
diē ſaltem vel horā excedit receptiōis. Alii
vero cū ſolā minimā a puncto ad punctū re
uolutiōis īplenit. Vt q̄ hora pma vel tertia
fuit indut⁹ eodē reuoluto puncto nō añ va-
leat ꝓfiteri. Finito āno dñt nouicii ad obe-
dientiā recipi: cētqꝫ mora in graue eoꝝ p̄iu
diciū in magnū aiaꝝ periculū ꝛ ordinis de
trimentū. Si profeſſi tpe ſuo abſqꝫ miſtri ꝓ
uincialis auctoritate clauſiſſet: ꝓfitēte vide-
licet nō ordini obligato: vt profitentes nūqꝫ
egredi poſt duos annos aut multos annos
poſſint in aduētu prouincialis expelli videt
cōtra regulā ꝛ iuſticiā iniuriā ſic fieri profeſ
ſo. Et claudicās poſt ānū ꝓfeſſio ī ꝑſōis ido
neis nec patrū regl'ariū ē ꝛ monaſterioꝝ ri
diculū eēt. Propt hoc vt eſtimo receptionē
ad obediētiā finito anno rl'a fieri mādat: eā
qꝫ vt p; miſtr; ꝓuincialib⁹ (q̄ꝝ ob diffuſas ꝓ
uincias copia vix hēt) ꝓuide nō ffuat vt ꝑeo
rum abſentia idoneitate profitētiū exigen-
te per inferiores (niſi prohibeant) fiat: ma-

xime per cuſtodes: qui ſi p̄ñtes ſũt receptio
nẽ hm̃oi faciũt ab antiquo: ſicut ⁊ maiores
ſm̃ regule auctoritatẽ exiſtunt. Prelatꝰ re-
cipit: q2 conſtat eius auctoritate receptio.
Si quis hanc receptionẽ putat eſſe maiorẽ
ac per hec magis ꝓuinciali: ⁊ cũ examinati
one cõtingat fieri eã ꝗ principalẽ ⁊ hm̃oi ex
peditiuã eſſe ſolẽnitate hac duplici arguit
Rñſũ. Neceſſitas nõ ſemꝑ oĩa maiora ſinit
maioribꝰ reſeruari. Uerũ circa ꝓfeſſionis
modũ ⁊ ordo valet ⁊ recipiẽs q̃ſqꝫ dꝫ neceſ
ſariã adhibere cautelã vt ſuperior (ſi caſus
exigat) req̃ratur. Sed ſtulta videtur arcta
tio q̃ periculũ hꝫ ⁊ legis vel cauſe neceſſita
tẽ nõ hꝫ. Si quorũdã vſus obijcitur: ꝟitas
vſũ vincit. Saneratio exẽpli añponẽda eſt
Nõ reprehẽda in receptiõis cõmiſſiõe vel
ꝓfeſſiõis iteratiõe cõpoſſibilẽ regule vſum
Multa ꝓuide nõ ex neceſſitate ſꝫ ex quadã
ꝓpter dubios cõgruitate fiũt. Nũqꝫ etiã in
hoc vel in alijs meliꝰ itelligenti reſiſto. Se
quẽda eſt nõ pſeq̃nda veritas cũ apparet.
Profitendi forma deſcribitur cum infertur
¶ Promittẽtes vitã iſtã ſemꝑ ⁊ regulã ob
ſeruare. ¶ Promittere q̃dẽ regulã ſꝫ viuẽ
ſm̃ regulã vel correctionẽ ſm̃ regulaꝫ non
minus ad ſingula regule dr̃ obligare. Sed
hic plẽa r̃le viteqꝫ ꝓmiſſio ponit̃: nec addit̃
Uiuẽdo in obediẽtia ſine ꝓprio ⁊ i caſtitate
Uñ ꝓmittẽs corã deo ⁊ ſãctis ſeruare ſem-
per vitã ⁊ r̃lam beati Frãciſci a dño papa
Honorio ꝯfirmatã pure abſqꝫ variatiõe: ſꝫ
formã regule ꝓfitetur nõ addẽs viuẽdo in
obediẽtia ſine ꝓprio ⁊ i caſtitate. Cõſiderã
dũ eſt quantũ obliget iſta ꝓfeſſio. quanteqꝫ
ſit culpe trãſgreſſio. Si ꝑ ꝓmiſſionẽ huius
abſolutã vouemus oĩa indiſtincte q̃ in lr̃a
continẽtur: videtur oĩa a nobis fieri ſub p̄-
cepto: ⁊ ꝯñter eẽ dãnabilis trãſgreſſio ſingu
loꝝ. Uouẽs ei diuine legis p̄cepta: tenet̃ oẽ
quod ꝓmiſit adiplere. Quidã dicũt ꝙ regl̃a
quã promiſimꝰ ẽ vt in p̄ncipio ſcribit̃ ſãctũ
euangeliũ obſeruare viuẽdo in obediẽtia ſi
ne ꝓprio ⁊ in caſtitate: noſqꝫ ad hec tria tm̃
modo per hm̃oi profeſſionẽ aſtringi: p̄ſerti
cũ ea maxime p̄ceptorie vl' inhibitorie i r̃la
exprimi videãtur: cetera inſtructorie vl' mo
nitorie deputãtur. Sed canonice ordĩs hec
eſt: ſcꝫ prope in regl̃a obſeruãtie vtputa ſũt
forma viuẽdi: modus officiãdi: tempꝰ ieiu-
nãdi: ⁊ hm̃oi ſub voti efficacia conſiſtere di
noſcuntur vl' aſſerũtur. Obediẽtia/caſtitas
et pauptas/ſũt quedã religiõis p̄cipua: nec
tñ regl'arẽ in obſeruãtijs alijs vitaꝫ vite ac
regl'e in ſupioribꝰ expreſſã excludũt. Queꝫ
etiã cẽſenda ſũt de integritate voti cuiuſlꝫ
et profeſſiõis quibꝫ nõ ex cauſa abiectis cẽ
ſebitur ꝓfeſſor apoſtata vel trãſgreſſor ſue
religiõis. Quis te fratrẽ minorẽ non magꝭ
apoſtatã dicat ſi fratris reijciẽs hitũ nunqꝫ
portas? Si aliq̃d propriũ ꝗuis nõ pecunie
ſub precepti verbo ꝓhibite habeas? Si of-
ficiũ regule abijcias? Si cõtra regulã equi-
tare vt alij hoĩes vel p̄dicare preſumas: q̃s
te ambigat trãſgreſſorẽ? Nec tñ in regl'a p̄
ceptũ aut tẽtio nomiari videtur. Deniqꝫ in
ſingulis ordinibꝰ proprie ⁊ canonice obſer
uantie ad integritatẽ regl'e ſunt deducẽde.
Precepta aũt vel ĩhibitiões ꝓut magiſtri ⁊
doctiſſimi cenſerũt viri: nõ ex ſola p̄cepti vl'
inhibitionis nominatiõe cẽſentur. alioquin
tota pene ſtatꝰ ⁊ voti neceſſitas ãnullatur.
Nã vt de laude diuia ⁊ alijs ſine q̃bus nõ ẽ
religio taceã: nec religioſꝰ habitꝰ erit neceſ
ſariꝰ nec etiã caſtitas. Uxoratꝰ eñ põt eui-
tare ſuſpecta ꝯſortia ⁊ monaſterioꝝ igreſ-
ſũ. Eſſentialia inq̃t regule ligãt. Sꝫ eſſentia
lia regule regulares ꝯſtituũt obſeruãtias: ĩ
q̃bus ſi nil obligatorie ĩponi niſi per natu-
rã p̄cepti vel eq̃ualẽtis expſſiõis putas: to
tã pene r̃lam vt dixi euacuas. Maiora q̃qꝫ
p̄cepta aliqua ſolẽnitas exprimẽs ad maio
rẽ obediẽdi opam excitat: magiſqꝫ oẽm in-
obediẽtis excuſationẽ exſufflat. Armatum
ſolẽnitate p̄ceptũ duros i freno vel acq̃eſce
re cogit vel de ꝑuerſitate ꝯuincit. Sꝫ vt ad
ꝓpoſitũ redeã: certũ ẽ ꝙ nõ oĩa q̃ ꝯtinet r̃la
ſũt p̄cepta. Fruſtra ei ꝯſulo ⁊ moneo diceret
ſi nullũ ꝯſiliũ vel monitio ineſſet. Magnum
inſuꝑeſſet ꝑiculũ ſi oĩs ꝯtẽtoꝝ in r̃la negle-
ctꝰ i q̃bus q̃ñqꝫ ꝑfectꝰ ſurripit: mortale pec-
catũ iduceret. Conſtat etiã ꝙ deo tenemur
maxie obedire: nec tñ oĩa ſũt p̄cepta q̃ ſuaꝫ
nobꝭ idicãt volũtatẽ: imo q̃dã ſũt ꝯſilia. q̃dã
monita: q̃dã p̄cepta. Sic ea q̃ bt̃i Franciſci
vel etiã p̄lati volũtatẽ inſinuãt: accipiẽda
credũt̃. Sꝫ oẽ qd̃ vouemꝰ iplemꝰ dũ r̃lam
quã ſeruare ꝓmittimꝰ ꝓut eſt ſeruãda ſer-
uamus. Ipaꝫ eñ in ſua ꝓfitemur efficacia
ſeu ꝟtute vt qd̃ cõſulitur ſit nobis ꝯſilium
qd̃ nobis p̄cipit̃ ſit nobis p̄ceptũ. Tantum
arbitror intẽtionẽ dirigere ꝓfitẽtis. Obliga
mur itaqꝫ regule prout nos obligat ipſa
ſibi quam conſtat habere conſilia monita
et mandata.

¶ Attende quod peccatum afferat trãſ
greſſio conſilij moniti vel precepti.

¶ Nunc differẽtiã trãſgreſſionis aduerte.
Trãſgrſſio conſilij regule vel p̄lati põt eẽ
ſine culpa. Tranſgreſſio moniti ſine culpa
mortali. Tranſgreſſio precepti maxime
ſi cũ deliberatione ſit ſemꝑ ẽ cũ culpa mor-

tali. Cõtēpt⁹ etiā i minorib⁹ rl'e vl'i ſupiorꝫ
mādatis timēd⁹ eſt et cauēd⁹. Ubiqꝫ em̄ et
culpabilis neglect⁹ et ꝯtēpt⁹ dānabilis eſt
Differūt aūt qꝛ neglect⁹ q̄dā lāguoꝛ iertie ē
ꝯtēpt⁹ ſupbie tumoꝛ. Solet triplex aſſigna
ri ꝯtēpt⁹ perſone vcꝫ ſupioris ꝑ irreueren
tiā ptātis ſui officij ꝯtēplatiōe ꝑſone. Cõtē
pt⁹ etiā ſtatuti q̄l ꝯtēptu mādati atqꝫ reme
dij bipartit⁹ ē. Ut qn̄ aliq̄s effrenata mente
per campos libētiſſime currens trāſgreſſio
nes nō reputat de remedio nō curat. Deni=
qꝫ trāſgreſſiōnē magis vl' min⁹ culpabilē
iuxta bti Bernardi ſententiā ex itētiōe ꝛ affe
ctu ꝛ ex maioris vel minoris mādati vel ꝑ
lati ꝯſideratione diſcerne. Mai⁹ vel minus
mādatū itellige ſcꝫ ꝙ magis vel min⁹ vel
min⁹ velle ꝯſtiterit mādatorē ſiue deū quā
tū ſupioris itendat volūtas. Quid ꝟe ꝑce=
ptorie vel ĩhibitorie cēſeat nunc ex cā vtili
vel multū ꝯgrua mādati cā nūc ex ꝑciſa vl'
obligatiōis ſeu ꝑcepti expſſiua vt ſepe i re
gula ponit mādati forma: nūc ex manda=
tis ſigno atqꝫ inſtantia nunc expoſita trāſ
greſſoribus pena notabili: nūc fidelis ꝛ pru
dēs ſubditus pēſat: ꝛ minora quidē nō ne=
gligēs maiora tn̄ maxime curat. Sꝫ qꝛ in
mandatis hoīm rara ſepe ꝓ varijs ſeu mi=
nus rōnabilib⁹ eoꝝ voluntatibus eq̄tas
inuenit. ſicut ꝑlatis maioris auctoritatis
ſic ꝛ eoꝝ mādatis maioris vel minoris vti
litatis: quo diligētioꝛ obſequēdi debet cu
ra: eo ꝛ culpa grauioꝛ incurrit de cōtēptu.
Porro lꝫ mādata regule vt ꝑlati ex ipoſiti
onis cā ꝛ mō vt dictū eſt maxime diſcernāt
in oībus tn̄ ꝯſciētie dubijs pleni⁹ nota ſepe
vnctio ꝙ hūana inſtructio ſatiſfacit. Deuo
tus quoqꝫ obediēs. obie pōdus intimo quo
dā ſꝫ hūili ſyceriqꝫ aī ſapore diſcernit. At=
tēdit quoqꝫ caute in verbis iuxta ratiōabi=
lē loquētis volūtatē. ꝓbabiliter loquētis
intellectū ꝯgruū q̄ ꝑcepti vel moniti: q̄d cō=
ceſſionis vel ꝑmiſſionis: quid imitatiōis vl'
ꝯſilij vim iporteat. Attēdit q̄d ſuperioꝛ vt ſo
cius: quid vt ꝑlatus/ q̄d vel alio mō loqua=
tur. Attēdit fideliter plus interdū iubentis
volūtatē ꝙ vocē: caſuqꝫ poſcēte verbū poſt
ponit mādati vt mādātis pareat volūtati.
Siccurati a dn̄o reuelāt ꝓhibiti qḋ ipe poſt
modū voluit reuelari. Sic ſctōꝝ regule ce=
dētes regulis charitatis fidelē in caſibus
diſpēſationē admittūt. In dubio tn̄ ſi ꝑlati
ſūt verba: eius erit intētio requirēda. Su=
perioꝛ quidē in ſuis dꝫ mādatis attēdere:
ne ſubditis ꝑ dubia vel multa ſiue indiſcre
ta ꝑcepta occaſio ſit ruine Decet prēꝫ ſpūa
lē ꝯſulēdo potius ꝛ monēdo: ꝙ ꝑ abſolutas

impoſitiones cogēdo: cū filijs agere. Aut ſi
q̄d interdū ſimpliciter cā exigēte iponit: id
claro ac ſolido ꝟbo exꝑmere. Cautuꝫ poti⁹
inferre negligētibus penā: ꝙ eos obligare
ad culpā Culpā tn̄ nō effugit: q̄ paſtoris ad
monitiones ſeu quecūqꝫ exilia mādata cō=
tēnit. Cõtēptū em̄ nullus pōt iuſtificare ꝑ=
lat⁹. Nā (vt ait ſctūs) Elatio ꝯtēnentes ꝛ i=
penitētis obſtinatio i minimis q̄qꝫ māda=
tis culpā facit nō minimā Proinde oīs quā
uis leuiū ꝯſueta ſiue ſtudioſa correctionis
trāſgreſſio ꝑiculoſa ē. Culpa quoqꝫ nō ca=
ret: q̄ turbationis ꝑlato. diſſolutiōis ꝓximo
materiā exhibet. Antiq̄s fuit tāta obie prō
ptitudo: vt ſupioris nō ſolū monitis: ſꝫ etiā
agnite volūtati fideliꝰ parere ſatageret Per
fecte nāqꝫ obediētie eſt ſupioris ſatiſfacere
volūtati: ꝓut btūs Frāciſcus iterrogatus
dr̄ rn̄diſſe. Nūc aūt nullis ius hūilitatis ac
deuotionis: ipſa ipoſita niſi de obligatiōe
fiat expſſio facile negligit. Ob hoc iā pene
oēs q̄ ꝑſūt vt obediētie lapſus vitet: oīa di
cta ſua ſēꝑ a ſubditis ſn̄ ꝑcepti pōdere niſi
ꝑceptū vel inhibitionē exꝑmāt: accipi volūt.
Illud aūt notabile vt ita dixeri ſeu ſolēne
ꝑceptū nūqꝫ niſi inuiti ex magna coacti ne=
ceſſitate iponūt. Alias nō eē obediētiā niſi
noīetur ſcḋm formā ꝑcepti. ſiue hō ſiue de⁹
ꝑcipiati ſola hmōi noīatiōe ꝯſiſtere: nulla
quā legiſſe me recolā: canonis vel rl'e ſcri=
ptura oñdit. Qꝛ cū ſupiores hoc ꝓ ſuis vt
dixi verbis vel etiā ſtatutis obſeruant vel
acceptāt: ſubditis niſi abutant ſecurū eſſe
Libertatis aūt abuſus ꝛ vſurpatio ꝑiculo
ſa ē. Quidā ex hoc nulla iā rl'e vel ꝑlati or
dinata ſeu dicta ꝑter armatā obiam curāt
Ita ēt ꝙ iter hoīes dū qḋ vnus approbat:
ali⁹ ꝟbis ꝛ morib⁹ iprobat diuerſi ordis vi
dent. Nichil vniforme ꝛ ſtabile apḋ eos ſū
ma varietate ē iuxta ꝓpriā cuiuſlibet volū
tē ſcindūt ordinē ꝛ ꝯfundūt. Maxima ſꝫ ra
riſſima ꝟtus hūilis obia: q̄ ſimpliciter pa=
ret/ hūiliter acq̄eſcit/ ꝛ fidelis i modicis ob
ſeruādis ad ꝟtutū ꝛ moꝝ magna ꝓuehit.
Obia em̄ ē virt⁹ q̄ ceteras ꝟtutes menti in=
ſerit: inſertaſqꝫ cuſtodit: ꝛ diſcipline tenax
nō leuiter negligit qḋ vniformiꝰ tenēdū ac
ceperit. Qui aūt obie itegritatē negligere
icipit: cito i quādā incōſtātie ꝛ inſtabilitatꝫ
gnauiā defluēs: vix ꝑfecte aliq̄d ſeruat: vix
aliq̄d maculare formidat. Crudele inquiunt
eēt: ſi ꝑlatus ſua ꝑtermittēs iterdicta: ſub=
ditos mortaliter peccare intēderet. Sꝫ nec
de⁹ nec hō dei vicari⁹ culpe lapſum ſꝫ obie
fructū intēdit. Mādat tn̄ dn̄s mandata ſua
cuſtodiri nimis. Crudele hoc eſt pfectio=

nis vež ꝓfeſſorē ꝓpꝛie ⁊ oꝛdinis honeſtati
nō parcere: ineptā carnis recreationē ⁊ pꝛo
pꝛiā voluntatē cōmuni bono volūtatiq̄ ſu-
perioꝛis ꝓponere: viciū nō coꝛrigere: ſʒ de
die in diē augere. Demū et ſi ſuperioꝛ ſua
poſſit vt vult tēperare mādata: ne ſubditis
quibus dʒ eſſe cauſa ſalutꝭ occaſio fiat moꝛ
tis: ea tñ que diuina inſtitutiōe vel pꝛopꝛia
ꝓfeſſiōe ſūt fixa: nec pꝛelatus pōt ꝓ volūta
te ſua laxare. Hoꝛtoꝛ itaq̄ vt nichil in rl'a
paruipēdas. Multi ſentiūt ꝓfeſſoꝛes regl'e
ſaltē aliquā ei⁹ ſtatutis addere ratione. Ali
qui oīa rl'aria īſtituta nō ꝓfitētibus in cōſi
lia: ꝓfitētibus in ꝓcepta: pꝛeuaricātib⁹ i cri
mina fieri putāt: niſi vbi cōſulēdi vel monē
di v̄bū exprimitur: q2 tūc ꝯſtat monitioneʒ
vel cōſiliū ibi eſſe: ſaluaq̄ ꝓſidētiū diſpēſa
tione legitima quo ad obſeruātias coꝛpo
rales: ſic tñ vt maioꝝ grauioꝛ minoꝛūq̄ le
uioꝛ cenſeat̄ trāſgreſſio mādatoꝝ. Sed h⁹
ꝓbatioꝛes cōſtat poſuiſſe doctoꝛes: ꝙ aliq̄
in rl'a ſūt ꝓcepta: in q̄bus nec ꝓceptū nec tē-
tio noiatur. Sane q̄ ſeruat oīa ſecurus eſt:
facilius minus curata interdū excuſāt. Sʒ
ſeruus quoq̄ videt̄ nō fili⁹ q̄ i neceſſarijs tm̄
obedit. Nullū deniq̄ vel minimū rl'e īſtitu-
tū ſecure negligit̄. Qui timet deū nil negli-
git. Neglectus i minimis fixis grauioꝛ: tol
lerabilioꝛ i mobilib⁹ eſt mādatis. Itē ſicut
circa diuina mādata q̄bus ſine voto quodā
modo ꝑ votū aſtringimur: ſic ⁊ circa rl'aria
venialis inuenit̄ offēſa. ex qua dei ſeru⁹ nec
inobediēs dr̄: nec trāſgreſſoꝛ. Ad hoc ſāct⁹
Bern̄. ait ſi ꝓfeſſus q̄ſq̄ in aliquo foꝛte rl'a
riū mādatoꝝ deliq̄rit: ſʒ ad remediū eque
regulare cōfugerit ⁊ ſi cōuincatur trāſgreſ
ſoꝛ mādati: nō tñ pꝛeuaricatoꝛ pacti. Solū
eſt ita ꝑ cenſendū fregiſſe votū violaſſe pꝛo
poſitū ꝑuaricaſſe ꝓceptū: q̄ ⁊ pꝛeceptū regl'e
contēpſit ⁊ remediū. ¶ Effect⁹ ꝓfeſſionis ⁊
eminentia ⁊ ſtabilitas ꝑꝑ qđ dicit̄. Et nullo
modo licebit eis de iſta religione exire. ⁊c.
¶ Apoſtatare ad ſcl'm oī pꝛofeſſo canones
interdicūt: ſʒ cū null⁹ exeūdi mod⁹ ꝑmittit̄
ſūmo pōtifice ꝓhibēte: ⁊ exiēs retro aſpice-
re ꝓhibet̄: religiōis vt q̄buſdā placet, eminē
tia cōmendat̄: a qua vt volūt ſi q̄s trāſit ad
aliā retro aſpicere ĕ: ⁊ de ſeductis ſcriptum
de mōte in collē tranſire ꝓuicit̄. Nota vt n.
pʒ ex rl'a diligēti⁹ intuenti: nulla iā ꝓfeſſio
alia in ſp̄ualibus religiōis ad hmōi ꝑfectio-
nem attingit: lʒ foꝛte in obſeruātijs aliq̄b⁹
abundet. huius quidē regl'e obia ꝓeminet:
dū obligat ad maioꝛa: dū certoꝝ taxationē
locoꝝ ⁊ limitatos ſcōꝫ inſtituta in rl'aribus
alijs obie. ſuos excedit. Paupꝑtas aūt i hoc

ꝓcipua ꝙ nō pecuniā oīno nec reꝝ q̄rūlʒ ꝓꝓ
pꝛietatē in ſp̄iali vel cōi admittit. Caſtitatꝭ
ēt puritati āplioꝛ adhibet̄ cuſtodia mona-
ſterioꝝ igreſſu ſuſpectis ꝯſoꝛtijs ⁊ ꝯſāguinita-
te remotis. Retro ergo aſpicit q̄ſq̄s alta ꝓ-
feſſus: ſpōte ad iferioꝛa deſcēdit: regno dei
ꝯſter indign⁹ iuxta euāgelicā ⁊ diuinā ſen
tentiā: quā nulla (vt volūt) diſpēſatio valet
irritare. Null⁹ inquint ſupꝛa dñm ē: null⁹ cō
tra dñʒ eē dʒ. Ubi q̄s non ſpōte ſʒ ſufficiēti
neceſſitate coact⁹ laxat ꝓpoſitū: diſpēſatio
nis remedio excuſat̄. Nā vt ait ſctūs vbi vr-
get neceſſitas: diſpēſatio excuſabilis ē. Ab-
ſq̄ neceſſitate remiſſio inq̄t voti: nō diſpen-
ſatio ſʒ ꝑuaricatio. Sed neceſſitas nō habʒ
legē: ⁊ ob hoc excuſat diſpēſationē. Ex hoc
loco arguūt aliq̄ ꝙ peſtiferi non ꝓñt ab oꝛ-
dine licite poſt ꝓfeſſionē expelli. Sed maxi
mū ē ꝙ exit⁹ a religiōe volūtari⁹ pꝛohibet̄:
nō aūt icoꝛrigibiliū expulſio ꝑuerſoꝝ: ſicut
neq̄ abſciſio putridoꝝ mēbꝛoꝝ illis q̄b⁹ ē
cura ꝯmiſſa coꝛpis. Uidet̄ ēt xp̄ī ꝯſeq̄ntiā
rl'e nec licitū nec ꝯceſſū vt lr̄e dimiſſoꝛie dēt
electꝭ: ſʒ ꝓñt dari lr̄e notificatiōis expulſiōis
ipoꝝ. Sʒ iā dimiſſoꝛie ꝯcedūt̄ ꝑ ꝓuilegiuʒ.
Attēde ꝙ pniaʒ rl'a ſuat q̄ pnie remediū oꝛ
diat. Quid aūt rl'e obſuationē expellat. Sʒ
vbi peſtilēs medicie ſp̄ualis veʒ monitoꝛū
coꝛrectionū ⁊ oꝛōnū fomētꝭ ſufficiēt adhibitꝭ
moꝛes nō coꝛripit: vl' foꝛte i ſupbiā elat⁹ vi
cia ſua defēdit: vtēdū ē ferro abſciſiōis vt
ait apl's. Auferte malū ex vobiſipis. Infide
lis ſi diſcedit diſcedat: ne vna ouis moꝛbi-
da totū gregē ꝯtamiet. Cū doloꝛe vt ait Am
bꝛoſi⁹. amputat̄ ēt q̄ putriuit ꝑs coꝛpis et
diu tractat̄ ſi pōt ſanari medicamētꝭ: ſi non
ꝑt: tūc a medico bono abſcidit̄. Btūs Frāci
ſc⁹ i rl'e decernebat nouiciū ab oꝛdie publi-
ca foꝛnicatiōe expellēdū: nō āt ꝓfeſſū ſi hūi
lit i ꝑānis ꝓbatiōis ad tp̄s iiūctā ſibi pniaʒ
ageret ⁊ a recidiuo caueret. De q̄ ēt dicebat
lʒ ei ꝑāni ꝓbatiōis ꝯcedāt̄ ꝓ pena: nō tñ ab
ſoluit̄ a ꝓfeſſiōe ⁊ obia quā ꝓmiſit. deniq̄
q̄ ſocietatē ificit vl' extra oꝛdieʒ ſcādalū fa-
cit: dʒ vl' eo q̄ dictū ē mō expelli: vl' iuxta le-
gē diuinā vt bos coꝛnupeta ne ledat icludi
qđ magꝭ piū ⁊ honeſtū ē: cū ēt fugitiui ſint a
ꝓlatꝭ ne ꝑeant ex ſtatuto eccl'ie req̄rēdi. Ta
les ꝓ culpe mō itra clauſtrū arcet̄ ne ad ex
terioꝛes ꝓcedāt vel ifra cellā aliquā firmā
ſʒ aptā vt ibi oꝑari poſſint et viuere ꝯpetē
ter: ⁊ intra ipaʒ iterdū aeris bñficio recrea
ri. Nō ei dñt celle certitudine vl' hoꝛ̄re occi
di: ſʒ laboꝛicio diſciplinis ⁊ vict⁹ auſterita
te affligi. Habitum oꝛdinis deuotū, paupe
rē autē ⁊ humilem, veſtis rara ⁊ vilis, pe-

dũcꝫ nuditas manifeſta patẽt ſingula cõſe
quẽter. ❡Et illi q̇ iã ꝓmiſerũt obedientiã
habeãt vnã tunicã cũ caputio ⁊ aliã ſine ca
putio q̇ voluerint habere. Nõ põt plurali=
tas minoꝛ eẽ duab⁹ nũero. Nõ neceſſitatis
exceſſu duas tunicas habere ⁊ non plures
rl'aris eſt foꝛme. Plures ꝟo duab⁹ habere:
diſpẽſatiõis ẽ rl'e auctoꝛitate illoꝝ qb⁹ da=
eſt frib⁹ ꝓuidere ſcḋz loca ⁊ frigidas regio
nes: ſicut neceſſitati viderint expedire. Ne
ceſſitati enim ꝯſulit duplicib⁹ ſeu mutatoꝛ=
ijs derelictis q̄ apl'is duaꝝ noïe tunicarũ
dñs iterdicit: volẽs ex pecijs mãtellos pau
pertatis zel⁹ et neceſſitas adiuuent. Et in
ſubſidiũ penurie tunicaꝝ quas antiq̇ fr̄es
ꝓpter pauꝑtatẽ ⁊ euãgelij foꝛmã ſimplici⁹
intellectã multiplicare nolebant: vna ſepi⁹
tunica int⁹ ⁊ foꝛis circũquaqꝫ repeciata cõ
tẽti. Hac ſctũs ꝯſuetudine vſus fuit: ſicut et
coꝛdã ꝓ cingulo appropriauit ❡Qñ dica
mãifeſta neceſſitas ad calciamẽta poꝛtãdũ

❡Et q̇ neceſſitate cogunꝉ poſſint poꝛta
re calciamẽta. Euãgelica regula euãgeliũ
de nõ hñdis calciamẽtis etiã modũ apl'icũ
ſeq̇tur. Attẽde hic q̇d poſſe q̇d neceſſitatis
q̇d calciamenta dicãtur: et vtrũ calciari ſit
ꝓhibitio regule. Poſſe hoc loco accipiꝉ pro
licere. hoc eñ poſſum⁹ qḋ licite poſſum⁹ No
ta neceſſitas vero nõ determinaꝉ vno mõ
ſꝫ plurib⁹. Aliqñ eñ determinaꝉ ſcḋz ſtatũ
ꝑſone vt qꝛ debilis vel ĩfirma. Aliqñ ſcḋm
tẽpus: vt qꝛ vehemẽs frig⁹ eſt. Aliqñ ſcḋm
locũ: vt qꝛ nudis pedib⁹ ſine detrimẽto trã
ſiri nõ põt Aliqñ ſcḋm iter vl' officiũ iũctũ qḋ
nõ poſſꝫ nudis pedib⁹ ſiue detrimẽto vl' cãe
ꝓꝑ quã iũctũ ẽ ꝑfici. mľta q̇dẽ itaqꝫ dñt vti
ꝙ poti⁹ negligi vl' differri q̄ rl'e foꝛma abãti
q̇s mira diſtrictiõe ſuata ſine cã euidẽti la
xari: cũ min⁹ aliqñ ꝑdicationis edificet ver
bũ vbi deeſt vite rl'aris exẽplũ. Sꝫ vbi co=
git neceſſitas: nõ min⁹ calciat⁹ q̄ diſcalcia
tus ſuat rl'aꝫ. Quidã ĩ niue ⁊ glacie ſñ cal=
ceis ꝑdurãtes grauia icurrũt incommoda
Meli⁹ ẽ bñficiũ rl'e cũ hũilitate recipe: q̄ pi
culũ ex ſupſtitione incurrere. Sẽper tñ ſtu
dẽdũ ẽ vt indigẽtiã comiteꝉ modeſtia ⁊ ho
neſtas. Cogẽs neceſſitas dꝉ quã nõ carnis
modeſtia vel prudẽtia ſꝫ rõnalis et vrgẽs
cõciliat cauſa: vt qñ debitũ ipediꝉ officiuꝫ
aut coꝛpoꝛale vel ſpũale timetur diſpẽdiũ:
ſicut colligiꝉ ex ꝑdictis. In hoc euãgeliũ cõ
coꝛdat Lu. xxij. ⁊ Matth. x. vbi dñs teſtifica
tur apl'os ſine calciamẽtis miſiſſe dicẽs Qñ
vos miſi ſine ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamẽtis.
Et tñ ipſe mãdauit eis ſicut clare ad lr̄am
pꝫ vt irent calciati ſandalijs: ꝓut habetur
Mar. vi. c. Ex quo ſatis ꝯcludiꝉ ꝙ ſãdalia
nõ vocãtur ꝓprie calciamẽta: q̄ q̇dẽ capitu
la ad lr̄am loquũtur de miſſione duodecim
apl'oꝝ. Et ideo ĩ ꝯcoꝛdãtijs euãgelioꝝ ſcri
biꝉ ſic. Calciamentũ ꝟo ꝓꝑe dici nõ põt niſi
qḋ operit pedes: vñ nec calige trũcate: nec
ſolee ꝓprie inter calciamẽta deputari videꝉ
tur. Itẽ in ꝯſtitutionib⁹ mãdatur vt miſſaꝫ
celebrãtes ſint calciamẽtis calciati: et nõ ſã
dalijs qꝛ nõ eſt ꝓprie calciamentũ. Cõſue=
ta pedũ operimẽta de coꝛio videtur ꝓprie
calciamenta vocari: ⁊ poꝛtatio vſum dicit.
Deniqꝫ calciari diſpẽſationis eſt regule in
neceſſitate: nõ calciari foꝛma eſt vite. Uide
tur tñ alijs ꝙ omne qḋ ad calciamẽta ꝑti=
net: diſpenſationis eſt. aut minoꝛis vt ĩ ſo=
leis/aut maioꝛis vt in ſoleis ⁊ caligis/aut
maxime vt in ſotularib⁹ et caligis. Neceſſi
tas licet minoꝛ ĩ minoꝛib⁹ diſpẽſationẽ ex=
cuſat. Quis autẽ excuſet ſi vſum paſſim de
indulgẽtia facias: vt ꝟbi cũ limẽ abſqꝫ ſo=
leis vel in eſtu ad modicũ egredi neſcias?
Sic calceos de pãno ꝓ pedib⁹ et almucias
ſeu capellas ꝓ capite ⁊ oïa q̄ foꝛmã regula
rẽ excedũt diſpẽſationẽ aſſignãt. Et attẽde
ꝙ talia ſi qñ indulgẽtur: cũ fieri põt celãda
ſũt: ne vite foꝛmã oï religioſo ſtudioſe ſer=
uãdã publicata defoꝛmẽt: ⁊ in diſcretis ma
teriã iudicãdi miniſtrẽt. Irregulare aliq̇d
qñqꝫ hẽtur licite: ſꝫ vix publicatur honeſte:
vñ btũs Frãciſc⁹ dictas vt ferꝉ almucias
nullaten⁹ extra caputiũ publice ferri ſine=
bat. alias almucie oſtẽtatio ſignare faſtũ vl'
ĩpudẽtiã ſolet. Sandalia ⁊ mãtellos poſſu=
mus foꝛſitã (hec euãgelij. hi ſcti licẽtia) pub
licare Sũt aũt aliq̇ rl'ares ĩ veſtib⁹ calciamẽ
tis ⁊ neceſſitatib⁹ alijs mľtũ ꝯpleti: multũqꝫ
foꝛinſec⁹ quadã honeſtate ꝯpoſiti/multũqꝫ
fr̄es ĩ his deficiẽtes: ⁊ quãdã ĩ cultu extrinſe
co defoꝛmitatẽ hñtes: ĩhoneſtos ⁊ irreligio
ſos ꝓpter nuditatẽ ipaꝫ atqꝫ penuriã re=
putãt Sꝫ nulla maioꝛ honeſtas: q̄ xp̄ꝫ ⁊ ei⁹
apl'os imitari. Pauꝑtatis ⁊ hũilitatis ho=
neſtas ꝑ quã ſctiſſime ⁊ nude nudo ac pau
peri xp̄o ſeruiꝉ: q̄tilibet veſtium ⁊ calcia=
mẽtoꝝ honeſtati ꝑfertur ❡Et oẽs fratres
veſtimẽtis vilib⁹ iduãtur. Oẽs indiſtincte
vilib⁹ vti debent. Attẽdẽda ẽ hec vilitas in
ꝑcio pṫer ⁊ coloꝛe: ⁊ ſcḋz eſtimationẽ hoïꝫ
regiõis ĩ q̄ fr̄es moꝛãꝉ: ſeruata nõ minus
honeſtate: ne mollicie ſubtilitate vel ſpecio
ſitate notabiliter pannus appareat deli=
catus. Qui mollibus veſtiuntur in domi=
bus regum ſunt. Plus curãda eſt pãni ho=
neſtas q̄ precium. pro foꝛi varietate ma=
gis in malo panno min⁹ in vilioꝛ vel fra

trſbus in honeſto inueniri ↄtingit. Quidaꝫ
putāt non oim ex regula ſed in pānis neceſ
ſarijs ⁊ honeſtis quandā mediocris pcī vl'
qualitatis iuxta hoim reputationē pro tpe
in ea quā regula iponit veſte neceſſariā vi
litatē:nec poſſe cōmode rebus preтereūtibꝰ
reſtricti' vti:ꝙ ſuperioꝛ ꝓuidet ⁊ eoꝝ inter
quos viuitur mores ſe habēt.Sed ↄſtanter
pfectio ē habēda regl'aris. Religioſi paupe
ris cū regula ſit paup:veſtis pcioſa ⁊ curio
ſa confuſio ē. Subrepit aūt facile corrupte
la niſi arctiꝰ caueatur vt aqua: ſic diſciplie
cenſura ſi negligenter ſolui pmittitur:tota
perit. Primis quidē auctoribꝰ maxime im=
putatur abuſꝰ:ſequaces tn̄ vicij auctoritas
non excuſat exēpli. Nēpe ſcd̄m apoſtolum
vnuſquiſq; onus ſuū portabit.¶ Et poſſint
ea repeciare de ſaccis ⁊ alijs pecijs cū bn̄di
ctione dei. Anteꝙ regula bullaretur ſanctꝰ
addebat. Et licet dicātur hypocrite:non ceſ
ſent bn̄facere. Qr nec vero due tunice ſim=
plices qn̄ꝙ ſufficiūt:nec eas fratres annua
tim renouare poſſunt aut nolūt ītuitu pau=
pertatꝫ:pn̄t eas repeciare de ſaccis ad lr̄aꝫ
contra delicata ⁊ ſubtilia veſtimēta:qꝺ an=
tiquis multū fuit in vſum:vt eos iuxta apo
calypſim ſaccis indutos xp̄i non ambigas
eſſe teſtes:vl' alijs pecijs,nouis vl' veteribus
paruis aut magnis cū regula nō diſtiguat
Poteſt verꝰ tunica cū noua vt eſtimo ſine re
gule preiudicio per ↄſuturā vniri. Sicut du
as cappas habere non dicitur:q̄ habet pel=
lem panno īuolutā. Nec penā in eſtate diui
ſam habens ꝓhibetur vſꝙ ad frigoris ne=
ceſſitatē ſeruare niſi per ſuperiorē aliud or
dinaretur. Beatꝰ ei. Frāciſcus duplicitatē
oēm zelo paupertatis horrēs:vix aliquā vt
dicitur veſtē fratribꝰ indulgere volebat: ni
ſi qua continue vtebātur. Sic alicubi ſolent
veſtes ſuperflue in eſtate renūciari prelato
iuxta eiꝰ diſpoſitionē cuſtodiēde in ↄmuni=
et fr̄ibus ſuo tp̄e aſſignāde. Alias nō vide=
tur veſtis duplex dicēda ſeu mutatoria q̄ ꝓ
maxima pte anni ſimul eſt neceſſaria. Sim
plex veſtimētū ē q̄cquid neceſſariū eſt alicui
ſcd̄m qualitatē loci vel tpis:⁊ duplex eſt qꝺ
vltra neceſſitatē eſt. Antiqs mos fuit tuni=
cas pauperrimas habere:formā regule de
duabus habēdis ad plus diligēter ſeruare
de ipſis duabꝰ ſi non ſufficerēt ſimplices qꝺ
ſuperaddebāt repeciādo vt dictū eſt p con=
ſuturam vnire. ¶ Quos moneo ⁊ exhortoꝛ
ne deſpiciāt nec iudicēt. ⁊c. Nō iudicare ſeu
condēnare lex xp̄i eſt:quare fr̄es licet alios
molli veſte veſtituꝙ delicato vtētes: ab ijs
abſtinēdo pcellāt:,debēt tn̄ cauere ne ipſos
iudicēt vel ↄtēnant. In quo qs pemínet:fa=
cile ceteros vt iferiores ↄtēnit. Si quis re=
gule huiꝰ pfeſſor q̄ ſuā debet crucē iugiter
baiulare:xp̄iꝙ mortificationē in ſuo corpe
circūferre:delitias iterū in molli veſte in ci
bis ⁊ potibꝰ diligit aut(qꝺ īexcuſabiliter or
dinis honeſtati ⁊ regl'e aduerſatur) pānos
coloratos in almucijs vl' alijs corpis idumē
tis admittit:dānat ſe magꝫ ꝙ alios his vtē
tes:quos ip̄e turpit' imitatur. Pꝫ ex regula
victꝰ ⁊ veſtitꝰ ⁊ regularis diſciplina debita
In hoc fr̄es a ſecularibꝰ differūt. Secl'ares
vtiꝙ fiūt quoꝝ mores neglecta ꝓfeſſiōe re
ſumunt de diuino officio ⁊ ieiunio.

## ¶ Capitulum tertium.

Lerici faciant di
uinū officiū. ⁊c. Sanctꝰ hoc lo=
co de oratiōe ⁊ ieiunio tractat
per que ſcd̄m euāgeliū demo=
nia expellūtur:⁊ qualiter fr̄es
debeāt ire per mundū. Diuinū officiū ē ſolē
nis oro que iter ceteras deo gratiſſima ma
xime ↄſtat efficacie apud deū. ¶ Clerici in
quit faciat diuinū officiū. ⁊c. Debet officiuꝫ
fieri ſcd̄ꝫ ordinē.i.ſcd̄ꝫ ordinariū ſctē roma
ne eccl'ie. ꝓut eſt in eius breuiarijs ordina
tū. Nō aūt ſcd̄m variatiōes ſi quas dn̄s pa
pa q̄ eſt ſupra officiū ꝓut vult facit. niſi ſic
ordinet eccl'ie faciēdū. Sꝫ nec cardinales p
votū vt nos ad officiū ſe aſtrigūt. Fr̄es ita
ꝙ non ad dn̄i pape vel cardinaliū officiū:ſꝫ
vt regula exp̄mit ad romane eccl'ie ordina
riū ſeu breuiariū obligātur. ¶ Ex quo ha=
bere poterūt breuiaria. Pluralr' vtiꝙ dr'.ſ.
breuiariū diurnū qꝺ ē miſſale ⁊ nocturnum
qꝺ eſt horaꝝ ſupponit' atꝙ ſecūdū cōſuetu=
dinē romāe eccl'ie vl' ordinē. Dixert aliqui
ꝙ fr̄es cū alioꝝ iterſūt officio ad ꝓpriū non
tenēt'. Sꝫ ex quo hn̄t breuiariū nō videtur
a regl'e ipoſitiōe abſolui. Dicūtꝙ ꝙ regula
eos cū p ſe faciūt nō aūt cū faciētibꝰ aſſiſtāt
idicit arctare. Sed antiq̄ cū in feſtis ſolēni=
bus extra fr̄es ne de iertia notarētur alioꝝ
matutino intererāt:ſuū in primis officiū vl'
certe poſtea in priuato legebāt Officiū ſctē
romane eccl'ie tanꝙ valde autēticū tāꝙ im
poſitū magna nobis ē cura ſeruādū. Beatꝰ
frāciſcꝰ fr̄em q̄ nō eēt catholicꝰ vel non face
ret officiū ſcd̄m romnā eccl'iam ſuis iuſſit p
ſentari maioribꝰ in vicl'is cuſtoditū vbi cri
minis ⁊ pene collationē ⁊ legis etiā volūta
tē ⁊ culpe īſinuat quātitatē. Nō decꝫ ait hu
go vt cantus ⁊ vſꝰ eccl'iaſticꝰ fieri debeat ſe
cundū arbitriū diuerſoū ſꝫ firmit' ſeruādꝰ ē
ſcd̄m ſcripta atꝙ iſtituta maioꝝ. In oībus

auctoritas eccl'iaſtica magis ⁊ rō ē imitan
da honeſtū ē inq̄t ⁊ religioſū nō facile q̄cq̄
aliter leuiter breuiare. Erubeſcāt incōſide
rata deuotianoꝝ p̄ſumptio q̄ rl'e ſctōꝝ offi
ciūq̄ ꝯditoꝝ ordinatiōi deuote ac ſolide ſin
gularitates ſuas quaſi magꝫ deuoti ꝑpo=
nere nō verenť: hi ⁊ aliꝗ quadā ꝓpria libr le
uitate nūc i lr̄a nūc i cātu: nūc feſti nūc p̄ui=
legiꝗ: nunc ꝯſuetudis quā q̄libet ſibi ꝯfingit
obtētu paulatim a rl'ari recedentes officio
auferūt ordini neceſſariū ex rl'a ſctē romāe
eccl'ie, morē ⁊ q̄ religioſis maxie ⁊ ſup oīa ex
pediūt, vniformitatē ⁊ pacē. Hoc em̄ ſicut
diuerſitate ſic graui ſepe deſēſione turbat
fr̄es: dū vn⁹ q̄ḋlibet alius qḋ placet ꝓbis fa
ctiſq̄ defēdit. Turpis q̄dē ⁊ ſingularitatis
deformitas vbi eſt ꝓfeſſiōis idētitas. Nec
licet cōia vota maxime fixa ſciēter vel i mo
dico variare. Qui temere audet in modico
maiori cito audebit. Ex modicis vero cre=
ſcit variatio in imenſuꝫ. Sic apḋ iſtabiles
vix aliq̄d ſtabile eē pōt. Nō euacuo diſpē=
ſatiōes maioꝝ: ſemꝑ tn̄ ꝓpriꝗs ⁊ canonicis
cuiuſcūq̄ obſeruātiꝗs religiōis: vtputa ſūt
in ordine nr̄o mod⁹ officiādi forma iduēdi
et ſil'es vt alibi tactū fuit tā ſupioꝝ q̄ iſe=
rioꝝ volūtas ex voto ſubiecta: ſꝫ i his q̄n̄q̄
diſpēſare poſſit ſupior ex cā rationabili ad
tp̄s cū em̄ vrget cā rōnabilis diſpēſare pōt
nō volūtas ſꝫ auctoritas ſupioris. Ratio=
nabil' ꝓo cā duplex ē neceſſitas vcꝫ atq̄ vti
litas. Porro neceſſitas duplex priuata ſci
licꝫ ⁊ cōis. Priuata neceſſitas eſt cū ꝑſona
ſine diſpēdio nature vel gr̄e niſi ſecū diſpē
ſetur ꝑtrāſire nō pōt. Cōis vero neceſſitas
eſt cū vniuerſitas abſq̄ diſpēdio cōis boni
niſi ꝑ diſpēſationem ei ſubueniať: ꝑtrāſire
non valet Utilitas vero duplex eſt priuata
videlicet et cōis: et ex vtraq̄ parte q̄n̄doq̄
diſpenſatur: cum ſcꝫ boni priuati vel cōis
ſpirituale p̄cipue ⁊ nō mediocre ab eo q̄ diſ
pēſat certis indicꝗs vel ꝓbationibus futu
rū ſperatur emolumentum. Quam ob rem
iuxta maiorum ſentētias tutum nō ē fr̄ib⁹
per priuilegia ipetrata in officio vel i aliꝗs
abſq̄ vrgēte cauſa recedere ab intētione re
gule quam vouerunt. Diſpenſationes q̄q̄
vnitatis moꝝ ⁊ cordiū portāt ſciſſiōes: dū
qḋ vnus ipetrat alius nō acceptat: ſed ho=
neſtas maxima eſt regule ſingularitates vi
tare Singulare maxime dixerim quicquid
ab obſeruātia diſcrepat regulari: que cōis
oībus cōiter eſt tenēda. Qui ea q̄ regula vl'
ordo ſcḋꝫ regulā ordinat ſoluūt: quātūlibꝫ
ſint multi. ſingulares exiſtūt. Nō em̄ ꝑſona
rū paucitas: ſed iordinata diuerſitas viciū
inducit ſingularitatis. Sepe vn⁹ vel pauci
cōiter agūt: ſingulariter multitudo Deniq̄
ſingularis ē q̄ debite cōitati nō heret. Cōi=
tatē debitā nō errans pluriū turba: ſꝫ rite
cōis obſeruātia facit: ideo nō ē in abuſu ſe
quēda. Nō em̄ qḋ multi tenēt: ſꝫ qḋ temere
dn̄t curādū eſt: alias iuxta canones qḋ non
ꝯtra fidē nec ꝯtra bonos mores eē ꝯuinciť:
indifferēter hn̄dū eſt: ⁊ ꝓ eoꝝ q̄bus vnitur
ſociciate vitādū Semꝑ etiā vitandū: vbi cō
mode vitari pōt vitandū eſt. ¶ Laici vero
dicant. xxiiij. pr̄ nr̄ ⁊c. Sup iſtū articulū nō
inueniť expoſitio: iō ſeq̄tur. ¶ Et ieiuuent
a feſto oīm ſctōꝝ vſq̄ ad natiuitatem dn̄i.
¶ Quod dr̄ a feſto: accipim⁹ excluſiue. nec
in ip̄a die feſti ꝯſueuim⁹ ieiunare. Ieiuniū
perfecit forma eccleſie. Eſt enim ieiunium
abſtinētia a cibo ⁊ potu ſcḋm formā eccl'ie
ꝓpter deū. Forma eccl'ie eſt vt ieiunās de=
tracto prādio cena ꝯtētus: a carne aīaliuꝫ
⁊ oībus q̄ ſemētinā ab ea trahūt originē. ſ.
lacte, caſeo ⁊ ouis abſtineāt. De ouis tn̄ et
lacticinꝗs ꝓ aliquo tp̄e ꝯſuetudo variat re
gionū eccl'ie approbata. Ubi hec ſūt hone=
ſta ꝓ patria: hoīes offenduntur cū reſpuī=
mus vilia ſūptuoſa recipim⁹ Piſces inq̄unt
delicati ⁊ cari ſunt diuitū: lacticinia paupe
rū. Ubi a lacticinꝗs abſtinēt ieiunātes: ſcā=
dalū eſt ſi nos morē patrie maxime in ſan=
ctoꝝ vigiliꝗs vel aliꝗs eccl'ie ieiuniꝗs viola
mus. Iuxta ſcti canonē mos eccl'ie ſiue dio
ceſis i qua ſumus eſt ſeruādus. Ad quam=
cūq̄ (inq̄t) eccleſiā veneris ei⁹ morē ſerua: ſi
cuiq̄ nō vis eſſe ſcādalū: nec quēq̄ tibi Ma
lū eſt hoī q̄ per offendiculū mādücat. Debe
mus ergo in ieiuniꝗs ſcḋꝫ morē ieiunātiuꝫ
vti. Quidā hoc lati⁹ ꝓ q̄drageſima. illa ſu=
miūt q̄ ꝯtiūatis ab epyphania. xl. dieb⁹ maxi
me ieiunabilibus agiť: queq̄ nō min⁹ ſan=
cta maiori. xl. ſuperueniente completur. de
qua ſubditur. Sanctam vero. xl. que ⁊c.
¶ Sed ieiuniū in carnibus irrident hoīes
ignorat eccl'ia, nullū tn̄ in gratuitis extimo
ꝯtēnendū bonū. Ab hac. xl. q̄ fr̄m relinq̄tur
volūtati: nō dꝫ ſupior ſine cā rōnabili ſubdi
tū ipedire. Et ne putem⁹ nos ꝑ hāc. xl. ab a
lia quā eccl'ia ſtatuit eximi: ſubdiť. ¶ Sed
aliā vſq̄ ad reſurrectionē dn̄i. ⁊c. Ac ſi dicať
Iſtā pn̄t ieiunare q̄ volūt: ſꝫ aliā ieiunare
tenētur Nūq̄ em̄ regula excuſat a ieiuniꝗs
eccl'ie: Aliꝗs autem temporib⁹ nō teneanť
niſi ſexta feria ieiunare. Sed hec exceptio
ieiunia quatuor tempoꝝ vel alia indicta
fidelibus non excludit: cū in hoc regule cōe
ditor non poſſet. Sed fratres ad alia q̄ q̄
taxantur per regulam non tenentur. Unde

an̄ bullā regula ſic habebat. Aliis aūt tͤpib⁹
nō teneātur ſm̄ hāc vitā niſi ſexta feria ie=
iunare. Sed poſtmodū exp̄ſſio eſt neglecta
Quis em̄ ſani capitis debuit eſtimare: vt i
ſcādalū toci⁹ eccl'ie gn̄alis pauca ipſi⁹ eccl'ie
gn̄alia ieiunia ſāctus amouere intēderet:
q̄ multa ſpecialia imponebat. Deniqꝫ ſi hoc
ipſe vel dn̄s papa rl'e approbator itēderat:
fuerat exprimendū. Itaqꝫ nr̄a religio ſicut
nec alias xp̄ianiſmū: ſic nec chriſtianorum
ieiunia regula nobis aufert. Feria. vj. nec
ꝓ feſto etiā natalis dn̄i ieiuniū eſt ſoluēdū
ſed q̄ nec voto nec regulari obſeruātia ſunt
aſtricti: tūc ob feſti excellētiā carnibus vti
poſſint. ❡ Tēpore vero manifeſte neceſſi=
tatis nō teneātur ffes ieiunio corporali.
Neceſſitas que nos a ieiunio abſoluit: itel=
ligēda eſt multis modis. Contingit em̄ ne
ceſſitas comedēdi aliqn̄ ratione etatis vel
infirmitatis Aliqn̄ rōne laboris vel defect⁹
ſuſtentationis. Neceſſitas dicit̄ manifeſta
qn̄ indigēti vel diſcreto cuilꝫ intuenti ꝯma
xime prelato dubia nō exiſtit ❡ Qual'r fra
tres per mūdū eūtes ſe habeāt: docet cū ſb
dit. Cōſulo vero moneo ꝛ exhortor. ꝛc
❡ Legimus btm̄ frāci. ffes ꝑ mūdū binos
miſiſſe iuxta ſaluatoris exēplū. Nūc quoqꝫ
pluribus per mūdū eūtibus modū tradens
ſocietatis mutue ſolatiū ꝛ honeſtatē cōmen
dat: ſicut etiam litigij quod duorum ad mi
nus eſt diſſuaſio probat. Non litigent inq̄t
nec cōtēdāt verbis: quod de fratribus acci
pi ſequens innuit textus cum dicit. Neqꝫ a
lios iudicent. ſ. extra. Neqꝫ em̄ decet nec ex
pedit ffes incedere ſingulares Ue ſoli quia
ſi ceciderit nō habebit ſubleuātē ſe. ❡ Lis
aūt ffes ꝛ ſocios nūqꝫ decet: ſꝫ comes itine
ris etiā moleſt⁹ caute ferēdus eſt. Litigare
cū ſocio viliſſimū ē: prudēs cōtendere etiam
ieſus erubeſcit. ❡ Non litigēt. ꝛc. Sanctus
hoc loco iuxta euāgeliū formā optime iſtru=
it quib⁹ ffes in lucē gentiū dati lucē int̄ ho=
mines debent oñdere: ꝛ quoꝝ opinionē pre
dicantiū maxime inq̄nant vitā. Sic em̄ fra=
tres ꝯcordia inuicē ꝛ ad oēs / modeſtia i ci=
bo ꝛ potu / māſuetudo ꝛ humilitas in mori=
bus / etiā in verbis edificatoria et religioſa
locutio / dei miniſtros ꝛ euangelicos viros
cōprobat. Sic ꝯtentiōis diſſidiū: gule quoqꝫ
viciū p̄ſertim in modo ꝛ pīguib⁹ vl' aliis cu
rioſis (ꝛ que multū inter hoīes dedecet) co=
meſtione moroſa tāte ꝑfectionis viris ē ma
xime deteſtādū: quos anti cibi faſtus ſeclā=
ris ꝛ indiſciplinata locutio vilificat ꝛ ꝯfun=
dit. ❡ Honeſte loquētes oībus ſicut decet.
Honeſta inq̄t locutio iter hoīes qui hāc int̄=
tum attēdunt maxime ffes decet: vt ſtulti=
loquiū aut vaniloquiū nec nominetur in eis
ſicut decet ſanctos: ſꝫ oīs eoꝝ ſermo ſit ſēꝑ
ſale ꝯdit⁹ in grā. Ipſi eī ſūt ſal terre: q̄ ſi ſal
euanuerit i quo ſalietur Turpe valde eſt p̄di
catorē euāgelicū ad fabulas ſe conuertere
mundi honeſtas etiā ē verbi tumorē / iniriā
modūqꝫ ſecularē excludit: in quoꝝ ſenſu nō
ſolū ꝯſpicuis: ſꝫ oīb⁹ ſcd̄m regulā licet dome
ſticis vel humilis cōditionis hoīb⁹ honeſte
loquendū eſt. Non decet religioſā pſonā la
biū ſeclare. ❡ Faſt⁹ quoqꝫ tollitur eq̄tandi)
ſalutatio pacis ꝛ vict⁹ quoqꝫ ſcd̄m euange=
liū ꝯmendatur: vt in humilitate p̄cipua ma
giſtrū humilitatis xp̄z facto ac verbo aucto
rem pacis annūciēt: modūqꝫ euāgelicū imi
tentur. vñ ſubditur. ❡ Et nō debeāt eq̄tare
niſi. ꝛc. In hoc ſctūs veſtigia xp̄i ſeq̄tur: qui
pedeſter (ſemꝑ niſi cū de pullo et aſina my=
ſteriū innuit ꝛ ꝓphetiā) credit̄ ābulaſſe. In q̄
ffib⁹ hūilitatis / auſteritatis ꝛ minuēde ſol
licitudīs forma dat̄: q̄ cū ſctūs itēderet: itel
ligētis ſui dicti ex cāis ē aſſumēda dicendi
Uulgo q̄qꝫ eq̄tare dīr q̄cūqꝫ aīali s cuiuſlꝫ
euectiōe vtūtur. Sūt q̄ iuxta ꝓprietatē vo
cabuli illos tm̄ eſtimāt eq̄tare: q̄ equini ge=
neris inſidēt aīali. Ueꝝ ꝛ ſi aīalia cetera vl'
honeſta occurrūt vehicula eq̄s tracta vecta
ri lr̄a forſitan min⁹ vetet: beati⁹ tn̄ tuti⁹ et
honeſti⁹ (niſi vrgente neceſſitate) vitam ꝑe
diteſqꝫ cū dn̄o ieſu ex itinere fatigamur. Hi
in curribus ꝛ hi in eq̄s. nos aūt in noīe dn̄i
dei nr̄i iuocabim⁹. ❡ In quācūqꝫ domū in=
trauerit p̄mū ꝛc. Hoc vt diſcipulis i euāge=
lio ffib⁹ intrātibus dicit: et videt̄ dici ſcd̄m
admonitionē nō ſcd̄z p̄ceptū ſꝫ ſcd̄z diſcre=
tionē. Dn̄t aūt ffes iuxta hmōi v̄bi euāge=
lici miſteriū diſcordes i domo ſi fuerint cō
cordare. i. ad ꝯcordiā dei ꝛ hoīm reuocare.

❡ De q̄bus cibis ſit licitū fratribus mā
ducare tempore ieiunij.

❡ Et ſcd̄z euāgeliū de oīb⁹ cibis ꝛc. Pecu=
nia ꝛ pera ſine vict⁹ i pera repoſit⁹ diſcipu
lis denegat̄ nec elemoſinariū ſecū vehant.
Sꝫ cui ꝑ ſe vl' ꝑ burſariū null⁹ ē ſūpt⁹: apꝫ o
ſitaꝝ reꝝ idulgend⁹ ē vſ⁹. Hoc ꝓ tp̄e iux' a
morē accipim⁹ vt oīb⁹ ieiunātibꝫ i ieiunio t ꝯ
ieiunātiū i nō ieiunio vti cibis poſſum⁹ N c
ei rl'a ꝯ ferie ſexte abſtinētia vl' ꝯ ieiunij for
ma ꝯtradicit Hec ffib⁹ ꝯceſſio ꝯgruit tū ꝓp
euāgeliū formā tū ꝓp hēſiꝫ ꝯfutādā q̄ cibos
dānāt q̄s ſcd̄z apl'z de⁹ creauit ad ꝑcipiēdū
cū grāꝝ actiōe fidelib⁹: ꝯtra quā hūc dn̄s or
dīe ꝫ ſuſcitauit tū ꝓp pauptatē q̄ nō hꝫ vn̄ ci
bos ꝓuideat ſp̄ales. paup āt ſi q̄d iuenit re
ſpuit freq̄nt̄ aut eſurit aut moleſtat̄. nōledit

cib⁹ etiā laut⁹ ſi tēperate ſumaꝛ niſi trāſe=
at in affectū Nō eſt regnū dei eſca vel pot⁹
ſed iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudiū ī ſpū ſctō. Ideo
euāgelica vita hypocriſim in cōi vſu decli
nās dū in lautis vel in abundātia ſe tēpe=
rat quaſi martyriū eſt In hoc em̄ carnalis
et paup̱ euāgelic⁹ diſtāt: q2 ille mēſam ſteri
lē odit ⁊ lautis excuſar i affectat. ille vero
appoſitis iuxta euāgeliū mēſaq; frugali ad
ſuſtētationē cōtent⁹ delicata ⁊ ſi modicū de
libat: gule tñ appetitū nō ſatiat: exēpluq; i=
ter hoīes maxime neceſſariū eſt Fres itaq;
ꝑ mūdū eūtes carnib⁹ ſi appoſite fuerint
vti pñt a quibus tñ reſidētes in domo reli=
gioſe ac ꝓuide abſtinēt. Nimirū religioſi ⁊
paupes carnis mortificationi ex vite ꝓpo=
ſito intēdentes. lautaq; cibaria et delicata
et ſi ab aliis appoſita neceſſitatiſ grā ꝓ tpe
nō recuſāt: ꝯgruētiſſime tñ ipi ſibimet (niſi
arctet neceſſitas) nō miniſtrāt nec ꝓcurant
miſtrari. Vñ abſtinētia carniū in locis frm
beati Frāciſci tpe dr icepiſſe. Sane q̄ egy=
pti carnes ī heremo religiōis deſiderāt irā
dei cōtra ſe ꝓuocāt. Nō carniū reprehēdi=
tur vſ⁹. ſꝫ ꝯcupiſcētia ⁊ abuſus. Nō cib⁹ in
vicio ē ſꝫ appetit⁹ carnis: ex ſola inertia ſe
pe inualidi nō niſi delicato carniuꝫ vſu vel
eſu (quaſi nō alius cōfortet cib⁹) contēti ſūt
panes optimos cocta ſeu pulmenta q̄cunq;
piſces lacticinia et oua nō reputāt: null⁹ ſi=
ne carnib⁹ ſufficit eis cib⁹. Nrm̄ ē ꝓmiſſū a
deo māna cū grāꝝ actiōe ſuſcipere carnes
et curioſa nō q̄rere ⁊ vbicūq; in domo vl' ex
tra nr̄e diſpoſitioni relinq̄tur corꝑi ſuſtēta
tionē nō delicias ꝓuidē Pr̄es nr̄i iſup̱ i pēu
ria abſtinebant q̄ mō nos in copia inſup̱ et
delicias q̄rere poſſum⁹? Sꝫ vt dictū ē ꝑ mū
dū nobis eūtibus appoſitis vti lꝫ. Quid ſi
ordo vel ꝑlat⁹ appoſitis vel oblatis vti ꝓ=
hibeat. Conceſſiones regule ⁊ ſi ꝑlat⁹ ſine
iuſta cā nō debeat īpedire: nos tñ ei⁹ man
datū rōnabiliter factuꝫ ꝯceſſionib⁹ ꝓpriis
religioſe ꝑponim⁹ ꝓpter obediētie bonū ꝓ
pter vniformitatē ⁊ pacē hīs em̄ conceſſio
ꝑiudicare nō dꝫ ſine q̄bus religio nō ꝯſiſtit
Scdm̄ aplm̄ nō oīa q̄ licēt expediunt. Poſſu
mus etiā arctari ꝑ caplm̄ nr̄m ꝑ fres quos
intelligim⁹ īteruenīēte aſſēſu. Vñ ordo ar=
ctare ſeipꝫ libere pōt. Ad qd̄ tñ aliq̄ expreſ
ſum frm aſſenſuꝫ neceſſariū eſſe dicūt ⁊ ꝓ=
curatores ad capitulū nō ꝓ arctāda regu=
la ſꝫ ꝓ his q̄ ad ei⁹ obſeruātiam faciūt de=
ſtinari. Sꝫ ſapia q̄ de ſurſū ē bonis ꝯſētit ⁊
q̄ pacis ſūt ⁊ edificatiōis ſectaꝛ. In om̄i vt
eſtimo foro nō ꝓprio ſingulorꝝ ſꝫ cōi potio
rū ꝯſilio regat multitudo Ptāti ecclie ac ci
uili etiā req̄ſiti paſſim obtemperāt ſubditi

¶ De pecunia non recipienda. Quartū
capitulum.

PRecipio firmiter
fribus vniuerſis vt nullo mō
denarios vel pecuniā recipiāt
Beatus Franciſcus ad perfectionem euā
gelicā tota intentione aſpirans denarios
et pecuniam recipi prohibet volēs vt fra=
tres nullomō aurū argentum vel in zonis
es poſſideant iuxta datā apoſtolis regulā
ſaluatoris in qua et eis a ſollicitudinibus
hui⁹ ſcli et curis hui⁹ vite ſcdm̄ euangeliū
attēdere voluit cū pecūia ſit occaſio maxi=
ma ſollicitudinum et curarum. Attende in
hoc capitulo primo quid dicaꝛ pecunia. cū
pecunia dicat aliud q̄ꝫ denari⁹. Oīs em̄ de=
nari⁹ pecunia: ſꝫ nō oīs pecunia denari⁹ ē.
Scdo videdū eſt de receptione pecunie in
gñali. Tertio q̄d ſit ꝑ ſe recipe pecuniā vl'
ꝑ iterpoſitā ꝑſonā Quarto qualiter pecūia
nullo mō ſcdm̄ quoſdā ſit recipiēda. Quin=
to de ſollicitudie ꝑ amicos ſpūales. Sexto
de prouiſione in poſterū ſi ſit fribus licita.
Septimo ſi ꝓ mutuo ꝯtrahendo poſſit re=
currere ad amicos ſpirituales.

Q. i. quid dicatur pecunia.

¶ Ad primū ꝓ iterꝑtatione dicit ꝯſtitutio
pecuniaꝫ eē q̄cq̄d recipiꝛ vt vēdaꝛ: vñ libri
et calices ſi hac itētiōe reciperēꝛ vt aucto=
ritate frm poſtmodū vēderenꝛ iter pecuniā
ꝯputātur q2 itētio denarioꝝ. ē in ſic recipiē
te q2 quod vēditur denariis venditur. Sed
cum in pñti capitulo receptio reꝝ quarum
fres vſum hr̄e non pñt interdicatur: viſum
aliquibus fuit per denarios et pecuniam
aliquarū gñā tangi rerum ꝓpterea viſum
fuit denarios conſtitui in pecunia numera
ta: pecuniam vero dici oēm illam rem qua
hoīes cū opportunū eſt vti ſolēt ad reꝝ pre
cium emendarū. Aliq̄bus vero viſū ē q̄ in
ꝓhibitiōe receptionis pecunie oīs rei rece
ptio q̄ ad vſū neceſſarium nō recipitur ꝓhi
betur. Alioquin videreꝛ q̄ poſſum⁹ recipe
re nō intētione vēdēdi pānū veſtes. granū
et gēmas ⁊ tēpore neceſſitatis nō vēdere ſꝫ
ꝓ rebus neceſſariis ꝯmutare: quod ſupple
non videtur fieri poſſe. Prohiberi ergo vi
detur receptio rerum ad vendendum ad
commutandum. ad theſauriſandum quia
in omnibus iſtis rei poſſeſſio vel proprie=
tas declaratur. Totum autē q̄cq̄d in terra
homines poſſident ⁊ omnia quorum domi
ni ſunt pecunia vocatur. Ipſi vero capitu=
la et prohibitiones regule non diſtingunt

conſtat em̄ ꝙ in aliquo capitulo eis rei proprietas interdicitur ſed non vſus. In preſenti vero capitulo quarūdā reꝝ q̄ nomine pecunie ⁊ denarioꝝ deſignantur oīno vſꝰ et ꝓprietas ꝓhibetur. Sȝ ſcd̄m iura pecunis eſt quicquid appreciatur pecunia numerata ad hoc vt aliquid ematur. nam proprie quod emitur precio numerate pecūie emitur. Si ſpecies alicuiꝰ rei ꝓ ſpecie alterius rei detur. ꝯmutatio eſt nō emptio Si vero taxetur vel eſtimetur et ꝓ nūerata pecunia vel alia re detur emptio ē. que proprie nō cōtrahitur niſi pecunia mediante. Videtur ergo hic prohiberi receptio denarioꝝ et quarūlibet rerum que recipiuntur ad quarumlibet rerum precium emendarum. Paupertatem ergo euangelicā ſāctus zelās exemplo xp̄i pene neceſſaria in ſublatione pecunie amputat. Neceſſarioꝝ duo ſunt genera vnuȝ quo emūtur neceſſaria ſiue ſit denarius ſiue argentum ſiue aliud qd̄libet quo neceſſaria emi ſolent quod hoc et in euangelio pecunia dicitur quam xp̄s miſſis ad predicandum diſcipulis interdicit. Alia neceſſaria ſunt quorum et ſi non vſus tamen proprietas in alio vt dictū eſt capitulo prohibetur.

¶¶ De receptiōe pecunie in generali.

¶ Circa receptionē vt plenius inſtruaris obſerua ꝙ res quedaȝ recipiuntur in proprietatem ⁊ vſum. Dicendū eſt ergo ꝙ receptio cuiuſlibet rei in proprietatē fratribus in aliquo capitulo prohibetur: vbi dicitur. Fratres nichil ſibi approprient ⁊c. Receptio reruȝ aliquaꝝ conceditur ad vſū vt ſunt libri et veſtes et alia hm̄ōi neceſſaria: vt ſupra de veſtibus ⁊ breuiarijs ē expreſſū. Receptio vero denarioꝝ et pecunie prohibet̄ ⁊ quantū ad ꝓprietatē ⁊ quantū ad vſum. Uſus aūt pecunie quādo vȝ res ī peculiū ſiue in proprietatē vel ad emēdoꝝ preciū aſſumitur/ frib̄us prohibetur/ nō autem vſus alicuius naturalis vl' artificialis vt volūt.qn̄.ſ.rebus vtimur ob eaꝝ efficaciam naturalē: vt auro ⁊ gēmis ad remediuȝ contra morbos: vel artificiū vt mediāte ſtudio vt calices vel de caſſa de argēto pro altari vel corpore dn̄i reponēdo. Nullꝰ deniqꝫ niſi pecuniariꝰ vſus negatur: paupertatis regule humilitate et honeſtate ſeruata. Si qn̄qꝫ caſus in quo lȝ pecunia ipſa vti: vt qn̄ nullo modo aliter nec petēdo nec laborādo vite neceſſaria poſſent inueniri vt in ꝑſecutione cōtingit. Sic chriſtꝰ pacis tempe miſſis ad predicandū diſcipulis ne quid tollerent in via p̄cepit. inſtante vero neceſſitate articulo et tota illa gente ⁊ paſtorē ⁊ gregē perſequēte: ſimul ſacculos.i. loculos permiſit dicēs. Nunc q̄ habet ſacculū tollat ſimiliter et perā. Ubi ergo neceſſitas veraciter ingruit: ⁊ ſi paupertas nunqꝫ inſigne tn̄ paupertatis neceſſitati cedit. ea.ſ. ratione ꝙ cū duoꝝ obligantiū q̄ diſparit̄ obligant emergens occaſio alterū alteri reddit incōpoſſibile: tunc id quod minus obligat neceſſe eſt alteri cedere. verbi gr̄a. Minꝰ obligat votū non recipiēdi pecuniā q̄ȝ preceptū ſeruandi naturā: et ideo cū alio modo natura ſeruari non poteſt: pecunia ⁊ recipi ⁊ contrectari poteſt: nec pecunia eſt illius qui ſic contrectat vel recipit: ſed tm̄ vſus: neqꝫ vſus ſimpliciter ſed ex cauſa ad tempus. Porro ſolo deo acquiritur cuiꝰ intuitu vel nomīe offertur: cuius vice et auctoritate cū p̄fata durat neceſſitas in aliud tranſfertur. Poſtq̄ȝ vero tranſit neceſſitas: vſus pecunie mox ſpirat: quia redit cōpoſſibilitas. Oīm namqꝫ duorum inequaliter obligantium quorum alterum ad tempus fit incompoſſibile vel ex cauſa alteri mox vt redit cōpoſſibilitas neceſſe eſt eos qui obligati ſunt alterutruȝ inuiolabiliter obſeruare. Dicta itaqꝫ neceſſitate ceſſaute: pecuniam recipere nullomodo permittitur neqꝫ dono nec mutuo: duobus his modis pecuniam recipere et vtroqꝫ modo tam per ſe q̄ȝ per alium homines poſſūt: ſed fratres nec dono nnc mutuo: quia nullo modo nec perſonaliter ne alio mediante: quia nec per ſe nec per interpoſitā ꝑſonam hoc poſſunt. ¶ Nunc videnduȝ eſt quid ſit recipere per ſe vel per interpoſitaȝ perſonam. Pecuniam per ſe recipere ē pecuniam in proprios vſus conuertendā accipere. Recipere per interpoſitam perſonā eſt alium auctoritate ſua ſubſtituere ad capiendum pecuniam in vſus proprios ꝯuertendam. Circa hoc dubitationes emergūt de pecunia que ab alio ad fratrum neceſſitates offertur: ⁊ de pecunia alij commiſſa: et de pecunia de loco ad locum tranſmiſſa. Eſt autem generaliter tenendum ꝙ auctoritate fratrum non poteſt pecunia recipi: vel committi: nec cōmiſſa ſicut propria repeti vel expendi: nec nomine fratrū deponi: nec de loco ad locum deferri: ſed dominus pecunie vel quiuis alius auctoritate ipſius poteſt de ipſa per ſe vl' per alios fratrum neceſſitatibus prouidere. Dubitatur circa pecuniam tranſmiſſam per nuncium qui poteſtatem committendi alij a domino non accepit: vtrum committere ipſā poſſit ſi prouiſioni fratruȝ ipſe impediatur intē-

ſtere p̲ ſeipſũ. Sz ex quo dñs pecuniã abſo
lute fratrũ neceſſitatibus deputauit: nõ vi
detur dubiũ quin poſſit ꝛ debeat cõmiſſari⁹
quilz de re cõmiſſa ſibi p̲ ſe vel p̲ alios exe
qui dñi voluntatẽ. Qualr̃ aũt fratres circa
oblatã pecuniã vel ꝓmiſſã ſe habeãt: decla
ratio aplr̃ica que ſufficere dz fidelib⁹ ad du=
biũ ſcrupulũ amouendũ: oñdit ꝙ .ſ. poſſũt nũ
ciũ pñtare ꝛ recurrere ad eundẽ: hoc ꝛ ſi dñs
papa taceat: ratio tñ ꝛ ỽitas ipſa affirmat
Illa nãqꝫ regula vt iferius ſermo diffuſioꝛ
explicat: rõnabiliter ffes ꝛ oportunũ bñfi=
cioꝝ adiutorẽ ꝓcurãt. ꝛ bñficiũ ab eo qui
põt ꝛ dz impẽdere maxime poſtulãt h⁹ igi
tur circa pñtationẽ nũcij teneas: ꝙ ſi rẽ fra
tribus neceſſariã emi oporteat vel ſolutio
nem fieri ꝓ ipſa iã empta: pñt ffes vel nun
cius eius a quo res emit vel aliquẽ aliũ vo
lẽtibus ſibi elemoſinã facere: niſi idẽ p̲ ſe vl̃
per alios nũcios ſpãles ſoluere maluerint
pñtare. Qui taliter pñtatus ab ipſis ffib⁹
nõ eſt eoꝝ nũcius licet pñtetur ab ipſis: ſz
ipſius poti⁹ cuius aucte ſolutionẽ facit ſeu
recipiẽtis eandẽ. Profecto ſiue is cui debe
tur pecunia: ſiue is qui debitã ei ſoluit nun
ciũ miſerit: ſemp̲ ꝛ nũcius ꝛ miſſa p̲ eũ pecu
nia p̲tinet ad mittentẽ. Si vero ꝓ alijs fra
trũ neceſſitatibus nomietur qs vel pñtetur
ab eis: ille cõmiſſã ſibi .ſ. elemoſinã ad cer=
tos vſus a dño deputatã preter expreſſam
vel ꝓbabilr̃ preſumptã eiuſdẽ dñi volũta=
tẽ in vſus nõ põt alios cõmutare. Ad quem
etiã ffes ꝓ hmõi neceſſitatibus licite pñt oc
curere: maxime ſi negligẽs fuerit vel neceſ
ſitates ignoꝛauerit eorũdẽ: quas ipſe non
põt niſi ffes explicauerint ſibi diuinare. Et
taliter noiatus ſiue pñtatus a fratrib⁹ ne=
quaqꝫ nũcius ſeu depoſitarius eoꝝ: ſed il=
lorum a quibus ei pecunia vel denarij com
mittũtur. Nec fratres per ſe vel p̲ interpoſi
tam p̲ſonam denarios vel pecuniã recipiũt
nominãdo vel pñtando ſic aliquos: ſeu ad
hmõi ſic noiatos ſeu pñtatos taliter recur
rendo: cũ nõ ſit voluntatis ſeu intẽtiõis eo=
rũ vt de ipſoꝝ auctoritate pecunia hmõi:
ſeu denarij conſeruẽtur vt ab eis nomie de
poſiti exigant: lz pro ipſoꝝ neceſſitatibus
nũcio ſeu depoſitario cõmittatur. Tũc em̃
vt dictũ eſt, pecuniã per interpoſitã p̲ſonã
quis recipit: cũ aliũ ad recipiẽdam pecuniã
noie ſuo ſua ſibi auctoritate ſubſtituit. Et
fratres nullũ ad recipiẽdam ſeu tenẽdam
pecuniam eoꝝ auctoritate ſibi ſubſtituunt
nunciuz pñtando: ſz pñtatũ ab eis ille qui
ei cõmittit pecuniam ſibi ſubſtituit ipſo fa=
cto: vt eius vice in neceſſitatibus fratrũ di=
ſpenſet. Quis deniqꝫ ita deſipiat: vt putet
ſi dicam alicui: iſte fideliter exequetur vel
cuſtodiet quod ei committetis: ꝙ hoc quid
quid ille accipiet fiat meum. Quis dicat ꝙ
eũ qui elemoſinam offert nõ poſſum dirige=
re ſeu inſtruere de idoneo ad hoc nũcio ſeu
depoſitario eligendo? Inde decipi maxie
quiſqꝫ extraneus poſſet nõ hñs noticiam fi
delium pro depoſito perſonarum. Adhuc
predicta ꝓ rõne aduerte. ¶ Cõſtat ꝙ ffes
niſi deũ tẽtare ſeqꝫ periculo mortis velit ex
ponere (quod ꝓſua illicitũ eſſe ptz) debent
aut laborando aut mendicando ſm rl̃az cũ
hoibus acquirere victum ſuum. Si aũt ho=
mines illi cũ qbus fratres laborauerint vl̃
a quibus elemoſinaz petũt manu ꝓpria nõ
poſſint vel velint de pecunia ſua veſtes ãt
librũ fratribus neceſſariuz emere vel alia
eis neceſſaria miſtrare: p̲ ſeruũ ſuũ vel per
aliũ non poſſint ſine ffm offẽſa: aut ꝓfeſſio
nis eoꝝ leſione hoc facere? Que ſi ſeru⁹ ille
vel nũcius per ſe nõ poſſit ſed cõmittat hoc
alicui: quare nõ hic per terciũ vel certe per
decimũ ꝛ viceſimũ hec liceat fieri: cũ pecũia
ita ſit dñi cũ cõmittit intermedie perſõe: ac
ſi vere eam dñs manu propria cõſeruaret.
Niſi qs dicat ꝙ pecunia in manu ſeruiẽtis
poſita hoc ipſo in eius dñiũ tranſeat ꝛ deſi=
nat dñi eſſe ſui: quod falſiſſimũ eſſe liquet.
Si dicas ꝙ dñs ſimplr̃ ꝛ abſolute dare fra
tribus intẽdit: dico ꝛ ego ꝙ nullus ſane mẽ
tis ffibus dare intẽdit: niſi ꝓut eoꝝ p̲fectio
ni ſeu rl̃e competit. Quis em̃ daret eis ele=
moſinã vt faceret p̲dere vitã eternã? Dat
ergo eo mõ quo fratribus cõpetit vel expe=
dit cõmittendo alicui: q eã pro ſe diſpenſet
in his rebus quas fratres accipere lz: ꝛ ſic
pecunia illa per quorumcunqꝫ man⁹ tran=
ſeat: nullomõ ad fratres ſpectat: qꝛ primi
dñi ſemper eſt. Ex qua re ptz ꝙ eã nec per
ſe nec per interpoſitam perſonam ipſi reci
piunt. Ad hec ꝗuis aliquis pecuniam fra
tribus dare intendat: nunqꝫ tamen eius in
tẽtio ſiue volũtas põt efficere vt in fratres
nolentes nec aliquatenus intendentes ip=
ſum pecunie dñiũ ſiue proprietas tranſfe=
ratur. Nullus em̃ dominiũ rei poteſt i aliũ
ipſo nolente transferre. Cum ergo donatio
fratribus nullo modo recipientibus clau=
dicet: offerẽti ſemper proprietas ſalua ma
net. Unde pecunia fratribus non confertur
proprie ſed offertur: et oblata priuſqꝫ fue=
rit in eorum neceſſitates ꝯuerſa repeti po
teſt et ſi non debeat. Quamdiu enim pecu=
nia eſt: fratrum non eſt: ſed ipſe domin⁹ p̲
ſe vel per alios vicem eius agentes. quam

talibet ſibi pluralitate ſeu varietate ſucce=
dant poſſidet eā ſemꝑ:nā ſemꝑ is poſſidet
cuius noīe poſſidetur. Nec extra manū eſt
dn̄i qḋ eius nūcius ſeu depoſitarius adhuc
tenet. Nec minꝰ nūcius ſeu vicariꝰ eſt ipiꝰ
q̄ de foro:ꝙ q̄ de familia ꝓpria ſumit: nec
minus abſens ꝙ̄ pn̄s. Deniq̄ ſicut ap̄li qui
bus erat interdicta pecunia poterāt ſeq̄n=
tiū ſe mulierū iuuari obſequio:ſic ꝑ pecuni
am fratres pn̄t fideliū apud quos eiꝰ dn̄iū
remanet bn̄ficio ſuſtētari. In alijs q̄ fratres
licite ad vſū recipiūt:nichil iuris iuxta di=
uinā legē ea ſimpliciter ⁊ abſolute deo ī ele
moſinā offerētiū:proprietate nō in f̄res quo
rū eſſe nō pōt r̄a obſiſtente ſed in eccl̄ia ad
cuius forū talia ſpectāt ex vi collatiōis ⁊ re
ceptiōis h̄mōi trāſeūte:q̄ forſitā ſine licen=
tia ſedis ap̄lice q̄ retinuit ea ſibi extra ordi
nē alienari nō pn̄t. Sȝ de pecunia dū nō re
cipitur nō trāſſertur: quāq̄ de ipſa cū f̄rm
neceſſitatibus deputatur:deputātiū legan
tiū determinata volūtas ab eoꝝ commiſſa
rijs ſit fideliter exequēda. Qȝ ſi dator pecu
nie nullū dn̄ii vult ad ſe deinceps ꝑtinere:
cū nec fratrū nec depoſitarij poſſit eſſe ad
ſedē ap̄licā vt quidā volūt ſicut ⁊ alie obla
te ordini elemoſine ꝑtinebit. Idē pari ſen=
tiūt ratione de pecunia ex legato. Sȝ pecu
nia ex rerū ordini cōceſſarū vēditiōe habe
tur ad earū dn̄os ſiue ad ſedē predictā ſiue
ad alios pertinet:quoꝝ etiā auctoritate ip
ſas vendi vel alia cōmutari opȝ. Cōtendit
improbus frater per interpoſitā perſonaȝ
habere pecuniā:q2 pro eis vel ꝓ eoꝝ neceſ
ſitatibus habet. Sȝ nō ob hoc ipſi pecuniā
hn̄t:quoꝝ auc̄te nūq̄ h̄r ⁊ ſi pro eoꝝ vtilita
te:auctoritate tn̄ deponētiū habetur q̄ per=
ſonas quibus cōmittitur interponūt. Cum
eīm pecunia dicitur haberi ꝓ fratribus po
ſita ibi prepoſitio auctoritatē nō dicit: ſed
vtilitatē occaſionē vel cauſā: q̄ oīa prepoſi
tio eadē ſignificat. Q̄ ꝙ̄ multa pro fratribꝰ
vel alijs paſſim.i.eoꝝ cauſa vel ratione vel
gratia fiunt: que ipſorum auctoritate vel
precepto nō fiūt:qḋ loquēdi genus etiā pa=
tere poteſt imperitis. Nō ergo f̄res habent
pecuniā que pro ipſis habetur: ſȝ illi potiꝰ
habent quoꝝ auctoritate habetur. Tradit
paterfamilias pro paſcenda familia vl̄ pr̄
pro nutriendo filio ſuaȝ diſpenſatori pecu
niā:quā illi quidē nō habēt: lȝ habeatur ꝓ
ipſis.i.vtilitate ipſoꝝ. Igitur quicq̄d emu
lus garriat:iuris tn̄ ⁊ rationis euidētia cō=
ſtat:q2 rē miſſā ſeu pro alio commiſſam in=
termedia perſona poteſt vel committentis
vel eius pro quo committitur auctoritate
tenere:ita ſi perditur: illi vtiq̄ perditur in
cuius nomine tenebat. ¶ Qȝ autem depu=
tata ad fratrum neceſſitates pecunia non
habeatur auctoritate ipſorum:nec ipſi eaȝ
nomine depoſiti exigant:ſatis enim vt pu=
to ſuperius eſt oſtenſum: ſicut dominꝰ pa=
pa docet cuius eſt dubia elucidare ⁊ conde
re ipſa iura:cuius ſentenciam impugnare
nimia cogit inſania:ipſos etiam litteratos
et etiam religioſos excecans. Debent autē
fratres in omnibus non ſolum veritatem
attemptare: ſed etiam honeſtatem ſemper
a mala ſpecie ſecundum apoſtolum abſti=
nentes. Habet frater paupertatem in cor=
de:quam ore non exprimit vel ei quibuſdā
cupiditatis ſignis exterius non contradi=
cit: videbitur pecuniam per interpoſitam
perſonam recipere. Propter hoc vt circa fa
ctum pecunie pateret exterius fratrum in
tentio Fuit aliquando generaliter ordina=
tum vt dicerent pecuniam offerenti. Pote=
ſtis ſi placet iſtum veſtrum conſtituere nū=
cium vel apud eum veſtram elemoſinā de=
ponere:qui vice veſtra inde fratrum neceſ=
ſitatibus prouideat. Qui preſentandi nun
cij modus fratrum conſcientijs ſatiſfacit.
Non enim debent fratres recipientiū mo=
re preſentare nuncium tamq̄ ſuum: vt pn̄=
tet aliter ſubſtituens aliter ſubſtituendus
aliter exhibens. Omnis pene cōtractꝰ v̄bo
mediante efficitur verbūq̄ iuxta dn̄i ſentē=
ciam iuſtificat aut condemnat. Deniq̄ ī fa
cto pecunie quandocunq̄ fratrum intētio
per verbum ordinatum exprimitur: et con
ſcientie puritas et ordinis retinetur hone=
ſtas. Uitandi ſunt etiam turpes queſtꝰ pe=
cunie preſertim publici ⁊ cōmunes in loco
aliquo vel per vicos: vbi et ſpecies mala ē
nec intentio exponi poteſt multitudini.
Nec decet fratres pecuniā: ſed elemoſinaȝ
in generali: vel expreſſe rem aliquā fratri=
bus neceſſariam petere. Res illicita turpi=
ter petitur. Congruit etiam propter hone=
ſtatem predictam vt fratres nequāq̄ ſi vi=
ꝙ̄ vitare poſſunt ſuos preſentent nuncios
ſpeciales:neq̄ loquantur vt domini pecu=
nie:ne per hec aut ſimilia per interpoſitaȝ
perſonam recipere ſeu poſſidere pecuniaȝ
videantur. In his tempore meo āliqui vel
aliquando ſimplices vt recolo fratres ſicut
mentis vtebantur intentione: ſic ⁊ verbi or
dinatione admodum cauti erant.

¶ Hic tangitur.iiij. vȝ an fratres ab oī
moda receptione pecunie arctentur.

Sȝ q2 dctm̄ ē ꝙ f̄res denarios vl̄ pecuniaȝ
nullo mō recipiāt aliqui docuerunt ꝙ fra

tres ab olmoda pro ſe et pro aliis receptio
ne arctētur. vt ſicut nec pro ſe dono vel mu
tuo advtēdū: ſic nec pro aliis ad cuſtodiēdū
vel diſpēſandū recipere permittāt. Cuſto
dia ei pecunie vt dicūt obligationē iportat:
niſi a principio p determinationē aliquam
excludat. Diſpēſatio etiā quādā hȝ aucto-
ritatē ſaltē miniſterialē: et affert ordini ſcā-
dalū et ſuſpitionis notā: et hec vt volūt ſcdȝ
mores regule phiberi videt. Si eñ tm̄ in-
terdicit receptio pecunie put affert pprie-
tatē ſupfluit illud capl'm in quo oīs rei pro
prietas phibet. Si etiā diſpēſatio hmōi frī
bus eſſet licita multa incōuenientia ſeque-
rētur: et ſupflue (vt dicūt in expoſitiōe regu-
le) nūcius ſeu depoſitarius aſſignatur. Hi ꝗ̄
uis largius regularē q̄ in pprio vſu vt di-
ctū eſt auſtere credit receptionē extēdāt: ha
bēt tn̄ ꝙ ponūt irrefragabilē ordis honeſta
tē. Cōſtat n. diſpēſatores pecunie in ſcāda-
lū quidē hoim et aiaꝝ fratrū periculū ma-
gnū eſſe: ad q̄ vitāda btūs frāciſcus fres apd
alios ꝯmorātes et in aliis diſpēſatores eſſe
nolebat. Uñ regula ſic prius habebat. Oēs
fres in qbuſcūq loci apud alios extiterit:
nō ſint camerarii vel cācellarii nec preſint
honoribus eoꝝ qbus ſeruiūt: nec recipiant
aliqd officiū qd ſcādalū generet vel aīe ſue
faciat detrimētū: ſȝ ſint minores et ſubditi
oībus qui i eiſdē domibus ſūt. Suſtinebat ꝙ
fres leproſis in magna neceſſitate elemoſi
nā quererēt: ſic tn̄ vt a pecunia multū caue-
rēt. Et ꝗ̄uis pia loca in qbus fres hoſpita-
bātur vel morabāt diligerēt: nō tn̄ patieba
tur vt pro loco aliquo pecuniā quererēt vel
queri facerēt: vel cū querētibus eā irēt. Quō
igitur eos pecuniā manu propria diſpenſa
re ſeu contrectare permiſiſſet? Cuſtodiā ve
ro pecunie pp̄ occaſiones maloꝝ et turpes
pro caſuū varietate infamias periculoſiſſia
in fratribus plures et miſerabiles nr̄i tpis
quas ex depoſitis ordo incurrit cōfuſiones
oſtendunt. Et quidem vile eſt: proprie cōtē
ptorē pecunie cuſtodē vel diſpēſatorē ſe fa
cere aliene. Qui ſua pp̄ pericula reppulit
ſtulte ſe rurſū pp̄ aliena exponit. Si qn̄ fres
deponi aliquid i periculo tolerāt pñt dicere
deponēti: nos rē veſtrā nō recipimus: nec de
cuſtodia vobis tenebimur: ſȝ ſi vos in loco
ponitis: durāte piculo toleramus. De pecu
nia iuēta ſcūs ita dicebat. Si inuenerimus
pecuniā non curemus tanꝗ de puluere quē
pedibus calcamus. Ipſe quoq inuentam
aliquando dicitur non curaſſe. Caueant eti
am cēſum vel tangere alienum. Compertū
eſt pecuniam in itinere fuiſſe aliqn̄ poſitā
vt eam tollēti calūnia inferretur: quare nō-
nulli ad hmōi neq ad diſcernēdū quid ſit i-
clinare ſe volunt. Piū n. qdē eſt et ſcdm legē
diuinā ſaluare pximo rem amiſſam. Uocā-
de ſūt fideles ſi iueniātur pſone q̄ pecuniā
ſeruēt et put expedit publicēt. Si qd autem
neceſſitatis āplius indiget agēda eſt cā p-
ximi fideliter ſed prudēter. Ubi eñ aīa vel
fama ledit nullius eſt curāda pecunia plus
pprie honeſtati ꝗ̄ rebus teneor pximi. Deni
ꝗ ſpūalis et antiqua ē hmōi honeſtas nō de
ferre nec tenere pecuniā: niſi violēta piculi
neceſſitate cogente. Ad ppriū aūt ordinis
vſum recipere vt dicūt nullo modo liȝ. Hic
tāgit qntū. ſ. de ſollicitudine p amicos ſpūa
les et qualr miniſtri et cuſtodes pñt in hiis
et aliis q̄ ad officia ſua ptinēt cōmittere vi-
ces ſuas. ¶ Uerū ne p his q̄ vrgēte neceſſi
tate exiſtūt vt ſūt veſtes et neceſſaria p in-
firmis nec inueniūtur vt ſepe niſi pecunia
mediāte piculū fribus iminead dū nec pecu
niā ipſi tractare nec ſine ipa ipi poſſūt fre-
quēter ſue indigētie puidere ſtatuit pius ac
puidus pr̄ vt p amicos ſpūales miniſtri tm̄ et
cuſtodes ſup his ſollicitā curā gerāt vñ ſub
ditur. ¶ Tamē p neceſſitatibus iſirmorū et
aliis fribus induēdis p amicos ſpūales mini
ſtri tm̄ et cuſtodes ſollicitā curā gerāt. ¶ Sa
ne ad miniſtros tantummodo et cuſtodes
auctoritas pertinet huiuſmodi cure. Unde
auctoritas diſtribuendi veſtes et alia pro-
ut vnicuiq opus eſt reſidet penes eos: ſed
et procuratores in huiuſmodi pcurandis
ex eorum commiſſione ipſam per miniſtrū
put eis imponitur curam gerant. Poſſunt
regulares plati ſuper his que ad eos ex of
ficio ptinent ꝯmittere vices ſuas. Non eñ
vnus miniſter vel cuſtos ſingulis ſue cuſto
die infirmis vel induendis fratribus corpo
rali poſſunt preſentia ſemper adeſſe ad ne-
ceſſaria procuranda. Solent quidam ab an
tiquo declinantes ad loca de neceſſitatibus
infirmorum et fratribus induendis que duo
multum ſunt neceſſaria et honeſta populū
exhortari. Tunc fideles aliqui ab aliis po-
ſiti ad huiuſmodi procuranda i his vice po
puli abſq fratrū ſollicitudine prouidebant
vt erant ſpirituales amici dei. Ad hoc fide-
les aliqui ab epiſcopis vel cōitatibus ſta-
tuuntur qui vice ipſorum negocia fratrum
gerūt quod videtur ſecurum valde fratri-
bus et honeſtum ſic p miniſtros tn̄ et cuſto-
des cura huiuſmodi gerebatur. Ceterū qr
piculoſa ſūt fratribus que mediante pecu-
nia geruntur ea ſemper per amicos ſpiri-
tuales tutius et honeſtius cenſuit procurā

da ad quos recurrere pro q̄buſlibet neceſſi-
tatib⁹ minime prohibet. Sed pro īfirmis et
veſtib⁹ neceſſitas magis vrget quā nequaq̄
q̄ a miſtris negligi voluit. Si aūt miniſtri
hec debent ꝑ amicos huiuſmodi procurare
quō ffribus eorū vice ꝓcurātibus liceat vt
omiſſa regule forma ipſi per ſe veſtes ⁊ q̄cq̄-
quid non ſolū pro infirmis imo etiam ſanis
emendū fuerit emāt ⁊ cōtract⁹ quoſlꝫ paſſiꝫ
agant? Non plus vicario q̄ principali con-
ceditur. Nō plus nec alīt ſuſtitnt⁹ q̄ ſuſtitu-
ens pōt. Sicut ergo miniſtri et cuſtodes ſic
ſubſtituti procurātes formā regule ſeq̄ de-
bent. Per miſtros ⁊ cuſtodes nō ſolū ipos ꝓ-
uinciales ſed etiā locales miniſtros intelli-
ge: q̄ꝛ miniſtri ſunt aliq̄ñ appellati licet non
gn̄aliter vt opinor: cum ſint q̄ hec ignorent
antiq̄: ſꝫ magis in aliq̄bus partibus vl' mi-
xtum cū noīe gardiani. In aliīs huiuſmodi
ſn̄ie quēdā ꝓbatiſſimū ⁊ autenticū audiui:
ꝙ cum ⁊ ipſe loci cui ꝑerat miniſter appella-
tus fuiſſet: ꝙq̄ ſupueniēte ordinatione de
nomīe gardiani: inſcriptū ſigillū nomīe mi-
niſtri ſuaſu fratrū frāgere diſtuliſſet: ne for-
te ob hoc ordinatio mutaretur. Beat⁹ frāci-
ſcus eos aliq̄ñ gardianos ſicut etiā miſtruꝫ
gn̄alēꝫ cuſtodē appellās ad officiū artabat
Pecoꝝ ei ſeu quarūlibet rerū cuſtodes aliq̄
gardianos appellāt. Superiorib⁹ ergo tm̄
pro maxime neceſſariīs ſollicitudo relinq̄t:
vt diſcat ſubdit⁹ rerū abſq̄ licentia ꝓcura-
tionem ⁊ diſpenſationem illicitam eſſe ſibi.

¶ Arti. vj. an liceat fratribus ſibi proui-
dere impoſterum de neceſſariīs.

¶ Sed ex hoc q̄ꝺ hic dr̄ ſollicitā curā gerāt
quidā arguūt ꝙ lꝫ ffib⁹ impoſteꝝ ꝓuidere:
aliq̄ ligna / legumina / caſeū / vſq̄ ad menſē:
vinū vſq̄ ad ebdomadā ⁊ ad menſē: ⁊ eadē
ratiōe vſq̄ ad annū ſibi poterūt ꝓuidere: ꝓ-
cipue de fructib⁹ q̄ ſemel renouātur in āno.
Sꝫ vita euāgelica ſollicitari de craſtio nō
permittit. ¶ Regula aūt ⁊ vita mi. f. hec eſt
f. ſanctū euangeliū obſeruare. Peregrini ēt
in locis per q̄ trāſeūt: victualia ſibi ipoſteꝝ
non prouidēt: ffes aūt ſcđm regulā tāq̄ ad-
uene ⁊ peregrini debent dn̄o famulari: non
ergo debēt ſibi ipoſteꝝ prouidere. Si ꝓui-
ſio de q̄buſdam ꝯceditur rebus: q̄re de oīb⁹
aliīs ſimiliter nō licebit? Uidetur itaq̄ pen-
ſatis hincide ſentētiīs regl'e: ꝙ ſolū exigēte
neceſſitate ꝓhit ſibi ffes ipoſteꝝ ꝓuidere ita
tamēꝙ in ꝓuiſione quā faciūt ſibi de rebus
neceſſariīs neq̄ diuturnitate / neq̄ rerū qua-
litate / neq̄ quātitate / formam paupertatis
excedant. Credo ergo ꝙ aliquoruꝫ maxime
minutorū prouiſio ſit conceſſa: propter mo-
dici precꝫ quātitatē / ꝓpter fratrū q̄etē / ꝓ-
pter populi edificationē. Si ei omni die ta-
lia quererēt: fratres nimis diſcurrere opor-
teret ⁊ popul⁹ in frequenti eoꝝ aſpectu mi-
nus edificaretur. Omnis eīm religio in fre-
quenti hominū aſpectu vileſcit. Beat⁹ fran-
ciſcus in hortis fratrū non quidē legumina
que diu ſeruari poſſunt vel ne ffes ex iīs ſe
ad maiora extēderēt: ſꝫ olera q̄ cito decidūt
nec pānis annonā efficiūt: ſemiāri volebat.
Nempe q̄ꝛ naſcentiū in hortis: quaſi iugis
eſt vſus: magne inquietudinis eēt queſtus.

¶ An ffes ī regiōe aliq̄ abſq̄ ꝯgregatio-
ne panis vel vini ad menſem vel ampli-
us neq̄ūt trāſire poſſint liate ꝯgregare.

¶ Eſto ꝙ in aliqua regiōe ffes vinū vl' ali-
qua victualia alia nullo modo habeꝛ̄ poſſūt
niſi ad menſē vel ampli⁹ ꝯgregēt: nūq̄d hoc
poſſūt ſine ꝑiudicio regl'e vel euāgeliī ſolli-
citudinē prohibētis? Si loca hmōi deſerūt
ne ꝯgregādo faciāt cōtra vſum ordinis ge-
neralē: erit aliq̄ñ dānū maximū aīarum: q̄s
ibi dn̄o verbo ⁊ exemplo acq̄runt. Credo ꝙ
tunc hec ꝓuiſio liceat maxime ꝑ diſpēſatio-
nem miſtri et capituli gn̄alis. Per euāgeliū
ꝓuidentia non dānatur: ſed ſollicitudo mē-
tem ſuffocās ⁊ ipediēs quo min⁹ celeſtibus
inſudatur. Multū tamē eſt antiq̄ ac ſācte or-
dinis ꝯſuetudini deferendū niſi vrgens ne-
ceſſitas ⁊ euidens ⁊ vniuerſalis excuſet vti-
litas. Uſus viciī cito creſcit: difficile tollitur
Uiriles etiā aīos ipſa paulatī deflectit con-
ſuetudo. Sic in multis hodie toleratur: q̄ꝺ
antiquis intolerabile videbatur. Sequitur.

¶ Arti. vij. an pro mutuo contrahendo
ſit licitus recurſ⁹ ad amicos ſpirituales

¶ Eo ſemꝑ ſaluo vt ſicut dictū ē denarios
vel pecuniā nō recipiāt. Q̄ꝛ tactū eſt de ſol-
licitudine per amicos: putare vl' ſimpliciter
aliquis potuit: ꝙ ad eos foret mutui gr̄a re-
currendū. Sed dum receptionē pecunie ex-
preſſa iteratio remouet: cōſequenter ⁊ mul-
tum ꝓhibet in quo pecunia ipſa recipitur.
In mutuo nāq̄ ab illo qui dat mutuū ī illuꝫ
qui per ſe vel per aliū recipit trāſfertur do-
miniū ſiue proprietas pecunie mutuate. Uñ
mutuū dicitur quod de meo fit tuuꝫ: quod ī-
ter alia vſura dicīt illicita et iniqua: q̄ꝛ qui
mutuuꝫ dat: de pecunia que ex vi mutui fit
alterius: emolumentuꝫ extorquet / et fructū
ſibi ex vſu rei vēdicat aliene. Qui ergo mu-
tuum pecunie contrahit: pecuniā recipit q̄ꝺ
fratrib⁹ nunq̄ꝫ licet. Ipſum quoq̄ interpoſi-
tum nuncium pro recipiendo mutuo nō dā-
tis ſed accipientis mutuum eſſe patet. Ne-
q̄ enim vt reor in mutuo preſentatio nūq̄

ſicut ꝓ elemoſina locū hʒ: cū ſēꝑ aut ꝑe aut interpretatiue in mutuo nūꝗ̄ aūt in oblata pecunia fratribus ꝓprietas trāſfertur. Nō vere vt volūt ꝓprietas i ꝓprietariū: ſicut vt in furē res furata trāſfertur: hinc dei lege rl'a obſtāte: ſed dicitur ꝓpriū qḋ illicite ꝯtrectat vt ꝓpriū. Pecunie quoq; receptio q̄ in mutuo cōſtat eſſe: in rl'a ſpecialiter ꝓhibeť. Quāobrē fratres cū ad aliquos pro hmōi ſubuētione recurrūt: nūꝗ̄ vel mutuū noiare debēt: cū ſepe in abuſu ⁊ audientū intellectus ⁊ ipſa loq̄ntis intētio cōfundātur. Domino quoq; vt dictum eſt nos ex verbis iuſtificari vel condemnari teſtante Simplicibus ab initio fratribus non fuit neceſſe mutui vel alterius receptione pecunie modos exponere: quando amicis ſpiritualibus inſinuata ⁊ procurata per eos vt poterat neceſſitate pro veſtibus et infirmis tenui victu quem laborando vel mendicando poterant inuenire contēti: pecunie mutuū ignorabant. Nam licet idem amici auctoritate ſua vel populi pro fratrum neceſſitate pecuniam aliquando peterent vel offerentiū vicem tenerent: ipſi tamen fratres ad eos pro neceſſarijs recurrentes: ex nimia cōſciētie teneritudine vix pecuniam vt alibi habes nominare audebant. Referebat quidā antiquus in ordine frater: q; cum ſemel de nariatam vini quā tamen non obtinuit petiuiſſet ad miniſtrum fuit pro abſolutione tranſmiſſus. Pauci autem fratres paucis ac vilibus erant contenti: ⁊ fameſcētes per iter viam vel per loca vitam ſepe pane arcto et aqua vel ſolum fructibus ſuſtētabāt beatius reputantes ſpicas in fine cum apoſtolis vellere: q̄ȝ ad ollas carniū velut egyptus abundare: vel homines contra morē apoſtoli ſumptibus aut queſtu grauare.

Unam nouam ex pāno viliſſimo tunicā vix forte per bienniū aut trienniū merebantur laſciuos habitu vel amictu ſed feruentes ſpiritu ſuperabant. Infirmi non querebāt diuitum medicinas. ſed in neceſſariorū defectu ſani ⁊ infirmi gloriabātur. Tuguria ex lignis ⁊ luto ſuiſpſis ſepe manibus conſtruebant. Alie que aliq̄n eis fiebāt paupcule domus erāt: ſtructurē quarū erāt aliꝗ curatores materiā ementes: operarios cōducētes / operātib⁹ aſſiſtētes / de precio rñdentes. Fratrū eque vna quā nulli dimittebāt aliū: cura erat vt paupertatis inſigne in omni edificio ſemꝑ eſſet iuxta verbū ſancti dicētis. Caueāt fratres vt eccleſias ⁊ edificia paupculaꝝ ola alia que ꝓ ipſis cōſtruūtur penitus non recipiant: niſi eſſet ſicut decet ſanctā paupertatē quā in regula ꝓmiſimus ſemꝑ ibi hoſpitātes tāꝗ̄ aduene ⁊ peregrini: nō ergo vt ciues mūdi erāt omnes in tecto: ſed vt peregrini ⁊ hoſpites cuȝ patriarchis in caſulis habitabāt. Oratoriuȝ hūile ſed honeſtū: nō precioſo ſeu coloꝝ varietate fucato: ſȝ mūdiſſimo nitidiſſimoq; ornatu fulgebat decorē ipſo nitore angelicū ⁊ reſurrectiōis gloriā repreſentās. Nūc fratres trāſfigurato ſathana in oratorijs ſumptuoſis in magnis calicib⁹ capſis vel crucibus de argēto ſub ſpecie famulat⁹ dei a rl'a deflectūt: ex qua ꝺcreuerāt dño famulari. Nec vaſoꝝ aut ornamētoꝝ theſaur⁹ furibus aut infirmis occaſio mortis erat. Ars hec demonū eſt: vt ſub ſpēcie cult⁹ dei deſtruatur veriſſimus in pauptate ſāctiſſima dei cultus: ⁊ apparens deuotio verā ꝓpoſiti deuotionem extinguat. Cum ergo paupertas in olbus colebať: facile abſq; interprete rl'a ſeruabatur. Attende q; ſi frēs in mutuo vel debito vel cōtractu alio de facto ſe obligāt: de iure tñ ad ſoluendū aliq̄d qḋ eis habere nō licet ſe obligare nō valēt reali dico obligatiōe: ſicut i iure ciuili ꝺ minori in peculiū debitore. ¶ Q̄uō poſſunt ergo cōtrahere dubitatur. Pñt quodāmō nō obligando ordinē vel perſonas: ſed tantuȝ ſub cōditione pñt ſuperiore annuente promittere q; bona fide prout honeſte poterūt procurabūt vt creditoribus ſatiſfiat. Unde aliqui debitū fratrū non debitū a debendo pecuniā: ſed a debēdo procurationē ipſius vocant. Nec hanc ſimpliciter ſed prout eſt fratribus poſſibilis ⁊ honeſta. Parce ergo et cū tremore debēt cōtrahere debitū: ⁊ tūc tñ cū id requirit neceſſitas manifeſta. Sūt etiā multiplicādi ⁊ cū magna vbiq; diligētia ꝓuidendi amici ſpūales: ad quos de incōpoſſibili frībus obligatione inſtructos ſecura cōſcientia recurratur: quotiēs alr' res neceſſaria ſiue parua ſiue magna expediri nō poteſt. Si eñ ꝓpter hoc ad quoſlȝ paſſim recurritur: obligationis excluſionē ad ſingula erit: difficultas exprimere: periculum ſubiicere: pōt prouidus ꝓcurator apḋ victualiū vēditores vel artes alias ſiue officia frībus exercētes ſibi aliquos (maxime vbi per fidelem fratrum procuratorē, ſe indemnes ſeruari conſpiciunt) familiares acquirere qui vt ſepe libenter in hoc fauent ordinis puritati. Recurritur itaq; ad amicos non vt illicitum vt dictum eſt mutuum contrahatur: ſed vt ipſi neceſſaria fratrib⁹ vel aliunde acquirant: vel ex proprijs abſq; fratrum reali obligatiōe ſubueniāt ſub

ſpecie tñ elemoſine obuēture. Que quidez
ſubuētio ſiue ſubſidiū quaſi quoddā medi=
um inter donū et mutuū poteſt dici. Uerbū
hm̄oi amici tūc moderata debita in hoc ꝑ=
ſunt ꝙ oblataz pecuniā nō reponi: ſʒ reddi
creditoribus cogunt. Melius quidē eſt de
pecunia ſtatim vt obuenit expediri: ꝗ̄ ꝑrepo
ſitam niſi ex cauſa multuz neceſſaria cuſto
diri. Conſeruatio pecunie ſpeciē malam et
ſcrupulū igerit: expeditio neceſſitatē oñdit
Ubi aūt ſpirituales deſūt amici ꝯtrahē de=
bita ſicut periculum eſt: ſic temeritas et ſe=
pe ordinis ſcandalum eſt.

¶ De modo laborandi. Capitulum q̄ntum

FRatres quibꝰ de
dit dñs gratiam laborādi ⁊c.
Hic agitur de exercitio labo=
ris ⁊ perceptione mercedis.
Attēde ꝙ duplex modus viuē
di in rła traditur. Unus per laborē in pñti
capitulo. Alius per elemoſinā in ſeq̄nti. Ad
amicos ſpūales recurrere poſſumus ꝑ vtri
uſqꝫ defectu: ſed quō ſuperius eſt expreſſuz
Circa laboritiū quattuor cōſiderāda videt̄
vʒ an hoc q̄d dicitur ſit preceptū. Utrū oēs
liget. Quid dicatur grã laborādi. Et ſi q̄s
modus ſit in labore ſeruandus.

¶ Queſtio. j. an exercitium laboris idi=
ctum in regula obliget vt preceptum.

¶ Quidā dicūt laborē in precepto nō eſſe:
ſed beatū franciſcū manualē laborem neqꝫ
precipere nec cōſulere. nec monere: ſʒ ſup=
poſita ſuaſione apoſtoli fratribus nimis vł
minus ſollicitis ad laborē: formā tribuit la
borādi. Quidā enī ſic intendebant labori:
vt in eis oratiōis deuotio necaretur: quod
q̄r periculoſū erat cū actiua contēplationi
debeat ſeruire: dedit pater ſāctiſſimus eis
formā vt ſic laborarent qui laborare ſcirēt
vellent ⁊ poſſent: ꝙ ſācte orōis nō extiguāt
ſpm̄: cui debēt cetera temporalia deſeruire
Unde non dicit: precipio vel conſulo fratri
bus ꝙ laborent: nec dicit fratres qui ſciunt
operari vel poſſunt laborare laborent: ſed
quibus dominus dedit gratiam laborādi:
quod non ſolum laborandi potentiam: ſed
etiā volūtatē includit. Si enī modo ſimi=
li diceret Fratres quibus dñs dedit lachri
marū gratiā lachrimentur modeſte: ita ꝙ
oculos non amittant: non preciperet lachri
mari. Ipſe autem de labore manuali par=
uam vt dicunt vim faciebat niſi ꝑpter ociū
declinandum: nec multum labori lucratiuo
manuum creditur intendiſſe cum fuerit ꝑ=
fectiſſimus regule obſeruator ſed potiſſi=
me ad orationē monebat. nec volebat ꝙ fra
tres eam extinguerent propter lucrum.

¶ An oēs ffēs generaliter ex regula ad
laboris exercitium teneantur

¶ Sane cū in regula quedā preceptorie: q̄
dā monitorie: q̄dā iformatorie dicātur: q̄d
dictū eſt de labore: quidā informatorie non
preceptorie dictū putāt. Inſtruit aūt quo=
rū ſit manualiter oꝑari q̄ hn̄t grām hoc eſt
facultatē virtutis ⁊ induſtriā: oportunita=
tē loci ⁊ tēporis. ⁊ qualr̄ operādo q̄z fidelit̄
ad proximos: deuote ad dñm: modeſte ad
ſeipſos. Alijs magꝭ labor i ꝑcepto eē videt̄
ꝑpter formā dicēdi qua ſimplicit̄ et exꝑſſe
indicitur: ⁊ ſm̄ intentionē btī frāciſci ꝗ̄ ver
bo exprimens dixit. Ego meis manibꝰ labo
rabam et volo laborare: ⁊ oēs alij ffēs volo
firmiter ꝙ laborēt de laboricio q̄d ꝑtiet ad
honeſtatē: ⁊ q̄ neſcit diſcat: nō ꝑpter cupidi=
tatē recipiēdi ꝑciū laborꝭ: ſʒ ꝑpter exēplū ⁊
ꝑꝑ repellēdā ocioſitatē. Et q̄n non daretur
nobꝭ precium laboris: recurramus ad mē=
ſam dñi petendo elemoſinam oſtiatim. Ex
his patet ſanctum voluiſſe omnino ꝙ fra=
tres corporaliter laborarent. Sed tūc grā=
dis fuit fratrum litteras ignorantium ſed
laborare volentium multitudo: quibꝰ labor
hm̄oi propter exemplū ⁊ vitādū ociū q̄ dus
ſanctus exprimit cōpetebat. Cū aūt regula
nullū habentē gratiā laborādi eximat a la
bore: labor mechanicus ad ſuſtentationez
corporis acquirendā videt̄ ad oēs ſʒ habē
tes gratiam hm̄oi pertinere: niſi ꝙ aliꝰ cor
poralis vel ſpiritualis iniūctus ꝑ ſufficiētē
occupationem excuſet. Sufficientem q̄ ideo
dixerim: quia ſub pretextu alicuius officij
iniuncti non licet ocio indulgere quod rłe
conditor mandat excludit tanq̄ȝ anime ini
micum. Unde ante bullam in regula ſic po
nebat. Serui dei ſemper orationi vł alicui
bone operationi inſiſtere debent.

¶ Quid dicatur gratia laborandi

¶ Gratia vero laborandi dicitur ars vel
idoneitas: quam quilibet habʒ velut donū
gratis a deo datum. Uñ prius in regula di
cebatur. Fratres qui ſciunt laborare labo
rēt ⁊ eā artē quā nouerīt exerceant. ſi non
fuerit contra ſalutem anime. Et poſt pauca
Unuſquiſqꝫ in ea arte et officio in qua vo=
catus eſt permaneat ſecundum diſpoſitio
nem miniſtri. Antiqui dixerunt maxie gra
tiā vſum ⁊ induſtriam artis vel laborꝭ cor=
poralis valitudine ſuffragante: eāqꝫ habē=
tibus neceſſarium laborare pro ſuorum di
ſpoſitione maiorum: regulam vero eis ab=
ſolute precipere laboris officium: modum

et finē in ope ꝯmēdare. Inexcuſabiles pror
ſus eſſe laborioſos in ſeculo: vacare iā ocio
minuſqꝫ nūc religiōi ꝙ tūc mundi neceſſita
ti vel ꝯmoditati dediſſe. Mutatio ſtat⁹ pfe
ctū reqrit non defectum vel in hoc ſuſtinere
ſalua recōpēſatiōe fideli nec tm̄ non ſolū rī̄a
ſed etiā lex dina rephēdat: licere alijs gra
tiā ꝓ ꝯpetētiū qualitate laboꝝ hn̄tib⁹ ocia
ri. Plura qdē in ordine laborum ſūt genera
in qbus laborādū eſt fratrib⁹ ſcd̄m gratiaꝫ
ſibi datā: vt in ſtudio veritatis in exercitio
hūilitatis. pietatis ſeu charitatis et aliaꝝ
virtutū: in officio prelationis ꝓcurationis
aliorūqꝫ miſterioꝝ ꝓut ſingulis imponun
tur. Extra tp̄s diuini officij decet quēqꝫ ſi
valet certis exercitijs occupari. Qui autē
laboris aliqā ꝯſuetudinē habuerūt ſi nō la
borent: maxime inexcuſabiles ſūt: niſi poti
oribus occupēt. Labor ſiqdem ſpūalis vti
melior excuſat corporalē. Nam vt ait ſāct⁹
quanto ſpūs corpore melior tanto ſpūalis
ꝙ corporalis exercitatio fructuoſior. Deni
qꝫ oīm ſentina viciorū eſt ociū. Multā quip
pe docuit maliciā ocioſitas. Immo ocioſus
religioſus eſt dū ſe vel actione vel in cōtem
platione quoꝝ vſu maxime ꝯſtat religio ꝓ
ſtatus exigentia non exercet. ¶ Quis mo
dus a fr̄ibus debeat ſeruari in laboribus.
¶ Rectum autem operandi modum deſcri
bit ſanctus cum dicit. Laborent fideliter et
deuote ꝛc̄. hic laborandi modus conuenit
ſeruis dei: vt nec fidelitas in opere: nec de
uotio voluntatis et intentionis pie deſit in
mente: nec diſcretio in execucione que ociū
ſic excludat vt tm̄ deuotionis ſpiritū nō exti
guat. Religioſus em̄ quātūlibet in exterio
ribus occupetur: deuote tn̄ orōnes maxime
neceſſarias exſoluere ſemꝑ debet. Magnuꝫ
eſt vicium ꝓꝑ occupationes ſeu operatio
nes mundanas negligere opus dei. Nouit
fidelis ſeruus ꝛ prudēs nūc marie: nūc mar
the officio dn̄o miniſtrare: eiqꝫ varia officio
rū fercula exhibere: ꝓut obedientia regēte
fuerit opportunum. Sub pretextu clauſule
hui⁹ volunt carnales ocioſitatē ſuā defēde
re: dicentes in ſe ſpirituꝫ deuotionis extin
gui ſi qñ eis laborē aliquē ſuperiores impo
nūt. Sed orationis ꝛ deuotionis ſpūs dicit̄
non extingui: quando non eſt talis ſollicitu
do laboris: per quā impediantur ab omni
bus ſcd̄m regulā determinatis cū deuotio
ne dicētis. Quidā maxime orādi: quidā ope
rādi: grām habent: exercēd⁹ eſt quilibet ſe
cundum grām ſibi datam. Debent actio et
oratio tanqꝫ dxe manus et duo pedes i cor
pore ſimul eſſe. Vix bene ad patriam curri
tur vno pede. Vn̄ nullus vel ſtudio vel ali
cui exercitio ſic dare ſe debet: vt tamen
horis cōpetētib⁹ orationi non inſtet. Qui
dam quaſi ſui obliti. vix orationi mentali
ſe applicant. Vix cōſciētie ꝓprie domū in
trant pſalmos tamē aliquos vel orationes
oretenus recitantes: id fruſtra ſufficere ſi
bi putant. Sed antiqui miro modo deuotio
nis ſpiritum nutriebant in die et in nocte:
non ſolum in oratorijs ꝛ in cellis ꝛ in lectis
et extra lectos: quādo in lectis quieſcere pu
tabantur orationi vacātes: ſed operādo ſpi
ritum nō extinguebāt. Sancti em̄ viri etiā
operando cōtemplabantur: maxime quan
do iuxta apoſtolum in ſilentio operabātur
Qui viꝫ non ſolū quietis ſed carinum etiā
orationis oris ſilētium idem antiqui vere
ſicut eſt cultū iuſticie approbantes: nō ſolū
nocte vel aliquibus locis ſed multi vſqꝫ ad
tertiam de conſuetudine ſeruaſſe referunt.
Iſraelite qꝛ i egypto nō erāt: plagā ranaꝝ
egypti euaſerūt ſꝫ qꝛ iſrael reuertitur in e
gyptum ranas iam habet. Iam enim lin
guoſos quoſdam nulla ſilētij ordinatio nul
la prelati ſuaſio: nulla diſcipline vel quietꝫ
ratio a ſua pōt garrulitate ꝓhibere. Vix aūt
quis a ranis quietus et a ranis liber locus
oīa ſilē ij loca ꝛ muſſitationibus: immo iaꝫ
clamoribus replent: et tamen lingue incon
tinentia fediſſimum maxime in religioſis ē
Ligua aūt ſaltē in loco ꝛ tp̄ib⁹ ordinatꝫ co
hibere nō poſſe: euidentiſſimum loquacita
tis eſt teſtimonium. Tunc enim etiam a bo
nis iuxta prophetam ſilendum ē. Sꝫ vt p̄
ſidentiū pace loquar: nichil ſic totam pene
ordinis diſciplinā in ſilētio ꝛ in alijs ſtatu
tis eneruat: ꝙ qꝛ ſuperiores primi ſūt trāſ
greſſores vel remiſſi tranſgredientium cor
rectores. Qui enim in ſe ordinatus nō eſt:
alios ordinare nō pōt. Ubi aūt correctionis
cultus negligitur: cito religionis ager in ſe
getes viciorum excreſcit. Taciturnitas et
victus auſteritas tāqꝫ due firme columne
religionem ſuſtentant ſimul et ornant. Has
nabuzardan de templo domini tollens de
templo confringit. Carnales enim hec duo
iugiter proſequuntur ſemper verba et ſplē
didam menſam amantes cum diuite epu
lone. Sed patres noſtri nō gule aut verbis
intenti: orōni potius ſimul et operatiōi ꝓut
erat opportunū inſtabant. ¶ Scd̄a pars
pricipalis hui⁹ capituli de mercede laborū.
¶ De mercede vero laboruꝫ. ꝓ ſe ꝛc̄. ¶ Ui
dēdū hoc loco an ſicut fratres recipiunt li
bros et alia quibus licet vti poſſent reci
pere materiam iuxta ſuum artificium:

et ex ea aliquid operari qđ poſtmodum da
rent pro corporalib⁹ neceſſarijs acq̄rendis:
vt pargamenū de quo faciāt libros corium
de quo faciāt ſotulares. ꝙ ſi diceretur ꝗſic:
poſſent ſimiliter recipere aurū ⁊ argentum
⁊ metalla de q̄bus fabricarēt monetā ⁊ alia
precioſa ex quib⁹ ſibi neceſſaria ꝯpararent
Quibuſdā indiſtincte videtur ꝙ nullā mate
riam pñt in poſſeſſionē recipere: ſed ſolū ſu
um artificiū in alteri⁹ materia pro neceſſa=
rijs habendis preſtare: ⁊ hoc ꝓpter ꝓpe=
tatē q̄ comitatur materiā cū recipitur vt vē
datur. ¶ Alijs videtur in materia diſtiguē
dū ʒ Eſt ei q̄dā materia ipreciabilis: de qua
ſi quis aliquid facit totū ꝑciū venit ei ex ar
te ſicut inſtoris ⁊ calathis q̄ fiūt ex iuncis: ⁊
hec talis materia in nulli⁹ eſt bonis ꝯputā=
da. Uñ dicūt ꝙ talē materiā pñt fratres ac=
cipere. Materiā aūt appreciabilē vt ſūt pel
les ⁊ coria lane ⁊ huiuſmodi poterunt acci
pere: qꝛ horum poſſeſſio ꝓprietatē iportat.
Si ſic poſſunt in materia ipreciabili: quō ex
artificio huiuſmodi poterūt ſibi neceſſaria
prouidere cū non ꝑ ſe nec ꝑ aliā reʒ poſſint
vendere operatā: Planū ē ꝙ vēdere nichil
poſſunt: res tñ quelibet de lĩia dñi ꝑ fideleʒ
aliquē cui tractare pecuniā liceat vendi po
teſt. Credo vendendā eē auctoritate dñi lo
ci vnde accipit vel vbi nullus apparet dñs
auctoritate ſedis aplĩce q̄ ſibi reꝝ q̄bus or=
do vtitur proprietatē aſſumpſit. Pñt etiā ꝑ
ſe ffes abſq; vēditiōe de lĩia dñi habita vl'
preſumpta rē hmōi ꝯmutare in alia vite ne
ceſſaria quoꝝ acquiſitio ex labore ipſius ꝑ
regulā eſt cōceſſa Operātes aūt in materia
aliena ⁊ abſq; pacto mercedē ſue ſuſtētatio
nis ex ſuo labore expectātes: pñt abſq; du=
bio a fidelib⁹ in quoꝝ materia operāt reci=
pere vite neceſſaria ⁊ antiq̄ hāc cōſuetudi=
nē maxime habuerūt. ¶ Et hoc hūil'r ſicut
decet ſeruos dei. ¶ Nō eñ cū imperio vel
cōtētiōe vt dñi petere debent ſibi cōpetētia
pro labore ſʒ obſecrādo vt pauperes nihil
ſibi ꝓpetatis hñtes. Uñ ſctūs eos nō ad li=
tē ſʒ ad elemoſinā vt tactū eſt recurrere vo
luit: ſi quando laboris preciū non daretur.

¶ De paupertate Sextum capitulū

FRatres nichil ſi=
bi appropriēt nec domū ⁊c.
¶ Beatus. Frā. paupertatis
xp̄i deuotiſſimus imitator no
luit ſibi ⁊ ſuis domū ꝓpriā vl'
locū vbi caput inclinarēt vel alicuius pro=
prietatē hře cū dt. ¶ Fratres nichil ſibi ⁊c.
¶ In hoc caplo paupertas altiſſima cha=
ritas perfectiſſima cōmendatur. Pauper=
tatis eminentiā probat paupertatis extre
me perfectio ſuo inſigni potiſſime decorate
Perfectio quidē eſt in omnimoda rerū ab=
dicatiōe: ſed inſigne ipſā i ſūmo declarās
in cōtinua ⁊ humillima neceſſarioꝝ mēdi=
catiōe cōſiſtit. Abdicatiōis perfectio iſinu=
atur cum dicitur Fratres nichil ſibi appro
prient. Que ſentencia iuxta reſpōſum apo=
ſtolicum omnium a fratribus in ſpeciali ⁊
in cōmuni ꝓprietatē excludit. Ita ꝙ ꝓpriū
nec oēs in cōi: nec ſinguli in ſpeciali debent
habere. Qđ eñ in principio rl'e ponitur de
proprio nō hñdo a proprio in ſpāli ſingl'os
arcet fratres: qđ eſt alijs regularibus gñā
le. Per h⁹ aūt quod hic dicitur. ¶ Fratres
nec domū ⁊c. Nec loca quoꝝ vſum conſtat
ad multitudinē pertinere: ſicut nec aliquā
rem ſibi appropriare ſinūtur: perſpicuū eſt
oibus in gñali ffib⁹ ois rei ꝓpriū iterdici=
Hec ē rl'a excellēs ꝑfectiōe pauptatis quā
xp̄s i euāgelio docuit dicēs. Si vis ꝑfect⁹
eē vade ⁊ vēde oia que hēs ⁊ da pauperib⁹
Qđ nō ꝑticulari vel mētali tm̄ ꝯtēptu itel=
ligi: ſʒ de vniuerſali ⁊ exteriori poſſeſſionū
abdicatione in ꝓprio ⁊ cōi ipi⁹ lře text⁹ ꝓ=
bat. Sane oia dicit non ꝑtē. Rurſus qđ vē=
dit et diſtribuit neci ꝑticulari nec i cōi re=
tinet. Et lʒ xp̄s aliqñ loculos (maxime vt li
citos oſtenderet: et iuxta ſanctos infirmis
ꝯdeſcēderet) habuiſſe legatur: perfectionē
tñ quā docuit nō dubitat ꝑncipaliter tenuiſ
ſe: mulieribus vl' alijs miniſtrātibus ſūpt⁹
Nempe (vt ait ſanctus: nichil docuit quod
non fecerit: cepit enim facere ⁊ docere. Tā
te paupertatꝭ dñs fuit: vt vnde tributa ſol
ueret non haberet. Iudas quidem commu
nia in loculis habuit ſed res pauperū i ſu=
os conuertere vſus nefas duxit. Loculos
itaq; dñs habuit magis in vſus alienos q̄
in ſuos. Sic apoſtoli licet eis conceſſi fue=
rint ſacculi tꝑe paſſiōis: pricipaliter tamē
credunt in hac ꝑfectione vixiſſe: quoꝝ glřa
vt ſctūs loquitur fuit nichil omnino poſſi=
dere: ſine ſollicitudine eſſe. Nam curā etiā
reum cōium quas turba credentium ha=
buit: cito dimiſerunt: vt verbo et orationi
vacarent. Euangelicā ergo ꝑfectioneʒ ſtu=
pendo ſctūs feruore īſtituēs nichil ſuis re
liquit proprium in hoc mundo. Si queras
cuius eſt locorum ⁊ reꝝ q̄bus ffes vtuntur
ꝓprietas. Poſſum dicere ꝙ cuiuſcunq; ſit
non tñ noſtra vel ordinis ſufficit nobis ad
conſciētie puritatē. Attēde tamen qđ ſin ꝑ
cedentibus tetigi: ꝙ ꝓprietas tā librorū
q̄ locorum ⁊ aliarum reꝝ ordini licitarum

(cū ffm nō poſſint eē rl'a obſiſtēte)ad dioce
ſanos de iure vt dr̄ ptinebat. Sz apl'ica ſe=
des tanq̄ elemoſinaꝝ hmōi precipua diſ=
pēſatrix:retinuit ipſā ſibi:illoꝝ q̄dem loco=
rū ⁊ rerū q̄ nō ſimpl'r ꝯferunt:ſz ffibus ac=
cōmodātur ad vſum proprietate ⁊ dn̄io ſp
ſaluis illis ad quos ptinere noſcunt: ita ꝙ
ffes nec locū nec librū nec aliquā rē extra
ordinem alienare quōlibet pn̄t ſine lr̄ia vel
aſſenſu ſedis eiuſdē:ſeu cardinalis q̄ fuerit
ordinis gubernator:vl' ꝓprioꝝ ſi apparue
rit dn̄oꝝ. ¶ Sz dicis. Nunq̄d hoīes libros
vel alia q̄ ffibus ꝯferūt ꝓprie cardinali cō
ferre itēdūt? Rn̄deo ꝙ pater q̄ dat filio ſuo
librū:nō ꝯtra ordinē ⁊ aīam filij dare inten
dit:ſed dat librū vt ordo ⁊ filius iuxta ordi
nis formam vtat. Proprietas vero ſit eius
cuius ſcd̄z deū et ordinē dz eſſe. Neq̄ expe
dit ꝙ ꝓprietas ſit parētū:nec libri ffib⁹ ha
bētibus quaſi ꝑpetui ſint ab vitā:dū ꝑ mi=
niſtros auferri pn̄t. Et vt in libris:ita in oī
re data ꝓſumēdū eſt dator ordinate vt con
gruit recipiēti intēdere. Ad hec ffm bene=
factoribus nūq̄ bn̄ficij meritū dn̄i pape au
ctoritas minuit:ſicut nec illis q̄ poſſeſſiōes
ſuas eccleſijs ſeu monaſterijs ꝯferūt: cū tn̄
eccleſie cū bonis ſuis eius ptāti ſubiaceāt
Perfectā ergo reꝝ abdicationē iponit cum
di. Ffes nichil ſibi appropriēt. ¶ Sz ꝯſi=
derare opz q̄d ſit appropriare ſeu ꝓprietas
ffibus interdicta. Deiñ an ꝯtractus illi q̄ ꝓ
prietatē importāt ffibus ſint liciti: vt eme
re/vendere/mutuū cōtrahere/locare/ꝯmu
tare/ipignorare/cōmodare/donare. Ter=
tio an excluſa oī ꝓprietate reꝝ. vſus earū
libere ꝑmittat? Quarto de appropriatiōe
vſ⁹ ipſius. Poſtremo que ſit illa paupertas
ad quam fratres tenentur.

¶ Q.i. quid ſit appropriare ſeu proprie
tas fratribus interdicta.

¶ Ad primū dicēdū ꝙ appropāre eſt rē ſuā
facere ſiue i ſuū dn̄iū ꝯuertere. Sua autem
res q̄ trāſijt in arbitrij facultatē vt de ea ꝑ
ſe faciat hn̄s qd̄ vult: vēdēdo/mutuādo/i=
pignorādo/donādo. Propetas ē ius dn̄ij q̄
q̄s dr̄ dn̄s eē rei:quo etiā iure res dr̄ eē ſua
.i. dn̄i ꝓpria. Proprietas aūt alia rei corpo
ralis vtputa dom⁹/veſtis ⁊ cuiuſcunq̄ rei
corporalis. mobilis vl' imobilis Alia rei i=
cōparalis vtputa iurī acquirēdi/iuris alie
nādi/iuris petendi. Quicunq̄ dicta iura in
bonis ſuis hz: ⁊ ſi nichil corꝑale poſſideat
pauper nō eſt:qr ex his incorꝑalib⁹ ad reꝝ
corporaliū mobiliū vel imobilium proprie
tatem pertingere poteſt. Et idcirco hec ha
bere:voto nichil habendi incompoſſibile ē
Pauper et proprietarius in profeſſorum
genere opponuntur. Ex his etiā colligi pōt:
quid de predictis contractib⁹ ſit tenendū.
Ubi oīs rei proprietas tollitur:oīs contra=
ctus ꝓprietati obnoxius remouetur. Sane
q̄cūq̄ renunciauerit iuri habendi quācūq̄
rem: renunciauit iuri acquirendi ſibi vel
alienandi ſibi quācūq̄ rem. Ordo aūt mino
rum pariter i vniuerſis ⁊ ſingulis voto re=
nūciauit iuri hn̄di quācūq̄ rē:ergo renūcia
uit iuri acq̄rendi vel alienādi ſibi quācūq̄
rem. Siq̄dē voto vno abdicātur oīa voto i=
cōpoſſibilia. Quicūq̄ ergo priuatus ē iure
hn̄di quācūq̄ rē:nichil de iure habere pōt:
hoc em̄ voto nichil hn̄di eſt incompoſſibile.
Om̄ ergo quicūq̄ hz ius emēdi et venden=
di. mutuū dādi ⁊ accipiēdi permutandi et
hmōi:aliq̄d ſibi acq̄rere vel alienare de iu=
re pōt:qr aliq̄d de iure habere pōt:hoc aūt
voto nichil hn̄di eſt incōpoſſibile. Relinqui
tur ergo ꝙ ordo fratrū minoꝝ in vniuerſis
et ſingulis iure vēdendi ⁊ emēdi. mutuum
dādi et recipiēdi. cōmutandi ⁊ in ſimplicit
om̄i iure obligādi quo cuiuſlibet rei ꝓprie
tas acquiri vel alienari pōt: vſq̄quaq̄ pri
uatus eſt. Dictos ergo ꝯtractus abdicatio
ni ꝓprietatis incōpoſſibiles eſſe pz. q̄ etiaz
aperit collatio ſingularis.

¶ Q.ij. an fratres poſſint aliquid eme=
re et quid dicatur emere

¶ Si em̄ querit an ffes poſſint emere:dicē
dū ꝙ emere dr̄ trib⁹ modis. Uno mō emere
dr̄ de rei emēde ꝓcio ꝯuenire. Alio mō eme
re dr̄ ſolutionem iā empte rei ꝓcurare:his
duobus modis pn̄t ffes emere. Tertio mō
emere dr̄ pecuniā ſeu preciū dare rei:quod
non poteſt facere niſi q̄ pōt pecuniā vel ꝓ=
prietatem habere. Semper enim preſtita
pecunia ſeu precio fit ꝓprie emptio:quare
vere ac ꝓprie emere ffes nō pn̄t:nec aucto
ritatē alijs dare ad hoc. Quō ḡ pn̄t ſibi ꝑ
emptionez ſi q̄n indigeant prouidere: Pn̄t
vt dictum eſt ꝯueniendo de precio vel ſolu
tionem procurando. dum tn̄ ſe verbo vl' fa=
cto non obligent ad ſoluendum. Facto ſe
obligant:ſi obligatione non excluſa rem vē
ditam aut venalem accipiunt. Tunc enim
rei dn̄o ſicut et laboranti operario cū opus
ei faciendum imponunt:ipſo videntur fa=
cto realiter obligari. Poteſt venditori vel
mercēnario dicere frater. De precio conue
nimus: ſed deeſt michi qui tibi de ipſo re=
ſpondeat: ego autem ad hoc me obligare
non poſſum:cum nichil habeam vnde ſol=
uam. Solutionem quidem volo et ſpero ꝙ
potero procurare:nec tamen obligo me ad

ſoluendum ſi rennuit: ceſſa: vt pauper non valens cū velis vel in foꝛi copia rē optatā habere. Pñt in hmōi puidere per eū cui ad eoꝛum neceſſitates elemoſina eſt cōmiſſa. Ille nimirū auctoꝛitate cōmittentiū p ſe vl per alios emere pōt: qđ ffes emendū oſtēdūt: hoc em̄ ad ipſū pꝛopꝛie pertinet: cū ad hoc cōmiſſā ſibi elemoſinā habeat: vt inde p ſe vel p alios ffm neceſſitati puideat. Poſſunt deniq̧ fidelē quēcū̄ de obligatiōe ipſis vt alibi tactū eſt incōpoſſibili preinſtructū pſtare: hic em̄ auctoꝛitate pꝛopꝛia ſicut ad opus ſui ſic ad opus ffm emere pōt. Qui etiā ffm gfa nō aucte id facit: cū ſciat eos nl la ſibi vel aliſs obligatiōe teneri: qua vtiq̧ ſi eoꝛum auctoꝛitate fieret tenerentur.

¶ Queſtio. iij. an ffes poſſint vēdere

¶ Si qritur vtrū ffes pñt vēdere: dicendū q̧ vēdere dicitur vno mō rē ppriā in alienū dominiū p precio trāſfūdere: hoc modo pōt qui dominiū rei hʒ: ⁊ ideo ffes hoc mō vēdere nūq̧ pñt. Alio mō dr vēdere de re aliqua preciū recipere: ⁊ hoc mō ſeruꝰ auctoritate dñi eius poteſt vēdere hoc modo: et ſi fratribus liceret vendere: eſſet tamen ſecundū pꝛofeſſionē eoꝝ inhoneſtū ⁊ turpe: ⁊ ideo nō poſſūt. Alio mō vēdere eſt rē alteri omnino relinquere et loco eius aliā abſq̧ aliquo dominio vel iure ad ſolum ſimplicē vſum recipere ⁊ ſic pñt fratres vendere

¶ Queſtio quarta an fratres poſſint mutuare vel mutuari.

¶ Si qritur an fratres poſſint mutuare vl mutuari: dicendum q̧ mutuare dicitur pꝛopꝛie de meo tuū facere vel mutuari de tuo meum fieri. Hoc modo non licet fratribꝰ q: contractus pꝛopꝛietatis eſt: et hoc modo q̄ mutuatur rem ſibi mutuatam appꝛopꝛiat ⁊ ad faciendum ſolutionem ſe obligat. Alio modo mutuari dicitur pꝛopꝛie bona fide ad pꝛocurandū non ad faciendum ſolutionē ſe obligare: hoc ſolo modo fratres mutuari pñt. ¶ Qō. v. an ffes poſſint accōmodare vel accōmodatū recipere. ¶ Si qritur de ꝯtractu accōmodationis: nā differt ꝯtractus mutui ⁊ accōmodationis: cū i mutuo nō autē in accōmodatione dñium trāſferatur. Dicēdū q̧ contractus accōmodationis vno modo rei accōmodate reſtitutionē īportat hꝰ mō ffes q̄ nihil pñt hre ñ pñt aliqđ hre accōmodatū. Alioꝰ pōt dicere pcurationem aut ſollicitudinē rei reſtituende bona fide: ⁊ hoc modo non impoꝛtat obligationem realem: ⁊ hoc modo poſſunt. Caue tn̄ ne in cōtractibus verbum et actū inoꝛdinatum excuſari per intentionem exiſtimes: vel quandam verboꝛum inuolutionē quā hoies cū qbus agitur nō intelligunt ad obligationis excluſionem ſufficere putes. Cecus ocl'us ſimplex nō eſt. referēdū vt volūt obligatio ad diſtrahētis mutuātis ⁊ accōmodātis intētionē ſimplicē i re ſua: cum etiam ſine verbis eo ipſo quo q̄s rē accipit obligat. Obligatio autē in mutuo pecunie pluſq̧ i alio debito piculoſa videtur pꝑter receptionem pecunie ſubſequentem. Si et ffes pecunie mutuū vt aliȷ̄ homines lʒ per interpoſitam perſonā recipiūt: nec actū omnino illicitū ſola intentio videtur facere licitū. Si quis mutuū ⁊ verbo ſimpliciter petit et petitū recipi ⁊ expendi pꝛo volito facit: q̄s eum excuſet a mutuo? Poꝛro datur mutuo poſtq̧ illud ad petētis reqſitionem alteri tradit: mox traditi ppꝛietatem ſe penitꝰ exuit: nec ei vlterius perditur ſi pdatur: q: iam eius nomine nō tenetur: qđ cū ad intermediā perſonā nō expectet ad petitorē ex vi etiā mutui expectare neceſſe ē. Quidā mutua ffm nō ppꝛie mutua eē dicūt: cū mutuorū ipoꝝ ſicut nec pecunie l elemoſinā oblate aliqđ iffꝫ vt volūt rła ⁊ itētiōe ipoꝝ obſtāte ppetatē nō trāſeat. Sʒ nō ē ſile de oblata pecūia quā bñficus pie vt ꝯgruit oꝛdinare itēdit: pꝑter qđ iter alia nec de eiꝰ pꝛietate ſe exuit ſʒ ſꝑ ſua auctoꝛitate habetur: alias aūt ꝯſtat pecuniā poſſe ꝯtra rłaꝫ de fctō q̄uis illicite recipi. Nō em̄ ppꝛiȷ̄ abdicatio ppꝛietariū excuſat a ppꝛio. Preterea cū factū vt dictū ē obliget: ⁊ mutuū obligationē q̄ i oblata pecunia deeſt de ſui natura īpoꝛtet: nō video ad pñs q̧ ſola occulta intētio factū inoꝛdinatum excuſet: ſʒ realē (q̄ ⁊ mutuū vt ꝯtractus aliȷ̄ ꝯſtare videt) obligationē arbitroꝛ excludendā. Qui cauet laqos: ſecurus ē vt ſepe dictū ē. Ex verbis iuſtificat q̄s vl etiā ꝯdēnat. In luce q̧ ābulādū ē ſeruis dei. Si qñ pp hꝰ egēt. btī ffelix penuria quā defenſio puritatꝫ īducit

¶ Q. vi. an ffes poſſit locare opas ſuas

¶ Sʒ qrit an ffes poſſint locare opas ſuas dicēdū videt q̧ ſi locare impoꝛtet cū pacto de mercede ꝯuenire nō pñt: tūc ei qđ pactū eēt ope ꝯpleto ffm eē ppꝛiū videret. Si vo locare dicat ſñ pacto mercedē ſuſtētatiōis expectare: tūc pñt. ¶ Q. vij. an ffes poſſint ꝯmutare res in vſu ſuo deputatas.

¶ Si queritur an ffes poſſint ꝯmutare res quas hñt ad vſum: dicendum q̧ res aliquā non poſſunt auctoꝛitate ſua in aliam ꝯmutare: ſed auctoꝛitate dñi habita vl preſumpta pñt res ſibi ad vſum conceſſas in alias magis neceſſarias cōmutare.

¶Q.viij.an f.poſſint impignorare.

¶Si q̄rit an ffes poſſint impignorare.ſi-
milis eſt rn̄ſio:q2 rē vt ſuā alijs obligare nō
poſſunt:ſed auctoritate dn̄i rē ſibi conceſſā
pn̄t pro neceſſarijs obligare.

¶Q.ix.an f.poſſint donare.

¶Si q̄ritur vtrum poſſint donare:dicēduz
ꝙ cū nullā rem ꝓpriā habeant auctoritate
ſua nō poſſunt tribuere: tn̄ auctoritate dn̄i
habita vel p̄ſumpta.rem ſibi ad vſū cōceſ-
ſam alijs pn̄t ꝯcedere.Unde ad ſecuritatem
cōſcientiarum neceſſaria reputatur etiā in
ſcriptis expreſſa ſedis apoſtolice auctori-
tas de rebus etiā minutis quibuſcūqȝ per
ſuperiores vt decet eos ſcȝ ꝯmutando im-
pignorando donādo/accōmodando/extra
ordinē diſpēſandis Amicis quoqȝ ſpūalibꝰ
ꝓcuratoribus neceſſitatiū fratrū neceſſaria
eſt ſemper auctoritas vendendi cum vehe
mens fratrū neceſſitas hoc requirat. Nec
laxatur regula qn̄ ꝓcuratores nō quidē ad
litigandū ſeu elemoſinas in iudicio repetē
das in ſcādalū ordinis maximū: ſȝ ad hoc
tm̄ habentur vt auctoritate predicta ven-
dantur vel contractus alios fratribus illi-
citos agant.Semper autem laxatur quan
do ffes per alios q̄bus ad hoc auctoritatē
dare non poſſunt.vendūt/emunt/vel alia
ſicut rerum dn̄i ⁊ proprietarij faciūt:q̄ abſqȝ
leſione regule facere nunq̄ȝ poſſunt.

¶Q.x.an ffes dare inuiceȝ poſſunt.

¶Si q̄ritur an fratres adinuicē dare poſ-
ſint:dicendum videt ꝙ licet per accōmoda
tionē ꝯmunicare liberaliter debeāt:non tn̄
abſqȝ licētia dare vel recipere data poſſunt
Res ſunt quidē cōmunes : ſȝ vſus diſpoſi-
tio pertinet ad p̄latos vt eoꝝ auctoritate
vnicuiqȝ prout opus fuerit diſpēſetur iux-
ta modū et regulaȝ ſub ſāctis ap̄lis ꝯſtitu-
tā.Omnia quidē erāt cōia:nō tn̄ ꝓvolūtate
vēdicabat quilibet ea ſibi:ſed diuidebātur
prout cuiqȝ opus erat.Uſurpationem rerū
abſqȝ licentia ananie et ſaphire vetat exē-
plū qui tanq̄ȝ fures ⁊ propetarij puniūtur.
Sȝ nunquid pro penna filo ⁊ hmōi oportet
ſemꝑ recurrere ad p̄latū. Credo ꝙ ꝓ hmōi
ſufficit habere licētiā gn̄alē.aliqui ſuffice-
re putant ꝙ p̄latus hec ſciens tolerat.De-
niqȝ qui propriū habere nō valet:ius diſpē
ſandi vel recipiendi nō hȝ Rē vero nō ſuaȝ
ſibi approp̄at qui eam vt ſuam ꝓpria au-
ctoritate diſpenſat.Rē eñ appropriare eſt
eius dn̄iū vſurpare.Si quid forte p̄lato ab
ſente de p̄ſumpta eiꝰ volūtate recipit:q̄ȝ ci-
tiꝰ fieri pōt rep̄ntaudū vel denūciādū ē ei.
Furtiue habes q̄dq̄d illius ſine licētia reti
nes:magis aūt ſi occulte q̄d fratris alteriꝰ
deputatū eſt vſui ſurripis.Malū eſt abſqȝ li
centia dona accipere:ſȝ peius eſt furto ſur
ripere q̄ȝuiſ vtrobiqȝ ſit furtum.Siue enim
dn̄m papā ſiue alium dn̄m dicas: ſi eā quā
ipſe diſpenſari vult licite: illicite occupas:
eo vtiqȝ inuito contrectas.Non dico furtū
vbi ꝙ de fratris abſentis vel prelati eius vo
luntate preſumimꝰ:eiqȝ poſtmoduȝ res fa-
cta oſtditur.Si rem fratrum nō furti inten
tione vſurpas:culpa minuitur ſȝ viciuȝ nō
aufertur.Turbans proximum alteri quod
tibi non vis fieri faciens: impiugis in deū
Pie aliquando caritas excedit ⁊ ideo ſeip-
ſum quilibet : ſed proximum facile iudica-
re non debet.Deniqȝ ꝙ religioſi proprium
abdicantes nec dare nec accipere poſſint
canon exprimit auguſtini etiam generali-
ter in ius commune redactus: vbi ſic dici-
tur.Non licet vos aliquid habere propriū
ſed ſint vobis oīa communia:et quibuſdam
interpoſitis ſubditur.Cuȝ huius noſtre cō
gregationis fratres non ſolum facultati-
bus.ſed etiam voluntatibus proprijs i ip-
ſa ordinis ſuſceptione renunciauerint:⁊ ſe
promiſſam obedientiam penitus aliorum
poteſtati et imperio in chriſto et pro chri-
ſto ſubdiderint:certum eſt eos nichil habe
re/poſſidere/dare vel accipere ſine licentia
ſuperiorum debere Qȝ ſi propinquus vel
amicus vel quilibet fratrum cuiqȝ offerre
aliquid voluerit: primo quidem priori inſī
nuetur.et ſic ſuſcipiatur ſi ipſe mandaue-
rit: de quo tamē nichil fiat niſi quod priori
placuerit.Si ex his congrue ſanctus exclu
ſit:non ſumus nos ab obediētie rerūqȝ ab-
dicationis cōditione minus immunes. Si
qui ſe iterum ad amplam ſecularium viaȝ
res iuxta propriam voluntatem dando et
accipiendo ꝯuertunt : videāt ſi ꝑ ꝯſuetudi
nē quā ipſi ſibi faciūt excuſētur. In hoc eñ
pauperes ſeculi pauper religioſus excedit
ꝙ per ſe nichil habere vel alijs dare poteſt
Nunc ad videndum de vſu aduerſus ea q̄
de proprietatis abdicatione ſunt dicta pro
approbatione ip ſorum vnum argumen-
tum apparens aſſumo:et quidem ſic.Nul-
lus qui legis naturalis precepto ad eſſe na
ture conſeruandum in diſpenſabiliter eſt
obligatus:his ſine quibus non conſerua-
tur eſſe nature renunciare poteſt.Ordo au
tem minorum pariter in vniuerſis ⁊ ſingu
lis precepto legis naturali ad eſſe nature
conſeruandum indiſpenſabiliter obligatꝰ
eſt.Ordo igitur minorum nec in vniuerſis
nec i ſingulis his ſine q̄bꝰ nō cōſeruatur

eſſe renūciare pōt. Probatio maiorꝫ pꝫ ex il
lo principio.ſ.ꝙ vno ꝑcepto dato incōpoſſibi
liā illi ꝑcepto tollūtur. Precepto eñ de con
ſeruando eſſe nature videtur eſſe penitꝰ in=
cōpoſſibilis abdicatio reꝝ ſine quibus non
conſeruaꝛ eſſe nature:⁊ ideo cū conſeruatio
eſſe naturalis ꝑcipitur abdicatio reꝝ ſine q̄
bus non cōſeruatur eſſe nature ſimul ꝓhi=
betur. Probatio minoris pꝫ ex illo pricipio
.ſ.ꝙ oīs hō legis naturalis precepto ad eē
nature conſeruādū indiſpēſabiliter eſt obli
gatus. Hec ſiquidē vt earū habeaꝛ vſꝰ ſine
quibꝰ non ꝯſeruatur eē nature efficaciꝛ ar=
guunt:ſꝫ vt proprietas habeaꝛ nullatenus
cōpellūt. Non eī alimentoꝝ aut tegumētoꝝ
propetas eē nature ꝯſeruat.⁊ ideo propꝛe=
tati vtriqꝫ ⁊ ſemꝑ renūciare pōt:vſui vero nū
q̄ꝫ pōt. Uſus ergo rerū ad eē nature ꝯſerua=
tionē expectātiū nō ſolū ē licitꝰ verū etiā ne
ceſſariꝰ. Porro ſicut ē neceſſariꝰ rerū vſꝰ ex
pectātiū ad eſſe nature ꝯſeruationē ita quo
qꝫ neceſſariꝰ ē ad voti cōſūmationē. Nam ſi
cut ordo minorū pariter in vniuerſis ⁊ ſin=
gulis ad eſſe nature ꝯſeruationē legis natu
ralis ꝑcepto ē obligatꝰ.ita quoqꝫ idē ordo ī
perſonis aliquibꝰ ad diuinū officiū celebrā
dum voto aſtrictꝰ eſt. Et ideo ſicut lato ꝑce
pto de ꝯſeruādo eē nature eaꝝ ſimꝉ reꝝ vſꝰ
ꝑcipitur ſine q̄bus eē nature nō ꝯſeruaꝛ.ita
q̄qꝫ emiſſo voto de diuīo officio celebrando
vſus eaꝝ reꝝ ſimꝉ ꝑcipiꝛ ſine quibꝰ votum
non ꝯſūmatur. Sicut igiꝛ vti alimētis ⁊ te=
gumētis ē neceſſariū ad eē nature cōſerua=
tionē:ita q̄qꝫ vti ſcriptis ⁊ ceteris ad diuīꝫ
officiū deputatis ē neceſſariū ad voti conſū
mationē. Impoſito eī vno oīa īponūtur ſine
q̄bus īpoſitio expediri nō pōt. Itē intelligo
de ſcriptis neceſſariis ad predicādi officium
vel legēdi cū ex īpoſitione regꝉe ſit doctrīa
ſiue officiū ꝑdicādi. Cū ergo frēs nō fabꝉas
ſed verba debeāt predicare diuīa q̄ neſcire
niſi legāt nec legere niſi habeāt ſcripta pn̄t
et ſicut habere miſſalia ⁊ breuiaria ꝓ diuī=
no officio.ſic libros ꝓ ꝑdicatiōe habere nō
obſtat ordinis pauꝑtati: ꝯſtat ꝙ libros ſi=
cut habere ⁊ predicare de ꝑfectiōe regꝉe poſ
ſunt. Sane ſūmopꝑe cauendū ne ſub colore
neceſſitatis exceſſꝰ ſe ingerat ſuꝑfluitatis.
Superflui nāqꝫ adiectio īſignis pauꝑtatꝭ ex
treme deſtructio ē.⁊ ideo voto pauꝑtatis ex
treme incōpoſſibile ē. ¶ Eſt autē ſuꝑfluū il
lud quo ablato ſufficit reliquū. Exceſſꝰ autē
ſuperflui cōſtat maxime in numeroſitate vꝉ
q̄ntitate ſūptu ⁊ decore. Duo igitur ſuper
fluunt ſi vnum ſufficit multū ſi parum ſum=
ptuoſum ſi vile ſpecioſū ſi deſpicabile. Pro

prietatem itaqꝫ reꝝ regula prohibet ſꝫ non
vſum cū dicit. ¶ Fratres nichil ſibi appro=
prient nec domū nec aliquā rem. Non dicit
ꝙ rebus vel domibꝰ non vtamur.hoc eī cō=
tra deum vt dictū eſt hoc enim inhumanū
et impoſſibile prorſus eſſet.cū ſine vſu rerū
viuere nemo poſſit:vſus autē fratres domi
nos nūq̄ꝫ facit. Quis eī niſi fatuꝰ armigerū
dn̄i ſui equo vel pauperē indulto ſibi bene=
ficio:vel aliū quēlibet re curata vꝉ ſibi accō
modata vtentē rei ſic vſe dn̄ꝫ eſſe dicat? Le
gimus ſaluatorē diſcubuiſſe in domibus et
certā aliq̄n manſionē habuiſſe vel hoſpiciū
ad vſuꝫ ſimplicē quoſdāqꝫ ibi diſcipulos eo
inuitante manſiſſe nullā tamē ſuā humane
poſſeſſionis iure:ſꝫ tantū habitationis con
ſuetudine habuit manſionē. Nec propꝛ ap=
propriationē domū vel locū ſibi appropria
uerat qui dicebat. Uulpes foueas habēt et
volucres celi nidos:filiꝰ autē hominis non
habet vbi caput ſuū recliet. Sic fratres vbi
caput ſuū inclinēt propriū nuſq̄ꝫ habent:ſꝫ
domus in q̄bus fratres habitāt:ſic domus
fratrū ſicut ⁊ hoſpitalia pauperuꝫ eo ꝙ ibi
recipiuntur hoſpicio dicūtur. Sic alieniſtā
libris q̄ꝫ aliis vtimur:veſcimur cibis ⁊ idui
mur veſtimentis. ¶ Sed quo aiūt pauper=
tas hec arctat:aut que in ea religio duꝫ ne=
ceſſarius rerū vſus:et ſi nō proprietas reti=
netur? Quid in rebus querunt homīes niſi
vſū? Arcta quidē eſt fratruꝫ paupertas:nō
ſolum quia res neceſſarias ſepe non habēt
ſed eis etiā habitis prout neceſſe ē:dando/
cōmutando/vel alias ꝓ voluntate (preſertī
cum ad vſum determinate ſunt ſpecialem)
ſua vti auctoritate non valent. Pauperes
alii vulgares vel etiā regulares iuxta ordi
nem ſuū poſſunt quod vtile putant libere fa
cere de re ſua. Nec plane liber eſt vſus qui
et de alterīꝰ conceſſione habetur: et pro do
mini cōcedentis volūtate aufertur. Non ſūt
homines ſic vſu arcto contēti.ſed magis in
rebus liberum et perpetuum querunt vſuꝫ.
Norunt experti quanta ſit in hac arctitudi
ne difficultas:que fratres vere pauperes ꝓ
bat. Eſt etiam maxima in hac proprietatis
abdicatione religio:tum propter arctitudi=
nem prelibatam/tuꝫ propter conformitatē
predictam altiſſime euangelice paupertatꝭ
tum etiam propter libertatem potiſſimam/
ad ſpiritualia exequenda: que fratres a ꝓ=
fundis ſeculi curis abſoluit. Sublimat non
mediocriter apud deuꝫ ipſa que non tātuꝫ
ī affectibꝰ:ſꝫ ēt in rebꝰ attendiꝛ pauꝑitas/ mē=
dicitas ꝓpter quā ſuos dn̄s pauperes mini
mos vocat. Quicunqꝫ inquit potuꝫ dederit

vni ex minimis iſtis calicẽ aq̄ frigide tm̄ in
nomine diſcipuli: nõ ꝑdet mercedẽ ſuã. Su
ꝑ quẽ locũ dicit expoſitor Minimi ſunt qui
nichil penitꝰ habent in hoc mũdo ⁊ mẽdici
ſũt cũ xp̄o. ¶ Quarto loco de appropriatio
ne vſꝰ rerꝝ ꝯſiderandũ eſſe ꝑdixi. Attẽde ꝙ
loca vel res etiã q̄ꝫtum ad vſuꝫ appropriã
da non ſũt. Vſũ enim rei nullus ſibi frater
ſic vẽdicare debet: vt ꝑ hoc volũtarie ſupio
ris diſpoſitioni vel fraterne (vt caritas exi
git) ꝯmunicationi preiudicet: hoc ſi qui ſũt
vicio laborãtes: vix libros vel alia ſuo vſui
conceſſa cõicãt: nõ attẽdentes ꝙ maior eſt
fructus caritatis in cõicatione rerꝝ q̄ꝫ cupi
ditatis in appriatiatione. Specialia ꝑſer=
tim natalis patrie loca ſiue cuſtodias ita ſi
bi vſurpãt et ſibi et ſuis ꝯpatriotis vendi=
cant: vt vix alios ibi et ſe alibi poni ſuſtine
ant: ſe de cuſtodijs illis eſſe ꝯmẽorant: ⁊ co
indigenas approꝑiato noĩe ffes ſuos ap=
pellãt: alios aũt extraneos ⁊ hoſpites repu
tãt nec tñ patria ſꝫ obiedĩẽtia ſola oẽs idif
ferenter ffes de cuſtodia vel ꝯuẽtu fratres
cõſtituit. Vnũ fratrũ collegiũ obediẽtia fa=
cit: ſꝫ appropriatio nõ patiꝝ vnitatẽ. ſuos
curat/ alios diſponit et fugat. Sic alienige
na exultat/ indigena regnat: ſed iſraelitas
aduenas deteſtari egyptiorꝝ ẽ. Sicubi pe=
ſtis hec ꝑualet: multa zelo patrie in ꝑiudi=
ciũ caritatis/ ꝯmunitatis/ pacis ⁊ puritatꝫ
cotingunt. Libertas etiã ꝯmunis et diſci=
plina ordinis adeo ĩpeditur: vt niſi vix ex
tra patriã obſeruãdã ſpũaliter regulã iux
ta ordinationẽ ipſiꝰ poſſit quis aut neceſſi
tate aut volũtate ſñ grandi ſcãdalo aut cõ=
fuſiõe trãſferri. Trãſlatio cuiꝰ cauſa nõ pa
tet infamie notã habet: nã vbi trãſlationes
ſuſpecte nõ ſunt ſi locorꝝ allegatur vtilitas
nõ ſemꝑ per indigenas meliꝰ loca ꝓmouẽ=
tur. Tẽporalia quoq; lucra bonis nõ ſunt
ſpũalibus cõpẽſanda. Nõ arguitur in reꝑ=
heſione paucorꝝ multitudo: ſꝫ exprimũtur
vicia vt vitentꝝ. Nã qui ſcd̄m regulã viuũt
ſe vbiq; ꝑegrinos ⁊ aduenas eẽ ĩ hoc ſclo cõ
ſiderãtes: celeſtẽ ſibi patriã nõ terrenã vẽ=
dicare ꝯtendũt. Si in terra neceſſitatis per
obedientiam ſũt in om̄i mãſuetudine ſub
iecti prelatis vnanimes ſocijs: tãq; in alie=
na ꝯmuniter ⁊ hũiliter ꝯuerſãt. Immo plꝰ
ibi contra obedientiam vł diſciplinã recal=
citare vel ſocios moleſtare erubeſcunt ꝓ
priores ſemper ad moram alibi faciendaꝫ
Fugientibus enim mundum natalis pla=
ne timenda eſt patria: que incautos ĩ ſepe
in propinquos et notos ad mũdi negocia
reuocat: que occaſioneꝫ inquietudinis pre
ſumptionis et inſolentie multis preſtant.
Locorum et rerum vſus eſt licitus: ſed taꝫ
rerũ q̄ꝫ vſꝰ approꝑatio vicioſa Beatꝰ Frã
ciſcus etiaꝫ officia appropriare ꝓhibebat.
Caue tamẽ ab errore hoc loco. ne putes ꝙ
ffes in locis ordinis vſui deputatis ꝑ obe
dientiã cõmorantes eorꝝ ſibi appropriẽt
vſum contra ſñiam que hic dꝛ ꝙ nichil ſibi
approprient ⁊ tanq̄ꝫ aduene et peregrini a
dño famulantes que ſi de domo in domuꝫ
debeant ſemꝑ ire manſionẽ ſpecialẽ nunq̄ꝫ
habentes Parcat illi deus q̄ primo hãc ſtul
ticiam cogitauit. Nõne beatus Frãciſcus
edificauit loca? Nunquid tanq̄ꝫ peregrinꝰ
ibat quotidie vnaꝫ dietã? Nũquid beatus
Petrus cum dicit. Obſecro vos tanq̄ꝫ adue
nas ⁊ peregrinos voluit ꝙ trãſirent de do
mo in domum? Cum eñ dicat ſcriptura vi
ta neq̄ꝫ hoſpitandi de domo in domum taꝫ
beatus Petrꝰ q̄ꝫ Franciſcus filijs ſuis di=
ſcipulis non ſanctam vitã ſed neq̄ꝫ ĩpoſuiſ=
ſent ſi ſcd̄m intellectum hm̄õi mandarent
nos eſſe ſimiles peregrinis. Sed hoc dictũ
intellige vt domos in quibus habitamus
nec proprias reputemus nec vt ꝓprias di
ligamus ſicut peregrini in via nec propriã
hñt: nec vt ꝓpriã amãt domũ: ſed ad neceſ
ſitatem vtuntur aliena. aliter ſapere deſi=
pere eſt Quo modo ergo poſſet eſſe regimẽ
et ordo prelatorꝝ q̄ ſic diſtincte manent in
ordĩe bti Frãciſci: ſi oẽs eſſent hoc mõ iſta
biles et vagabũdi ꝑ ordinẽ? hoc nõ ſentit
niſi qui de ordine nichil videt. Inſtabiles
quidẽ cũ apoſtolis ſũt q̄ de loco ad locuꝫ ꝓ
maiorum arbitrio tranſeunt nuſq̄ꝫ perpe=
tuam vt quidam regulares ſtabilitateꝫ ha
bentes. Oẽs etiam fideles peregrini vocã
tur. ꝙ cito tranſeuntes ⁊ alibi patriam ha
bẽtes ad quã eos mũdi cõcupiſcẽtijs expe=
ditos feſtinare opꝫ. Non ergo fratres lo=
corum vſum appropriant q̄ habent ea pro
accommodantium voluntate et libera ſuo
rum diſpoſitione maiorum.

¶ Que ſit ad quã ffes teneantur.

¶ Poſtremo videndum eſt que eſt illa ex=
trema paupertas ad quam fratres tenentꝝ
Quod ſi ex magna parte pateat ex ꝑdictis
monet tamen ad hoc iſta ſententia qua di=
citur. ¶ Et tanq̄ꝫ aduene ⁊ ꝑegrini ĩ hoc ſe
culo in pa. ⁊ hu. dño famula. vadant ꝓ ele.
ꝯfi. Caput clauſule huius. ſ. ⁊ tanq̄ꝫ per et
coniunctiuam et copulatiuam ego ſub bul
la dñi pape Honorij ſcriptum vidi: quod ꝑ
ſed aduerſatiuam aliqui male ſcribunt.
¶ Poſtea poteſt queri an paupertas ad quã
fratres tenentur prohibeat eos ne poſſint

aliquid fixũ ad ſuſtentationẽ: retinere: ſicut
alique perſone voluerũt redditũ perpetuũ
ordinare: quo fratres poſſent etiã i aliquo
loco ſuſtẽtari: ita tñ ꝙ apud eos nulla pro-
prietas remaneret. Ulterius queri põt vtrũ
ꝓhibeat ne territoria poſſint habere de qͣ-
bus per culturã ꝛ induſtriã ſuã oĩa ſuſtẽta
tioni neceſſaria procurarẽt ita ꝙ ꝓprietas
penes aliũ reſideret: vt ſicut hñt hortos ad
olera ꝛ ad fructus ita vineas ꝛ agros habe
rẽt. ¶ Ad qd̃ dicendũ eſt ꝙ duplex eſt ꝑꝫ ſã
ctos differẽtia euãgelice paupꝑtatꝫ. Eſt eñ
quedã minus perfecta paupꝑtas q̃ cũ paup
tate ſpũs nichil retinet ſuꝑfluũ tꝑalē ſꝫ ſolũ
qd̃ neccitatis eſt retinet. Alia vero pauper-
tatꝫ perfectio q̃ cũ paupꝑtate ſpũs nec ſuper
fluũ nec neceſſariũ tãq̃ ꝓpriũ retinet ſꝫ ex
dei ꝓuiſione pẽdet q̃ paupꝑtas dr̃ paupꝑtas
mẽdicitatis. Hec ergo paupꝑtas fratrũ mio
rũ eſt q̃ determinatur hoc loco. Uñ attẽdit
in duobus. Unũ ē vt nõ recipiãt aliq̃d fixũ
vt reddit⁹: ꝛ hoc qꝛ tanq̃ peregrini ꝛ adue
ne debẽt in paupertate dño famulari. Aliud
eſt qꝛ debẽt paupertatẽ q̃tũ ad vſũ habere
vt chriſto pauperi ꝛ egeno nõ ſolũ in ſtatu
aliquo paupꝑtatis ſub quo multi egeni ſũt
immo nimis abundãt: verũ etiã in penuria
ꝛ egeſtate cõformes taliter ſint pauperes
ꝙ etiã ſint mendici. Uñ addit. ¶ Uadãt pro
elemoſina ꝯfidẽter. ¶ Pñt aũt cõfidẽter ele
moſinã petere: qñ vt caute premittitur in
paupꝑtate dño famulẽtur. Et ꝑme r̃le lr̃a ſic
habebat Cũ neceſſe fuerit vadãt fr̃es ꝑ ele
moſina. Mẽdicitas eñ vrgente neceſſitate
paupꝑtatis eſt licita deficiẽte neceſſitate illi
cita Nõ leuis eſt culpa ſuperflue mẽdicare
Siquidem inexcuſabiliter eſt paupertati
contraria ſuperfluitas exquiſita habere ꝙ
neceſſarium eſt primus eſt vt ait quidã di
uitiarꝫ modus ſed pauper eſt cui neceſſaria
deſunt. Que eſt ergo paupertas neceſſaria
hr̃e ꝛ ſuperflua inſuꝑ q̃rere? Acq̃ſita inq̃ ꝑ
mẽdicitatẽ l ſuꝑfluos vſus expẽdere oĩno
illicitũ eſt. Deniq̃ paupꝑ fidelis amat egere
cũ xp̃o parcimonia gaudet ſuꝑflua quecũq̃
modũ paupꝑtatis excedũt: tãq̃ illicita dete-
ſtat. Regularis aũt paupꝑtas iuxta ꝑfectio
nẽ euãgelicã ꝯtẽta pñtibus ꝑfixa et ꝯgrega
tiões vt alibi tactũ eſt nõ eſt ſollicita in fu-
turũ. Et licet anni pñtis exceſſum aliq̃d fu-
turum vel etiam craſtinum dicant. tamen
antiqui vix aliquid vel ad modicum tẽpus
ſeruari patiebantur. Plus egere q̃ congre
gare volebãt. Oblata quelibet quando non
indigebant reſpuebãt in quo cupiditas cal
cabatur puritas ordinis ſeruabatur popu
lus edificabatur et maiori ſepe deuotione
ad offerẽda in tempore neceſſaria moueba-
tur. Sic extreme pꝫ perfectio paupertatis.
Extrema enim paupertas eſt q̃ ſtatus ali-
cuius vniuerſos ꝛ ſingulos equaliter inclu
dẽs iſignib⁹ in extremo ipam declarãtibus
decorata ē ¶ Qꝫ paupꝑtas fratrũ minorꝫ eſt
ſuprema paupꝑtas. ¶ Paupꝑtas itaq̃ mino-
rũ paupꝑtas extrema ē eo ꝙ ꝯditionib' iſtis
oĩno decorata eſt. Hec eñ iuxta p̃dicta pa-
riter vniuerſos ꝛ ſingulos includit vt liq̃t
ex ipa ſũmorꝫ põtificũ cõſultatiõe. ¶ Dici-
mus eñ inquit ꝙ nec in particulari nec in
cõi debeãt ꝓprietatẽ habere: rerꝫ ꝛ oim ꝓ-
prietatẽ excludit vt pꝫ ex ipius ꝯtextu regu
le. ¶ Fratres inq̃t nichil ſibi appropriẽt
nec domum nec locum nec aliquã rem. Et
ante bullam hec in r̃la verba erant Caue-
ant fratres ꝙ nullũ locũ vel aliquã rem ſi-
bi appropriẽt nec alicui defendãt. Noluit ſã
ctus ꝙ fratres in iudicio vel alio quouiſ-
modo contenderent. Et quidem nulla com
petit actio quib⁹ nulla eſt ꝓprietatꝫ poſſeſ-
ſio. Hoc aũt fratrũ miorꝫ ē ꝓpriũ nichil ſub
celo proprium poſſidere: hoc ius nullum in
his que tranſeunt ius hr̃e. Porro euange-
lium non ꝯtendere nõ repetere. non reſiſte-
re malo docet que omnia añ bullam r̃la ſpe
cialiter exprimebat. Sꝫ nũc ꝯciſis ac gñali
bus v̾bis oĩa ꝯprehendit. Rerꝫ eñ appro-
priatio interdicta oẽs appropriãtiũ actus
tollit vnoq̃ p̃cepto ſimul oĩa p̃cepto incom
poſſibilia ꝓhibent. Rei dñs eam propriis
auctoritate diſpenſat vt ſuã ſed vt dictum
ē rez appropriare eſt eius dñium vſurpa
re. Quod vſurpare fratres ex vicio quidẽ
pñt habere non pñt ꝓfeſſiõe obſtante. Iaꝫ
de inſignis paupꝑtatis extreme agendum
eſt. Sane iſigne huiuſmodi de quo i hoc ca
pitulo agit (quo ſcꝫ paupertas extrema: in
ſe quidem vera exiſtens. etiã exterius de-
monſtratur) in hac ipſa de qua proxime di-
ctum eſt iugi et humili mendicatione conſi
ſtit. Mendicitas enim vere eſt pauperta-
tis ſignum. Quando vero deeſt paupertas
mendicans hypocrita eſt et raptor. Hypo-
crita dum paupertatem quam non hꝫ oſtẽ
dit Raptor vero dũ qd̃ nõ ſuũ ſꝫ idigẽtiũ eſt
pauperum vſurpat Unde non mediocriter
peccat quiſquis abſq̃ neceſſitate mendicat
Cum aũt fratres ex preſentis ꝑfecteq̃ pau
ꝑtatis honeſtate mẽdicãt: hñt vtiq̃ rẽ pau
ꝑtatis ꝛ ſignũ qd̃ vcꝫ ſignũ ne ex hũana eru
beſcẽtia p̃termittãt ꝯſeq̃nt admonẽt cũ dr̃.
¶ Nec oportet eos verecũdari ꝛc. ¶ Stu-
pende abiectionis eſt / more vilium perſo-

naꝝ ad hominum oſtia mēdicare. Pauper
tas itaqꝫ mēdicitatis gratuite propter deū
cui ſane vera ⁊ nō ficta ꝓ volito neceſſita=
tis cā et religioſa fragilitas modū preſtat:
alijs ꝯquaſlibet pauꝑtates (precipua in deū
fiducia. in quē iactat penitus curā ſuā: nec=
non et hūilitate) precellit. Quā beat⁹ Frā=
ciſcus ſuis nō erubeſcendā ſequacibus exē
plo xp̄i pauꝑis. premijſqꝫ ꝯtemplatione cō=
mēdat cū ſubdit. ❡ Quia dn̄s pro nobis ſe
fecit pauperē in hoc mūdo. Hec eſt illa celſi
tudo altiſſime pauꝑtatis ⁊c. ❡ Hoc ipſe dif
fuſi⁹ in orginali regula ſic ponebat. Cum
neceſſe fuerit vadant fratres pro elemoſi=
na ⁊ nō verecūdentur: ſed magis recorden
tur: ꝙ dn̄s noſter ieſus xp̄s filius dei viui
oīpotentis poſuit faciē ſuā vt petrā duriſſi
mā ⁊ neqꝫ verecundatus eſt: ⁊ fuit pauꝑ et
hoſpes ⁊ vixit elemoſinis ipſe et diſcipuli
eius. Et qn̄ facerēt eis verecūdiā hoīes et
nollent eis dare: inde grās deo agāt: q₂ de
verecūdijs recipient magnum honorē an
te tribunal dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Et ſciāt ꝙ vere
cūdia nō patiētibus ſ₃ inferētibus īputať:
⁊ ꝙ elemoſina eſt hereditas ⁊ iuſticia q̄ de
beť pauꝑibus: quā acq̄ſiuit dn̄s nr̄ ieſus
xp̄s. Et fr̄es qui eā acquirēdo laborāt: ma=
gnam mercedem habebūt et faciūt lucrari
et acq̄rere tribuētes: q₂ oīa que hoīes relin
quūt in mūdo peribūt: ſ₃ de charitate ⁊ ele
moſinis quas fecerunt: habebūt premiū a
dn̄o. Docent hec ſcti verba: fr̄es mēdicita=
tē ⁊ hūilitatē ⁊ victū ex elemoſinis ꝓpter
xp̄m: ipſius etiā xp̄i et apl̄oꝝ exēplo erube
ſcere nō debere. Nō erubeſcit ꝓpheta ſe (vt
vere aliqn̄ fuit) ꝯfiteri mendicū: nec p̄dica=
tor ⁊ apl̄us Paul⁹ pauꝑib⁹ petere vel pro
ſeipſo accipere: qui tn̄ multis ex cauſis ab
eis maxie apd̄ quos erat aliqn̄ non accepit
neqꝫ tn̄c collectas ꝑ ſctis fieri voluit. Decet
ergo predicatorem euāgelij dum predicat
abſtinere a q̄ſtu: ⁊ euāgeliū exponere ſine q̄
ſtu: ne p̄dicatio q̄ſtuaria videať. Gratis ac
cepiſtis (ait dn̄s) gratis date ne vt iudas de
poteſtate accepta velit pecunias ꝯgrega=
re. Sed parum eſt nō p̄dicare intentione cō
modi tēporalis: niſi etiā caueas predicare
vt ꝓpter hoc videaris. Chriſtus miſſos ad
p̄dicandū diſcipulos aurum argentum pe=
cuniā ⁊ perā habere nō tulit. Si eñ (vt ait
expoſitor) hec haberent: viderentur nō cau
ſa ſalutis predicare ſed lucri. Predicatori=
bus eñ neceſſaria eſt non ſolū pro ſe bona
vita: ſed etiā ꝓpter proximū ad eos qui fo
ris ſūt bona fama. Panē quotidianū hone
ſte petere ſemper l₃. Poteſt etiā predicator

maxime die predicationis elapſa: priuate
perſonis aliquibus ꝓ fratrū neceſſitatibus
exēplo apoſtoli petere: ſi nullū videat ibi ſcā
dalū eſſe. Si qd̄ tn̄ verbo dei ſcandalū peti=
tio excitat: oīno ē vel a petitione vel p̄dica=
tione ceſſandū. Cōuincitur neqꝫ ordinē/ nec
ſuā/ nec proximi ſalutē diligere: q̄ tēporalis
ambitione rei ſanctū predicationis miſte=
riū dehonorans: cupiditatis illud ſeu que=
ſtuū ſubdit infamie. Honeſtas ergo eſt in
mendicitate ſeruāda: vt nichil dū predica=
tur ſeu predicantiū eſt: nichil importune vľ
cupide nichil per adulationem ſeu victoꝝ
palpationem acquiratur. Eoꝝ eñ deus vē
ter eſt: qui fida cura ſibi neceſſaria ꝓuidēt.
Res familiaris (vt ait quidam) queſtibus
a quibus abeſt turpitudo queri ⁊ parcimo
nia conſeruari debet. Nullus enim tantus
eſt queſtus: q̄₃ quod habeat arcere. ſed viri
dei vt queſtus vitent parco vſu pauperem
vitā agēdo: habita queqꝫ arcent. Magni ſū
ptus magnos exigūt q̄ſtus: magni aūt que
ſtus vix aut nullatenus abſqꝫ turpitudine
agi p̄nt. Timeāt qui ſūptus ⁊ q̄ſtus amant
ſe eſſe ꝓpoſiti deſertores. Per queſtus eñ
ꝑfectio et honeſtas enormiter ledit: ꝑ q̄ſt⁹
apud hoīes odioſus vilis ⁊ ꝯtēptibilis red
diť. S₃ mēdicitas neceſſaria ⁊ honeſta īſi=
gne magnū ē pauꝑtatꝭ extreme. Plura quoqꝫ
pauꝑtatis hui⁹ inſignia ſparſim in regula
exprimuntur ❡ Primū quidē eſt: ꝙ his qui
veniunt ad ordinem inducitur in vſus pau
perum tribuenda vel eroganda facultas.
❡ Secundum vero habitus deformitas.
Tertium veſtimentorum vilitas Quartū
mutatorie veſtis ablata numeroſitas. Quī
tum iniurijs terre et aeris pedum expoſi=
ta immediata nuditas. Sextum interdicta
equitandi poteſtas. Septimum peregrina
tio vel inſtabilitas. Octauum hec de quo ī
ip̄o capitulo agiť p̄cipue vict⁹ mēdicata ne
ceſſitas. Nonū acquirendi pecuniā ſublata
poſſibilitas. Decimū ꝓ vocabuli deſpica=
bilitas. ❡ Nois ꝓ deſpicabilitas ob hoc ī
ter īſignia pauꝑtatis notatur extreme ꝙ ī=
ſigne familiari⁹ hūilitatis ē q̄ ſpūs eſt pau
pertatꝭ. Nomen quoqꝫ minoris pauperib⁹
optime cōuenit vľ ꝯpetit: q₂ pauperes ī euā
gelio minores vocanť et minoꝝ etiā de iu=
re reꝝ ꝓtātem nō h₃. Qm̄ igiť in ordine mi
noꝝ extrema pauꝑtas eſt liquet ꝙ nec ſin
guli de vniuerſitate meū habent: neqꝫ vni
uerſitas noſtrum. ❡ Ad hanc paupertatē
ex aīo ſeu voluntate perfecte perpetuoqꝫ
ſeruanda ſanctus hortatur cum ſubdit.
❡ Cui dilectiſſimi fratres totaliter inherē

tes nichil aliud pro.no.do.n.i.x.⁊c. Non di
cit nichil habeatis: hoc enim ſuperiꝰ docuit
ſed habere velitis: qꝛ non paupꝑtas ſꝫ pau=
pertatis amor ꝟtus ē. Uolūtas quoqꝫ ſicut
radix ē meriti: ſic ⁊ pſeuerantiā opatur. Qđ
neceſſitate fit cito abſoluitur. Qđ volūtarie
arripit̃ perſeuerat. Heret aūt total iter pau
pertati: q̄ iuxta altiſſimā inter ordinis fūda
toris Frācisci doctrinā nichil aliud vult ha
bere ſub celo: ⁊ per hꝰ nichil tēpale ãbit aut
diligit nichil communicare aut perdere me
tuit: heret totaliter paupertati: qui eam ⁊ fi
deliter corde amat: et veraciter vſu ſeruat
Qui autem paupertatem timet: multum ē
viris pauperibꝰ et religioni timendꝰ. Reli=
gionis aūt puritatē aut honeſtatē facile ne
gligit: q̄ ſua ſibi ſuiſqꝫ ſimilibꝰ nimis querit
Uā autē erimꝰ pauperes: niſi penuriā pro=
pter deū equanimiter toleremꝰ? Uerꝰ paup
penuriā nō ſolū equo fert aīo cum occurrit:
ſed in iugi vſu parce ſemꝑ ac ſobrie viuēdo
aſſumit. Frugalitas vt ait quidā paupꝑtas
voluntaria ē. Abundātia mentē diſſoluit et
conſtantē quoqꝫ turbat affectū. Nā vt ait ſā
ctus cū rerum oportunitatē accipimꝰ: noſ=
metipſos non poſſumꝰ continere. Ob hoc ꝑ
ſimonie vſus ſemꝑ eſt paupertatis ꝓfeſſo=
ribus colendꝰ. Nichil egenis inpingitur vl
hiis q̄ cum aplo abundare ⁊ penuriā pati no
runt. Ac ſic q̄ retro aſpiciētes ad vomitū re
deunt gule iterū ⁊ luxibꝰ intendētes: mane
ac ſero ſplēdide comedere volentes: delici=
as, ⁊ abundātiā ſecularē in religiōe etiā plꝰ
ſepe ꝙ̄ in ſeculo fuerāt habituri querētes:
extra fratres vero in ꝓcuratione carniū vl
apparatus alteriꝰ curioſi fratrum paupꝝ
vitā fedātes: eiſqꝫ victū in quo vt ipſi abun
dare putāt occaſionaliter ſubtrahi faciētes
etiam ſemper poſt ſe fetorem ſcādali relin=
quentes: aduertant ſe non religioſos ſed a=
poſtatas: et ſub habitu ſanctitatis hypocri
tas fictos eſſe: ſancteqꝫ paupertatis reieciſ
ſe virtutem et meritum niſi peniteant ami
ſiſſe Horum vita infelix ordinem confundit
et diſſipat: et tam fratres ꝙ̄ populum ī mlˀ=
tis queſtibus quos propter eorum igluuiē
et intemperantiam contingit fieri grauāt.
Qui preeſt ſi hoc negligit: vel vt in officio
placeat tollerat non caput ſed turpitudinē
operiens cauda eſt: non paſtor ſed idolum
eſt. Habet prelatus bonus virtute irrum=
pere iniquitates. Hi non diſcernunt ꝙ vinū
et delicata multis neſcio quam ſcientibꝰ et
obloquentibus deferuntur ad domū. Non
curant de ordinis ſcādalo: dum ſatiſfaciāt
ventri ſuo. Hi ſunt ventriloqui ſemper de
ventre loquentes: qui queſtum turpitudīs
approbantes: iacob ſiue in prelatione ſiue
ſubiectione domi ſimpliciter conuerſantē
vilificant: eſau venatorem magnificāt quē
et ego magnifico: ſi ad patris mandatū ho
neſte facit quod facit. Sed caueat ne pro=
pter ſuam ignorantiā vel inſolentiam ſua
benedictione fraudetur. Non propter pau
cos vniuerſitas ſancta culpanda eſt. Non
propter iudam ceteri reprehēduntur apo=
ſtoli. Hoc ſane dolendum eſt quod ſepe apđ
homines propter inſolentiam aliquorum
tota ſeruorum dei cōgregatio blaſphema=
tur: et iniuſtiſſime vnius ſtultitia in omnes
alios innocentes refunditur. Ue illis per
quos ſcandalum iſtud venit. Tranſii me=
tas propoſiti ſed prodeſt bonis ſtultorum
mala noſſe vt caueant. Prudens ad viſam
alterius maculam mundat ſuam. In verbiſ
autem ordo quidem multum eſt cōgruus:
ſed vtilitati nullatenus preponendus. Uñ
prope digreſſi non puto verbuꝫ congruum
ſi incidit omittēdum qꝛ verborū ordini de
bet vtilitas anteponi. Ad charitatem pars
ſcđa huiꝰ capituli pertinet de qua ſubdit̃.
¶ Ubicūqꝫ ſunt ⁊ ſe inuenerit fratres oſtē=
dant ſe domeſticos inuicem inter ſe ⁊c.
¶ Hic euidenter oſtenditur ꝙ̄ perfecta de
beat eſſe inter fratres charitas in ſigno vi
delicet in affectu pariter et effectu. ¶ Quā
tum ad ſignum dicitur. ¶ Oſtendant ſe do
meſticos inuicē inter ſe. Non ſufficit fratri
minori non habere odio fratrem ſuuꝫ hoc
eñ eſt neceſſarium omni chriſtiano quan=
tūlibet imperito. ſed frater frī familiarita=
tem debet extrinſecā ſignaqꝫ domeſtice ca=
ritatis vt alter alteri ſicut domeſtico ſuam
neceſſitatem oſtendat. Sic ſctūs in regula
prius loquebatur. Secure manifeſtet vnꝰ
alteri neceſſitatem ſuā vt ſibi neceſſaria in
ueniat et miniſtret. Et iterꝝ. Ubicumqꝫ ſūt
fratres et in quocūqꝫ loco ſe inueniūt ſpēa
liter et diligenter debeant ſe videre et ho=
norare adinuicē ſine murmuratione. Et ca
ueāt ſibi fratres ꝙ non oſtendant ſe triſtes
extrinſecꝰ et nubiloſos hypocritas. ſꝫ oſtē
dant ſe gaudētes in dño ⁊ hylares ⁊ iocun
dos et conueniēter gratioſos. Quātus eti=
am debeat eſſe charitatis affectꝰ exemplo
matris que maxima fertur affectione ad fi
lium deſignatur cum dicitur. ¶ Qꝛ ſi ma=
ter nutrit et diligit filium ſuum ¶ Debent
fratres ſeruire alterutri: ſicut ꝓ exigentia
nrī ſtatus egritudinis vel ꝑſone rōnabili=
ter vellent ſibi ſeruiri. Charitas in neceſſi=
tate conſiſtit nichil ſic ꝓbat amicuꝫ ꝙ̄ ami

342



ci poꝛtatio. Ipſū aūt infirmū ante bullā ſā-
ctus in rła ſic monebat. Rogo fratrem īfir
mū vt referēdo de oībus gr̄as creatoꝛi qua
lē vult eū dn̄s talē ſe eſſe deſideret ſanū ſi-
ue infirmū. Et poſt pauca Rogo om̄s fr̄es
meos vt in infirmitatib us nō iraſcant vel
cōturbētur cōtra deū vel cōtra fr̄es nec nl̄
tū ſollicite poſtulēt medicinā nec nimis de
ſiderēt liberare carnē cito moriturā q̄ ē aīe
inimica. Hec ſancti verba docēt infirmum
patientiā ſeruare medicinas nō nimis cu-
rare. Infirmus ſi paup̄ volūtarius eſt: pen
ſet nō q̄ diuites ſed que pauperes decent.
Pauperis eſt modicis eſſe cōtentū ⁊ i neceſ
ſarijs ſepe deficere. Grādiū eſt grādia que
rere ⁊ nullū in volitis equanimiter ferre de
fectū. Sobrius erubeſcit ſuperfluus eē vel
improbus in perēdo Minorē ſepe meretur
improbitas gratiā. Minus improbo libē-
tius ſeruitur. Cauere itaq̄ȝ debet infirmus
ne ſup̄fluitate ſua vel impatiētia ſibi ſer-
uientē cōtriſtet. Sed q̄ miſeris alioꝝ ma-
loꝝ ſenſus eſt charitatiue ferēdus patiēs
⁊ fouēdus. Debēt fr̄es vt poſſunt fraterne
ſubuenire neceſſitati: alioquin offenderent
nō ſolū in regula ſed in ſeipſos. Qui enim
debitū fratri auxiliū ſubtrahit ipſe ad idē
ſibi (cū ſil'r indiget) ſubtrahendū ſuo alios
exēplo diſponit Ipſa quoq̄ȝ paulatim chari
tas tepet ſi ſe i actu debito nō exercet. Ad-
huc qn̄ regulare negligitur oꝛdo in poſte-
ris leditur. Nā q̄ bonos quos inuenit mo-
res ſoluit ſoluēdi viā alijs aperit. Multi ex
modernis nouicijs ſi quid impfectiōis iue
niūt id aſſumūt idq̄ȝ i alios cū pprioꝝ defe
ctuū adiectiōe mittūt Sic oꝛdo in declinan
tiū declinatiōe ⁊ remiſſiōe decliat: niſi bonꝫ
ſāctoꝝ fratrū ⁊ maxime preſidētiū exēplis
doctrinis ⁊ coꝛrectiōibus ſuſtētetur. Chari
tas ꝑlibata in antiqͥs fr̄ibus multū ferue-
bat. Seipſos ad oē obſequiū ⁊ q̄cq̄d ad vſū
habebāt mira ſibi prōptitudine cōicare cu
rabāt. Fr̄es nāq̄ȝ hoſpites ignotos vel no-
tos ſicut angelos dei recipiebāt i maxima
charitate. Statim vt veniebāt ad abluēdū
pedes ſtatim ad neceſſaria fatigatis vt po
terāt preparāda currebāt. Nō extraneos
reputabāt quos ſuos eſſe fratres cōſidera
bāt: ſed eis vt domeſticos ſi qua erāt in ci-
bis vel alijs familiariter exponebāt. Nec
i charitatꝫ ſeu miſericoꝛdie opib⁹ put erat
neceſſitas exhibēdis artē vllā ſeu fraudes
ſincera nouerat i adinuenire dilectio. Uidi
ego in deſertis aliq̄n̄ locis fratres paupe-
rioꝛes abdita q̄ in infirmis ⁊ debilib⁹ exer-
cēda: tāta nobis quos nūq̄ȝ viderāt ſubmi
niſtrare charitate vt matris moꝛē ſm̄ rła ȝ
gerere tā beneficiū q̄ȝ beneficij cōſumatrix
familiaritas cōfirmaret: ſibi ipſis auſteri ⁊
inopes nobꝫ deficere neſciebāt. Neſcit cha
ritas occultare qd̄ hȝ ſȝ liberal'r cōicat ⁊ ex
ponit cōſiliū ⁊ ſubſidiū deuota impēdit: ne-
q̄ȝ fratri ſe ſubtrahit indigēti Amoꝛ autē
priuatus oēm impedit charitatē. Qui em̄
ſūt ſemetipſos amātes ⁊ res q̄bus vtuntur
inoꝛdinate diligunt: nec coꝛpus laboꝛi nec
res vt charitas exigit ꝓpter fratres liben
ter exponūt. At ſerui dei charitati firmiter
herent: eāq̄ȝ nutrire in ſe ⁊ in alijs ſtudent
q̄ eſt legis plenitudo ⁊ in oꝛdine iſto qua-
ſi ſingulare vſq̄ȝ hodie infertur habuiſſe ꝑ
matum.

¶ De recurſu ad miniſtros pro abſo
lutionibus. Capl'm. vij.

SI qui fratrū in-
ſtigāte inimico moꝛtalit pec-
cauerint. ⁊c. ¶ Benignus pr
exēplo pij paſtoꝛis perditam
ouē in humero repoꝛtās non
abhominās peccatoꝛes viā eis ſalutis ⁊ pe
nitētie nō ꝑcludit. Sicut em̄ regule ꝑcepta
quibus inſtituitur vita cōtra pctā diſpōit
ſic remedia quibus reſtituitur poſt pecca-
tū innocētia nō omittit. Obſerua hoc loco
de recurſu ad miniſtros pro peccatis de q̄-
bus oꝛdinatū fuerit inter fr̄es. ſ. i gn̄ali vel
in puincialibus capitulis cui de qualitate
ac nūero peccatoꝝ libere relinq̄tur oꝛdinā
dū cū p regulā. exceptio nulla fiat. Pōt ca.
gn̄ale vel puinciale p ſua patria de q̄b⁹ vo
luerit priuatis vel publicis cooꝛdinare Sȝ
nō expedit de priuatis ne ꝓpter hec ea ma
nifeſtari et lapſos diffamari cōtingat. In q̄
ſtudioſius p oꝛdinis curā ꝯfitētibus eſt ca
uendū Si q̄s quaſi oꝛdinis zelo aliq̄d q̄uo
lȝ in preiudiciū cōfeſſiōis attētat nō eſt ze-
latoꝛ oꝛdinis ſed deſtructoꝛ Ipa quoq̄ȝ ma
nifeſta ſeu publica q̄ nūc ex oꝛdine capitu-
li gn̄alis miniſtris puincialibus reſeruant
poſſunt idē miniſtri qn̄ ad eos recurrit cu
ſtodibus vel alijs diſcretis fr̄ibus cōmitte
re abſoluēda ſi qn̄ pro vitandis fratrū diſ-
curſibus viderint expedire. In his em̄ que
ad animarū curā vel ad officiū ſuum expe
ctant libere vt eſtimo poſſunt ex cauſa ra-
tionabili cōmittere vices ſuas. Si ergo ca
pitulum pro aliquibus tantum peccatis cū
et ipſa publica fuerint ad miniſtros puin
ciales ſtatuerit recurrendum ab eiſdē pec
catis ſeu priuatis poſſunt cuſtodes abſol-
uere penitentes: necnon et alij niſi arceant

inferiores a miſtris ab eiſdē prouicialib⁹
miſtris vel cuſtodib⁹ cura cōmittitur aiaꝝ.
Pñt fratres ⁊ alijs ordinis ſacerdotib⁹ con
fiteri de licētia miſtri ꝓprij vel cuſtodis ſi
ne quaquidē ſacerdotes nō pñt ſoluere vl'
ligare: niſi aliud ꝑ ſuperiorē vel capitulū
prout ad ipſū ꝑtinet ordinetur. Solet ꝓui=
cialis miſter nō ſolū ꝓ caſibus ſed ꝓ quoti
dianis ffm cōfeſſiōibus audiēdis diſcretoſ
inſtituere cōfeſſores: q̄ apta ſic claue poſſet
iuxta datā ſibi formā abſoluere fratres il=
los quos eis ad hec paſtores ꝓprij aſſigna
rūt. Nō hꝫ q̄s alienos ſine cōmiſſiōe ſubdi
tos iudicare. Confeſſoribus aūt vt eſtimo
nulla cū prelatoꝝ ſic impoſitiōe officij dat̄
cura: ſed ſimplex ad eos quos ſibi cōmitti
cōtigerit abſoluēdos licētia niſi ampli⁹ eis
ſpāl'r cōmittat̄. Caſus vero vt dictū eſt mi=
niſtris ꝓuincialibus reſeruat̄: ſic ⁊ grauio
ra demonia diſcipulis eijcere nō valētibus
dñs ſibi curāda retinuit. Ceterū ad ipſos
miſtros ꝓuinciales nō ſolū ꝑ corporalē ac
ceſſū verū etiā ſi iuſta ex cā impediat̄ acceſ
ſus corporalis ꝑ īſinuationē recurrit̄ ſicut
cēturio ꝑ ſuos ōr acceſſiſſe. Tenētur antē
ffes in caſibus ordiatis recurrere ſine mo
ra q̄ citi⁹ honeſte ſm ordis formā pñt. Su
perior ſ. eſt ffi de ſocietate: cū talis apparet
neceſſitas ꝓuidere. Tūc poſſe dicunt̄ cū or
dinato ac debito mō pñt. Lꝫ aūt r'la caſus
hoc loco de q̄b⁹ vt dictū eſt ordinatū fuerit
inter ffes ⁊ alibi receptionē ad ordinē vel
alia miſtris ꝓuincialib⁹ deputet: nō tñ ſupe
riorē. ſ. miſtrū gnālē: ſꝫ iferiores tm̄ ab his
arcet. Pōt niſi expſſe arceat̄ ſuꝑior qd̄ ex
officij ptāte inferiori conceſſum eſt

¶ An ꝓ gnālibus abſolutiōibus pctōꝝ
ffibus facta cōfeſſiōe ꝯceſſis abſoluātur a
recurſu ad miniſtros

¶ Sed nūq̄d ffes in gnālib⁹ abſolutiōib⁹
pctōꝝ quas eis dñs papa facta cōfeſſione
facit vel alij auctoritate ipſius abſoluunt̄
a recurſu hmōi ad miniſtros. Satis vt eſti
mo ptꝫ eos ꝓpter hec a precepto reſe nun
q̄ abſolui niſi de mēte dñi pape reuocare=
tur expreſſe. Sꝫ vere cōtritis ⁊ cōfeſſis iux
ta canonicas ſāctiōes ꝑ quos dꝫ ſuo paſto
ri quilꝫ cōfiteri: abſolutiōes hmōi cōcedūt̄
Nec ꝓpter hec datur abſoluendi facultas
nō hñtibus eā prius ſed legittime cōfiten=
tes a culpa ſimul abſoluūtur ⁊ pena iuxta
deuotiōis ⁊ indulgētie quātitatē. Propter
quod maxima ſpiritualis vtilitas in hmōi
abſolutiōe ꝯſiſtit. ¶ Recurrentibus ad pe
nitentiā mādat ſāctus ipſam cum miſeri=
cordia imponi cum ſubdit.

¶ Ipſi vero ſi preſbiteri ſunt cū miſericor
dia ⁊c. ¶ Hoc pronomē ipſi: prehabitū de
prouincialibus verbum cōtinuat perſona=
le ⁊ preter auctoritatem miniſterij neceſſi
tatē importat. Alioquin ſi ad eos corpora
liter recurrere non valentes remediū nō ha
berent: videret̄ r'la imꝑfecta. Pertinet aūt
ad ipſos miſtros ſiue ſint pſbiteri ſiue nō
auctoritas huius pnie iponēde. Qui licet
curā aiaꝝ ffm ꝑncipal'r habeāt nō eis per
mittit̄ vt in caſibus ſuis extraneos eiſdē
ffibus cōfeſſores vꝫ ſeculares vel alios re
ligioſos aſſignēt: ſed tm̄ huius ordis ſacer
dotes. Multo min⁹ ꝑ ſe in hoc ffes pñt qui
ſui iuris nō ſūt ⁊ ad ꝓprios tenētur ffes re
currere de r'la ⁊ de iure. In periculo tñ mor
tis deficiētibus ſacerdotibus ordinis pñt
extra ordinē confiteri cū talis neceſſitas le
gibus nō arctet̄. Si q̄s cōtra p̄ceptū ⁊ for=
mā r'le ꝑ ſedē aplicā approbate p̄ſumeret
confiteri nō penitēs ſed inobediēs cēſeret̄
nec etiā pctā dilueret ſed augeret

Hoc em̄ dñs papa qui dioceſanos ⁊ quoſlꝫ
alios confeſſores a fratrum confeſſionibus
arcere vtiq̄ poteſt: expreſſe inhibuit. Nul=
lus quoq̄ ſue regule votiq̄ tranſgreſſor ex
iſtens abſoluitur a peccatis. Uulneratus
ſtante gladio in vulnere non curatur. Sed
miniſtri predicti vel eorum vices gerentes
penitenciam cum miſericordia debent im=
ponere. Dꝫ vt canō loquitur iuſticiā tēpe=
rare moderatio. Si erramus modicā peni
tentiā imponētes: nōne melius eſt propter
miam rationē reddere q̄ ꝓpter crudelita=
tē. Non dicit regula penitentiā omittendā
ſed cum miſericordia imponēdā: q: infūdē
dū eſt vinū ⁊ oleum vulneribus ſauciati iux
ta ſancti verbū. Miſericordia vel diſcipli=
na multum deſtituitur: ſi vna ſine altera te
neatur. Miſcenda eſt lenitas cum ſeuerita
te. Sit inquit zelus: ſed moderate ſeuiens
Sit pietas: ſed nunq̄ plus q̄ expedit par=
cens. Sane licet vbiq̄ miſericordia ſupexꝫ
altet iudicium: maxime tñ qui ad peniten=
tie mundiciam recurrunt benigniſſime re=
cipiendi ⁊ omni gratia confouendi ſunt
Qui ouē perditā ⁊ filiū prodigū ⁊ naufragū
pie vt ipſe curari vellet non curat: nec pa=
ſtor nec pr̄ eſt: ſed aduerſus confitentē ſeu
confeſſionem ipſius quaſi ordinis zelo ali=
quid agere: chriſtum perdere eſt / xp̄m per
ſequi eſt. Hinc ergo cōfeſſio redditur odio=
ſa. Hinc celum volentibus ingredi claudi=
tur: empte chriſti ſanguine anime crudeli=
ter per occaſionem necantur. Uere vt ſcri=
ptum eſt. Uiſcera impioꝝ crudelia: q̄ peni

tētibus nō ꝯpati ſꝫ indignari nouerūt: atqꝫ
per auſteritatē quādā pctōꝛes deteſtātes:
iuſti cū phariſeo apparere volūt. Inſolēti-
bus nō penitētibꝰ debet ſeueritas. Aliter
quoqꝫ priuata / aliter tractāda ſūt publica.
¶ Et cauere debēt ne iraſcātur ꝛ cōturben-
tur ꝑpter pctm̄ alicuius ꝛc. Sic ſctūs in re-
gula oꝛiginali dicebat. Caueāt ffes oēs tā
miſtri q̄ʒ alij ꝙ ꝑpter pctm̄ alteriꝰ vel malū
exemplū nō ꝯturbētur vel iraſcātur: qꝛ dia-
bolus pp̄ peccatū vnius multos vult corrū-
pere: ſed ſpūaliter ſicut pn̄t adiuuēt illū q̄
peccauerit: qꝛ nō eſt opus ſanis medicus:
ſed hijs qui male habēt. Nō vult ergo mini-
ſtros ffes ꝑ alicuius offenſa turbari: ne dū
ꝯturbāt: charitatꝫ et mie obliuiſcātur: zelꝰ
decipit: quē modus nō ꝯdit. Ubi eſt ꝯgrega-
tio charitatis: hꝫ qui cadit ſubleuantes ſe
et fulcientes. Fratrum eſt leſū iuuare: ca-
nū eſt lacerare: itaqꝫ odio habeātur pecca-
ta nō hoies. Coꝛripiāt tumidi: tollerentur
infirmi: ꝛ qđ ſeuerius caſtigare neceſſariū ē
non ſeuientis more plectatur ſed medētis.

¶ De vnitate ꝛ obedientia oꝛdinis ſub vno
capite generali miniſtro. Capitulū. viij.

Uniuerſi fratres vnū de ffibus iſtius religiōis
tenēātur ſemꝑ habere gn̄alēꝫ
miniſtrum ꝛc. ¶ Uoluit ſctūs vnitatis ama-
toꝛ vt familia ſua poneret ſibi caput vnū: ꝛ
tes fieri: qñ ille ꝓ nobis obediẽs dignat⁹ ẽ
mori. Deniq̃ ſcd̃m Ber. Credẽtibus nichil
ipoſſibile: nichil amãtibus difficile: nichil
aſperũ mitibus: nichil hũilibus arduuz re
peritur: quibus gr̃a fert auxiliũ. et obediẽ
di deuotio linit imperium.

De q̃tuor aliis ſuauitatib⁹ obie ſctẽ .ii. capĩ.

Secũdo ſubdamus alias q̃tuor obe
diẽtie ſuauitates q̃ ptinẽt ad ꝓfitẽtes

¶ Suauitas prima.

¶ Prima ſuauitas diciꝶ ſubleuatio. Licet
em̃ obia ſub onere ponat: de⁹ tñ a ſupiori

bus onꝰ leuat. Largiť eñ nobis iñ volunta
te feruorẽ: i facultate vigorẽ: ⁊ in obie exe=
cutione amorẽ Jpe ẽ q̃ vt dř Phil.ij. Opať
in nobis velle et pficere ꝓ bona volũtate.
Et tñ nob ꝫtribuit ad meritũ id qꝺ vtiqꜫ ſuũ
eſt donũ Sicut de abrahã Geñ.xv.ca. ſcri=
ptũ ẽ. Credidit abrahã deo et reputatũ eſt
illi ad iuſticiã. ¶ Suauitas ſcꝺa.

¶ Scꝺa ſuauitas emulatio dicta ẽ Multũ
ꝓfecto dulcorat nobis obie iugũ pͤcedẽtiũ
ſctõꝝ atqꜫ pñtiũ iuſtoꝝ obia prõpta cũ mẽs
trãſit in emulatiõe eoꝝ. Cõſidera ſtupẽdã
obiam abrahe in imolatione filij ſui yſaac.
Geñ.xxij. de qua dixi latius ſupra in ſmo=
ne de abrahe ſacrificio. Cõſidera inſup vl=
tra ea q̃ in hoc articulo ⁊ ca.j. dicta ſunt de
obediẽtia xp̄i: ꝙ obiam oñdit in mũdũ ve=
niẽs in mũdo manẽs: et de mũdo trãſiens

¶ Primo in mũdũ veniẽs vñ Joh.vj. ipſe
ait Deſcẽdi de celo nõ vt faciã volũtatem
meã ſꝫ volũtatẽ eiꝰ qui miſit me. ¶ Scꝺo
in mũdo manẽs Joh.iiij. Meus cibus ẽ vt
faciã volũtatẽ eius qui miſit me. Et iteruꝫ
ca.v. Nõ quero volũtatẽ meã ſꝫ volũtateꝫ
eius qui miſit me. ¶ Tertio de mũdo tran
ſiens. vñ Joh.xiiij.c. ipe ait. Sicut manda
tum dedit michi pr̃ ſic facio. Et de hoc Ber
nardꝰ ait Memẽtote ffes ꝙ xp̄s ne ꝑderet
obiam ꝑdidit vitã. Et in ſignũ ꝙ obediẽdo
mãdato pr̃is mortẽ ſuſtinuit iclinato capi
te emiſit ſpm̃. Joh.xix. De alijs quoqꜫ mar
tiribus q̃ ꝓ ſeruanda obia certauerũt vſqꜫ
ad mortẽ ad Heb.xi.c. apl̃s ait. Obturaue=
rũt ora leonũ ſcꝫ obie ꝟtute. extinxerunt i=
petũ ignis. effugauerũt aciẽ gladij cõualue
rũt de infirmitate: fortes facti ſunt i bello.
Caſtra verterũt exterorũ: acceperũt mulie=
res de reſurrectione mortuos ſuos Alij di
ſtẽti ſunt nõ ſuſcipiẽtes redẽptionẽ vt me=
liorẽ inuenirẽt reſurrectionẽ Alij vero lu=
dibria et verbera experti inſuꝑ et vincula
et carceres. Lapidati ſũt ſecti. ſunt tẽptati
ſũt: i occiſiõe gladij mortui ſũt. Circuierũt
in melotis ⁊ in pellibꝰ caprinis. egẽtes: an
guſtati afflicti. quibus dignus nõ erat mũ
dus Jn ſolitudinibus errãtes ⁊ in ſpelũcis
⁊ in cauernis terre. Seq̃tur in.xij.c. Jdeoqꜫ
et nos (tãtã habẽtes impoſitã nubẽ teſtiũ
id ẽ multitudineꝫ martyrũ obediẽtiũ vſqꜫ
ad mortẽ) deponẽtes om̄e pōdꝰ ⁊ circũſtãs
nos pctm̃ ꝑ paciẽtiã curramus ad propo=
ſitum nobis certamen.

¶ Tertia ſuauitas.

¶ Tertia ſuauitas dñatio nolať. Nã ſicut
Aug. ſuꝑ pͤdicto ꝟbo themati ait Qui huic
iugo ſubdiť cuncta ſibi ſꝫ ſubiecta Proide.j.
Corin.iij. de ſe ⁊ oibꝰ alijs obediẽtibꝰ inq̃t
Oia vr̃a ſũt Qꝺ exponẽs Aug. i glo.xxxiij.
q.vij.c. Qꝺ aũt i fine ait. Scriptũ ẽ. ſcꝫ per
apl̃m Oia vr̃a ſũt. i. ad ſeruiẽdũ vobis da=
ta. vos aũt xp̄i. xp̄s aũt dei. ſ. pr̃is Rõ autẽ
quare obediẽs talis oibus dñatur ẽ qꝛ ſe=
ip̄m vicit ſubdens ſe hoi ꝓpter deũ Unde
Puer.xvi.c. ſcriptũ ẽ Melior ẽ q̃ dñatur aio
ſuo expugnatore vrbiũ Multi q̃dẽ vrbes ⁊
regna ſibi ſubiugauerũt q̃ tñ nõ ſunt dñati
aio ſuo. Nã ſicut ſeneca ait Qui ſemetipſũ
vicit: ꝯtra oia fortis ẽ Dũ igť hõ ꝑ obiaꝫ ſe
i hoie ſubijcit deo merito oia ſubiecta ſũt ei

¶ Suauitas quarta.

¶ Quarta ſuauitas ẽ diſcretio ſcꝫ impan=
tis Seneca q̃dẽ ait Remiſſius impanti me
liꝰ parẽt. Et gre in.vi. moral. Sciendũ eſt
nũq̃ ꝑ obiaꝫ malũ fieri: aliqñ aũt dꝫ ꝑ obe=
diẽtiã bonũ qꝺ agiť intermitti. Neqꜫ enim
mala i ꝑadiſo arbor extitit quã deꝰ hoiem
cõtingere iterdixit. ſꝫ vt meliꝰ ꝑ obie meri=
tũ hõ bñ cõditus creſceret: dignũ fuerat vt
hũc etiã a bono oꝑe ꝓhiberet qtũs tãto ve
rius hoc qꝺ ageret ꝟtus eẽt q̃to ⁊ a bono
ceſſans. auctori ſuo ſe ſubditũ hũiliꝰ exhi=
beret. Sꝫ notãdũ ꝙ illic dř ſcꝫ Geñ.ij. Ex oi
ligno ꝑadiſi comede. de ligno aũt ſcie boni
⁊ mali ne comedas Et ait Gre. Qui ab vno
quoqꜫ bono ẽt ſubiectos vetat neceſſe ẽ vt
multa cõcedat ne obediẽtis mens fũditus
intereat ſi oibus oꝑibꝰ penitus repulſa ie=
iunet. Om̄s aũt paradiſi arbores ad eſum
dñs conceſſit cũ ab vna ꝓhibuit. vt creatu
rã ſuã quã nolebat extingui ſꝫ ꝓuehi vt tã
to faciliꝰ ab vna reſtrigeret q̃to ad cũctas
latiꝰ relaxaret. Nã.iij. Reg.xij. populꝰ iobe
diẽs factꝰ ẽ ꝓpt graue iperiũ roboã. vij.q.
j.c. Deniqꜫ. Facit ad hoc.xxvi.q.vij. Allii=
gãt.xlv.diſt. Cũ btũs Uñ et dñs nõ pͤcepit
petro vt nauẽ a tra ſubduceret ſꝫ rogauit
vt pꝫ Lu.v.c. Jn hoc ꝯfũdiť ſuꝑbia ꝑlatoꝝ
mortificãtiũ ſubditos ſuos. q̃ tãqꜫ dñi ipe=
rioſe pͤcipiũt: et ꝑ obediẽtiã mãdant et vix
aut nũqꜫ rogãt. cũ ꝓfecto gladius ſit in ma
nu furioſi pͤceptũ pͤceps in ore ꝑlati Cõtra
qꝺ Ezechi.xxxiiij. ſcriptũ ẽ Cũ auſteritate
impabatis eis ⁊ cũ potẽtia. Cõtra hoc etiã
ẽ qꝺ ſcribiť.xlv.diſt. i c. Licet Ubi dř Licet
plerũqꜫ accidãt ſacerdotibꝰ q̃ ſũt rephẽdẽ=
da plus tñ apud corrigendos agat beniuo
lẽtia q̃ ſeueritas plus exhortatio q̃ cõmi=
natio: plus caritas q̃ poteſtas. cum nemo
noſtrum ſine reprehenſione aut ſine pecca
to viuat. Et idem eadem di.v. Facit etiaꝫ
ad hoc.xcv.di. in ca. Eſto.xi.q.iij.c. Rogo.
Et hoc eſt contra prelatos illos qui ꝓ leui

cauſa ꝑcipitāter fulmināt ex.cōis ſententias alias ꝙ cēſuras in ſubditos ſuos:cōtra iura.xi.q.iij.Nemo.ꝛ ca.Nullus ſacerdotum extra de ſen.excō.c.Satis.et eo.titu.Cum medicinalis lib.vj Nam ſicut ſeneca inqͣt Generoſus eſt hominis anim⁹ et impanti naturaliter recalcitrās: facili⁹ ducimur ꝙ̄ trahamur.Obīa et vera et pura que debet imponi caritatē reſpicit non timorē.Unde ꝑme pe.j.c.Scriptū eſt. Aīas veſtras caſtificātes in obia ꝛcaritatis fraternitatꝫ amore. Uñ merito quidā ait. Et quotiens peccant hoīes ſua fulmina mittant Jupit exiguo tpē nullus erit

De vltimis quattuor ſuauitatibus obie ſancte.Capitulum tertium.

Tertio ſupaddamus quattuor vltimas obedientie ſuauitates.

Suauitas prima.

Prima eſt ꝓmiſſio quia ex obīa gloria eterna nobis ꝓmiſſa eſt.Proinde.ij.ad coꝝ.iiij c.apl's ait.Jd quod in pñti eſt momētaneū et leue tribulatiōis nr̄e ſupra modū in ſublimitate eternū gl'ie pondus opatur in nobis nō cōtemplātib⁹ nobis que videntur ſꝫ que nō videtur.Que videntur tempalia ſūt que aūt nō videnť eterna:merito ergo ſicut inobīa clauē padiſi amiſit ſic et illā obīa recuperauit.Unde math xvi.Tibi dabo claues regni celoꝝ ait dñs ſymōi qui obediēs interpretať. Unde vere obediēti iā clauis regni celoꝝ parata eſt ſicut Apoc.iij.miſtice ſcriptū eſt.Hec dicit qui hꝫ clauē dauid qui aperit ꝛ nemo claudit: claudit et nemo aperit.Dauid qui manu fortis interpretatur ver⁹obediēs eſt qui nouit inobediētiaꝫ declinare ꝛ obīam opari.Clauē quidem dauid hꝫ xp̄s qui grē plenitudinē habuit ad oēm inobediētiā fugiēdā ꝛ ad oēm obīam deo patri exhibēdā h̄ ꝫc ꝫ graꝫ cui⁹ ipe plenitudinē ſol⁹ hꝫ ceteris alijs p ptes diſpēſat.Propterea ſubdiť.Qui apit ſcꝫ padiſū et nemo claudit.Ob dicit ꝙ̄tū ad iplentes obīam.Quib⁹ em̄ ipe portā padiſi apit eos nemo ab ea excludere pōt qbus vo claudit vt puta inobediētibus et rebellibus nemo profecto aperit.

Suauitas ſecunda.

Scd̄a ſuauitas eſt vnctio Magna qppe ſuauitas vnctiōi i obīa ꝛ i adipletiōe mādatoꝝ dei Uñ i pſona talis obediētis ꝓpheta ait.Jn via teſtioniorꝫ tuorū delectat⁹ ſū Et iteꝝ Jn cuſtodiēdis illis retributio multa.Ubi Aug.inqͣt.Nō ait ꝓ cuſtodiēdis q̄ nō tm̄ ꝓ eis reddetur pmiū ſꝫ hic in eorūꝫ cuſtodia magnū ē gaudiū.proide Eccl'iaſt. xxiij.ſcriptū ē.Nichil dulci⁹ ꝙ̄ reſpicere in mādatis dñi Unctio(hec ſicut Ber.ait )Andreā fecit āplecti crucē gaudēter Laurētiū irridere carnificē.ſtephanū ꝙ lapidātibus flectere genua in orone et aplos gaudere in tribulatiōe.ps. Jn tribulatiōe dilataſti michi.

Suauitas tertia.

Tertia ſuauitas ē aſſuefactio Equ⁹ ei a ſeſſore circūuolutiōib⁹ aſſuet⁹ ad volūtatē illi⁹ facili⁹ flecti pōt Aſſueſcit aūt circūuolutiōib⁹ ipis ꝛ diſcretis mortificationib⁹ ꝓprie volūtatꝫ Et de hoc ꝓuerb.xxi.c.ſcriptū ē.Equ⁹ paratur ad diē belli dñs auteꝫ ſalutē tribuit.Equ⁹ qppe domit⁹ religioſus ē cui apposit⁹ ē obīe frenū De talib⁹ aūt zach.x.ſcriptū eſt.Poſuit eos quaſi equos gl'e ſue in bello.Opatur em̄ de⁹ p obīaꝫ in viro religioſo ſalutifera et glorioſa.Unde merito equ⁹ glorie dici pōt.Talis ſiqdem equ⁹ p aſſuefactionē ad obīam fidel'r parādus eſt ſm volūtatē ſeſſoꝛ ſui.i.plato loco xp̄i nūc ad dexterā ꝓſpitatis nūc ad ſiniſtrā aduerſitatis Aliter in die belli ꝓfecto ſuccūbet qñ ei aliquid graue precipieť.Religioſus qppe q̄ in ſua volūtate nutriť:olnoldeſtruetur.Studeat ergo ſubditusꝙ ſemper plato dicere poſſit ꝓpheticū illud.Ut iumētū fact⁹ ſū apud te ꝛ ego ſemp tecū.Jn vita Beati Gilliberti dr̄.Preeſſe nō audeat qui ſubeſſe nō didicerit nec a ſubiectis obediēciā ipl'oret:q eā prelatis exhibere nō nouit Ja cui⁹ miſteriū Math.xvi.ſimonē :q interpretatur obediēs dñs alijs aplis pfecit,di vt dictū eſt.Tibi dabo claues regni celoꝝ

Suauitas quarta.

Quarta ſuauitas eſt deportatio.Nā tripliciter obediētes ꝓgrediuť ad regna celorū.Prio eqtādo.ſcd̄o nauigādo.tcio volitādo pmi ſūt icipiētes.ſcd̄i ꝓficiētes tcij ſūt pfecti.Prio em̄ icipiēs ꝓgrediť eqtādo qz initiť alieno ſēſui ꝛ aliene volūtati ꝙ̄ pedibus alienis:piñ veloci⁹ currit eo ꝙ pedes qbus innitiť velociores ſūt ꝙ̄ proprij. Uñ apoca.vi.miſtice ſcriptū eſt.Et vidi ꝛ ecce equ⁹ alb⁹ ꝛ q ſedebat ſup eū hēbat arcū.ſ.i manu ſua et data eſt ei corona.Equ⁹ quideꝫ bellis aptiſſimus prelatus eſt apt⁹ ad pugnandum viriliter in bello ſpirituali pro ſubditis ſuis huius equi aſſenſor ſbditus eius eſt quem ipſe pedibus ſuis ꝛ laboribus ad paradiſum portat. Uterꝙ igiť albus eſt tā aſcenſor ꝙ̄ eqnus p ſācte puritatꝫ cōuerſatiōis candorem Diciť ꝙ ipſe aſcenſor habebat arcum Arcus ſiquidē bonū eſt opus virtute obediētie opatū Sicut enim in arcu duo ſunt ſcꝫ lignum et corda

et ꝑ cordā q̄ leuis ē flectit̄ rigor ligni ſic et
corpus flecti dꝫ ad obīe opus iuxta impe=
riū pcipiētis lꝫ q̄nqꜫ ei difficile ſit. Hui⁹ ar
cus ſagitte ſūt in obediēdo feruida ⁊ ardē
tia deſideria De q̄bus ꝓpheta ait. Sagit=
te potētis. i. obediētis q̄ ſeipſū vincere pōt
acute cū carbonib⁹ deſolatorijs. Hijs ſagit
tis pugnat obediēs verus per affectiones
paupertatis cōtra mundum ꝑ affectiōes ca=
ſtitatis ꝯtra carnē: atqꜫ ꝑ affectiōes obīe cō
tra dyabolū. Sꝫ qm̄ obīe op⁹ ſine pmio eē
nō dꝫ: ideo ſubditur. Et data eſt ei corona.
Et pōt illud ei referri ad equū ⁊ aſcēſorē
Equus, pfecto. i. plat⁹ coronā glīe meretur
qꝛ bñ pcipit atqꜫ regit: ſubdit⁹ q̄qꜫ coronā
meret̄ qꝛ bñ obedit. Utriqꜫ coronā acq̄rūt
glīe ſēpiterne q̄ i corona que ſignū eſt glīe
et finem in circuitu non hñt ſignificatur.

¶ Scd̄o pficiēs ꝓgredit̄ ad celeſtia regna
nauigando. Nā obīa nauis ē qua obediēs
nauigat ꝑ hoc mare magnū ⁊ ſpacioſū pñtꝫ
vite vt ꝑueniat ad portum ſalutis eterne
Obīa igit̄ ē nauis illa de qua ꝓuerb. vlti.
dictū ē Facta ē ſcꝫ obīa quaſi nauis iſtito
ris delonge portās panē ſuū Inſtitor enīꝫ
mercator ē nō tñ ille qui vēdit ſꝫ q̄ emit qꝛ
ſcꝫ mercibus emēdis inſtat Talis ē obedi=
ens ſollicit⁹ ⁊ deuot⁹ q̄ ſcꝫ cōtinue oī die oī
hora omī tp̄e iſtat vt emat glīaꝫ regni ce=
loꝝ In hac ſiquidē obīe naui inſtitor. i. obe
diēs delōge. i. ad portū ſēpiterne vite por=
tat panē ſuū lucrū obediētis vite ſue. Naꝫ
ſicut q̄ ē in naui comedēdo / bibēdo / dormiē
do / ⁊ q̄eſcendo ꝓgreditur qꝛ mouet̄ alieno
motu: ſic verus obediēs in religiōe ad lr̄aꝫ
comedēdo / dormiēdo / q̄eſcēdo ⁊ alia bona
opa opando meret̄. Hic eſt panis q̄ in obīe
naui ad eternā vitā portat quē quotidie a
dn̄o poſtulam⁹ cū dicim⁹ Matth̄ vi. Panē
noſtrum quotidianum da nobis hodie.

¶ Tercio q̄qꜫ pfect⁹ ꝓgredit̄ ad celeſtia
regna volādo ſi tñ obīa hꝫ duas alas ſcꝫ
caſtitatē ⁊ volūtariā paupertatē. vñ Apo. xij
miſtice ſcriptū eſt. Et date ſūt mulieri due
ale aq̄le magne vt volaret in deſertū i locū
ſuū Magna q̄ppe aquila q̄ celos aſcēdēdo
penetrauit xp̄s ē. Nā altioris volat⁹ ⁊ pu
rioris cōtuitus inter ceteras aues ē ip̄e xp̄s
Sic et ip̄e aſcēdēdo volauit ſup cherubin
et ſolē in rota. i. patrē in eternitate ſolus vi=
delicet ſine quo nullus viderit cū nemo no
uerit pr̄em niſi fili⁹ ⁊c. vt dr̄ Matth̄. xi. Hu=
ius magne aquile vcꝫ magni cōtēplatoris
dei pr̄is ſcꝫ xp̄i due ſūt ale ſcꝫ Caſtitas et
Paupertas Caſtitas ei magna ē ala q̄ hoīem
expedit ab illa delectatiōe qua difficillimū
ē hoīeꝫ bñ vti ⁊ a fortiſſima occaſione peccā
di ſcꝫ a muliere ꝑ quā dyabol⁹ adā deuicit
Geñ. iij. Paupertas quoqꜫ magna ala ē ſcd̄m
Ber. q̄ incito volat̄ ad celū. nā alijs blādib⁹
q̄ ſequūtur pmiſſio futuro tp̄e iudicat̄ Pau
pertati po nō tā pmittit ur q̄ȝ etiā i pñti do
nat̄ dicente dn̄o Matth̄. v. Bti paupes ſpū
qm̄ ip̄oꝝ ē. ſ. etiā in pñti regnū celoꝝ. Has
duas alas xp̄s aq̄la magna i ſe habuit: qꝛ
caſtitatē et paupertatē vſqꜫ ad mortē ſerua=
uit Eedem quoqꜫ vere obīe a xp̄o obediē=
ti dant̄ vt volet in deſertū in locū ſuū. Loc⁹
quippe proprius anime obedientis celum
empireum eſt qꝛ ad illud ē creata. Hic enīꝫ
loc⁹ deſertū dr̄ eo q̄ a peccatoribus ange=
lis deſert⁹ ē ſicut btūs iudas de ipſis ange
lis ait. Qui non ſeruauerunt ſuū pncipatū
ſꝫ dereliquerūt ſuū domiciliū i iudicio ma
gni dei vinculis eternis ſub caligine reſer
uauit. De hijs alis atqꜫ volatu propheta
in pſona pfecte obedientis ait Quis dabit
michi pennas ſicut columbe et volabo ſci=
lꝫ ꝑ obīaꝫ et requieſcā vcꝫ in glīa ſēpitna

¶ Articulus tertius de ſcala ſancte obe
dientie et de ſeptem gradibus eius.

Tertio circa obedientiaꝫ contemple=
mur ſubiectum conuenietiſſimū qꝛ
dn̄s ait. Super vos ſcilicet: qui aſſumpturi
eſtis vel aſſumpſiſtis iam obedientie ſtatū
Scd̄m enim Aug. Oportebat vt homo ſub
dn̄o poſitus ab aliquo prohiberetur vt eſ
ſet ei virtus obedientia merendi ſed quia
per inobedientiam ligni vetiti de paradi=
ſo expulſus fuit neceſſe eſt vt in eum per
obedientiā reuertat̄ Proinde Geñ. xxviij
in ſcala iacob miſtice demonſtratur Ubi
dicitur Uidit iacob in ſompnis ſcalaꝫ ſtātē
ſuper terram et cacumen illius tangens ce
lum: angelos quoqꜫ dei aſcendentes et de=
ſcendentes per eam et dn̄m innixum ſca=
le. Hec eſt ſcala obedientie qua obediētes
religioſi aſcendunt in celuꝫ ſicut dominus
Matth̄. xix. c. ait. Si vis ad vitam ingre=
di ſerua mandata ſcilicet ſancte religio=
nis. Hanc ſcalam vidit iacob dormiens in
itinere lapide ſuppoſito capiti. Secundū
enim Auguſtinum in itinere dormire eſt in
via huius ſeculi ab impedimento ſecula=
rium actionum quieſcere. Et ſecundū glo.
Caput ponit in lapide qui chriſto inheret
mente. Quia igitur. Baſilius Auguſtinus
Benedictus atqꜫ Franciſcus qui approba
tas regulas et religiones inſtituerunt xp̄o
adheſerunt corde et a curis huius ſeculi
quieuerūt ſpiritualiter viderunt viſionem
hāc hos q̄tuor iſtitutores religionū futuros

preſidit daniel.iij.c.dicens.Species quar
ti qui fuit beatus frāciſcus ſimilis filio ho
minis.i.xp̄o eſt.In hac igitur ſcala quat=
tuor miſteriis inſinuātur.¶ Primum miſte
rium eſt intentionis recte.¶ Scd̄m conuer
ſationis ſancte. ¶ Tertium opatiōis ſeu
actiōis āgelice¶ Quartū āplexatiōis diuine
¶ Primum miſteriū eſt intentionis recte
qꝛ iacob vidit ſcalam ſtantem ſuper terrā
ſcꝫ et ad celum erectam.In quo rectitudo
intentionis miſtice deſignatur quamvꝫ ha
bere debent hij qui viam obedientie ſancte
aſſumere querunt.Nam qui in relinquen=
do mūdum terrenā intentionē habent ſca
la erecta non ſtat ſed potius in terra iacet.
Proinde eccl'i.iiij.admonet dicens.Cuſto=
di pedem tuū id eſt intentionē ꝛ affectionē
tuam ingrediendo domum dei.¶ Secun=
dum miſteriū eſt conuerſationis ſancte:qꝛ
cacumen illius tangebat celum.In quo mi
ſtice denotatur ꝙ conuerſatio religioſorū
debet eſſe celeſtis ꝛ ſancta vel potius quia
immediatꝰ tranſitꝰ eſt in morte a via perfe=
cte obedientie in ipſum celū. Nam ſecūdū
ber.de cella itur ad celū.Nichil em̄ vel pa=
rum ꝑfecte obedientes morātur in purga=
torio.Nā ipa religio ſi ſeruatur,ꝓfeſſio for
nax et purgatoriū eſt in quo depurātur at=
qꝫ depurgātur veri religioſi. Sicut ſap̄.iij.
ca.ſcriptum eſt.Tāq̄ auꝝ in fornace,ꝓba=
uit electos dn̄s ꝛ quaſi holocauſti hoſtiā ac
cepit illos ꝛ in t̄pe ſcꝫ trāſitus de hoc mun
do erit reſpectꝰ illoꝝ ſcꝫ rectꝰ ad viſionem
dei in quo conſiſtit gl'ia ꝯſūmata.De hoc
purgatorio xxvij.q.j.c.Impudicas.Et ec
cleſi.xxvij.Vaſa figuli ꝓbat fornax ideſt re
ligio ſctā.¶ Tertium miſterium eſt opera
tionis ſeu actionis āgelice qua vidit iacob
per hāc ſcalā angelos aſcēdētes ꝛ deſcēdē
tes.In hoc miſtice denotatꝛ ꝙ via obīe āge
lica vita eſt.Siue em̄ aſcēdat obediēs ꝑ le
ctionē orōnē ꝛ meditationē.ſeu cōtempla=
tionē deo aſſiſtēdo ſicut āgeli q̄ ſempꝑ vidēt
faciē pr̄is math.xviij.ſiue deſcēdat ꝑ admi
niſtrationē fr̄ibꝰ et ppl'is ſeruiēdo iuxta il
lud.Facis āgelos tuos ſpūs ꝛ miſtros tuos
ignē vrētē:in vtroqꝫ opē miſteriū angeloꝝ
exercent,et dei volūtatē adiplēt.Ad hoc ex
tra de renūcia.in ca.Niſi.xxvj.diſti.ca.vlt.
Quartū miſteriū ē āplexatiōis diuine qꝛ dn̄s
erat innixꝰ ſcale vt miſtice innuitꝛ ꝙ patꝰ ē dn̄s
apertis brachijs ſuſcipe et āplexari aīaꝫ obe
diētis aſcēdētē i celū:ſicut pia mr̄ ꝑuulū ad
ſe currētē dulcit̄ āplexatꝛ In cuiꝰ ꝑſōa ꝓph̄a
ait.Adheſit aīa mea pꝰte me ſuſcepit dex=
tera tua.Et iteꝝ cāti.ij.Leua eiꝰ ſub capite
meo ꝛ dextera illiꝰ āplexabitꝛ me Et iterum
ꝓph̄a inq̄t.Tenuiſti manū dexterā meā ꝛ i
volūtate tua,deduxiſti me ſcꝫ ꝑ obīe viā:et
cū gl'ia.ſ.tādē ſuſcepiſti me.O q̄ᵗū inflāma
re deberet eos q̄ i ſtatu obīe ſūt ad viriliter
aſcēdēdū ſpe ꝛ deſiderio contēplādi gl'iam
illiꝰ magni dei q̄ ipi ſcale innixus ē.exēplo ex
pugnātiū ciuitatē vel caſtrū q̄bꝰ ſi ꝓmittatꝛ
ꝙ p̄mo q̄ intrauerit dabūtur mille aurei:ſe
cūdo quīgenti:tertio cētū.deſideriū tanti lu
cri tm̄ inflāmabit eos ꝙ aliqui aſcēdūt ꝑ
ſcalas in lapidū defenſionē tenētes clipeos
ſupra ſe.Alij aſcēdūt ꝑ lanceas nō timētes
lapidū ictus.Alij modis mirabilibꝰ Quāto
magis ſpes et deſideriū eternoꝝ dꝫ inflāma
re ſeruos dei ad aſcēſū ſcale obīe ſctē om̄s
ſuꝑando aduerſitates atqꝫ obīe difficulta=
tes:vt verificetꝛ qđ math.xi.c.ſcriptū eſt.Re
gnū celoꝝ vim patitꝛ ꝛ violenti rapiūt illud
Porro violenti ſūt ſibi q̄ abnegātes ꝓpriā
volūtatē ſeipſos cogūt alijs obedire. Felix
talis,coactio que celeſtis regni acq̄ſitio eſt.
Huiꝰ ſcale obīe duo latera ſūt.ſ.caſtitas ſcā
et volūtaria paupꝑtas ſeu abnegatio ꝓpe
volūtatis ꝛ proprij ſenſus.¶ Septē quoqꝫ
ſūt eiꝰ gradus ſcd̄m ber.ꝑ quos verus obe=
diens aſcendit in celū.Primꝰ eſt obedire li
bēter.Scd̄us obedire ſimpl'r. Tertiꝰ obīre
hylariter.Quartꝰ obedire velociter. Quītꝰ
obedire viriliter.Sextus obedire hūiliter.
Septimus eſt obedire perſeueranter.

¶ Qꝫ libenter ſubditus obedire debet pre
lato ſuo.Capitulum primum.

PRimus gradus eſt obedire libenter
hūc gradum nō pōt aſcēdere ſecūdū
ber.q̄ ꝑcipiētꝫ ſuā nō fecerit volūtatē.Libētꝛ
q̄ppe obediebat q̄ iohis.iiij.dicebat.Meꝰ ci
bꝰ ē vt faciā volūtatē eiꝰ q̄ miſit me.Aug.q̄qꝫ
iiij.ꝯfeſſ.idt.Optimꝰ tuꝰ miniſter ē q̄ nō magis
intuetꝛ a te audire quod ipſe voluerit ſꝫ po
tius hoc velle quod a te audierit.¶ Et ite=
rū Ber.ait.Quiſquis occulte ſatagit vt qđ
vult ei prelatus iniungat ipſe ſe ſeducit ſi
forte ſibi quaſi de obedientia blandiatur.
Neqꝫ em̄ in ea re ipſe prelato ſed magis ei
prelatus obedit. Paratum ſe oſtendere de
bet ſubditus prelato ſuo ſicut paulus do=
mino.Actuum.ix.cuꝫ ait.Domine quid me
vis facere.Et.j.Re.iij.Loquere domine qꝛ
audit ſeruus tuus.Et Eſa.ſexto Ecce ego:
mitte me.Et prouerb.xv.Reſponſio mollis
frangit iram.Quod verbum exponens ſā=
ctus Anthonius de padua ait. Reſponſio
mollis humilis ſubditi frangit iram ſuper
bi prelati.Et prouerbiorum.xxvj.Pacientia
ſcilicet ſubditi lenitur princeps.i.prelatus

et lingua mollis. ſ. viri obediētis cōfringet duritiā ſcʒ auſteri ꝑlati. Ecc'aſt. iiij. Ne co neris ꝯtra ictū fulmīs. i. ꝯtra volūtatē ꝑla: ti: ſʒ humilia ei caput tuum. Et iteꝝ Eccl'. vi. Lingua eucharis. i. bone gr̃e i bono ho mine. i. in bono ſubdito habundabit vt di: cat cū Job. xiiij. c. Vocabis me et ego reſpō debo tibi Rn̄det ꝑfecto qui ſibi ꝑcipiēti ex aīo obedit ſcðm ſctm̄ Anthoniuʒ. Nec du: biū ſcðm Ber. in ſermonibus quin amplio rē gr̃am mereanť qui obediētē ſe exhibet ante mādatū Reqrit nāqꝫ dn̄s volūtarias oblatiōes. vn̄ Exo. xxxv. ait moyſes Om̄is volūtari⁹ ⁊ prono aīo afferat ꝑmicias dn̄o Coacta em̄ ſeruitiꝫ deo placere nō poſſunt xx. q. iij. c. Preſēs Cōtra ꝗſdā religioſos ru ſticane ⁊ quodāmodo aſinine cōditiōis qui niſi coacti obedire nō ꝓpoſſūt Perfectioris quoqꝫ caritatis obīa ē cū grauia ꝑcipiūtur Hinc ⁊ apl's Actuū. xxi. audacter inqt. Ego em̄ nō ſolū alligari ſʒ ⁊ mori in hi'rm par⁹ ſū ꝓpter nomē dn̄i ieſu xp̄i Leuioꝛ tn̄ obīa iudicať qn̄ grauioꝛa ꝑcepta iniūcta ſūt atqꝫ illa grauioꝛ cū facilioꝛa ꝑcipiunť cū contē: ptus hm̄ōi ex vltima radice ſupbie origi: nem ſumant. Vn̄ Ber. in li. de pre. et diſpē. ait Jn obediēdi ratiōe hec gn̄alis r'la tene tur vt difficilioꝛib⁹ qbuſcunqꝫ agēdis obīa gratioꝛ ꝙ ꝑuaricatio grauioꝛ iudiceť ⁊ in facilioꝛibus minuſqꝫ oneroſis cōtemptus dāpnabilioꝛ ꝙ actus cōmēdabilioꝛ eſtime tur Pꝛoinde Aug. xij. de ciui. dei inquit Jn paradiſo tanto maioꝛ iobīa fuit ꝙto id qð ꝑceptū ē nulli⁹ difficultatis fuit. Ubi enim magna ē in obīe pena ꝓpoſita ⁊ res facilis a creatoꝛe īperata. nō ſatis explicet ꝙtum malū ſit nō obedire facili ⁊ tāte poteſtatis imperio et tāto terrenti ſupplicio.

¶ Quātū gratū ſit deo ſimpliciter obe: dire. ij. capitulum.

SEcūdus gradus ē obedire ſimpl'r Multos ei vi demus ſcðʒ Ber. poſt ꝑcipientiʒ imꝑiū multas facere q̄ſtiones ſepi⁹ igemi nare. Vn̄ hoc veniat. quis hoc inuenit con: ſiliū. Jnde murmuratio. excuſatio: ſimula: tio īpoſſibilitatꝫ: aduocatio amicoꝝ Cōtra quos ꝓpheta ait Jn auditu auris obediuit michi vt oñdat vno eodēqꝫ momēto ꝓceſſiſ ſe ⁊ īperātis īperiū et obſequiū obſequētis Ad obediētie ſimplicitatē ꝑtinere videť nō iudicare quid vl' quare ꝑcipiatur. Vn̄ Ber. in li. de cōſi. Oībus modis maxie in ꝯuerſi: onis initio nulla magis virt⁹ nobis neceſ: ſaria ē ꝙ ſimplicitas hūilis ⁊ grauitas ve recūda. Et idē ad ffes de mōte dei. Perfe: fecta obīa maxime in icipiēte īdiſcreta eſt. hoc ē diſcernere qd vel quare ꝑcipiať. ſed ad hoc tm̄ niti vt fideliter ⁊ hūiliter fiat qð a maioꝛe ꝑcipiť. Jdē qꝫ de nouitio loquēs ait Stultus fiat vt ſit ſapiēs: et hoc oīs ſit ei⁹ diſcretio vt i hoc nulla ſit diſcretio. hoc om̄is eius ſapiētia. vt in hac ꝑte nulla ſit. Et in ſermonib⁹ ibidē ait Rara auis i ter: ra diſcretio ideo diſcretionis locū (ffes) ī vo bis ſuppleat obīe virtus vt nichil min⁹ ni: chil aliter ꝙ imꝑatū ſit faciatꝫ. vn̄ Deuto. xiij. c. ſcriptū ē. Quod ꝑcipio tibi hodie vt fa cias dn̄o. nec addas qcꝙ nec minuas Juli⁹ ceſar cū i ꝑ domādis hoſtib⁹. v. annoꝝ ſpa ciū ſibi ꝑmiſſū terminū ꝑtranſiſſet licet glo ſe triūphaſſet honoꝛ tn̄ ſibi debit⁹ denega tus ē nec vrbē ingredi ꝑmiſſus eſt eo ꝙ vl: tra terminū ſibi ꝑfixū morā traxiſſet Aug. quoqꝫ de ciui. dei. c. xviij. Refert de toꝛqua to q̄ filiū nō qꝛ cōtra patriā ſʒ etiā ꝓ patria pugnabat. tn̄ qꝛ ꝯtra imꝑiū ſuū hoc feciſſet occidit ne plus mali in exēplo īperij cōtem pti ꝙ gl'ia occiſi hoſtis eſſet Scðʒ ei leges ſi qs extra aciē ꝯtra ꝑceptū ducis etiā foꝛ: titer pugnauerit et vicerit. tn̄ puniť: qꝛ cō: tra ꝑceptum fecit. ff. de. re mili. l. iij. §. in bel lo. Et notať. xxiij. q. v. Relegentes in glo. j. Perfecte obediens ſe debet habere ad pre latū ſicut iumētū ad dn̄m ſuū vt dicere poſ: ſit ꝓpheticū illð Ut iumentū fact⁹ ſū apud te. ⁊ ego ſemꝑ tecū Et iteꝝ. Qui deducis ve lut ouē Joſeph. Hec ē ſimplicitas illa q̄ tā: tū deſiderabať a ſctis patrib⁹ in diſcipulis ſuis. ¶ Pꝛoīde in pꝛincipio nō pꝛecipiebāt eis congrua et diſcreta. Vn̄ in vitis patruꝫ ait quidā abbati paſtoꝛi Senioꝛes non lo quuntur ab initio pr̄ibus vel fr̄ibus recta ſʒ magis diſtoꝛta. Et ſi viderint ꝙ ea q̄ toꝛ ta ſunt faciant: iam non loquuntur eis niſi quod expedit agnoſcentes qꝛ in oībus obe dientes ſunt. Debent eniʒ inferioꝛes audi re mandata ſuperioꝛum ⁊ pꝛelatoꝛum qua ſi eis a dn̄o ꝑciperentur. Pꝛoinde Luce. x. c. dn̄s ait. Qui vos audit me audit et qui vos ſpernit me ſpernit: qui autem me ſper nit ſpernit euʒ qui me miſit. Ad hoc. xxviij dis. Jn nouo. Vn̄ ſicut non diſcernerēt ſi ali quid a deo eis pꝛeciperetur ſʒ hūilter adi: plerent ſic diſputare non debent de māda tis pꝛelati. Vn̄. Ber. ait. Nō te moueat ma: giſtri impetus. indiſcreta ꝑtās ſed memen to qꝛ non eſt poteſtas niſi a deo. et qui po: teſtati reſiſtit deo reſiſtit. xi q. i. Quid cul: panť. Colo. iij. Serui obedite per oīa dn̄is Et ſeqtur, Quodcūqꝫ facitis ex animo ope:

ramini ſicut domino et non hominibus.

¶ Q3 hilaritas in obediendo obedientiam reddit gratam. Tertium capi.

TErtius gradus obie ē obedire hila-
rit.ij.coꝝ.ix. hilarē ei datorē diligit
de⁹:extra de dõa.c.j.Uñ ber.ait Serenitas
ĩ vultu dulcedo ĩ ſermonib⁹ multũ colorant
obiam obſequẽtis Nubiloſa corpis compo
ſitio ⁊ facies tenebris triſticie obfuſcata ab
aio receſſiſſe ſincerã ⁊ iocũdã obiam mani-
feſtãt ⁊ ſignãt. Uñ.xlj.diſ.in.c. Cleric⁹.Si-
cut ergo Augu. Incõpoſitio eñi corpis qua
litatē idicat mẽtis.Quis ei libẽter obtẽpat
homi triſtitiã efflanti. Eccli.xxxv. In omĩ
dato hylarē fac vultũ tuũ. Cauere debet a
murmurationib⁹ iuxta illud apl'i Ad phi.ij
Omnia aũt facite ſine murmurationibus.
Qui eñi cũ murmure obediũt felle dñm pa
ſcũt.pſal.Dederunt in eſcã meã fel ⁊ in ſiti
mea potauerũt me aceto.Cibus eñi xpi eſt
obia ope adimpleta. Uñ iohis.iiij.ipe ait.
Meus cibus eſt vt faciã volũtatē eius qui
miſit me Potus aũt eius ē obia cordis quã
dñs pfecto ſitit.Fel igit xpo in eſcã datur
cũ ſit murmuratio oris. acetũ quoq3 ei mi-
niſtratur ĩ potũ cũ ſit murmuratio cordis.
Obediẽtia taliũ obia demonioꝝ ē. Proĩde
luce.iiij.ſcriptũ eſt : ꝙ ad preceptũ xpi exi-
bãt demonia a multis clamãtia ⁊ dicẽtia q2
tu es filius dei.qui l3 obediebãt:tñ obediẽ-
tes nõ ſũt. hij ſũt ſiſes ſimoni ſireneo d quo
math.xxvij ſcriptũ ē ꝙ inuenerũt hoiem cy
reneũ ſymonē noie et hũc ãgariauerũt.Sic
iſti crucē obediẽt portãt ⁊ crucis meritũ nõ
aquirãt q2 ſc3 inuiti fa ciũt.Multaq3 ſut an
garia ⁊ platorũ triſticia ⁊ melãcolia obia3
taliter qualiter implent.Sic hodie in mul
tis hoc eſſe manifeſta experientia docet.
Tales etiã ſũt vt lapides magni q̃ moueri
non poſſunt ſine offenſione mouentis. Pro
inde Eccl'iaſt.x.c.ait.Qui trãſfert lapides
affligetur in eis.Ad litteram hodie ſi pre-
latus tranſfert de loco conſolabili fratrem
ad aliũ locum non ſibi conſolabile3 afflic-
tionē ⁊ pſecutionem recipiet a fr̃e trãſlato
Et addit Qui ſcindit ligna.i.vnitã ſocieta
tē aliquoꝝ ſeu fratrum et aliquarũ deuo-
taꝝ vulnerar ab eis ſc3 blaſphemijs mur
muratiõib⁹ detractiõib⁹ ⁊ infamijs . hmõi
inſup ſupſunt vt rota carri non ſolũ ĩ hoc
q2 pro defectu vnctiõis murmurãt ſ3 etia3
q2 vnus alterũ pcedere recuſat. Nõ facia3
hoc ait vnus niſi etiam idē ille fecerit. Et
de talibus Eccl'iſt.xxxiij.ait Precordia fa-
tui quaſi rota carri.vñ Ioh.xxi.Cũ dixiſſ3
dñs petro ſequere me.⁊ ille dixiſſet de Io-
hãne hic aũt qd Ait illi dñs.Quid ad te tu
me ſeqre.Tales etiã ſũt ſicut ymagines q̃
in edificijs colũpnas ſuſtẽtãt mirã triſticiã
in facie ptendẽtes.S3 platus cui⁹ ſubditi
cũ triſticia ⁊ murmure parẽt ſiſiſē illi q̃ hñt
oia mẽbra ĩfirma q̃ neceſſe hñt mouere. et
nullũ mouere põt ſine magno labore et in
magna miſeria ē. Prelatus hmõi ĩperat il
li ⁊ ille affligir ⁊ triſtar ⁊ ipe cũ eo.Sil'iter
etiã ĩperat alteri ⁊ ille etiã ɔtriſtar ⁊ ipe cũ
eo.Et ſic q̃ obſequi debuerũt offendũt Sed
de talib⁹ Ad he.xiij.apl's ait Obedite ppo-
ſitis veſtris et ſubiacete eis.

¶ Q3 velocir d3 obia exhiberi.iiij.cap.

QUartus grad⁹ ē obedire velocir Luce
xix.a dño dictũ ē zacheo Feſtinãs de
ſcẽde q̃ ſtati velociter obediuit. Uñ ⁊ ſtati
ſubdir. velocis obediẽtie remuneratio.cũ
dñs ſubdit hodie ſalus huic domni facta ē
Matheus etiã.iiij.c.d petro ⁊ ãdrea a dño
vocatis dictũ eſt.At illi relictis retibus ſe
cuti ſũt eũ.Et ſubditur de iacobo ⁊ iohãne
Illi aũt ſtatim relictis retibus ⁊ pr̃e ſecuti
ſunt eũ.Cãti.v.Manus illi⁹ tornatiles Ma
nus opa ſignãt:q̃ tũc tornatiles ſũt cum ex
obia opa velociter fiũt. Principib⁹ quippe
admodũ gratũ eſt cũ precepta eoꝝ velocir
adimplẽtur. Proinde puerb.xxij.c. ſcriptũ
eſt.Uidiſti virũ velocē in ope ſuo corã re-
gibus ſtabit extra de reg.iur3.in.c. Mora.
lib.vi. Marianũ rauẽnatē epm reprehẽdit
Greg.ꝙ ſtatim iniunctis ſibi non obediuit
Et de hoc reprehẽdir eps ſipõtinus.xxvij.
q.i.c.Si cuſtos ibi.Et ſtatim nõ ſolũ ⁊c.Et
ſergius deſẽſor eadē.q.⁊ cã.in.c. Si homo
ibi.Omni excuſatiõe poſtpoſita. Et de hoc
etiã.xviij.q.ij.c. Pridē Gelaſi⁹ reprehendit
caſtorem epiſcopum

¶ Q3 viriliter ⁊ magnanimiter deb3 obedi
entia exhiberi.Capitulum.v.

QUint⁹ grad⁹ eſt obedire viril'r.vñ ber.
Manũ tuã miſiſti ad fortia agẽdũ eſt
tibi inſtãter ⁊ cõſtãter obediẽdũ neq3 inter
aſpitatē vboꝝ tã regalis ſemita relinqnda
Et loquir de ſemita obie. hãc ſemitã xpus
etiã p morte ignominioſa nõ reliqt Uñ phi.
ij. Factus eſt obediẽs vſq3 ad mortē: mor-
tē aũt crucis Ber. Memẽtote fr̃es ꝙ xps ne
pderet obiam pdidit vitã.Et iterũ ad fr̃es
de mõte dei ait. Putas obie fructũ cũ ſub-
ditus audit obiam quam multis exquiſie-
rat votis.cũ eis precipitur qd redoleat dig-
nitatē:ecõtrario meritũ aſſignari illi obedi
diẽtie q̃ terreat animũ audiẽtis grauis ad
audiendum grauior ad implendũ grauiſſi
mum ad tenendum.Ad hoc facit.xix.diſti.

in mēoriā in p̄ncipio. ⁊. c. diſt. ꝯtra morē in
principio. Proinde ꝓuer. xxi. ſalomon ait.
Uir obediēs loquet̄ victorias Uincit ei ve
rus obediēs oīa mēbra corpis ſui exterius
et volūtatē ſuā interi⁹. Uñ Ber. Uer⁹ obe-
diēs mādatū nō ꝓcraſtinat: ſꝫ parat aures
auditui. ocl'os viſui linguā voci. man⁹ ope
ri: pedes itineri: et ſe totū itra ſe recolligit
vt ex toto mādatum ꝑagat imperātis. Et
in ſermone de conuerſione ſancti Pauli ait
Multoruꝫ ꝑfecto hodie puſillanimitas et
ꝑuerſitas exigit vt ab eis queri oporteat
q̄d vis vt faciā tibi nō ipi querāt q̄d me vis
facere. Cōſiderare neceſſario habet miſter
et vicari⁹ xp̄i q̄d ſibi p̄cipi velint nō ipi ꝯſi
derāt que volūtas ſit preceptoris Diſcer-
nūt ⁊ diiudicāt eligētes in quibus obediāt
imperanti ymo in quibus p̄ceptorē ſuū ip
ſoꝝ obedire neceſſe ſit volūtati. Nō ē eorū
obedientia plena non in oībus parati ſunt
obſequi: nō ꝑ oīa ſequi ꝓpoſuerūt eum qui
non ſuam ſꝫ patris venit facere voluntatē

¶ De humilitate que in obedientia ſer
uari debet. Sextum capitulum.

Sextus gradus eſt obedire hūiliter
Ber. Magna virtus hūilitas ſine cu-
ius obtentu ꝟtus fortitudinis nō ſolū vir
tus non ſit ſꝫ etiā in ſupbiam erūpit. Et ad
talē obie hūilitatē inducēs dn̄s diſcipulos
ſuos Luce. xvii. ait Cum feceritis omnia q̄
precepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles
ſumus. q̄ꝺ debuimus facere fecimus. Naꝫ
ſcd̄m rei veritatē nō prouenit deo vtilitas
de operibus nr̄is ſed nobis Inſuper ex no
ſtris bonis operibus nō fit maior ſicut nec
ſine eis fit minor In tali gradu propheta
erat cum ad deum ait Bonorum meorum
non indiges.

¶ Qꝫ perſeueranti obediētie datur glo-
ria ſempiterna. vij. cap.

Septimus gradus eſt obedire perſeue
rāter. Perſeuerātia em̄ ſcd̄m Ber. ſin
gularis ē filia ſūmi regis Et iteꝝ Quid cur
rere ꝓdeſt et ante metā curſus deficere ſic
currite vt comprehendatis. j. Corin. ix. Et
de pe. diſt. iij. Gregori⁹ i mora. ait Incaſſuꝫ
q̄ppe bonū agit̄ ſi ante vite terminū deſera
tur q2 fruſtra velociter currit qui priuſq̄
ad metas perueniat deficit. Et de hoc etiā
legit̄ et notat̄ extra de renūcia. c. j. Oēs q̄p
pe ꝟtutes ſine ꝑſeuerantia pugnare cōtra
vicia poſſunt. ſine vero perſeuerantia vin
cere non poſſunt Unde ſoli in virtutib⁹ ꝑſe
ueranti tribuuntur regna celorum. Proin
de Math. x. c. dn̄s ait. Qui autem perſeue-
rauerit vſq̄ in finem hic ſaluus erit,

## ¶ Finit declaratio qua

litatis ⁊ ꝑfectiōis euāgelice obie quā ffes
minores ex r̄la ſua ꝓfitent̄ ⁊ de xij. gradib⁹
obie ſcte ad ſublimitatē ꝑfectionis ipi⁹ ve
rū obediētē religioſū ducētibus ⁊ ſibi iſini
ta merita ⁊ p̄mia cumulātibus a ſctō Ber-
nardino edita Qui q̄dē ſctūs nō ſolū verbo
ſꝫ etiā ex ēplo idē firmauit. cū ſub eadē re-
gularis obie forma vcꝫ ſub miſtrorū obia
⁊ cura iuxta r̄le formā vſq̄ in finē vite ſtare
ſꝑ voluit ⁊ eoꝝ capl'is inte reſſe ⁊ hūiliter
ſubeſſe etiā exn̄s vicari⁹ gn̄alis obſeruātie
vltramō tane nōdū tūc ab ipa r̄lari obia et
cura miſtroꝝ exempte. Cui⁹ familie exem
ptio ſolū duob⁹ annis ⁊ vltra poſt morteꝫ
ipi⁹ ſcti p̄mū inibi data fuit vt pꝫ ꝑ datam
ipſi⁹ Eugeniane exēptionis ⁊ vt ſepi⁹ narra
uerūt qui cum illo et ſub illo vixerunt.

## ¶ Sequitur poſtea alia

expſſior declaratio et diſputatio ꝑ moduꝫ
dialogi inter Paulū eiuſdē ſcti Bernardini
de ſenis ordis mioꝝ obſeruātie ⁊ obediētie
r̄larꝫ diſcipulū Ubi idē ſctūs ꝑ modū dialogi
pulcre magis ſpecifice ⁊ expreſſe ttactat de
eadē obediētia et maxīe de illa q̄ euāgeli-
ca noīatur et quā ſoli minores ffes ꝓfitent̄
et ex regula et profeſſione ſua (mō ſupradi
cto) ꝓpoſſe imitari et ſequi magis expreſſe
tenētur declarādo quales ſint ex r̄la mioꝝ
et eſſe debeāt ex ꝑfectiōe euāgelica, limites
obie regularis ipoꝝ fratrū mioꝝ et quali-
ter ſolūmodo tres in regula expreſſi ſūt. et
nō plures neq̄ pauciores eē p̄nt qui dirima
tur et detrahat de ꝑfectione eius etiā con
tra ipi⁹ r̄le mioꝝ et contra ipſius obedien-
tie euangelice ꝑfectionem et normam.

Paulus ¶ Querere
bat p̄dic i ſmone vr̄o Re. pat
de voto euāgelice obie ſcꝫ an
vouere vl' alteri hoi obiaꝫ ꝓ-
mittere i oīb⁹ q̄ nō ſūt ꝯtraria
aīe et euāgelice ꝑfectioni ſit ꝑfectiōis euā
gelice. Et cū multa audirē ex vob̄ q̄ i laudē
euāgelice ꝑfectiōis vel obediētie veniebāt
hoc certitudinaliter aſſeruiſtis ꝙ vouere
obe dientiam ante dictam eſt de ſubſtātia
perfectionis euāgelice tanq̄ vnum de prin
cipalioribus conſilijs xp̄i. Ego vero ſcola
ſticus licet ſcientia imperitus nō modicuꝫ
de hijs que predicaſtis admiratus ſum et
cogitaui in corde meo hūiliter poſtulare de
clarari a vobis. xp̄ianus ſum ⁊ licet petis
et negocijs ſecularibus inolutus nō tamē

deniare vellē a tramite veritatis. Cogitaui in corde meo ⁊ ea diligēter examinaui quedam que opponā ſentencijs ⁊ dictis veſtris nō quia temptare vos vellē aut vobis oſtendere me peritū: ſed tm̄ vt in mente mea de predicta obedientia veritas eluceſcat. Sed et ſupportate me iuuenē imperitū ⁊ in ſpūalib⁹ inexpertū ¶ Bernardin⁹ ¶ Dic audacter fili et om̄e qδ de hac materia dubiū habes aperi confidenter: nec michi diſplicere debet ꝙ declarari velis de hijs que p me dicta ſūt. Reſpōdebo tibi fideliter qd de hac materia ſentiā peritioribus quod non fuerit benedictū relinquēs hūiliter emendandum Sed vt dr̄ puer. xxij. Appone cor tuū in doctrina mea ¶ Paul⁹ ¶ humanitas veſtra audatiā michi preſtat vt loquar. Et qz cōſueuiſtis omnes ſermones veſtros diuidere pncipaliter in tres ptes (quod michi ⁊ alijs peritiorib⁹ me placuit) ſemper ſequar ego veſtigia veſtra humiliter opponendo contra ea que de obīa dicta ſunt triplici via. Et probo ꝙ tale votum obedientie. primo ſit malū. Secundo ꝙ ſit periculoſum. Tertio ꝙ ſit imperfectū. ¶ Bernardin⁹ ¶ Ut video armatus veniſti et preparatus: et placet michi multum dūmodo aſſentias humiliter rationib⁹ meis. ¶ Paul⁹. ¶ Nō vt contempnam aut contendā pater et magiſter veni ¶ Bernardin⁹ ¶ Dic igit̄ confidenter quod ſentis.

¶ Articulus primus de quattuor argumentis contra obedientiam factis videlicet ꝙ non eſt bona talis maxime et tanta obedientia ¶ Paulus.

PRimo quidem oppono prima via vcȝ ꝙ votum obedientie malum eſt quadruplici argumento. ¶ Primum argumentum ꝙ obedientia ſit contra honorem dei. Primum capitulum ¶ Paulus.

PRimo inq̄ illud eſt malum quod eſt in magnā dehonorationē dei. ſed ſubici alteri q̄ȝ deo vel maxime p tam vniuerſalem obedientiam videtur eſſe in dehonorationem dei et in tantam aut maiorem ſicut eſt adorare alterum q̄ȝ deum cum magis ſubijciat hominem obedientia q̄ȝ adoratio Uñ. j. Corinth. vij. Uidetur apl̄us inhibere oēm talē ſubiectionem dicens Precio empti eſtis nolite fieri ſerui hominum. Ergo tale votum videtur malū ¶ Bernardinus ¶ Reſpōdeo ꝙ ſubijci alteri quaſi ille eēt deus vere eſt ſūma iniuria dei et maior q̄ȝ ſola adoratio ſed ſubijci alteri vt vicario dei et ſolūmodo propter deuȝ eſt ſummus honor dei et quo ad aliqd maior q̄ȝ ſi ſoli deo in perſona ſua ſubderet̄ Quod em̄ aliquis in tanta reuerentia habet regem ſuum ꝙ non ſolum ſibi ſubijci velit ſed ſeruo ſuo ꝑpter euȝ maius eſt q̄ȝ ſi ſubijci vellet ſibi ſoli. Q̄tum autem ad hoc nō eſt ſimile de adoratione qz adoratio proprie ſumpta ſignat ſolum illum reuerentie modum qui ſit alicui vt vero deo non vt vicario dei Uerbuȝ autem apl̄i intelligi debet de ſeruitute vicioſa qua homo ſeruit homini ex timore vl̄ amore mundano et vicioſo Ber. quoq̄ı li. de p̄cep. ⁊ diſ. ait Siue deus ſiue homo vicarius dei mandatum quodcūq̄ tradiderit pari profecto obſequendum ē cura: pari reuerētia deferendum vbi tamen deo cōtraria non precipit homo. Et ſequit̄ Quī obrēquicq̄d vice dei precipit homo quod non ſit tamen certum diſplicere deo haud ſecus omnino accipiendum eſt quaſi precipiat deus. ¶ Paulus. Placet qδ dicitis Nā vt video et ratio et exemplum et auctoritas bonum et ſanctum eſſe oſtēdunt quod ego putabam malum.

¶ Argumentum ſecundum ꝙ obedientia eſt contra proprium hominis bonum. ¶ Paulus.

SEcundo inſuper addam illud quod eſt magnū preiudicium proprij boni illud eſt profecto maluȝ: ſȝ hoc eſt huiuſmodi quia tollit fere totam libertatem agendi datam homini a deo ad bonum vtile peragendum. Oportet enim hominem huiuſmodi obedientie ſubiectum ſtare in omnibus voluntati et conſilio ſuperioris. Et ſic patet ꝙ tale votuȝ eſt malum. ¶ Bernardinus. Ad hoc dicendū ꝙ obedientia hec non tollit aliquam libertatem ad faciendum bonum ſed potius ad illud promouet. Nam ſicut ſupradictum ē prelati non habent poteſtatem in ſuos fratres contra bonum ſubditorum: ſed ſolum in bonum eorum. Unde in hoc prelati pocius ſunt ſerui q̄ȝ domini. ¶ Paulus Quia ratio veſtra intellectum in hoc ſatis michi aperit nichil de hoc dubietatis remanſit

¶ Argumentum tercium ꝙ obedientia eſt in dampnum prelati ¶ Paulus.

TErtio quoq̄ addam ꝙ tale votum ſit malum. Nam illud qδ eſt in magnum nocumentum prelati cui homo ſubijcitur illud eſt maluȝ: ſed hoc eſt huiuſmodi quia oportet eum incurrere magnā pre=

ſũptionẽ ſcȝ in ſuſtinẽdo ⁊ cõſentiẽdo alĳs
preponi ⁊ anṗoni. Et ſi ſubĳci ꝑ hmõi obe-
dientiã eſt magis perfectum ꝙ̃ non ſubĳ-
ci oportebat prelatuȝ hmõi ſemper quo ad
ſtatum obedientie imperfectũ eſſe. ❡ Ber-
nardin⁹ ❡ Reſpondeo fili mi ꝙ quadrupli
ci ex cauſa hoc non eſt in nocumentũ prela
ti. Primo quia bonum obedientie proprie
recompenſatur ſibi in bonum cõmunitatis
⁊ regiminis ſubditoꝝ. Scd̃o qꝛ nullus dȝ
ad hoc ſumi niſi ſit ſufficienter exercitat⁹
in hmõi obie ſubiectiõe ita ꝙ ꝑ prelationẽ
amor obediendi in eo tepeſcere non poſſit.
Uñ i. Thi. iĳ. de epiſcopo preficiendo apl's
loquens ait. Non neophitum ne in ſupbiã
elatus in iudiciũ dyaboli incidat. Neophi
tus enim compoſitum eſt: ⁊ componit neos
cuȝ phitos quod eſt fides: ⁊ dicitur neophi
tus ti. grece. i. nouellus nouicius rudis fi-
delis vel nuper renatus. Tertio quia non
debet aſpirare ad gradum prelationis: ſȝ
potius ſemper ad ſtatum ſubiectionis nec
per ſe ad illud aſcendere dȝ ſed poti⁹a deo
per alios debet ad hoc trahi ita ꝙ ſolũ pro
pter bonũ obedientie et caritatis et vtilita
tis fraterne in eo ſtet quaſi tractus atq̧ in
uitus chriſto: quia ſi bene attendit ius ſue
prelationis potius hȝ vnde hũilietur ꝙ̃ vn-
de inflettur: quia ſua poteſtas i veritate po
cius hȝ rationem ſeruitutis ⁊ ſeruicĳ ꝙ̃ do
minĳ. His aũt quattuor non obſeruatis fa
teor ꝙ multum perdet de merito obedien-
tie ⁊ humilitatis. Sed tunc nichilominus
dampnum vnius perulpẽdẽdum eſſet ꝓ tã
to multitudinis bono. ❡ Paulus ❡ Placȝ
pater ꝙ ſtatum prelationis non inconſul-
te ſed debitis circunſtancĳs firmatis. Sed
vtinam religionum prelati hec ſeruent

❡ Argumẽtũ quartũ ꝙ ſtat⁹ obedientie
ordinẽ nature ꝑturbat. ❡ Paulus

Quarto quoq; ſu
paddo. Uidet eñ ꝙ id qđ per
turbat ordineȝ nature a deo
inſtitutũ illud eſt malum: ſȝ
hoc eſt hmõi qꝛ natura ꝙ̃truȝ
ad hmõi obiam oẽs iſtituit pares niſi ſolũ
ꝓ ꝙ̃to filĳ parẽtibus tenent obtẽpare: aut
inſipiẽtes ſapiẽtib⁹. Hic aũt econuerſo fre
q̄nter cõtinget qꝛ parẽtes tenebũt obedire
filĳs ſapiẽtes ſtultis boni malis: q̄ oia ſunt
cõtra ordinẽ nature ⁊ rõnis. ❡ Bernardi-
nus. ❡ Ad hoc dico ꝙ natã nõ fecit oẽs in
hoc pares niſi ꝑ ꝓuaricationẽ hmõi ſupio
ritatis que ex natura nulli datur: non aũt
per inſtitutionẽ ⁊ impoſitionẽ ſuperioritã
tis ſunt oppoſita: q̄n pocius naturalis or-
do ad hoc iclinat ⁊ ei⁹ cõſũmatio hoc reqrit
Preterea ſm Tho. ĳ. ſcd̃e. q. xiiĳ. ar. i. i corpo
re. q. Sicut actiões rerũ naturaliũ ꝓcedũt
ex potẽcĳs naturalib⁹ ita etiã oꝑatiões hu
mane procedũt ex humana volũtate. Opor
tuit aũt in reb⁹ naturalib⁹ vt ſupiora mo-
uerẽt inferiora ad ſuas actiões ꝑ excellen
tiã naturalis ꝟtutis diuinitus eis collate.
Uñ etiã opȝ in humanis rebus ꝙ ſupiores
moueãt inferiores ꝑ ſuã volũtatẽ ex vi au-
ctoritatis diuinit⁹ ordinate. Mouere aũt
ꝑ rationẽ ⁊ volũtatẽ eſt ꝓcipere. Et iõ ſicut
ex ipſo ordine naturali diuinit⁹ inſtituto
inferiora in rebus naturalibus neceſſe ha
bẽt ſubdi motiõi ſuperioꝝ / ita etiã in reb⁹
humanis ex ordine iuris naturalis ⁊ diui-
ni tenẽtur inferiores ſuis ſupiorib⁹ obedi-
re. Hec ille. Nõ etiã verũ eſt ꝙ ex hoc ſequa
tur ſtultos preeſſe diſcretis ⁊ malos bonis
niſi forte ꝑ accidẽs. Per ſe eñ hoc nõ ſequi
tur niſi ex peruerſitate eligẽtium prelatos
ad hoc malos aut ex cõmuni miſeria hui⁹
vite in qua nullus ordo rerum aut perſo-
narum eſt ita fixus aut certus ꝙ nichil poſ
ſit pati inordinationis aut dubietatis. Si-
cut enim natura per ſe non intendit aut fa
cit monſtra ſeu peccata ymo pocius oppo-
ſitum ſic nec lex huius obedientie per ſe in
tendit aut exigit ꝙ ſtulti ⁊ mali preſint di-
ſcretis et bonis ymo pocius ꝙ̃tum ex ſe in
tendit ⁊ exigit oppoſitum: ⁊ tamen quando
hoc preter eius intentionem ⁊ exigentiam
contingit adhuc ſuperfulget ⁊ ſuperuincit
obedientie bonum: quod eſt magna gloria
obediẽtie ꝙ maiores obediãt minorib⁹, et
ꝙ meliores ſint prõpti ſubeſſe imperfectio
ribus ſeu malis. Uñ ſup illud quod Math.
iĳ. c. xp̃s iohanni dixit. Sic enim decet nos
implere omnẽ iuſticiaȝ glo. ait. ꝙ perfecta
humilitas eſt quando ſuperior ſubditur in
feriori ſicut ſubdit ſe xp̃s iohãni pluſ ꝙ̃ qñ
inferior ſuperiori aut ꝙ̃ quando equalis
equali. Qȝ autẽ filĳ vel iuuenes preſint pa
trib⁹ vel ſenioribus quando ad hoc ratiõe
roboris diſcretionis ⁊ ſanctitatis ſũt aptio
res ſeruata alias reuerentia (que paterni-
tati ⁊ ſenectuti debetur) non repugnat ordi
ni nature ymo potius ordo naturalis rõis
hoc exigit. Et licet ordo corporalis genera
tionis ⁊ ordo temporalis hoc non exigant
non tamen obuiant ei. Licet etiam prelat⁹
ſit in ſe malus. i. peccator non tamen in eis
que ſunt licita ⁊ honeſta illi parere eſt ma
lum. Et in hoc magis refulget virtus hũi-
litatis et obedientie bonum. In hiis vero

que deo cõtraria ſunt nemo alicui hoīz pa rere dꝫ iuxta illud actuū. v. Opꝫ deo obe= dire magis ꝙ̄ hominibꝰ. ¶ Paulus. ¶ Iã intelligo pater ꝙ illud qđ de obediētie vo= to videbatur malum iam michi incipit ap parere bonum.

¶ Articulus. ij. quo arguit̃ q̄druplici ar gumēto ꝙ votū obie eſt ꝑiculoſū. ¶ Paulꝰ

SEcũdo propoſui alia via arguere ꝙ tale obedi entie votū lꝫ vt dictū eſt appa reat bonum videtur tñ bonuꝫ valde periculoſū. ¶ Bernar= dinus. ¶ Oñde obſecro in quo cõſiſtat hoc periculū. ¶ Paulus. ¶ Oſtendã quippe ꝑ alia quattuor argumenta

¶ Argumentū quintū ꝙ in obia homo ſe aſtringit ad parendum in rebus pericu loſis. Capitulum primum. ¶ Paulus

PRimo inſup vi= detur ꝙ quicūq; neceſſario ſe cõſtringit ad agendū dubia ⁊ periculoſa magnis ꝑiculis ſe exponit ſed hoc eſt in ꝓpoſi= to nr̃o qꝛ ſubditus aſtringitur ad obtēpe= rãdū ꝓlato in dubijs ⁊ ꝑiculoſis: ⁊ etiã i ma lis ꝗ̄tumcūq; magnis niſi ſubditꝰ certitudi naliter ſciat ipſa fore mala. ¶ Bernardinꝰ ¶ Poteſt ſiquidem ſubditus dubitare aut ignorare de aliquibus an ſint mala vel pe riculoſa dupliciter videlicet aut in vniuer= ſali aut in particulari. Poteſt etiã dubium eē de iure vel de facto. Prīo aūt ſi ſit de fa cto ſeu de ſingularibꝰ ⁊ circūſtãcijs i ill'o ſe ꝯmittit diſcrimini alicuiꝰ mali qñ obedit qꝛ nullū eſt ſibi pctm̃ nec pctī ꝑiculū niſi hmōi dubietas vl' ignorãtia ꝓueniret ex volūtate vl' negligētia ſua. Scđo aūt ſi ſit dubiū de iure ſeu i vniuerſali Et tūc aut ſbditꝰ nō te net̃ ſcire illud insatūc nullū ē ſibi pctī ꝑicu lū: aut tenebat̃ ſcire. et tūc ꝗ̄uis nō excuſe= tur a toto: qꝛ tñ nō facit illđ ita volūtariꝰ ſi= cut ſi faceret illđ ex ſe ſolo motꝰ ⁊ qꝛ ſꝑ ibi re fulget volūtas ⁊ itētio boni obie: excuſat a tãto: ⁊ hꝰ nō modicū ſꝫ multū ē. Quicq̄d igr̃ eſt ibi de ꝑiculo pctī aut de pctō nō ꝓuenit ex obie lege: ſꝫ potiꝰ ex indebita ignorãtia ſubditi ⁊ ex idebito iperio ꝓlati: qđ i caſu il lo ꝑ ſe ⁊ ex natura ſua ſbditū nō aſtrigit: ſꝫ ſolū rõe ꝯſcīe ſbditi q̄ iudicat ſe in illo caſu teneri ꝑꝑ idebitã ignorãtiã diui iurꝫ Falſa eſt igr̃ mioꝛ qꝛ obia nō aſtrigit ad aliq̄đ qđ ſit ſubdito malū ſeu ꝑiculoſū ſꝫ potiꝰ facit ꝙ aliqua q̄ alias eēt ſubdito mala vel pe riculoſa ſit ſibi bona atq; ſecura: aut quod ſaltē nō ſint ſibi ita mala vel ita ꝑiculoſa. ¶ Paulꝰ. Inficiari pr̃ nō poſſū qđ dicitꝫ ita diſticte ⁊ lucide qđ mihi dubiū erat decl'atꝫ

¶ Argumētū. vi. ꝙ obligare ſe ad id quod eſt quaſi ipoſſibile obſeruare etiã periculo ſū eſt. Capitulū ſecundū. ¶ Paulus.

SEcundo quoq; ſu= padđã. Obligare ſe ad ſuãdū id qđ nō eſt plene i nr̃a ptãte ⁊ qđ vix perfectiſſimi ſuare pñt eſt valde ꝑi= culoſū: ſꝫ ſubito ad nutū ⁊ iperiū ꝓlati refre nare aut laxare ipetꝰ ⁊ motꝰ ac cõſēſꝰ ſuaꝝ volūtatū ⁊ cogitationū nō eſt plene i ptãte etiã ꝑfectoꝝ viroꝝ: ⁊ tñ hmōi obia ad hoc aſtrigit g̊ ꝑiculoſū eſt hoc votū. ¶ Bernar= dinꝰ. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ ſm quoſdã nullū iperiū extēdit ſe ſuꝑ ſecreta cordiū ꝑ ſe: ſed ſolū ſuꝑ exteriora q̄ hōi ſūt viſibilia: inq̄ꝫtū aūt ad ꝓſecutionē debitã iſtoꝝ exigūt̃ exte riora ⁊ intãtū pōt ſuꝑ ipſa exteriora. Fūdãt aūt ſe ſuꝑ duobꝰ. Primū eſt ꝙ hō ſm mētē eſt ſolū deo iferioꝛ: ⁊ iđ mēs nullū pōt dire cte hr̃e ſuꝑiorē pter ſolū deū. Scđm ē ꝙ iui ſibilia nō ſubſūt iudicio ⁊ regimini ꝓlati ni ſi ꝗ̄tū viſibilibꝰ ſūt cõiūcta. Vñ nec ꝑ ſacra= mēta ꝗ̄tūcūq; ſint gñalia ⁊ neceſſaria ſicut baptiſmus per quem non poteſt ſubueniri puero dum eſt in vtero matris nec alicui ni ſi ꝓut eſt viſibilis aut alicui exteriori ſēſui ſubiacens nec aliqua profeſſio pactorum ſeu religionis vel matrimonij haberet ali q̄đ firmitatis iter hoīes niſi ſint per aliqua ſenſibilia exteriꝰ expreſſa et manifeſta. Si igitur nulla poteſtas hominum ſpiritualis eſt latioꝛ ꝙ̄ poteſtas ſacramentalis: nec im periū ꝓlati ē potētiꝰ ad obligandum ꝙ̄ pro feſſio ſolempnis a qua ipſum imperium ro bur ſumit ergo imperium prelati non erit obligatorium niſi prout eſt viſibile ⁊ prout de viſibilibus eſt. Secundum vero alios hoc non eſt verum. Si enim prelatus po= teſt ſuper voluntatem ſubditi vt coniūctã exteriori actui ergo multomagis poteſt in eam prout eſt operi non coniuncta. Maiꝰ eſt enim poſſe ſuper vtrumq; ſimul ꝙ̄ ſuper alterum tantum illorum duorum. ¶ Item prelatus poteſt precipere ſubditis ꝙ fide= liter conſulant ſibi ſuper aliquibus et ꝙ ſu per hoc deliberent ſecum. Poteſt etiaꝫ eis precipere ꝙ vacent orationi aut ſtudioſe meditationi aut ꝙ cogitent de tali ſermo= ne predicando populo et ſic de ſimilibus: Sed iſti ſunt actus interiores ꝑ ſe abſq; ex terioribꝰ ſumpti: ergo prelatꝰ pōt ſuꝑ actū

interiorem. Jtem ſecundum apoſtoluꝫ Ad
ephe. vj. Serui tenentur ſeruire dñis non
ad oculum ſed ſcðm deum. Ergo ad prece-
ptum dñi ſui tenētur actum interiorē ordi-
nare ad deum. Sꝫ ſubditus euāgelic⁹ plus
tenetur prelato ꝙ̄ ſeru⁹ dño. Jtem hō pt ab
dicare a ſuo dominio ⁊ dare et offerre deo
vel alteri i honorē ei⁹ q̄cq̄d eſt ſub dominio
ſuo ſaltem vbi hoc fieri poteſt abſꝫ aliquo
peccato vel imperfectionis periculo. Ergo
facultatem actuum interiorum prout ſunt
per ſe ſumpti poteſt homo a ſe abdicare et
propter deum prelato ſubijcere ſicut et fa-
cultatem actuum exteriorum cum non mi-
nus ſint ſub dominio nr̄o. Unde Ber. in li-
bello qui incipit multi multa ſciūt ait. Bo-
nus obediens dat ſuum velle et ſuum nol
le vt poſſit dicere. Paratum cor meum de-
us paratum cor meum: Quodcunꝫ prece-
peris facere paratū ad votum ⁊ nutū cicius
obedire. Hec Ber. Exercere etiam ſe in eis
prout ſunt per ſe ſumpti non habet plus de
periculo ꝙ̄ exercere ſe in eis prout ſūt ex-
terioribus coniuncti. Quis enim dicet ꝙ ſā
cte cogitare et velle bona et virtuoſa aut ſā
cte internos actus virtutum elicere ſit im-
perfectum aut periculoſum. Nec ex hoc ſe-
quitur ꝙ alīqs ſit naturaliter ſuperior mē
te eius ſed ſolum iuriſdictio valet per viaꝫ
ſcꝫ iuris. Hoc autē nō eſt impoſſibile ❡ Ter
tio alijs videtur ꝙ modus medius ſit tenē-
dus. Jn illis eīm actibus ad quos ſic poten
tes ſumus ꝙ aſtringi ad illos q̄ſcūꝫ a pre
lato p̄cipiūtur nichil habet periculi nichil
vani aut mali extendit ſe obediētia iſta nō
ad illos ad quos aſtringi periculoſū ē. Aut
q: nō ſum⁹ plene potētes ad illos peragen
dos vel vitandos ad nutū prelati aut quia
multas hñt intra ſe ꝯplexitates ⁊ intrica-
tiones ⁊ etiā immixtiones multorū motuū
vicioſorum. Unde ſi quis preciperet fratri
volo ꝙ ita intenſe diligas illū vel illū aut
ꝙ tota die hoc cogites et non aliud et ſimi-
lia ſtulte preciperet. Quando autē precipi-
untur in generali aut indeterminate aut
ſub conueniēti determinatione ꝙ ſuperua-
cet orationi vl' meditatiōi aut ꝙ deliberet
ſuper hoc vel illo intelligendo prout bono
modo ad hoc eſt potens: tunc tenetur. Ra
tiones autem modi ſecundi non cogunt ad
amplius ꝙ̄ ad iſtud etiam ſecundum ſuper
ficiem verborum niſi forte preter primam
rationem qua non multum efficaciter vide
tur informare. Non enim ſequitur ꝙ ſi
aliquis poteſt ſupra duo vt ſunt coniun-
cta ꝙ non tomagis poſſit ſup ea vt ſūt diuiſa

Uidemus eīm ꝙ aliquis poteſt videre duas
partes vnius lapilli vel athomi vt coniun
cte nō aūt vt ſunt diuiſe. Agens etiam creā
tum poteſt ſuper materiam et formam vt
ſunt coniuncta ⁊ coīūgibilia non autem vt
ſunt diuiſa. Papa etiam poteſt multis mo-
dis alligare et ſoluere aīam ⁊ corpus vt ſūt
in hac vita coīūcta: et non ſic poteſt quando
ſunt poſt mortem diuiſa. Ad caſum igitur
ſupratactum redeūdum eſt. Quādo ei obli
gari ad actū interiorem vt per ſe ſumptum
non plus habet periculi ꝙ̄ obligari ad vtrū
ꝗ actum vt ſunt coniuncti: tunc enim tene-
bitur / q̄ñ autem aliter: aliter. Rationes aūt
prime poſitionis facile eſt diſſoluere. Ad ꝓ
mam autem iam paulo ſupra reſpōſum ſcꝫ
pertas non priuat omnẽ proprietatez etiã
in cõmuni: ꝙ ipſa nõ eſt altiſſima nec etiaz
ſãctiſſima: nec magnificẽtie predicte ſibi cõ
petunt eo modo ꝙ verba dicti capituli ma
gnifice ſonant. Oportet igitur ꝙ omnẽ pro
prietatẽ excludat. Q; autẽ nõ poſſit eſſe al-
tiſſima ⁊ ſacratiſſima niſi omnem excludat
proprietatem multiplici ratione et etiã in-
numerabilibus auctoritatibus ꝓbari põt.
Nulla enim ita perfecte valet ad omnium
viciorum et occaſionum extirpationez: nec
ad virtutum ſublimium arduam acq̄ſitio-
nem et conſeruationem nec ad ſtatus rł'a-
ris puriſſimã inchoationẽ et durationem:
nec ad animarum perfectiſſimam conuer-
ſionem et gubernationem ſicut illa que tã
in ſpeciali ꝙ̃ in communi proprietatem ex
cludit cuius probationes tam efficaces ꝙ̃
multiplices propter breuitatem omitto

¶ Qualiter excluſio proprietatis. ⁊c. probatur ex omnis proprieta-tis vniuerſalis negatione.

¶ Tercium capitulum

Ex tertio etiam pa
tet. Si enim illa de quibus vi-
detur accipiuntur in ea in ſum
ma ꝑfectiõe ⁊ vniuerſalitate multomagis
erit de illo de quo ipſa regula magis intẽ-
dere videtur ſcz conſilium caſtitatis ⁊ obe
dientie ſumũtur in ea in ſũma perfectione
et vniuerſalitate ſicut ex verbis in ea ex-
preſſis manifeſte apparet ⁊ tñ non ita ma-
gnifice intendũtur aut deſcribũtur in ipa
ſicut paupertas ſicut ex omnibꝰ fere verbis
eiuſdẽ apparet. Vñ in fine ipiꝰ rł'e ipam ſo-
lũmmodo cũ euãgelij ꝓmiſſione cõiũgit vbi
ait pauptatẽ ⁊ hũilitatẽ ⁊ ſctm̃ euãgeliũ ⁊c̃.
Ꝫ nulli dz eſſe dubiũ qui abrenũciatio ꝓp̃e
tatis hic ſumat̃ i ſua ſũma ꝑfectiõe ⁊ vł'ita
te. Ergo i ꝑmo capitulo vbi i medio inter
obiam ⁊ caſtitatẽ ponit ſine ꝓꝓrio: qñ autẽ
ait in obediẽtia ſine ꝓꝓrio ⁊ i caſtitate: me
diũ ſcz ſine ꝓꝓrio ſtat ibi vniuerſaliſſime nõ
minus ꝙ̃ extrema. Preterea capitulo. vi.
vbi ait ffes ſibi nichil appropriant / aut in
tendit ſolũ ꝓprietatẽ a quolz fratrũ in ſpe-
ciali negare: aut pter hoc ab oibus etiaz in
communi. Si primo modo ſolum tũc vide-
tur eſſe modus nugatorius ſimul ⁊ ridicu-
loſus Nugatorius quidẽ qz in primo capi-
tulo qñ ait ſine ꝓꝓrio. hoc ſatis declaraue
rat. Ridiculoſus etiam tñ qz cuz omnis ſta
tus regularis hoc neceſſario hẽat et ita tã
ex ſe ꝙ̃ ex ꝑcedẽtiũ religionũ forma: ꝙ̃ ex
iure canonico hoc ita eſt patẽs ꝙ nulli vix
poſſet venire in dubiũ. Tũ qz ſola illa exẽ-
pla ponit expꝛſſe ⁊ determinate quoꝝ frau-
dulenter abuſus potius ineſſe põt collegijs
cõmunitatuz ꝙ̃ in ſingularibus perſonis.
Unde ſi ibi intenderet hoc negare tãtũ ab
vnoquoq; in ſingulari tũc illa potius debe
ret expreſſiſſe in q̄bus ſingulares ꝑſone fa
cilius poſſunt tranſgredi fraudulenter et
occulte vtpote in priuata ſuperlectili ⁊ cõ-
ſimilibus non autez illa quoꝝ cõmunitas
ex ipſa cõi conhabitatione aut poſſeſſione
manifeſtiſſime ptz qualia ſunt domus: aut
locꝰ Qz igit̃ in vno breui ꝟbo ꝓprietatez
negare voluit ab vno quoq; in ſingulari ⁊
etiã a tota cõmunitate nomẽ poſuit quod
huic rei proprie potuit deſeruire: ſcz hoc no
men ffes: et hoc enĩ plurale poteſt ſtare ꝓ
ſuis ſuppoſitis diſtributiue et collectiue
et idem fecit. x. capitulo vbi pecuniã et eiꝰ
vſum interdicit qñ ait. Precipio fratribus
vniuerſis ꝙ nullomodo denarios ⁊c. Nul-
li enim ſane mẽtis eſt dubium ꝙ pecuniaz
non ſolum interdicit vnicuiq; fratrum in
ſingulari: ſed etiam toti communitati eo-
rum ſimul accepte.

¶ Qualiter excluſio proprietatis per re-gulam probatur ex mendicitatis et pere-grinationis demandatione.

¶ Quartum capitulum.

Ex quarto ſcilicet
mẽdicitatis ⁊ ꝑegrinatiõis de-
mandatione: hoc idẽ ptz ſic enĩ
vniuerſaliter proprietatem a ſuis fratribꝰ
ꝙ ꝑ talẽ abnegationẽ ſint in mũdo ſicut ꝑe-
grini et extranei et in ſtatu mendicitatis
et egeſtatis poſiti et hoc non qualitercũq;
ſed ſecundum modum quo chriſtꝰ fuit ege
nus. Unde ad hoc ꝙ talẽ ſtatuz et queſtum
humane infirmitati ſumme diffifficilẽ non
erubeſcant pro ratione introducit exẽpluz
pauptatis xpi ſcꝫ quã factus eſt egenus

pro nobis: iuxta apl'm et iuxta pſ. vere mẽdicus ſʒ pdicta non poſſunt plene verificari niſi de abnegatiõe ꝓprietatis in cõi hoc intelligať: qꝛ etiã nõ eſt dubiũ qn talis ſit altiſſima et diuiſſima. Ideo imediate poſt pdicta ꝓrupit in exclamationem paupertatis ſumme cõmẽdatoriã. Hec eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis ꝛc.

¶ Qualiter excluſio ꝓprietatis oĩmode per regulam ꝓbatur ex pecunie totali inhibitione. ¶ Quintum capitulum.

# Ex quinto hoc ipm

patet Si eĩ intenderet cõcedere ſiue nõ negare ꝓprietatẽ fr̃ibus in cõi irrationabile ſolũ non denarios ſed etiã pecuniã et quicquid pecunie noĩe cẽſeri põt ĩ tanta diſtrictiõe interdixiſſet

¶ Qualiter excluſio ꝓprietatis per regulã ꝓbatur ex victualiũ et alioꝝ neceſſariorum humili receptiõe. ¶ Sextũ capl'm.

# Ex ſexto capitulo

hoc idẽ ptʒ. Nã. iiij. ca. videtur intendere ꝙ alienis cibis debeãt veſci qñ ait/ et ſc'dm ſanctum euangeliuʒ de oĩbus cibis qui apponuntur eis liceat mãducare. Premiſerat eĩ quãcũq; domũ intrauerint in quo inſtar xp̃i nõ ſolum alienis cibis ſʒ etiam alienis domib⁹ eos vult vti. ¶ v. etiã capl'o ꝓ mercede laborꝫ cõcedit ſolum recipi corpis neceſſaria pro ſe ꝛ fr̃ib⁹ et hoc nõ qualitercũq; ſʒ hũiliter et eomodo quo decet ſeruos dei ꝛ paupertatis altiſſime ſectatores. Si autem proprietas in cõi eſt eis licita tũc fruſtra ꝛ irrationabiliter hoc ponit qꝛ non ſolum corporis neceſſaria. ſʒ etiam totum ſtipendium labori debitum poterit recipi: et hoc non per modum mendicitatis humilis ꝛ ſeruilis ſʒ etiam per modum dñij et iuris debiti. In hoc etiam ꝙ prohibet non poſſe pro labore recipi denarios vel pecuniam manifeſte innuit ꝙ nichil ſub ratiõe precij ſeu nũmi poſſit ꝓ hac re accipi: qđ ſtare nõ põt ſi ꝓprietas in cõi nõ eſt ĩterdicta. ¶ iiij. etiã capitulo ꝓ neceſſitatib⁹ ĩfirmoꝝ ꝛ fratrib⁹ induendis a ſuperioribus ſollicitam curã vult geri: poti⁹ per alios ꝙ̃ ꝑ ſemetipſos ꝑ amicos ſcilicet ſpirituales quod nichill eſt dictu ſi iuridictionem proprietatis habere poſſunt.

¶ Qualit' etiã excluſio oĩmode ꝓpetatꝫ ꝛc. per regulã probatur ex oĩm habẽdorũ incerta inſtabili ꝛ moderata prouiſiõe.

¶ Tertium capitulũ.

# Ex ſeptimo hoc ipʒ

ptʒ cũ eñi in cõtractatione cõmuniũ multiplex deordinatio cõtingere poſſit inſufficientiſſima eſſet hec regula ſi ꝓprietatẽ tpaliũ in cõi cõcedat cũ nichil ordinauerit de modo habendi ꝛ diſpenſãdi ipſa. Vñ manifeſte apparet ꝙ ei⁹ ꝓhibitionẽ penit⁹ intẽdebat qm̃ ꝓuiſionẽ tpalium et neceſſariorum nullaʒ appoſuit niſi ſolũ per alienos et per modum elemoſinarie mendicitatis et laborioſi operis.

¶ Qualiter idẽ ex regula probatur ex fratrũ recipiendorum ad ordineʒ pura expropriatione. ¶ Octauũ capitulum.

# Ex octauo hoc ipm

ptʒ Iuxta eñi modũ ꝯſilij euangelici vult eos expropriari oĩa ſcʒ dando paupib⁹: et nõ adiũgẽdo: ea fratrum monaſterijs aut cõmunitatib⁹ quin potius taʒ fratres ſigillatim illis ſimul acceptos ꝛ eorum prelatos ſeu miniſtros ſic vult eſſe longinquos a rebus venientiũ ꝙ nec conſilio nec affectu nec facto vult eos ſe poſſe intromittere de rebus eorum: non autem ex hoc credo opportere ante tẽpus probationis iure rerum ſuaruʒ neceſſario expropriandos cum ex hoc ꝓbationi eorũ cõceſſe fieret preiudicium et in greſſui multorum iure poſſet ex hoc pſtari impedimentum ſi vſq; ad plenam expropriationem ꝛ erogationẽ eoꝝ ſemper differetur ingreſſus Credo igitur ꝙ perfectus ingrediendi modus hic ſub conſilio datur: et ꝙ venientes ꝙ̃diu in ordine ſunt de rebus ſuis non debeant curam habere: niſi ſolũ ꝓ fienda expropriatione ꝛ erogatiõe: et ꝑ alios intermedios potius ꝙ̃ ſeipſos. Quid autem de hoc ſit ad propoſitum non refert.

¶ Qualiter idẽ ex regula probatur ex circũſtantiaruʒ nobilium paupertatis ſingulari expreſſione. ¶ Nonnum capitulum

# Ex nono hoc ipſũ

ptʒ Cũ eñi circũſtantias paupertati euãgelice plenarie ſimili modo ꝯgruẽtes iuxta modũ euãgelicum plenarium diſtrictiſſime proſequať ſcilicet de nuditate calciamentorum priuatione equitaturarũ modo et vilitate veſtimentorum et ciborum: ridiculoſum et omnino irrationabile eſſet ſi de iactu ſubtrato circunſtantijs nullomodo curaret.

Qualiter idem probatur ex aliorũ cõſi=
liorũ einſdem regule et etiam totius regu
le ſuprema perfectione. Decimum capl'm.

Ex decimo hoc ip
ſum patet. Si eñ regula iſta
pauptatem altiſſimam et cete
ra cõſilia xp̄i in ſummo nõ ꝓfi
tentur tunc nec iuxta mãdatũ
dñi pape nec ſecũdum euangeliũ recte di=
ceretur ꝙ non licebit de iſta religione exi=
re. nec ad perfectionem euangelicã aſcen=
dere eſſet retro aſpicere ſed poti⁹ in anteri
ora ſe extendere ¶ Preterea cum in oĩb⁹
alijs cõſilijs euãgelicis iuxta modum per=
fectionis euãgelice hec regula perfectiſſi=
ma inueniatur: nullaten⁹ ſicut ſupra tactũ
fuit credendum eſt: ipſam nõ tenere ſũmũ
in pauptate de qua prolixi⁹ et altius into
nare videtur. ¶ Preterea cũ hec regula ſũ
mam obedientiam ⁊ altiorẽ profiteatur ꝗ̃
ꝓfiteri quis poteſt: talis aũt obediẽtia pau
pertatem altiſſimam in ſeipſa includat tan
ꝗ̃ vere tollens omne temporale dñium: nec
etiam ſine ipſa bono modo cõſiſtere poſſit:
patet ꝙ huiuſmodi paupertatem profitet̃/
minor aũt ſatis patet.

¶ Ad hec aũt congruenter poſſet adduci
mirifica ⁊ miſtica apparitio illa trium pau
perum dominarum noue ſalutationis ge=
nere ipſum patriarcham pauperum ſalu=
tantiũ. De quibus refert ſanctus Bonauẽ
tura ꝙ ipſi viro dei ad ciuitatem ſenenſẽ
properanti mirabile accidit. Tres quidẽ
mulieres paupertate: ſtatura/ etate et fa=
cie per omnia ſimiles: in quadaz ei magna
planicie inter campilium et ſanctum quiri
cum occurrerunt nouum ſalutationis mu=
nuſculum offerẽtes. Bene veniat (inquiũt)
dña paupertas. Quo audito verus pau=
pertatis amator indicibili replet⁹ eſt gau=
dio: vt pote qui nichil in ſe ſalutãdum ho=
minibus tam libenter haberet: ꝗ̃ quod il=
le decreuerant. Subito diſparẽtibus illis
conſiderantes fratres ſocij tam admirabi=
lem in eis ſimilitudinis/ ſalutationis / oc=
curſus/ et diſparentie nouitatem: miſticum
aliquid deſignari circa virum ſãctum non
irrationabiliter perpenderunt. Sane per
illas tres (vt videbat̃) mulieres paupercu=
las: ſic vniformi facie occurrentes: ſic ſalu=
tantes inſolite. ſic ſubito diſparentes: euã=
gelice perfectionis formoſitas quantũ ad
caſtitatem ſcilicet obedientiam et pauper=
tatem ſatis conuenienter oſtenditur in vi=
ro dei pari forma perfecte fulſiſſe: licet glo
riari preelegerit in priuilegio pauperta=
tis: quam modo matrem / modo ſponſam/
modo dñam nominare ſolebat. In qua ce=
teros cupiebat excedere: qui ex ipſa didice
rat inferiorẽ ſe omnibus reputare. Hec ſan
ctus Bonauẽtura in legẽda maiori. Quib⁹
nichil melius adduci poteſt ad probandũ
intentum de pari et vniformi ſublimitate
perfectionis euangelice paupertatis/obe=
dientie/ ⁊ caſtitatis/vite ⁊ regule atꝙ volũ
tatis ipſius beatiſſimi patris: in quib⁹ pau
pertas ipſa non poſterior vel infirmior per
hec ſed equalis vel prima clari⁹ cõprobat̃.

Qualiter hoc idem probatur ex ordi=
nis ad romanam ſedem humili ſubiectione.

¶ Undecimum capitulũ.

Ex vndecimo hoc
ipſum patet. Sicut enim ex prĩ
cipio et fine hui⁹ r'le claret: to=
tus ſtatus ille eſt romano põtifici ⁊ ei⁹ ſedi
ſubiectus et hoc ꝗ̃tum aliquis ſtatus eſſe
poteſt. ymo et in rerũ dñio ⁊ ꝓprietate quã
papa retinet pluſꝗ̃ aliquis ſtatus eidem
ſubicitur ſed hoc eſſe nõ poteſt ſi iuriſdictio
alicui⁹ ꝓprietatis in cõi ſpectat ad ordinez
ipſum. Quarum ꝓpoſitionũ clarificatiões
pleniores propter breuitatem omitto.

¶ Preterea ſi ſecundum regulã Cardina=
lis auctoritate ſummi pontificis: debet eſſe
huius ordinis gubernator ergo habet au=
ctoritatem diſpenſandi ea quib⁹ ordo vtit̃ tã=
ꝗ̃ gubernator: ſed ſi iuriſdictio proprieta
tis ſpectat ad totum ordinem in communi
tunc potius habebit auctẽ gubernãdi ⁊
diſpenſandi ille qui per electionem commu
nitatis: ipſi cõmunitati preeſt miniſter ſci=
licet generalis: ꝗ̃ habeat cardinalis qui di
citur gubernator ¶ Qz autẽ in hoc manda
to regule de cardinali petendo guberna=
tore hoc vere intelligatur. patet ex grego=
rio nono qui ex hoc trahit ꝙ ad cardinalẽ
iſtum ſpectat auctoritas vendendi ⁊ cõmu
tandi potius ꝗ̃ ipſius ordinis prelatis
ex nullo loco regule hoc trahi poteſt ꝗ̃ ex
iſto.

Qualiter hoc idem probatur ex euan
gelij ſacri vnde aſſũpta eſt conformitate.

¶ Capitulum. xij.

Ex duodecimo hoc ip
ſum pz. Nã in aſſũptione hui⁹ re=
gule mot⁹ fuit ei⁹ iſtitutor ex audi
tu lectiõis euãgelice in qua xp̄s pauptatẽ
hanc altiſſimã ap̄lis imponit. In eius ap=
probatione dubitantib⁹ aliquibus ꝙ pau=

pertas hui⁹ eſſet ꝑiculoſa aut impoſſibilis
ab vno de cardinalibus eſt reſponſum ꝙ
hoc ſentire eſſet peccare in euãgeliũ xp̄i et
vitã ei⁹. Et ei⁹ etiã ſolẽni expoſitiõe et ob=
ſeruantiũ zelo: et cõſuetudine q̃ eſt optima
legis interpres et maxime ex beati Fran=
ciſci zelo et obſeruãtia ex cõi etiam inten=
tione omnium intendentium obligare ſe
ad eam tẽpore profeſſionis eius abſq; om
ni dubitationis ſcrupulo: patet proprieta=
tem in communi per profeſſionem huius
regule penitus abdicari.

¶ Triplex aſſignatur ratio quare in regu
la non fuit nominetenus expreſſum vel di
ctum vt fratres non haberent aliquid eti=
am in communi ꝛc. Si autez queratur qua
re hic in ip̄a regula non fuit nominetenus
expreſſum vtpote ꝙ diceretur ꝙ non habe
rent aliquid etiam in communi aut aliq̃d
ſimile. ¶ Reſpõſio. Rationabiliſſime ex tri
plici cauſa hoc eſtimo factuz fuiſſe. Primo
ad omnimodam expropriationis et frater
ne communitatis efficatiorem expreſſionẽ
Secundo ad euangelice doctrine confor=
miorem aſſimilationem. Tertio ad tante
veritatis condignam et expedientẽ occul
tationem. Quantũ ad primum quidem fa
ctum eſt hoc: qꝛ modus ille communium q̃
per paupertatem altiſſimam abrenunciat̃
habet in ſe aliquid proprietatis. Nam ap
propriatur alicui determinato collegio ꝛ
quilibet de illo collegio aliquid iuris ha=
bet in ipſis cõibus quod nõ h̄nt illi qui nõ
ſunt de illo collegio ratione autem iſtius
proprietatis ſoluz opponuntur altiſſime
paupertati: et ratione eius ſoluz aliquid
habent de imperfectione oppoſita perfe=
fectioni altiſſime paupertatis. Unde per
hanc paupertatem non abrenunciatur eis
q̃tum ſunt communia ſed ſolum q̃tuz ha=
bent aliquid de ratione proprietatis. No=
men em̄ communitatis q̃tum eſt de ſe di=
cit puram perfectionem et vnitati carita=
tis et liberalitatis proportionalez. Quod
patet qñ ſumitur generaliſſime ad omnes
Excluſa em̄ ratione ꝓprietatis q̃admodũ
erat in ſtatu innocẽtie ꝛ erit in ſtatu gl'ie.
et ſic ſcd̄m quoſdã ſumit̃. Act. v. qñ dicitur
ꝙ erãt illis omnia cõmunia et ꝓut clemẽs
in ep̄la. v. dicit et habet̃ cã. xij. q. j. ſ. ꝙ cõis
vſus oĩm que in hoc mũdo ſunt oĩbus eſſe
hoĩbus debuit nõ ei ait ꝙ debuerit eſſe cõ
munis iſti et illi collegio ſꝫ oĩbus hoĩbus.
Et talem communitatem videtur velle at
tribuere illis de quibus dr̃ ꝙ erant illis
oĩa cõia. Ut ergo ſignificaretur ꝙ ſola ꝓ=
prietas dicit quid imperfectionis: nõ autẽ
cõitas q̃tum eſt de ſe aliquomodo ideo in
abdicatione rerum que fit per altiſſimam
paupertatem nulla fit mẽtio de abdicatio
ne cõmunitatis nec in euangelio nec in re=
gula iſta ſed ſolũ de abdicatiõe ꝓprietatis
Quantũ ad ſcd̄m factũ eſt hoc vt in hoc ip
ſo moduz conformẽ teneat euangelio xp̄i:
vbi ſolum ꝓprietas abdicandi ponitur ſin
gulariter qñ dicitur. vade et vende oĩa q̃
habes: et cõiter qñ dicitur. Nolite poſſide=
re aurum ꝛc. Primo enim modo aſſimila=
tur hec regula qñ in primo capitulo ait ꝙ
vadãt et vẽdant oĩa ſua ꝛc. Quantũ aũt ad
ſcd̄z: nõ eſt dignũ ꝙ ad ꝑcioſitatẽ tãte mar
garite tantiq; theſauri intrent niſi fuerint
ſtudioſi ad eius veritatem intuendã admi
rãdam/diligendam/obſeruandam/degu=
ſtandam/et extollendam ſimul et defendẽ
dam. Multe autem ſunt alie cauſe occulta
tionis huius rei magne et ardue et conſi=
miles occultationes ſecretoꝝ fidei noſtre.

## ¶ Sequuntur cõſequẽ

ter. vij. notabiles articuli paupertatis ſan
ctiſſime et euangelice minoruz perfectio
nem et qualitatem ipſius ac quorũdam re
laxationes et impuritates contra eaz ple=
nius declarantes ſcd̄m opinionem ſupra=
dicti docti patris ſui ſtat⁹ zelatoris et alio
rum iuxta regulam et ipſius regule decla
rationes.

Ex p̄miſſis ꝛ aliijs
circa ſtatuz paupertatis euã
gelice ꝛ r'laris minoꝝ ipſam
euangelicam paupertatẽ pre
ceteris profitentiũ multa eli=
ciũtur et neceſſario ex eis ſequũt̃ q̃ a mul=
tis minus intelliguntur vel contẽpnuntur
ex quorum ignorãtia et contemptu varie
impuritates et relaxationes ſequuntur.
Quapropter ex ſequentibus annotatis
articulis circa rerum abnegationem ꝛ ſta
tum paupertatis et proprietatis et aliquo
rum exceſſuum in talibus facile q̃s agno=
ſcere poterit que ꝛ q̃ta ſit reꝝ vtẽdaꝝ mo
derata penuria ꝛ pauꝑtas ꝛ reꝝ ꝓprie=
tatis ꝑfecta abnegatio quam ſeq̃ dꝫ et vbi
et in quibus excedat: et quomodo et q̃ ſint
impuritates ꝛ relaxationes/ſeu relaxatio
num occaſiones/ipſam defedantes. Que
vt clarius intelligantur per ſeptem articu
los breuiter ꝛ ſuccinte modo qui ſequitur
diſtinguentur atq; deſcribentur.

¶ Articulus primus, de omnimoda ab-
dicatione iuris ſeu iuriſdictionis rerū tem
poralium ⁊ vſu paupere earum qualis ſit
et eſſe debeat in fratribus ex regula et de-
clarationibus.

In primis itaq̧ ſequēdo regulā et eius ap ꝓ-
batas declarationes dico om
nem abdicationē iuris ſeu iu
riſdictionis temporalis rerū
eſſe de ſubſtantia vite euangelice ⁊ apl'ice
⁊ de ſubſtantia regule noſtre ⁊ ordinis no-
ſtri minoꝝ nr̄eq̧ profeſſionis et voti. Et li-
cet vſus pauper nō ſit de ſubſtantia paup-
pertatis euāgelice nec voti paupertatis re
gule nr̄e ſed ad obedientie votum et ad a-
lia regule precepta talem vſum indicētia ⁊
modificantia ⁊ in aliquibus artantia et in
aliquibus penitus ꝓhibentia (iuxta petrū
aureolum ⁊ omnimodā veritatē) eſt tamen
iſto modo de ſubſtantia regule noſtre ⁊ or-
dinis beatiſſimi patris nr̄i frācīſci noſtre-
q̧ profeſſionis et voti eo modo videlȝ quo
ex regula indicitur et exprimitur: vt vilib⁹
indui veſtimentis / calciamētis nō vti nec
equitaturis niſi in neceſſitate: pecuniā nū-
q̄ recipere per ſe nec per interpoſitam per
ſonam. ⁊c̄. ⁊ ꝓut cōſequēter ex apl'icis de-
clarationibus et ordinationibus ſeruandū
eſſe in reliquis determinatur vcȝ ſub ꝯgru
enti modificatione qualitatis ⁊ q̄titatis re
rum vtendarū quarum arbitrium ⁊ diſtri-
butio miniſtris et cuſtodibus in ſuis admi
niſtrationibus ⁊ eorum quibus committūt
et quibus nūc per modernas ordinis decla
rationes committitur vcȝ gardianorū ⁊ eo
rum vicarioꝝ relinquitur per huiuſmodi
apoſtolicas declarationes: ſine quoꝝ arbi
trio vel licentia expreſſa vel rōnabiliter p̄-
ſumpta fratres rebus vti non debēt neceſ
ſitatis extreme periculo excepto vel niſi ꝓ
executiōe eoꝝ ad que ex r'la artātur vel li-
centiātur aut inducūtur vt breuiario ꝓ p-
ſolutione diuini officij hitu ⁊ veſtimētis ꝑ
r'lam ordiātis ⁊ cōceſſis libris pro p̄dicādo
inſtrumētis ꝓ laborādo ſcribēdo ⁊ ſic de ſi
milibus ꝑ regulā ordinatis ⁊ cōceſſis etiaȝ
per declaratiōes papales Sup quoꝝ tamē
qualitate ⁊ q̄titate atq̧ diſpoſitiōe dicti or
dinis prelati habēt arbitrari vt ſemper in
ipſis et in earū vſu moderatio talis habea
tur quo ad numerum et qualitatem atq̧ q̄
titatem q̄ ſemper in eis paupertas ſancta
reluceat prout eis ex regula inuenitur in-
dicta vt expreſſe dicit papa nicolaus l ſua
declaratione. Retinere autem et occultare
quitq̄ cuicunq̧ ſuo prelato in fraudeȝ nul-
lo modo licet nec alias contra ipſius velle
vti vel habere cum aliter ex declaratione
apoſtolica non concedatur. Alias eteni de
proprietate vel furto reus eſſet. ¶ Igitur
lȝ iſto modo ex voto regule noſtre et ꝓfeſſi
one et apoſtolicis declarationibus tenea-
mur ad pauperem vſū rerū moderatū ⁊ ali-
as ex regula non artatū nō t̄n tenemur ad
immoderatā vel alias artatā penuriam vi
ctus vel veſtitus ex qua ſtatus noſter red-
deretur periculoſus ſed rationabiliter pen
ſatis circunſtancijs moderatā. Et hoc ex-
preſſe ſonat declaratio et decretalis domi-
ni Nicolai tercij dicentis. Inſuper nec ꝯtē
ſilia nec alia quorum vſum ad neceſſitateȝ
et officiorum ſui ſtatus executionem (non
enim omnium rerum vſum habere debent
vt dictum eſt ad vllam ſuperfluitatem di-
uitias ſeu copiam que deroget pauper-
tati vl' theſauriſationē ſapiat vel eo aio vt
ea diſtrahant ſiue vendant recipiant ſcili-
cet per ſe vel per alios ſuo nomine et au-
ctoritate: quia ſoluȝ procuratores pape no
mine auctoritate pape hoc poſſūt / nec ſub
colore prouidentie in futurum nec alia oc
caſione ſcilicet ad predictorum et ſimili-
um impertinentium finem: quinimmo in
omnibus appareat in eis quoad domini-
um omnimoda abdicatio: et in vſu neceſ-
ſitas. Hec autem ſecundum exigentiam ꝑ-
ſonarum et locorum miniſtri et cuſtodes
ſimul et ſeparatim in ſuis adminiſtratio-
nibus et cuſtodijs cum diſcretione diſpo-
nant: cum de talibus interdum perſona-
rum qualitas: temporum varietas loco-
rum conditio: et nōnulle alie circūſtantie
plus minus ve ac aliter prouideri requi-
rant. hec vbi ſupra. Ubi tamen aduerte q̄
quia gardianis per hec non datur facul-
tas diſponendi de talibus vtendis nec fra
tres ſuos licentiandi cuius tamē contrari
um facere vbiq̧ videbantur et quaſi coge
bantur (cum ſemper miniſter vel cuſtos
ad hec que frequenter ⁊ quaſi continuo oc
currunt diſponenda non ſemper haberi
poterant nec dabatur eiſdem facultas cō-
mittēdi) ideo ad euitandū laqueos anima
rum et ſcrupulos in talibus (etiam ſerua-
ta regule puritate congruentius nunc per
modernas ordīs declaratiōes ⁊ ordīatiōes
iſtud extēditur ad gardianos ⁊ eoꝝ vica-
rios ⁊ alios quibus miſtri ⁊ cuſtodes com
mittunt. Uide in dictis ſtatutis ⁊ declara

tionib⁹ ſexto capitulo tertia ꝑticula. Ubi
etiam ꝛ in alijs ſequētibus particulis imo
et per totū capitulū hec ꝛ alia dubia occur
rentia clarius apoſtolica auctoritate ꝓ q̄e
te conſciaꝝ frm̄ declarant et determinant
ſeruata ſꝑ regule puritate q̄b⁹ ideo ſecure
ſtādū erit ab oībus dicti ord. frib⁹ tā de fa
milia q̄ȝ alijs q̄ faciunt ꝓ oībus. ¶ Sequit
conſequenter in dicta declaratiōe Nicolai
tertij. Iſta tamen ſic faciant ꝙ ſemꝑ in eis
et eoꝝ actibus paupertas ſancta reluceat
prout ipſis ex eorum regula inuenitur in=
dicta. Item paulo ante in eadem decreta=
li declaratur amplius qualiter vſus reruȝ
ꝛ non proprietas nec ius vtendi cōceditur
cū dicitur. Non autem talem abdicationē
proprietatis omnimode renūciationē vſ⁹
rerum cuiuſq̄ȝ videatur inducere. Nam cum
in rebus temporalibus ſit conſiderare pre
cipuum proprietatem poſſeſſionem vſū fru
ctum: ius vtendi et ſimplicem facti vſum:
et vltio tāq̄ȝ neceſſario egeat licet primis
carere poſſit vita mortalium: nulla pror=
ſus poteſt eſſe profeſſio que a ſe vſum ne=
ceſſarie ſuſtentationis excludat. Ueruȝ cō
decens fuit ei profeſſioni que ſponte deuo
uit xp̄m pauperem in tanta paupertate ſe
ctari omnium abdicare dominium: et rerū
ſibi conceſſarum neceſſario vſu fore contē
tam. Nec per hoc ꝙ proprietatem vſum ꝛ
rei cuiuſq̄ȝ dominium a ſe abdicaſſe vide=
tur ſimplici vſui omnis rei renunciatum
eſſe conuincitur (qui inq̄ȝ vſus non iuris ſȝ
facti tantummodo nomen habens: quod
facti eſt tantum in vtendo prebet vtenti=
bus nichil iuris) quinimmo neceſſariaꝝ
rerum tam ad vite ſuſtentationem q̄ȝ ad
officiorum ſui ſtatus executionem (exece=
pto quod de pecunia infra ſubiūgitur) mo
deratus vſus ſecundū eorum regulam et
veritatem omnimodam conceſſus eſt fra=
tribus. Quibus reb⁹ fratres licite vti poſ
ſunt durante concedentis licentia iuxta
q̄d in preſenti ſerie continetur. Et iterum
infra. Ex quibus omnibus ſatis claret
ex regula quo ad victum veſtitum: diuinū
cultum et ſapientiale ſtudium neceſſaria=
arum rerum vſum fratribus eſſe conceſ=
ſum. Dicendo autem et conando probare
neceſſariarum rerum vſum moderatum
nobis eſſe conceſſum: ſatis innuit rerum
vſum preterneceſſariarum et preter mo=
deratum nobis eſſe illicitum. Nec tamen
per hoc intelligendum eſt ꝙ quecunq̄ȝ mo
dica ſuperfluitas vł immoderatio cederet
in peccatum mortale: ſed ſolum veniale ni
ſi vbi vel quando interueniret contempt⁹
pernicioſus q̄ alias ſtatus eſſet periculo=
ſus omni viuenti q̄ȝtumcunq̄ȝ perfecto.

¶ Articul⁹ ſecūdus cōtra impetratores
et introductores impuritatum et relaxa=
tionum per priuilegia ſubrepticia per ni=
mias largitates habūdantias ſuperfluita
tes et curioſitates ꝛc.

COnſequēter at=
tenta tanti ſtatus noſtri ꝛ re
gule perfectione dico ꝙ im=
petrationes et impuritates
paupertatem noſtram vel
regularem obedientiam aut vitam obſcu
rantes fedantes relaxantes et ledentes ꝑ=
tinaciter deffendere tanq̄ȝ bonas et coge=
re ad earum obſeruantiam et ſequelam: ꝛ
impugnare fratres recte loquentes in ta=
libus: ꝛ cum diſcretione ac veritate et ſcōȝ
ſciam veram et catholicam zelantes con=
tra eas: et volentes regulam obſeruari in
hijs ad purum ſiue relaxationibus priui=
legijs aut prouiſionibus hmōi: aut eſt mor
tale peccatuȝ aut maximum periculū mor
talis peccati: et precipue vbi de ſe eſt eui=
dens eas eſſe impuritates noſtri ordinis
nec aliter in talibus per ſedem apoſtoli=
cam declaratum fuiſſe ꝙ videlicet talia le
gittime fieri vel ſequi poſſint. Nec in hoc
excuſat ſed potius accuſat ignorātia craſ=
ſa et affectata. Nam nobis habere non li=
cet nec eſt de mente ſummorum pontificuȝ
bene informatorum ꝙ habeamus priuile=
gia aliqua que ſaltem ſine ſufficiente cau=
ſa maioris boni et ea ſubſiſtente puritati
et perfectioni regule derogent et perfectio
nem tanti ſtatus obſcurent et denigrent ꝛ
per que malum exemplum ceteris prebea
mus ſicut ſunt illa que ad temporalia (ꝑ
fratres ꝛ eoruȝ auctoritate et nomine) per
litigia publica exigenda et ad iura tempo
ralia ſic repetēda ꝛ iniurias ꝑſonales vin
dicandas nos diſponunt: et ſicut ſunt illa
que ꝛłam ſcām vel ipſius regularē vnita
tem obedientiam paupertatem et formaȝ
confundunt et relaxant ꝛ que de huiuſmo
di paupertatis vel obedientie euangelice
perfectione detrahunt: vel que directe vel
indirecte ad hec vel ſimilia nos inducunt
que ſalua regule paupertate ꝛ puritate ac
ordinis concordia et vnitate non poſſum⁹
habere. Et multominus licet nobis ea
per preces indebitas ſeu importunas

a ſummo pontifice extorquere et multominus licet nobis talibus vti. Uerũ qꝛ ſuper hm̃oi impetrationibus et priuilegijs et eorum ſubreptionibꝰ ꝛ nulleitatibus ꝑ alios egregios tractatus et queſtiones plenius tractatur maxime per Re. patrẽ magiſtrũ Johannem perrini. Jdeo pertranſeo breuitatis cauſa.

¶ Articulus tertius contra quoſdã deffenſores et introductores vniuerſalium et publicarum impuritatum ſeu relaxationũ vel transgreſſionum etiam pericularium.

Dicto inſup ꝙ multo peius eſt deffendere ac itroducere īpuritates vniuerſales q̃. ſ. ꝑ totã mltitudīez ſe diffũdũt ꝙ̃ īpuritates ꝑticulares q̃ ſcꝫ ꝑſonas paucas contingunt vel vnum conuentũ. Et per ſimile maiꝰ malũ eſt ponere vel deffenſare in ordine impuritates que ſunt diuturne duratiõis vel perpetuales et que ſunt in ſcandalum et malum exẽplum per totum mundum vel per totã vnã regionem et que abſcondunt et obſcurant pluribus lumen et perfectionem et exemplum tam perfecte vite. Et ideo certum eſt ꝙ rigoreꝫ vel perfectionem regule ꝛ conſtitutionum approbatarũ ordinis ac laudabilium conſuetudinum ſua negligentia vel contemptu relaxare ac relaxari quantum in ſe eſt voluntarie permittunt. aut etiam notabiles curioſitates et exceſſus locorum edificiorum aut vaſorum ſibi pcurare ꝙ̃tum ad nimiam ꝓcioſitatem materie ꝛ ꝙ̃tum ad curioſitatem forme in ſciſſuris picturis celaturis polituris vtenſilibus ciphis aut taſſeis vel coclearibus argẽteis: aut deauratis ꝛ ſimilibꝰ maxime extra eccleſias et extra vel preter diuinũ cultum: et quãtum ad quãtitatem locoꝝ: domorum: et palatiorum: et ꝙ̃tuꝫ ad magnas et ſuperfluas expenſas quotidianas ꝛ vitam nimis lautam: et ꝙ̃tum ad diuerſos ꝛ nimios ac ſcãdaloſos queſtus quos oportet pro tot ꝛ tantis ſuperfluitatibus et vanitatibus taliũ edificioꝝ et aliarum curioſitatũ ꝛ ſuperfluitatum ac nimioꝝ ꝛ nimis lautorum vel diuerſoꝝ victꝰ ꝛ potus ferculorum procurare et facere: ſunt periculoſe impuritates ffibus talia ꝓcurãtibus vel recipiẽtibus ꝛ retinentibus quacũqꝫ prelatorũ ſuorum licentia vel ꝓcurari facientibus aut talia in ordine vel loco aliquo īducentibus. Et ſpecialiter illis qui deffendunt eas et cogunt fratres vel licentiãt ad tales impuritates procurandas et ſectandas: maxime qñ ſunt occaſio relaxationis ad ſimilia in poſteros vel preſẽtes fratres vel vbi ꝛ qñ ſunt diuturne durationis: vel pro quanto magis ſe expãdũt ꝑ ꝓuītias vł per totũ ordinẽ. Et qꝛ nõ ſolũ ordinẽ relaxant ꝛ ſcãdaliſãt vel ꝑturbãt ſed etiã dant malũ exemplũ mũdo quẽ ecõtrario edificare ſua abiectione: pauptate: humilitate: abſtinẽtia: atqꝫ tẽporalium cõtẽptu ꝛ euãgelica vita ꝛ ſuo ſctõ exemplo deberẽt et maxime qꝛ dãt malã opinionẽ de tã ſctõ ordine et ſtatu: et qδ peius eſt obſcurãt mundo vitã ſãctiſſimã et ꝑfectionẽ euãgelicã ꝛ vite dñi nr̃i ieſu xp̃i quã tñ pre ceteris ꝓfitemur ꝛ de cuiꝰ titulo ſolũ ſine aliquo vł modico effectu ꝛ ſine penuria alq̃ reꝝ vtẽdaꝝ aut cibi vł potꝰ ipie ꝛ fictiſſime gł'iari volũt hodie multi moderni etiã nomẽ obſeruãtie ſtrictioris vel ſtricte reformationis ꝛ nõ rẽ falſo ſibiipſis aſſcribentes: et duplici iniqtate videlicet ypocriſis et tranſgeſſionis ſe ipſos et alios decipientes. Et tales vtiqꝫ timere debent merito maledictionem paternam beatiſſimi patris noſtri. F. talibus ab eo imprecatam. Qua fit (vt ſepius experimento certo videmus) ꝙ tales male et cito dies ſuos finiunt aut ab ordine apoſtatãt et fugiunt et tandem miſerabiliter et cito pereunt.

¶ Articulus quartus contra quoſdam cauſidicos indebite etiam per ſeipſos pro temporalibus ꝛ perſonalibus iniurijs ꝛ dãnis ſcandaloſe litigantes: et in quibus ꝛ qñ vel quomodo licite agi poteſt a fratribus vel pro fratribus.

Preterea licet pro iuſticia et veritate ſtatus ſuſtinenda et eorum que faciũt ad ipſius ſuſtentamenta licita deffendenda aut ipſius vera reformatione inducenda vel defendenda interdum cum oportet in iudicio ꝛ extra agere licitum ymo et meritorium ſit (ſeruatis debitis circunſtancijs ſtatui non repugnantibus et maxime vbi alia via pacifica talis non poſſunt tueri vel ad effectum deduci) tamen indifferenter fratres per ſeipſos vel ſuo nomine ꝛ auctoritate per alios litigare aut cauſas mouere pro ſepulturis vel pro iure ſepulturarum aut funeraliuꝫ aut pro iure locorum aut pro legatis nobiſ factis aut pro quacunqꝫ re mere temporali et tranſitoria vel perſonali et temporali iniuria: habendo principale intentum ſuũ

⁊ finẽ ad ipſa iura bona loca ⁊ tẽporalia ꝑn
cipaliter vel ad propriã ⁊ perſonalẽ iiuriã
vindicandã et ad propriũ tẽporale ⁊ corpo
rale commodũ: ⁊ tanq̃ ꝑ rebus ꝓprijs re=
petẽdis et exigendis eſt notabilis impuri=
tas: et precipue vbi eſt hoꝝ frequẽtia ⁊ mł
tiplicatio et longa cõtinuatio et multitudi
nis fratrũ ad hec iniciatio et feruida ⁊ alo
ſa incitatio: q2 hoc etiã in ſecularibus eſt
maior imꝑfectio q̃ꝫ propriũ habere et poſ=
ſidere: aut q̃ꝫ lucra mercationũ ſectari: pre
terq̃ꝫ in aliquibus caſibus ⁊ ſub certis cir=
cũſtãcijs imperfectionẽ eius ꝑ magna par
te tollẽtibus: vel niſi vbi ꝑ ꝓcuratores pa
pe et eccleſie Ro. auctoritate et noĩe ipſius
eccłie romane et pape et nõ fratrũ: et tota=
liter ſine ipſis fratribus talia debito mõ fi
erent. Nã alias ad procuratores ſeu offici
ales hmõi pape ſeu epoꝝ: ſeu quoꝛũcunq̃
alioꝝ recurrere ſic q̃ ꝑ talẽ recurſũ inſtin=
gentur ad cauſas et litigia etiã noĩe vel co
lore noſtro inferẽda ⁊ deducẽda ꝓ hmõi le
gatis vel elemoſinis nobis aſſignatis vel
pro ſepulturis ſeu funeralibus et cõſimili=
bus tẽporalibus bonis ſeu ꝓ iniurijs per=
ſonalibus et particularibus vindicãdis et
non hñdo principalẽ reſpectũ et finẽ ſuum
ad exonerationẽ cõſcientiarũ et ſalutẽ ala
rũ procurandã et cõmunẽ atq̃ neceſſariaꝫ
defenſionẽ et manutentionẽ euãgelici ſta=
tus noſtri ſapit impuritatẽ regule et etiaꝫ
quandã fraudẽ: nõ ſolũ cõtra paupertateꝫ
noſtri ſtatus per quã a cauſis tẽporalibus
et litigijs ſumme debemus eſſe ſemoti ſed
etiã cõtrũ ad ſimplicitatẽ/humilitatẽ/ paciẽ
tiã/et trãquillitatẽ ad q̃ pre ceteris ex nřa
regula ſumus aſtricti. Et precipue hoc eſt
verũ et clarũ qñ ſub tali mõ ad eos recurri
tur q̃ clerus et populus inde merito ſcãda
lizatur et perfectio vite euangelice et chri
ſti ieſu ĩ fratribus corã omnibus denigra
tur et cõgregatio fratrũ nře religionis ex
hoc ipſis oneroſa merito nõ añt grataꝫ red=
ditur. Et maxime etiã qñ hec fiũt vel fieri
procurãtur ſine quacũq̃ auctoritate domi
ni noſtri pape nec ipſius noĩe nec noĩe vel
auctoritate quoꝛumcũq̃ alioꝝ talia in ſua
iuriſdictione et proprietate habẽtiũ nec ꝑ
dictos procuratores dñi pape vel alioꝝ ꝓ
prietatẽ taliũ adhuc habentiũ et ſibi reti=
nentiũ ſed ꝑ ſeipſos fratres aut ab eis ſua
ſola auctoritate deputatos procuratores
vel eoꝝ ſimplices amicos ſpũales auctori
tatem dñi noſtri pape ad hec neceſſariã (et
q̃ eſt dñs et poſſeſſoꝛ olm rerum fratribus
legatarũ vel donatarũ) non habẽtes: q2 ta

les ſic agentes ſine licentia vel commiſſio=
ne domini pape pro talibus non ſolum ali
os ſcandalizant ſed etiam proprietarij ⁊ do
mini rerum quas ſic exigunt ⁊ pro quibus
iudicialiter agunt eſſe conuincunt: niſi foꝛ
te prelati qui velut ex officio ad ſibi licita
in ius et dominium pape tuenda et fratrũ
ſuoꝛum neceſſarijs et licitis vſibus diſpen
ſanda non ſibi ſed domino pape tali officio
committenti repetunt vel defendunt. Pro
inde ſicut ait dominus Nicolaus terci9 in
ſua decretali. Triplex viuendi modus ĩ re
gula noſtra prouidetur expreſſe ſcilicet vt
vel de his que offeruntur liberaliter vel de
his que mendicantur humiliter vel de his
que conquiruntur per laboꝛitium ſuſten=
tantur: quibus etiam quartus ex regła ip
ſa additur qui ad ꝑdictos viuendi modos
vel eoꝛum aliquem interdum referri põt.
Et hoc pro fratribus infirmis et induẽdis
per recurſuꝫ ad amicos ſpirituales ſeu de
putatos ab epiſcopis vel rectoꝛibus tẽpo=
ralibus aut ſpiritualibus ciuitatum vł ter
rarum iuxta antiquum oꝛdinis modũ aut
a domino papa vt ſunt eius procuratores
ad quos (non ſolum pro infirmis et fratri=
bus induendis ſed etiam pro alijs neceſſi=
tatibus que iuxta etiam declarationem
quattuoꝛ Magiſtroꝛum et nonnulloꝛum
alioꝛum per infirmos accipiuntur maxime
deficientibus elemoſinis ſeu tribus prefa=
tis viuendi modis ex regula ipſa et decla=
rationibus Nicolai tercij et clementꝫ quin
ti et alioꝛum poſſunt et debent miniſtri et
cuſtodes tantummodo et illi quibus etiaꝫ
per modernas oꝛdinis conſtitutiones ⁊ de
clarationes committitur auctoꝛitate com=
mittentium et dictarũ declarationũ ⁊ regu
le noſtre recurrere et neceſſitatibus fratrũ
cõgrue ſubuenire et pro talibus curã gere
re ſollicitam ſm loca et tẽpoꝛa ⁊c. vt dĩ re=
gula. Conſtat autem q̃ in nullo hoꝛũ mo=
doꝛum continetur mod9 (taliter ſua auc̃te
et noĩe et cum ſcandalo dato non grataꝫ ac
cepto) conquirendi per litigia aut cauſidi=
cationes ad litigia incitantes et ad litigio
rum negotia ſic ad plenum deducẽtes. Qui
dam enim noſtrum nolunt eſſe coꝛpus ĩ ta
libus cauſis mere tempoꝛalibus vt ſcꝫ per
ſe ſuo nomine et auc̃te et immediate agãt
et compareant in iudicio: ſed bene volũt eſ
ſe anima vt ſcilicet alios indifferenter inci
tent et moueant vt etiam ſuo noĩe et auc̃te
ad agendum et etiam ad expenſas ⁊ aduo
catos promouendum agant et cogant eos
⁊c. et iſto modo tẽpoꝛalia ſibi non cõmiſſa

alias tū ſibi neceſſaria ꝛ vtilia toto poſſe ſi
bi ipſis et ſuis vtilitatibus et cōmodis pro
prijs procurēt. Hūc igit̄ modū dico nō ſolū
eſſe impurū in regulā ſed etiā fraudulentū
Secus tamen eſſet vbi et quando medijs ꝛ
modis licitis et honeſtis ac precipue et pri
cipaliter propter exonerationem conſcien
tiarū aliquoꝝ indebite vel malicioſe reti-
nentiū caritate ſuadente et fratrū ſuoꝝ ſuf
ficienti neceſſitate cogente aut alias ꝑpter
maius bonū et ſine ſcandalo dato talia
quādoqꝫ fieri procurarētur ab executorib⁹
ꝛ a ꝓcuratoribus dñi pape noīe et auctori
tate pape ſine fratribus vel vbi ipſi procu
ratores proprio ſuo motu auctē ſibi deſup
a papa commiſſa et cōceſſa ꝛ nomine ipſi⁹
pape non fratrum ꝛ ſine ipſis fratribus ta
lia facerēt quia iſtis modis licitum eſt iux
ta regule expoſitores et declarationes pa
pales etiam modernas etiam ſeruata ſui
ſtatus et regule puritate. Item conformi-
ter ad has exceptiones et modos licitos:
in modernis orđ declarationibus ꝛ ſtatutꝫ
4. capitulo particula tercia habetur exce-
ptio talis vcꝫ. Secus tamen de agendo vł
defendendo pro reformatione et obedien
tia vel obſeruantia ſtatus regularꝫ aut re
gularium iurium ipſius obedientie et ob-
ſeruantie regularis (cum perfectio pax ob
ſeruantia vel obedientie et cure iura regu
laria ſtatus interdum ab aliquibus inde-
bite tolluntur aut denegantur vel violant̄
aut ſpoliantur in dampnum vel relaxatio
nem tanti ſtatus vel prouinciarum aut fra
trum ac iurium domini pape et eccleſie ro
mane tuitioni eorum ex officio vel alias cō
miſſorum) dicendum eſſe cenſemus: qꝛ pre
latis talia regule iura et alia neceſſaria ac
licita ad hec cuſtodie eorum commiſſa: in
ius et proprietatē romane eccleſie ſeu pa
pe directe vel indirecte committentis tali
officio: eorum tuitionem: vel ſaltem procu-
ratoribus pape et eccleſie romane repete-
re et exigere ac defendere modis cōgruis
(etiā in iudicio et extra ſi opus fuerit) non
ſolum licꝫ meritorie: ymo ad hec ex officio
et caritatis precepto obligantur per omia
iura: non quidem particularium exteriorū
et temporalium commodorum gratia: ſed
pro regularium iurium et perfectionū ſui
ſtatus et prouinciarum ac regule et bono-
rum atqꝫ iurium domini pape ꝛ eccleſie ro
mane manutentione ꝛ defenſione tuitione
vel obſeruantia hec, vbi ſupra. Igitur an
liceat nobis iudicialiter repetere legata et
funeraliū iura et ſimilia: dico ꝙ talia repe-
tere per modum ſimplicis inſinuationis ꝛ
humilis deprecationis facte tam debitori
bus ꝙ̄ executoribus ꝙ̄ alijs qui poſſunt ta
les inducere vel cogere alia auctoritate ꝙ̄
fratrum: euitato omni modo iuriſdictiōis ꝛ
impertinentis litigationis a fratribus ſeu
cauſidicationis licꝫ nobis repetere talia le
gata funeralium iura et ſimilia: in ꝙ̄tū no-
bis neceſſe eſt: et non aliter. Si vero procu
ratores domini pape (attenta neceſſitate
fratrum et locorum ſibi commiſſorum) pro
talibus agere velint iudicialiter et talia
in ius et dominium pape repetere ſine fra
tribus: hoc licite et meritorie facere poſſūt
Fratres quoqꝫ vbi et quando vident expe
dire etiam ad ipſos pro talibus: per modū
ſimplicis inſinuationis et humilis depre-
cationis: non per modum iuriſdictionis vł
auctoritatis recurrere poſſunt et rogare:
vt iuxta facultatem apoſtolicam ſibi deſu-
per commiſſam honeſte (ſeruatꝫ ſeruādis)
per ſe vel per ſubſtituendos ab ipſis in ta
libus prouideant tam apud cōſeruatores
ꝙ̄ apud alios iudices quib⁹ cōpetit. ¶ At
tendant nichilominus ꝙ licet aliqui domi
ni rectores eccleſiarum et prelati in iure ſe
pulturarum et funeralium et ſimilibus: et
in repudiatione predicationum et cōfeſſio
num indebite contra fratres et contra dei
honorem et animarum ſalutem excedāt ſe
pius ꝛ merito veniāt repꝛmēdi et cogēdi: in
hijs tamen reuerentiam humilitatē atqꝫ
modeſtiam tantam ſeruare debent fratreſ
ꝙ merito cunctis pateat ꝙ non auaricie vł
cupiditatis ſed iuſticie et veritatis atqꝫ fra
terne ſalutis et caritatis zelo talibus inſi-
ſtunt et contra tales grauatores et verita-
tis ac ſalutis animarū impugnatores me-
rito reſiſtunt et reſiſtere debēt. ¶ Quapro
pter referebat frater leo ſe aliquando au-
diuiſſe a beato Franciſco qui dicebat Ego
inquit volo per humilitatem et reuerētiā
primum ꝛ principaliter ꝯuertere prelatos
et ad hoc vos hortor. Et cū viderint veſtrā
ſanctam vitā et reuerentiā ad eos ipſi voca
bunt vos melius ꝙ̄ priuilegia vr̄a q̄ ducēt
vos ad ſuperbiā. Et ſi fueritis ſeparati ab
oī auaricia ꝛ inducatis populos vt reddāt
eccleſijs iura ſua: prelati rogabunt vos ꝙ
audiatis confeſſiones populi ſui: licet de
hoc non habeatis curare quia ſi conuerſi
fuerint: bene inuenient confeſſores. Hec il-
le ¶ Igitur exemplo xp̄i ſaluatoris noſtri
et beatiſſimi patris noſtri predicti: humili
tate / pacientia / veritate / paupertate / et ca
ritate / nobis certandum eſt primo et prin

cipaliter contra omnes: ⁊ hꝭs congruētiſ-
ſime ⁊ vtiliſſime ſuperabimus omnes: no-
bis prius (ordine recto) in hꝭs ſuperatis.

¶ Articulus quintus contra illos qui
ſibi annuas pitantias obligatorie reddē-
das vel annuos redditus et ſimilia imper
tinentia procurant ⁊ exigunt etiam ſuo no
mine et auctoritate etiam vbi aliter ex mē
dicatis vel oblatis viuere poſſent.

Conſimilit̄ quo
ꝙ procurare annuales pitā
tias obligatorie ſibi redden-
das ⁊ querere annuos reddi
tus obligatorie reddendos
vel annuas fundationes miſſarum obliga
torie cōtinuandas ⁊ tales exigere vel exi-
gi ꝓcurare etiam per procuratores dñi pa
pe vbi aliter per modos ex regula conceſ-
ſos ſuperius expreſſos viuere poſſēt: ⁊ pre
ter imminētes neceſſitates prouidere ſibi
vltra debitum ⁊ taliter ꝙ neceſſitatem quo
tidiane vel cōſuete mēdicationis excludāt:
et ſub ſpecie longioris prouidentie in futu
rum prouiſiones indebitas accumulare: vł
procurare ꝙ obſeruentur nimie pecuniaꝝ
copie pro eis etiam ſub ſpecie prouidētie
longioris in futurum ab hꝭs vel ab alꝭs
qui eas pro eorum neceſſitatibus cōgrue
ſupplendis recipiunt: vel ad eas ſeu ami-
cos ſpirituales procuratores pape eas re-
tinentes indefferenter (ſine debita auctori
tate commiſſione eorum quibus incumbit
ex regula et declarationibus et niſi in cau
ſis licitis ⁊ conceſſis recurrere ⁊ eſt notabi-
lis impuritas. Verū qꝛ iſta om̄ia ꝓlixiores
declarationes requirunt et per alias decla
rationes et maxime per modernas ordi-
nis cōſtitutiones et ſtatuta. Hec omnia ꝓ
lixius et clarius tractantur et pro ſerena-
tione conſcientiarum fratrum congruenti
us apoſtolica auctoritate determinantur
ideo ad ip̄as recurrēdū ⁊ illis ſtādū erit. vi
de ibi i q̄rto ⁊ .6. capłis ꝑ diuerſas particu
las ipſorum.

¶ Articulus ſext⁹ ꝯtra illos q̄ calciamētꝫ.
equitaturis veſtimētis p̄cioſis ⁊ alꝭs ꝓhi-
tis vtuntur indifferenter

Preterea dicere et
aſſerere ꝙ ordo noſter poſſit
ire ordinarie calciatus: aut
equitando ſine cogēte neceſ-
ſitate: aut ꝙ fratres poſſint indui de carleto
vel eque precioſis veſtibus et pannis etiā
laneis ſicut alꝭ eccleſiaſtici vel dñi aut ca-
nonici regulares: aut etiam vſum habere
agrorum et vinearum ad colendum et ex
ipſis contempta mendicitate vbi poteſt ha
beri totaliter viuendum / aut fructus ven-
dendum per ſe vel ſuo aut ordinis auctori-
tate: ⁊ cōſimilium eſt enormis blaſphemia
regule noſtre. ¶ Qualiter tñ hec ⁊ alia ſimi
lia intelligi ⁊ accipi atq̄ ſeruari melius et
cum debito moderamine debeant prolixi-
us et clarius nunc determinantur per ſu-
pradictas modernas apoſtolicas ⁊ ordis
declarationes et conſtitutiones. Ideo ad
eas recurrendum et illis ſtandum erit ſe-
cure. ¶ Itē dedicare ſe ad ſepulturas intui
tu cupiditatis non pietatis procurandas:
aut talibus nimium inſiſtere vbi non ē ne-
ceſſe cum impedimento meliorum bonoꝝ
et noſtro ſtatui noſtreq̄ vacationi magis
competentium: aut cum nota auaricie ⁊ cu
piditatis eſt nobis ſatis indecens imperfe
ctum et illicitum.

¶ Articulus ſeptimus contra pactio
nes ⁊ obligatiōes iuriſdictionales ſua au-
ctoritate facientes vel recipientes.

Preterea cū nulli
us rei ꝓprietatē vł iuriſdicti
onē habeāt ffes ſūmopꝫ ca-
uere dñt ne ad aliqua bōa tē
poralia ſub obligationis vin
culo hñda vel reddēda ſeip̄os obligēt qꝛ ta
lia ſic nō fiūt ſñ ꝓprietatis ⁊ iuriſdictiōis
titulo. Quapropter ꝯponere ꝓ funeralib⁹
ſeu ꝓ quacūq̄ re tp̄ali (ſi ꝓp̄e ſumat̄ v̄bū cō
ponēdi) ſapit quādā iuriſdictionē in eo q̄ ta
lē ꝑ ſe facit ꝯpoſitionē ⁊ ſeruat eā. Nichil
enim eſt dictu ꝙ homo cōponat de re vł ꝓ
re in qua nichil iuris habet. Si tñ ꝑ v̄bum
cōponēdi intelligit̄ aliq̄s ſimplex tractat⁹ ⁊
q̄dā ſimplex cōcordia abſq̄ oīs obligatiōis
vincło ⁊ abſq̄ acq̄ſitione alicui⁹ iuriſdictio
nis ſeu iuris et breuiter abſq̄ omni tracta-
tu iuriſdictionali: ſic non video ꝙ preiu-
dicet ſtatui noſtro. Sed videant qui in ta-
libus communiter errant et ſeipſos in hꝭs
et ſimilibus prouide corrigere ſtudeant: et
qualitatem atq̄ perfectionem tante noſtre
paupertatis agnoſcere et ſeruare in hꝭs ⁊
alꝭs: vt tandem benedictionem chriſti reci
pere mereantur qui ait. Beati pauperes
ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnum celo
rū. Qđ idē nobis miſericorditer concede-
re dignetur. AMEN.

PP.ii

## ¶ Sequuntur vii. effectus mirabiles ⁊ ſingulares vere paupertatis euãgelice.

P Auperes enim
euãgelici a deo electi et propter chriſtũ nichil in hoc mũdo poſſidentes.

¶ Paupertatis ipſius penuris purgantur a crimine.

¶ Ipſius erubeſcẽtia humiliantur in corpore.

¶ Ipſius parcimonia caſtificantur in carne.

Ipſius deuota gratitudine conſiliãtur ad proximum.

¶ Ipſius cõdeſcẽſiua benignitate configurantur ad chriſtum.

¶ Ipſius virtutis celſitudine ſurſũ agũtur in deum.

¶ Nam nulli dubiũ quin penuria purget.
Erubeſcẽtia humiliet Parcimonia caſtiget
Gratitudo accipiẽtis bñficiũ bñfactori cõſi
liet. Cõdeſcẽtio benigne ac volũtarie pau-
pertatis cõfiguret ad xp̄m. Celſitudo pau-
ptatis terrenis calcatis ſurſũ agit ĩ deũ: nõ
ſolũ ꝓpter ſpũs libertatẽ: verũetiã pp expe
riẽtiã icõmodorũ q̃ paupes cõmitãtur: dicẽ
te gregorio. Mala q̃ nos hic pmũt ad cele-
ſtia regna nos ire cõpellũt. Licet aũt auarꝫ
ſit penuria egeſtas: ſupbis erubeſcẽtia la-
ſciuis frugalitas indeuotis gratiarũ actio
ĩfidelib' cõformitas ad xp̄m: deſperatꝫ ele
uatio mẽtis in deũ. Th vere paupib', ſola-
tiũ eſt penuriã pati humilib' deſpici: cõtinẽ
tib' caſtigari: caritatiuis ꝯſiliari bñficio: cre
dẽtib' ꝯfigurari dño ieſu xp̄o: ſperãtib' ſeq̃
ſtrari a mũdo ⁊ ꝯiũgi benedicto ieſu xp̄o.
¶ Ad quoꝝ oĩm ꝯfirmationẽ ſufficit qḋ di
cit grego. pmo dyalogoꝝ. Sicut ſibi hono
rib' ſic plerũq; hũiles ſua deſpectiõe gratu
lãtur. Cũq; ſe in alienis oculis vileſcere ſẽ-
tiũt idcirco gaudẽt qꝛ hoc iudiciũ ꝯfirmari
intelligũt qḋ de ſe et ipi habuerũt. Itẽ di-
cũt aliqui. Qꝫ iſto modo vſ' paup eſt de ne
ceſſitate euãgelice pauptatꝫ vt. ſ. eſtimatio
ſapiẽtis ⁊ ei' iudiciũ ſic ferat ſup vitã ꝓfitẽ
tis pauptatẽ euãgelicã ⁊ abnegationẽ ꝓpe
tatis ꝙ pẽſatis circũſtãtijs debitis alibi no
tatis q̊ ad victũ veſtitũ ⁊ habitaculnm ⁊ ad
alia qb' vti pt iudicet vſ' merito paup accõ
modat' ⁊ ñ diues nec appropiat' penurioſ'
⁊ nõ opulẽt'. Qḋ ſi ſapiẽtis iudiciũ ſcḋm re
gulas ſctõꝝ nõ poſſit ſic ferri ſup vitã talis
ꝓfitẽtis quimmo ex ſue vite exceſſu etiã in
locis ſibi deputatis ꝓcurato vł volũtarie ꝑ
miſſo ⁊ ſic cõtinuato habeat eũ iudicare vſũ
opulẽtũ lautũ et nõ pauperẽ: habũdantem
nõ pnnuriã ſapientẽ hr̄e ⁊ ſcḋm vſũ talẽ in
cõuẽtibus ⁊ locis ſibi aſſignatis cõmuniter
vel frequẽter velle viuere: tũc ſtat' ei' ẽ per
iculoſ' ⁊ a tramite ſue perfectionis exclus'
qm̄ ⁊ in locis ⁊ ĩ veſtib' vtẽſilib' ⁊ cibarijs lo
coꝝ relucere ſemper debet vilitas ⁊ paup-
tas ſaltẽ moderata. Et ad obiectionẽ de ho
ſpitantib' in domib' potẽtum ſic dicit ꝙ nõ
ꝯuenit domos tales ad finẽ vt more gluto-
num ventrẽ impleant querẽ ſꝫ ſemper ſecũ
ſue pauptatis amorẽ portãt ⁊ ideo vbiq; ſe
vt pauperis vſus ⁊ tẽperati amatores mõ-
ſtrant pauptati cõformia diligẽtes tãq; cõ
ſona ſibi ⁊ amica: ⁊ alia eidẽ difformia fu-
giũt tãq; eis horrida ⁊ eoꝝ volũtati aduer
ſa. Et exemplo xp̄i ad eos declinãt qui vẽit
vocare peccatores ad pniam ⁊ ſic tempera
te illoꝝ bonis vtũtur ꝙ eoꝝ acceſſus ab ip
ſiſmet diuitib' ſi volũt eoꝝ ſigna pẽſare ma
gis zelo ſalutis eoꝝ vel neceſſitati aſcribi-
tur q̃ infrunito animo reputetur

¶ Seqtur ꝯſter De quattuor vtilita-
tib' pauptatꝫ ꝙ de quarũlibet eaꝝ alie oriũ
untur due vtilitates ⁊ ſic ſunt. xij.

H Uius autez pau
pertatis altiſſime q̃ ꝯſiſtit pri
mo ⁊ pncipaliter in pfecta ab
negatiõe iuriſdictiõis ⁊ ꝓpe-
tatis reꝝ tpaliũ ⁊ affect' eaꝝ
et ꝯſter in penuria vſus reꝝ exterioꝝ ꝓpẽ
deũ ⁊ figuratur p illã euãgelicã margaritã
ꝓ cui' pcioſitate ſũt oĩa vẽdẽda ⁊ diſtrahẽ-
da. ¶ Ualet ad quattuor vꝫ.

¶ Ad exterminiũ iniquitatis

¶ Ad exercitium pfecte virtutis.

Ad poſſeſſionem interne iocundatis et contemplationis.

¶ Ad publicatiõez euãgelice pdicatiõis

¶ Primo qdez valet ad expiationẽ culpaꝝ
pteritaꝝ. Eſt eñ camin' expurgãs ⁊ elimi
nãs ſordes vicioꝝ. Iuxta illud yſaye. Elide
in camino pauptatis qui ſcꝫ corp' p penu-
riã afficit. Grego. in omelia de lazaro ⁊ di-
uite. Mala inqt lazari purgauit ignꝭ iopie
⁊ bõa diuitis remunerauit felicitas trãſeũ
tis vite Illũ pauptas afflixit ⁊ terſit. Iſtuꝫ
habũdãtia remunerauit ⁊ repulit. Et infra
De paupibus ꝓo ſolicite pẽſate: qꝛ eoꝝ vi-
tã virga pauptatꝫ cruciat q̊uſq; ad rectitu-
dinẽ pducat. hec ille. ¶ Scḋo occaſionem
peccãdi ſubtrahit. Criſoſt. ſup epl'am ad he
breos ſmone. ij. Xp̄ianus ĩ pauptate cõſti-

tutus ꝙ tñ diuitiis magis irradiat qũo hic
eſt q̃ excludit a ſe ſupbie typũ. Nõ erit ar=
rogãs ſed patiẽs obtẽperãs pudicus ⁊ mi=
tis. Et iſdem. 8. Sectemur ergo pauptatẽ
maximũ quippe bonũ eſt: nichil em̃ opulẽti⁹
eo ꝙ paupertatẽ ſpõte diligit. ¶ Tercio ra
dices vicioꝝ abſcindit math. Si vis pfect⁹
eſſe ⁊c. Ubi abſcidit corporearũ reꝝ amor
ꝙ eſt prima radix vicioꝝ. Per eã etiã abſci
ditur ſcđa radix vicioꝝ. que eſt timor male
humilians: vñ dñs Nolite timere puſillus
grex et alibi. Nolite ſolliciti eſſe. ⁊c. Uñ cri
ſoſtomus. Hec eſt paupertas diues ſeruus
eſt paup obnoxius exiſtẽs dãpnis: ⁊ tribu=
ens omni volẽti ei nocere. Ille em̃ nõ timꝫ
proſcriptionẽ nec timet cõdempnationem.
¶ Seq̃tur. Ualde em̃ fortis eſt paup ⁊ non
hꝫ vñ iniuriã patiat. ¶ Ualet ſcđo pauptas
ad exercitiũ virtutis perfecte.

¶ Primo q̃ ꝑ eã ſtus acq̃ſita ꝓbatur Uñ
ambroſius libro. 2. de officiis Non poteſt
quis premiũ accipere niſi ꝙ legittime certa
uerit neq̨ gl'ioſa victoria vbi nõ fuerunt
victorioſa certamina Ideoq̨ dñs in euan=
gelio. Bti pauperes ſpũ ⁊c. Et gre. Qualis
apud ſe q̃ſq̨ lateat illata cõtumelia ꝓbat ꝙ
maxime cõſeq̃tur pauptatẽ. ¶ Scđo q̃ vir
tus ꝑ eã probata cuſtoditur Iheronimus
ad paulinũ Socrates magnũ auri põd⁹ ab
dicat nec putauit ſe virtutes poſſe ſimul et
diuitias poſſidere. Et greg. I omelia, Quid
em̃ ſunt terrena oĩa ⁊c. Et ſeq̃tur Nudi er=
go cũ nudo luctari debem⁹. Qui em̃ ad cer
tamẽ cũ diabolo ꝓperat veſtimẽta abiciat
ne ſuccũbat ne vnde ad votũ tegit ad caſuꝫ
inde teneat. ¶ Tercio virt⁹ cuſtodita per
eã in finẽ expeditius ꝑducit. Criſoſto. ſup
epiſtolã ad hebreos ſermone. 5. Non habẽ
tes diuitias nõ ꝓpterea doleam⁹: ſed ma=
gis gr̃as vniuerſorum dño deo referam⁹:
q̃ nos paruo labore eãdẽ mercedẽ poteri=
mus q̃ꝫ diuites ꝓmereri ⁊ ſi voluerim⁹ am
pliorẽ. Nã ex paruis magna lucramur. Et
qũo hoc fiat declarat actor. Nã euangelici
pauperes diſcurrentes per mundũ quot vi
dẽt neceſſitates in xp̄i fidelibus tot habẽt
cordiũ cruces et imolatiões in ſue pietatiſ
obtinere: qꝛ non ex dilectione ſed tempora
lis lucri acquiſitione xp̄m ſequi cupiebat.
Ut hierō. di. ¶ Tertio qꝛ perfectus quis
poteſt eſſe in omni vocatione in qua voca=
tus eſt: ſed non in omni vocatione hō pōt
eſſe in ſtatu pfectionis. Contingit em̄ ali=
quos in omni vocatione opera pfectionis
facere ſic perfectos eſſe: non tamen vouen
tes et ſic non eſſe in ſtatu pfectionis. Alios
vero contingit totam vitam ſuam voto ſe
obligantes ad perfectionis opera: ⁊ ſic eſſe
in ſtatu perfectionis: qui ſi non implent q̄
vouerunt conſtat eos perfectos non eſſe.
Ex quo ſequitur ꝙ multi ſunt in ſtatu per=
fectionis qui non ſunt perfecti ſed valde i=
perfecti et magni peccatores: et multi non
ſunt in ſtatu perfectionis qui ſunt perfecti
et ſancti viri.

¶ Scd̄ʒ notabile Qꝫ triplex ē pauptas

S Ecūdo principa
liter circa paupertatem notā
dū: ꝙ ſcd̄ʒ Chriſo. ſup Math.
triplex eſt paupertas. Una ē
ſimulatoria. Alia coacta ⁊ ne
ceſſaria. Tertia eſt ſpiritualis ⁊ volunta=
ria. ¶ Primo illi ſunt pauperes ſimulato=
rie qui et ſi expoliant ſe bonis temporali=
bus: non tamen expoliant ſe ſuperbia ⁊ ar
rogātia: ſed magis ſunt ſuperbi ꝯtēnendo
tēporalia q̄ȝ diuites in ſeculo diuitias poſ
ſidendo. vt di. Aug. in regula. ¶ Scd̄a ve=
ro paupertas coacta ⁊ neceſſaria q̄uis in
ſcriptura non dānetur: non tamen lauda
tur ꝙ ſit merito vel premio digna: qꝛ ſicut
nullū inuoluntarium poteſt eſſe peccatū et
dignum damnatione: ſic nullum inuolūta=
riū poteſt eſſe meritoriū ⁊ dignū p̄miatiōe.
¶ Sed tercia pauptas ſpūalis ⁊ volūtaria
per xp̄m eſt beatificata ⁊ laudata ⁊ merito
quia habet annexam temporalium volun=
tariam abiectionem: cordis hūiliationem
⁊ celeſtiū ꝯtēplationem. Hanc aūt paupta=
tem xp̄s aſſumpſit dicēte aplo .ij. cor. viij.
Scitis enim grām dn̄i noſtri ieſu xp̄i q̄ pro
pter vos egenꝰ factus in mūdo cū eēt diues
in ſua maieſtate (ſicut gloſa exponit) vt illi=
us inopia diuites eſſetis: ⁊ i hoc ꝯſiliuȝ do

¶ Quattuor modi paupertatis volūtarie
quoꝝ quartꝰ q̄ eſt euāgelicꝰ ⁊ aplicus ⁊ rle
minoꝝ alios p̄cellit i quatuor.

¶ Circa hanc pauptatem volūtarie ꝑpter
xp̄m aſſumptā in qua ꝯſiſtit perfectiōis ſta
tus. Notādum ꝙ quattuor modi inueniun
tur ſcd̄m beatū hierō. ¶ Primus modus
fuit p̄mo credētiū fideliū in primitiua eccle
ſia: q̄ vēdentes poſſeſſiones de p̄cio ipſarū
prouidebatur vnicuiq̄ ſicut opꝰ erat. Act.
iiij. ¶ Scd̄s modus fuit et eſt adhuc quorū
dam religioſoꝝ q̄ mundū ſpernētes: de la=
bore manuū ſuaꝝ victū et veſtitum ac alia
eis neceſſaria ſubminiſtrant: quō apoſtolꝰ
paulus vſꝰ eſt q̄n̄q̄ ne offendiculum daret
euangelio. vt ſcribitur .i. coꝝ. ix. ¶ Terciꝰ
modus fuit et eſt quorūdam religioſoꝝ et
monachoꝝ q̄ hn̄tes poſſeſſiones in cōmuni
de fructibꝰ et ꝓuentibꝰ ipſarum ꝓuidentur
oībus neceſſaria vite. Nullꝰ nāq̄ dȝ eligere
talē pauptatem: in qua ſubtrahat ſibi poſſi
bilitatē ꝓuidendi in neceſſariis et reqſitis
ad ſuſtentationem vite. ¶ Quartus modꝰ
eſt quorundam religioſorum mendicantiū
qui ſpiritualibus vacātes et doctrinā euā
gelicam predicantes: de his que a fidelibꝰ
perſonis inferuntur in voluntaria pauper
tate viuunt. Quamuis ergo omnes iſti mo
di viuendi in pauptate voluntaria ſint bo
ni et meritoꝛij: iſte tamen quartus modus
perfectior ⁊ ſecurior eſſe dicitur et vite xp̄i
et apoſtolorum conformior ꝑpter quatuor
¶ Primo quia ſollicitudinem temporaliū
minus habet annexam q̄ȝ alij modi.
¶ Secundo quia ad ſpiritualium contem
plationē maiorē diſpoſitionem hȝ cōiūctā.
¶ Tercio qꝛ ad recompenſationem eorum
q̄ recipiunt maiora bona ſubminiſtrat.
¶ Quarto quia per imitationem modi vi=
uendi chriſti et apoſtolorum maiorem con
formitatem habet. Scribitur enim Luce.
viij. ꝙ mulieres multe ſequebantur chriſtū
miniſtrantes de facultatibus ſuis

¶ De altiſſima paupertate ex inſtitutio
ne chriſti et regule minorum qualis ſit.

¶ Sed ſpecialiter loq̄ndo de altiſſima pau
pertate voluntaria. Notandum ꝙ pauper
tas ex inſtitutione chriſti et regule fratrū
minorum ſecundum beati Franciſci inten
tionem et inſtitutionem eſt plene exꝓpria
tiua: ita ꝙ nichil nec in proprio nec in com
muni nec in ſpeciali poteſt ſibi appropria=
re ne aliquis frater nec totus ordo: qđ ſub
his verbis exprimitur. Fratres nichil ſibi
approprient: nec domum: nec locum: nec a=
liquam rem. Et dicitur nichil: quia ſcd̄m
ſummos pontifices ordo nec in cōmuni nec
in ſpeciali habet talium proprietatem: ſed
ſimplicem vſum facti et non quemcunq̄: ſȝ

tenuē pauperē et arctū vſū: vt dicit clemēs papa in declaratiōe ſua exponēdo hoc ca-p̄lm: ⁊ hoc ſiue in neceſſitatib⁹ corporalib⁹ ſiue in ornamētis eccl'ie et vtenſilibus.

¶ De vſu paupere moderato rerū fūdā do et omnis proprietatis ⁊ iuriſdictiōis rerum vitatione.

¶ Sed vt clarius intelligat̄ quod dictū eſt de tenui paupere et arcto vſu nota declarationē dñi clementis pape. v. dicentis circa hoc Ex predictis aūt ſuccreuit non parum ſcrupuloſa q̄ſtio inter fratres: vꝫ vtruꝫ ex profeſſiōe ſue regule obligētur ad arctum et tenuē ſiue pauperē vſuꝫ rerū. Quibuſdā ex ipſis credētib⁹ et dicētibus: ꝙ ſicut quo ad dñiū reruꝫ habent ex voto abdicationē arctiſſimam: ita ipſis quo ad vſū arctitudo maxima ⁊ exilitas eſt indicta. Aliīs econtrario aſſerētibus: ꝙ ex profeſſiōe ſua ad nl'lū vſum pauperē qui nō exprimat̄ in regula obligant̄: lꝫ teneātur ad vſū moderatū tēperātie ſicut et magis ex cōdecēti ꝗ̄ ceteri xp̄iani. Volentes itaq̄ʒ nos cōſcientiaꝝ fratrum ꝓuidere quieti et his altercatiōib⁹ fīnem dare: declarādo dicimus: ꝙ fratres minores ex profeſſione ſue regule ſpecialiter obligātur ad arctos vſus ſeu pauperes q̄ in ipſoꝝ r'la continētur: et eo obligationis modo ſub quo cōtinet ſeu ponit r'la dictos vſus. Dicere aūt ſicut aliqui aſſerere ꝓhibentur: ꝙ hereticum ſit tenere vſum pauperem includi vel nō includi ſub voto euāgelice paupertatis preſumptuoſū ⁊ temerariū iudicamus. Hec clemens papa v. Et q̄ꝛ dictū eſt ꝙ dominiū rerū et poſſeſſio excluditur a regula fratrū minoꝝ et vſus paup̄ arctus ſeu moderatus includit̄ infra ſubſtantiā eiuſdem regule ⁊ intra votū ſeu profeſſionē ipſoꝝ notandū ꝙ vſum pauperēꝫ arctū vel moderatū ſic intelligo includi in voto r'le n̄re et euāgelice paup̄tatꝭ ꝙ q̄ndā rerū vſū ſimpl'r reicit ⁊ interdicit: q̄ndā ſimpl'r exigit: quendā ꝟo ſub rōabili circūſtāciaꝝ moderamīe reſtrīgit. Reīcit namq̄ʒ ſimpl'r vſū pecunie poſſeſſionū ac cenſuū ſeu redditū. Exigit vero ſimpl'r in quocūq̄ʒ vtibili extraneitatē aſpectū et affectū: vt ſcilicꝫ re qua vtitur frater minor vtatur ſimpliciter vt non ſua. Sicut eīm omne ius ſiue omnis iuriſdictio rerū tēporaliū eſt nobꝫ ex regula interdicta: ſic vſurpatio ſiue defēſio ſeu vendicatio omnis iuris. In his vero q̄ ad victum et veſtitum diuinum cultum et ſapientiale ſtudium ſpectant ſub rationabili circunſtanciarum moderamine vſuꝫ arctat et reſtringit. et hoc tam reſpectu p̄ntꝫ temporis ꝗ̄ futuri quia perſonarum qualitas/temporum varietas/ locorum conditio/officiorum noſtri ſtatus executio/⁊ nōnulle alie circumſtancie plus minuſue: ac aliter et aliter prouideri requirūt. Hāc autem moderantiam que nichil aliud ē ꝗ̄ medium paupertatis virtutis non ſecundum rem ſed ſecundum rationis adequationeꝫ ſumptum non intelligo ſic preciſe īcludi in voto regule noſtre et euangelice paupertatis: ꝙ omnis exceſſus et immoderantia ſit mortale peccatum aut voti ſubſtāciā interimens ſed ſolum quando eſt talis ac tāta ꝙ merito cenſeri debeat enormiter ledere ſtatum euangelice paupertatis Alie autem immoderantie tanq̄ʒ peccata venialia cenſebuntur: et ad tranſgreſſionem voti non aliter reducuntur ꝗ̄ peccata vēialia ad tranſgreſſionem preceptorum. Nec mirandum eſt an illa reductio ſit per ſe aut ꝑ accidens ſeu per occaſionem.

¶ Et attende Qꝫ (vt quidam allegant) ſanctus bonauentura non qualemcunq̄ʒ paupertatem defendit: ſed illā quam vocat penurioſam et euangelicam et que ad arctū ſeu moderatum neceſſitatis vſum ſeruādū ſe voto aſtringit: et hanc aſſerit eſſe chriſti et diſcipulorum eius et beati. F. et ſue ſancte regule profeſſorum. Et hoc patet in toto decurſu apologie eius. Et de hac dr̄ ī eodem libro capi. ix. ꝙ hec ſpiritum ſubleuat tanq̄ʒ ea que in celis totaliter theſaurizat ꝑfecte eam promittenti ſuadet omnibus temporalibus denudari quantum ad affectum et dominiū: et arcta ſuſtentatione neceſſitatis eſſe contentum ꝗ̄tum ad vſum. Et hic eſt ipſius modus ſeu medietas ꝙ ſic relinquit dominium: ꝙ non reīcit vſum Sic recipiat vſum ꝙ non reſeruet dominiū ſic arctationem vſus ſeruet: ꝙ non ſuſtentationem nature neceſſariam vitet. Sic neceſſitati nature ſubueniat: ꝙ ab arctitudine ſeu moderamine vſus nō recedat. Hec ꝓdictus ſctūs bonauētura ⁊ doctor q̄b⁹ nichil clarius ad propoſitum dici poteſt.

¶ Differentia inter proprietatem: vſū/ fructum/vſum iuris/et vſū ſimplicē facti.

¶ Et nota ꝙ iſta multum differunt dominium/ proprietas/ vſus fructus/ vſus iuris/et vſus ſimplex facti.

¶ Dominiū eſt ius habēdi poſſidendi fruendi et vtendi ac diſponendi de aliqua re pro libito voluntatis vel ſecundum aliquē determinatum modum a quadaꝫ ſuperioritate vel auctoritate diffinitum. ¶ Proprietas propriꝫ capitur pro dominio et iō ideꝫ

eſt dicere cauſa ꝓprietatis ſicut cauſa do=
minij. Ideo religioſus non poteſt eſſe pro=
prietarius niſi ſibi vſurpando alienum cū
non ſit dominus et per conſequens cōmit=
tit furtum. ¶ Uſuſfructus eſt ius alienis
rebus vtendi fruendi ſalua rerum ſubſtan
tia quia eſt ius in corpore quo ſublato τ ip
ſum tolli neceſſe eſt. ff. de vſufructu. l. i. inſti
tuta eodem titulo in principio.

¶ Uſus eſt ius vtendi rebus alienis ſalua
rerum ſubſtancia ſecundum azonem in ſū
ma. Et differt vſuſfructuarius ab emphite
ota: quia ille habet vtile dominium: iſte ſo
lum ius vtendi. Item differt ab vſurario.
Nam is cui nudus vſus fundi datur: ni=
chil habet vlterius in eo niſi oleribus po=
mis feno et huiuſmodi vtatur, ad vſū quo=
tidianum et in eo moretur: ſʒ nulli alū ius
quod habet aut vēdere aut locare aut gra
tis concedere poteſt. Sed vſuſfructuarius
ſic. Inſtituta de vſu et habitatione. §. i. Mł
to magis differt⁹ ab vſu ſimplici non iuris:
ſed facti quo fratres minores vtuntur: in
quo vſurarius nichil habet: ſed tantum fa
cti vſum pro neceſſitate vite. De verbo=
rum ſignificatione. c. exijt qui ſeminat. lib.
vi. Ubi Nicolaus tercius ſic ait. Nam cuʒ
in rebus temporalibus ſit conſiderare do=
minium/ proprietatem/ poſſeſſionem/ vſuſ
fructum/ ius vtendi/ et ſimplicem facti vſū
et vltimo tanꝙ neceſſario egeat: licet p̄mis
carere poſſit vita mortalium/ nulla prorſ⁹
poteſt eſſe profeſſio que a ſe vſum neceſſa=
rie ſuſtentationis excludat. Uerū condecēs
fuit ei profeſſioni que ſe ſpōte deuouit xp̄ʒ
pauperem in tanta paupertate ſectari: om
nium a ſe abdicare dominium et rerum ſi=
bi conceſſarum vſu neceſſario fore conten=
tam. Nec per hoc ꝙ proprietatem vſ⁹ τ rei
cuiuſcunꝙ dominium a ſe abdicare videt̄
ſimplici vſui omnis rei renunciatum eē cō
uincitur: qui inꝙ vſus non iuris ſed facti
tantummodo nomen habens quod facti ē
tantum: in vtendo prebet vtentibus nichil
iuris. Hec Nicolaus papa. Hec dicta ſūt vt
pateat qualis et quanta ſit paupertas al=
tiſſima euangelica que fratribus minori=
bus in regula eſt indicta. Unde patet quo
modo ſuperfluitas fratribus interdicitur
vt dicit Nicolaus et clemens papa: que ſe
cundum aliquos regule expoſitores preſer
tim Bartho. de piſis attenditur In nume=
ro quia duo ſuperfluunt ſi vnum ſufficit.
In q̄titate multum ſuperfluit: ſi paruʒ ſuf
ficit. In ſumptuoſitate ſumptuoſum ſi vile
In decore ſpecioſum: ſi deſpicabile. Sequi
tur ergo ꝙ nec talium vſum ſuperfluū fra
tres poſſunt habere ſaltem vbi notabiliter
excedunt et a moderamine vſus et rerum
vtendarum recedūt. Ex quo euidenter ptʒ
quantum apud multos fratres et conuen=
tus religio minorum longe receſſit et deui
auit a ſuo principio. Nam fedum eſt ꝓpha
numꝙ mendacium ſumme paupertatis ꝓ
feſſorem ſe aſſerere: et rerum penuriam pa
ti nolle. Interius inſtar diuitum affluere τ
exterius more pauperum mendicare: vt ſā
ctus bonauentura dicit. Ueruntamen ſu=
perius declarate moderationi fratres lici
te ſtare poſſunt. ſeruata regule puritate τ
declarationum eius

¶ Tercium notabile Quid ſit di
ſpenſatio

TErcio notandū
principaliter: ꝙ diſpenſatio
eſt iuris communis relaxatio
facta cum cauſe cognitione
ab eo qui habet ius diſpēſā=
di ſecundum gloſam infra. q. i. §. niſi rigor.
Unde diſpenſare eſt diuerſa penſare: quia
qui vult diſpenſare debet omnia de quib⁹
fit ibi mentio penſare. Unde diſpēſatio vo
catur vulnus: quia vulnerat ius commune
quod fieri non debet ſine cauſa legitima.
Unde diſpēſatio facta ꝙ frater minor poſ
ſit habere/ recipere/ τ contrectare pecuniā
vulnerat regulam beati. F. et ſtatum toti⁹
religionis minorum videtur dehoneſtare
cum non habere vel recipere pecuniā fue=
rit ſemper inſigne paupertatis prefate re
ligionis minorum inter religiones mendi
cantium. Item dicitur in deſcriptione di=
ſpenſationis facta cum cognitione cauſe.
Ubi notandum ſecundum panormitanum
capitulo diuerſis: de clericis coniugatis: ꝙ
in his que ſunt mere et pure iuris poſitiui
ſufficit principis volūtas. i. pape: ſed in in=
feriore requiritur cauſe cognitio: ſed i his
que non ſunt iuris poſitiui pure ſed iuris
diuini (vt in voto et iuramento et huiuſmo
di) requiritur cauſe cognitio etiam in prin
cipe Unde ſi fiat ſine cauſe cognitione non
meretur dici diſpenſatio ſed diſſipatio.

¶ Que dicatur diſpenſatio debita
prohibita et permiſſa

¶ Notandū vlterius ꝙ diſpenſationū ali=
qua eſt debita: aliqua prohibita: aliqua ꝑ=
miſſa. ¶ Debita eſt diſpenſatio facta aut
ratione tēporis aut perſone vel pietatis vł

neceſſitatis: vel vtilitatis eccleſie: vel euen-
tus. Et de ſingulis horum vide pma. q. vij.
§. niſi rigor et capitulis ſequentibus vſꝗ
an. §. ecce. Et breuiter vbicunꝗ ſubeſt iu-
ſta et legitima cauſa diſpenſandi. ¶ Diſ-
penſatio vero prohibita eſt vbicunꝗ non
poteſt fieri ſine manifeſta eccleſie decolo-
ratione vel ſtatus alicuius religionis. vt ꝙ
fratres minores habeant bona immobilia
vt poſſeſſiones redditus annuales iure le-
gati vel ex hereditaria ſucceſſione: et ꝙ poſ
ſint adire hereditates parentum habere ꝛ
recipere pecuniam: patet euidenter eſſe cõ
tra regulam eorum cap. Fratres nichil ſi-
bi appropient: nec domum nec locum nec
aliquam rem ꝛc. ſecũdum ꝙ expreſſe deter
minauerunt ſummi pontifices. ſ. Nico. iij.
de verborum ſignificatiõe cap. Exijt qui ſe
minat. lib. vj Et cle. de verborum ſignifica
tione. ca. exiui de paradiſo. in clementinis
et plures alij ſummi pontifices: ꝛ talis fuit
intentio beati Fran. expreſſa et etiam om-
nium ſanctorum patrum et doctorũ ordi-
nis qui dixerunt regulam minorum funda
tam in arctiſſima et altiſſima paupertate.
vt clare pꝫ ex ſupradictis in ſecundo nota
bili principali. ¶ Itẽ diſpenſatio eſt prohi
bita et illicita vbicũꝗ non eſt iuſta cauſa
diſpenſandi. infra. q. vij. ca: Et ſi illa. Ubi
Gelaſius papa. Et ſi illa nõnũꝗ ſinẽda ſũt
que ſi ceteroꝝ conſtat integritas nocere tñ
ſola non valeant illa tamen magnopere p̄-
cauenda ſunt que recipi ſine manifeſta de
coloratione non poſſunt. Diſpenſatio autẽ
permiſſa aliqñ in caſu. vt. l. diſtinctiõe. ſi qs
pſbiter. et in multis caſibus iura pmittunt
diſpenſationem. ¶ Notãdũ ꝙ diſpenſatio
impetrata ſine cã legitima aut tacita vita
te aut ex falſa cauſa nulla eſt quo ad deũ ꝛ
quo ad eccleſiam. Unde diſpenſatus a pa-
pa in hijs que ſunt iuris diuini vt in voto ꝛ
in iuramento hmõi ſine cã iuſta nõ eſt tu-
tus quo ad deũ ſecundum panormitanum
de voto et voti redẽptione cap. nõ eſt voti.
Ex quo infert dictus panormitanus ꝙ nõ
eſt tutus religioſus cum quo papa diſpen
ſat ſine cauſa iuſta vt tranſeat ad laxiorẽ
religionem. Multominus ſi diſpenſat in ali
quo precepto regule ſue puta ꝙ indifferẽ-
ter contractet et recipiat pecuniam ¶ His
notabilibus tribus p̄miſſis ponuntur tres
concluſiones conformiter ad dicta nota-
bilia cum ſuis correlarijs. Quarum prima
eſt iſta.

¶ Prima concluſio q̄d ſit religio ꝛ ꝙ
quattuor ſũt neceſſaria exiſtẽtib⁹ i ſtatu re
ligionis.

STatus religiõis
eſt quidam ſpãlis modus vi-
uendi in eccleſia militãte voto
ſolẽni firmat⁹ in quo quaſi in
ſchola virtutũ p modũ diſcipli
ne deo famulando tenditur ad ſpecialem
perfectionem caritatis ¶ Probatur prima
pars. Qꝛ perfectio ſtatus conſiſtit in ſequẽ
do chriſtum et relinquẽdo omnia propt chri
ſtum: vt Mathei. decimonono. Si vis per-
fectus eſſe vade vende omnia que habes
et da pauperibus et veni et ſequere me.
Sed iſtud eſt proprium religioſis. ergo ſta
tus religionis eſt quidam ſpecialis mod⁹
viuendi. ꝛc. ¶ Ubi aduerte ꝙ ad talẽ mo-
dum viuẽdi quattuor requiruntur. ¶ For
maliter quidem neceſſaria eſt caritatis p-
fectio ſaltem acquirenda. ¶ Efficienter ve
ro trium principalium votorum obligatio
quod eſt eſſentiale in qualibet religione ap
probata ¶ Tercio inſtrumẽtaliter. ſ. corpo
ralis in ieiunijs ꝛ vigilijs et huiuſmodi ex
ercitatio ꝛ regularis obſeruatio. et ſecũdũ
iſta vna religio eſt arctior alia ſecũdũ re-
gulam propriam aut cõſtitutiões illi⁹ reli-
gionis. ¶ Quarto exẽplariter modi viuẽdi
xpi ꝛ aplroꝝ imitatio. Et ſcdm iſtũ vltimum
ordo ffm minoꝝ magis et ſtricti⁹ imitatur
modũ viuẽdi xpi ꝛ aplroꝝ ei⁹ ꝗ q̄cũꝗ alia cũ
nec in cõi nec in ſpali poſſeſſiones aut aliq̄d
aliud habeãt niſi ſimplicẽ vſũ facti. Scda
ps cõcluſionis ſcꝫ ꝙ ſtat⁹ religionis ẽ qua-
ſi ſchola virtutum in qua tenditur ad pfe-
ctionem probatur auctoritate beati Ber-
nardi in eplã. Ordo ſeu religio noſtra ẽ ſtu
dere ꝛ ſe exercere in vigilijs ꝛ orationibus
ꝛ opere manuũ ꝛ ſup oĩa excellẽtiorẽ viã te
nere q̄ eſt charitas. Porro in oĩb⁹ his pfice
re de die i diẽ ꝛ i ipis pſeuerare vſꝗ ad vlti
mũ diẽ. hec ille. Et ſic pꝫ pria cõcluſio pncia
palis ex quo infero.

¶ Primũ correlariũ. ꝙ religio ẽ ſtat⁹ perfe
ctionis acquirende non autem acquiſite.

Primo ꝙ religio ẽ
ſtatus pfectionis acq̄rẽde nõ
aũt acq̄ſite i q̄ pfeſſores eiuſ-
dẽ tñ in ſchola obligãt ten
dere ad ſpecialẽ perfectionē
charitatis. ¶ Probatur prima pars: qꝛ ſe-
cundũ ſco. lib. iij. diſt. xxxviij. Status reli-
gionis differt a ſtatu epoꝝ q̄tũ ad pfectio
nem quia epiſcopi ſunt in ſtatu pfectionis
exercende qꝛ ſũt pfectores ꝛ purgatores

ſeu illuminatores ſubditoꝝ. Religioſi vero ſunt in ſtatu perfectionis acquirende. quia ſunt perficiendi tanꝗ̃ ſubiecti et diſcipuli in ſcola virtutum. Aſſumunt autez ſtatum perfectionis non quaſi profitentes ſe eſſe perfectos ſed quaſi profitentes ſe ad ꝑfectionē tendere: nec propter hoc cōmittūt mendacium aut ſimulationem ex hoc ꝙ nō ſunt perfecti qui ſtatum perfectionis aſſumunt: ſed ex eo ꝙ ab intētione perfectiōis animū reuocāt. Per hoc patet ſecūda pars correlarij.

¶ Correlarium ſcōm. ꝙ ſtat⁹ religionis ſuperaddit aliqua obligatoria.

## Secundo infertur

Religio ſic eſt ſtatus perfectionis acquirende ꝙ obligat ſuos profeſſores ad aliqua ad que non religioſi inquātū hmōi nō obligantur. ¶ Probatur Qꝛ in ſtatu perfectionis dꝛ quis eſſe proprie non ex hoc ꝙ habet actum dilectionis perfecte: ſed ex hoc ꝙ obligat ſe perpetuo cum aliqua ſolēnitate ad ea que ſunt perfectionis vt pote ad tria vota religiōis. Cōtingit aūt ꝙ aliq̄ ſe obligant ad ea que ſeruant: ⁊ aliqui implēt ea ad q̄ nō ſe obligauerūt. Primi dn̄r eē in ſtatu perfectionis licet non ſint perfecti. Alij aūt. ſ. ſcdi ſūt perfecti licet nō ſint in ſtatu perfectionis igit̄ non ſūt in ſtatu perfectionis religioſi qꝛ ad ea q̄ ad perfectionē ꝑtinent ſunt perpetuo obligati ⁊ cō ſolēnitate profeſſionis: nō aūt alij ſeculares. quia hmōi voto vt regularibus obſeruantijs nō ſūt ſolēniter obligati. ¶ Et licet ad aliqua vota vel hmōi ſint aliquādo voto ſimplici vel priuato obligati tn̄ finaliter cum eis poteſt diſpenſari nō autem ſic cnm alijs.

¶ Terciū correlariū ꝙ ōis religio vocat̄ ordo ⁊ de triplici genere monachoꝝ: et de religionis obligatione.

## Tercio infertur.

Ōis religio vocat̄ ordo ꝑꝑ inſtitutos modos tēdendi in finē ſuū vt ordo minoꝝ. ordo p̄dicatoꝝ. ordo mōachoꝝ: ad q̄ſ modos ſic obligāt̄ oēs ſtatū religiōis ꝓfitētes adeo vt nō obſeruantes maxis ꝑiculis ſue ſalutis ſubiaceāt. Pꝫ p̄ra ꝑs hui⁹ tercij correlarij. Qꝛ ſic eā vocat papa: Greg. x. extra de religioſis domibus. li. vi. c. vnico. Ubi ſic ait Diſtricti⁹ ꝓhibem⁹ ne aliq̄s de cetero nouū ordinē aut religionem inueniat aut hitū religiōis aſſumat. Ubi nota ſcd̄m Hiero. i ep̄la ſua. c. iij. ꝙ ſūt tria gn̄a mōachorū ſeu religioſoꝝ i gn̄ali. ¶ Primi dn̄r ſerabite diſcurrētes hicinde ⁊ viuētes i ſpū libertatis q̄ dicūt ſe xp̄m ſeq̄ in eo ꝙ circuibat ciuitates ⁊ caſtella. q̄ etiam ꝓp̄e dn̄r circūcelliones quaſi ꝑ diuerſas cellas ſemꝑ vagātes: cōitates frm̄ ſꝑ fugiētes. Hij ſatꝫ vituperāt a doctorib⁹ ⁊ i iure. x. q. i. c. q̄dā monachi. Hos videt̄ q̄dā ex nr̄is imitari a curia romana vl̄ a gn̄ali miſtro lr̄as impetrātes vt ꝑ ſe ⁊ in ſua libertate valeant cellas et heremitoria edificare ſuo mō viuere: ⁊ ꝑ caſtella ⁊ ciuitates diſcurrere ⁊c̄. ¶ Scdi dn̄r anachorite. i. ſolitarij viuentes ab ana qđ eſt ſurſū ⁊ chor⁹ q̄ſi celeſtes choros mēte cōtemplātes. Iſti dicūt ſe xp̄m imitari i eo ꝙ ſolus agebat in deſertis. Lu. iiij. Et in montē aſcendit ſolus orare Math. xiiij. Hi traxerūt initiū ab helya vel a iohanne baptiſta ⁊ ſꝫ btm̄ thomā: ſcđa. 2. q. clxxxviij ar. viij. Cuius vita ſolitaria ſi debite aſſumitur p̄minet vite ſociali ſicut qđ iā ꝑfectū ē exercetur tn̄ ſi vita ſolitaria abſq̄ precedēti exercitio aſſumatur: ē ꝑiculoſiſſima niſi ꝑ diuinā gratiā ſuppleat̄ qđ in alijs ꝑ exercitiū acq̄ritur ſicut i btō antonio ⁊ btō bn̄dicto. Uita ei ſocialis neceſſaria eſt ad exercitiū ꝑfectionis qꝛ mutuo ſe inſtruūt v̄bo et exēplo ac correctione et ad perfectū ꝑducūt. Solitaria cōpetit iā ꝑfectis q̄ alioꝝ regimie nō idigēt ſꝫ ſolū ſpū dei agūtur. Un̄ Hiero. in ep̄la ad ruſticū monachū Tractādū eſt vtrū ſolus an cū alijs i mōaſterijs viuere debeas. Michi placet vt habeas ſctm̄ ꝯtuberniū. i. ſocietatē ne ip̄e te doceas: ⁊ abſq̄ doctore igrediaris viā quā nūꝗ̃ igreſſ⁹ es. Hāc igitur vitā nō dn̄t aſſumere niſi ꝑfecti ⁊ in religione ꝑfecte exercitati ⁊ ꝓbati. ¶ Tercij dn̄r cenobite. i. in ꝯgregatiōe viuētes a cenon qđ eſt cōe. ¶ Hij videtur exorti ſub heliſeo q̄ cōſtituit cuneū ꝓphetaꝝ id eſt religioſorum ſecundum gloſam. iiij. regum. iiij. Sed fuerunt renouati a chriſto qui diſcipulos habuit pariter habitantes et in cōmuni viuentes cum quibus in montē aſcendens docebat eos. Math. v. Iſti cenobite habent diuerſos modos viuēdi qui dicuntur ordines ꝓpter ordinatū modum viuendi ſcd̄m regulas ⁊ conſtitutiones eorū quas ꝓfitētur ⁊ ad diuerſa deputātur. ſ. vel ad vitā actiuā vel cōtēplatiua aut mixtā: ſcđꝫ ꝙ iſtituti ſūt dicti ordines. Et ſic pꝫ prima pars correlarij. Secunda pars probatur: ſcꝫ ꝙ qui ſtatum religionis ꝓfitetur

tenentur obſeruare. ¶ Pꝛobatur ſic. Aſſumens aliquẽ ſtatũ tenetur ſeruare ſpectantia ad ſuũ ſtatũ: ſed profitẽs religionẽ aſſumit ſtatũ religionis: ergo tenetur ſeruare ea que ſpectãt ad ſtatũ ſue religionis ¶ Pꝛobatur maioꝛ qꝛ factus ꝓlatus tenet̃ ſeruare ea q̃ ſpectant ad ſtatũ prelationis Simil'r ſacerdos ſeruare tenet̃ q̃ ſpectant ad gradũ oꝛdinis ſacerdotalis. Sil'r chꝛiſtianus tenet̃ ſeruare q̃ ſpectãt ad ſtatum xp̃ianitatis. Dato etiã ꝙ nõ ꝓmiſerunt explicite ⁊c. Igit̃ religioſus aſſumẽs ſtatum religiõis tenet̃ ſeruare ea q̃ ſũt de ſubſtancia religiõis vel ſue regule: alioquin ſe exponit damnationi eterne ⁊c.

¶ Quartũ coꝛrelariũ ꝙ religioſi nolentes ſubici regule nec ſtatutis nõ poſſũt niſi damnabiliter moꝛi.

## Religioſi quoꝛu3

volũtas rẽnuit ſubici oꝛdinatiõi rl'e et cõſtitutionũ ſed deliberate magis volũt extra et cõtra regularẽ obſeruãtiã viuere nolẽtes refoꝛmari: ſi ſic ꝑſeuerãt vſq3 in finẽ nõ pñt niſi damnabiliter moꝛi. ¶ Pꝛobat̃. Tũ primo qꝛ tales frangũt vota ſue religionis ꝑ eos ſolẽniter emiſſa. Tũ q: non ignoꝛanter: ſed deliberate reſiſtunt his q̃ neceſſario requirũtur ad ſuã ſalutez Nõ eñ pñt ad ſalutẽ pertingere niſi viuendo ſm regulã quã ſciẽter ĩpugnãt nolẽtes refoꝛmari. Nã de talibus fuit viſio quã beat⁹ pr̃ noſter. F. habuit ĩ fac●do rl'am Uidebat̃ ſibi micas panũ ſubtiliſſimas colligere multiſq3 fratribus famelicis ipſũ circũſtãtibus debere tribuere. Sz cũ ꝓpter earũ tenuitatẽ ne inter manus excideret dare foꝛmidaret vox deſuꝑ eſt ei facta dicẽs. Frãciſce vnã de micis oĩbus panẽ facito volentibuſq3 comedere poꝛrigito: ꝙ cũ feciſſet: quicũq3 deuote nõ recipiebãt aut receptã cõtẽnebãt demũ mox lepꝛa ĩfecti notabiles apparebãt. Sz cũ viſionẽ ꝑdictã btũs F. minime intelligeret et ꝑuigil eſſet in oꝛõe vocem de celo delapſã audiuit dicẽtẽ. F. mice noctis ꝑterite v̾ba ſũt euãgelica hoſtia eſt regula lepꝛa iniquitas. Ptz ex dictis ꝙ contemnentes aut frangentes regulam incurrunt lepꝛam id eſt iniquitatem.

¶ Quintum coꝛrelariumꝙ illi in q̃b⁹ non eſt cura de ſui ſtatus obſeruãtia vel refoꝛmatione nec curant ſtatuta vel cerimonias ſunt de periculo perditionis ſuſpectiſſimi.

## Religioſi quibus

nulla eſt cura de ſui ſtatus obſeruantia ſed paſſim et indifferenter regulam ⁊cõſtitutiones vel cerimonias ſue religiõis frãgũt ac pro nichilo ducũt ſi ſic vſq3 in finẽ cõtinuauerit nõ video q̃n trãſitus eoꝝ in tremẽdo di iudicio ſit de ꝑiculo ꝑditiõis vehemẽtiſſima trepidatiõe ſuſpectus. ¶ Pꝛobat̃ qꝛ ex cõtẽptu euidẽter peccãt. Ubi nota ꝙ contẽnere eſt ꝑ ꝑ ad ꝓpoſitũ ſufficit rẽ aliãvt auctoritatẽ ſuperioꝛũ vel eoꝝ cõſtitutiões eſt ipſã vere vel interpꝛetatiue nullã aut inutilez ſeu vilẽ aut minus iuſtã reputare: qꝛ tales ex hoc vidẽtur magis ingrati diuinis bñficiis q̃bus ſunt ſublimati ad ſtatũ ꝑfectiõis Sicut dt apl's ad hebꝛeos. io. ꝙ fideles grauioꝛa merẽtur ſupplicia ex hoc ꝙ peccãdo filiũ dei cõculcãt ꝑ contemptũ. Uñ et dominus cõquerit̃ per hieremiã. xi. c. Quid ẽ ꝙ dilectus me⁹ in domo mea fecit ſcelera mlta. Tales. n. cõit̃ efficiũt̃ peſſimi ⁊ maxime incoꝛrigibiles. Uñ aug. ad vincentiũ donatiſtã. Ex q̃ dño ſuire cepi q̃m ſicut difficile expꝑt⁹ ſũ melioꝛes ꝓfecerũt: ita detioꝛes nõ ſũ expꝑt⁹ q̃ꝫ q̃ ĩ mõaſteriis defecerũt hic arbitroꝛ dictũ apocalipſis vlti. Iuſt⁹ iuſtificet̃ adhuc. ⁊ q̃ ĩ ſoꝛdib⁹ ẽ ſoꝛdeſcat adhuc De q̃b⁹ etiã videt̃ dictum illud hiere. 24. Uidi ficus bonas: bonas valde Malas: malas valde: que comedi nõ pñt eo ꝙ ſunt male ⁊c.

¶ Concluſio ſecunda ꝙ poſſeſſiões vel reddit⁹ ãnuales in cõi vl' in ſp̃ali habere in oꝛdine fratres non poſſunt.

## Secunda concluſio

principalis ponit̃ iuxta ſecundũ notabi● ſupꝛa poſitũ q̃ talis eſt. ¶ Hẽ poſſeſſiões vel redditus annuales in cõi vel in ſpeciali oꝛdine fra. mi. nõ eſt licitum tanq3 inſtitutiõi et intẽtiõi regule minoꝛũ repugnãs contrariũ. ¶ Pꝛobat̃. Illud q̃d repugnat regule fratrũ mi. nõ eſt fratrib⁹ dicti oꝛdinis licitũ: ſed habere poſſeſſiões et annuales redditus eſt hmõi igit̃ nõ eſt eis licitũ. Maioꝛ videt̃ de ſe nota qꝛ frẽs ꝓmiſerũt vitã iſtã ſemꝑ ⁊ rl'am obſeruare vt ſt rl'a. Minoꝛ ꝓbat̃. Poſſeſſiões et annui redditus inter bona inmobilia a iure cenſentur que regule et paupertati euangelice repugnant que eſt nichil habere nec in communi nec in ſpeciali. Uñ dr̃ in regula. Frẽs nichil ſibi appꝛopꝛiẽt. nec domũ nec locũ nec aliquã rẽ. Ubi ait Nico. papa. iij.

Porro cū regula ipſa expreſſe contineat ꝙ fratres nihil ſibi appropriēt nec domū nec locū nec aliquā rē: ſitqꝫ declaratū ꝑ eūdem noſtrū predeceſſorē Greg. ix. et nōnullos alios hoc obſeruari debere tā in ſpeciali ꝙ etiā in cōi. quā ſic arctā abdicatione venenoſis obtrectationibus aliquoꝝ inſenſata edprauauit aſtutia ne fratrū eorundē perfectiōis claritas taliū imperitis ſermonib⁹ laceretur: dicimus ꝙ abdicatio proprietatis huiuſmodi oīm rerū tā i ſpeciali ꝙ etiā in cōi ꝓpter deū meritoria eſt et ſācta: quā et xp̄s viā ꝑfectiōis oñdens v̄bo docuit et exēplo firmauit quāqꝫ primi fūdatores militātis eccl'ie prout ab ipſo fōte hauſerant in volentes ꝑfecte viuere per doctrīe ac vite ipſoꝝ alueos deriuarūt. hec Nicola. iij. Itē Greg. ix. Dicimus itaqꝫ ꝙ nec in cōmuni nec in ſpeciali debēt ꝓprietatē habere: ſed vtenſiliū et librorū et eoꝝ mobiliū q̄ lꝫ habere ordo vſū habeat et fr̄es ſm̄ ꝙ gnālis miniſter ⁊ ꝓuinciales miniſtri duxerit diſponendū his vtātur: ſaluo locoꝝ ⁊ domorū dn̄io illis ad quos noſcit̄ pertinere. hec greg. Itē clemēs pa. v. ſic ait. Cū igitur in ſucceſſionibus trāſit nō ſolū vſus rei ſed ēt dn̄iū ſuo tēpore in heredē. Fr̄es aūt prefati nichil ſibi in ſpāli acqrere vel eoꝝ ordini poſſūt etiā in cōi declarando dicimus ꝙ ſucceſſionū hm̄ōi que etiā ex natura ſua indifferēter ad pecuniā et etiā ad alia mobilia et imobilia ſe extendunt: cōſiderata ſui puritate voti nullatenus ſūt capaces. Nec liceat eis valorē taliū hereditatū vel tātā earū partē ꝙ preſumi poſſet hoc in fraudē fieri quaſi ſub modo et forma legati dimitti ſibi facere vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Ex quo ꝑꝫ ꝙ fratres minores nō pñt ſuccedere parētibus vel ꝓpinquis in hereditatibus vel bonis mobilibus vl' immobilibus iure ſucceſſiōis: ⁊ ꝙ nō poſſūt habere redditus vel poſſeſſiōes. ¶ Patet idē ꝑ eundē dn̄m clementē ſic dicentē. Cūqꝫ ānui redditus inter immobilia cenſeātur a iure ac hm̄ōi reddit⁹ obtinere pauꝑtati ac mēdicitati repugnet: nulla dubitatio eſt: ꝙ dictis fratribus redditus quoſcūqꝫ ſicuti poſſeſſiōes vel eoꝝ etiā vſū (cū eis nō reperiatur cōceſſus) recipere vel habere (cōditione cōſiderata ipſoꝝ) nō licet. Et ſic videt̄ cōcluſio ſufficienter probata ꝑ hos dictos ſummos pontifices: ſcꝫ ꝙ h̄re poſſeſſiones vel annuos redditus vel iure hereditario ſuccedere propinquis nō eſt fratri minori licitum: ſed dānabile et ſaluti oppoſitū. Dices ꝙ diſpenſati ſunt per ſummum pontificē. Ad hoc dicetur inferius: quia diſpenſatio facta ſine cauſa iuſta non eſt tuta quo ad deum et conſcientiam.

¶ Primum correlarium ꝙ de redditib⁹ poſſeſſis a conuentibus fratribus viuere non licet

¶ Ex qua concluſione īfero primo correlarie ꝓbabiliter tn̄ ꝙ fratres particulares ordinis minoꝝ (qui veſtantur poſſeſſiones et annuales redditus habere) degentes vel commorātes in illis cōuētibus qui redditus poſſident: et in ſua iuriſdictiōe retinent et qui patenter vl' ſophiſtice de prefatis redditibus viuunt: a talibus conuentibus communem vitā recipere non debent: niſi ſicut vxor vſurarij q̄ tenetur de proprio labore aut elemoſinis vitam ſuam ducere: poſito ꝙ omnia bona viri ſui ſunt de vſuris. ¶ Probatur quia ratio quare vxor vſurarij prohibetur viuere de bonis vſurarij (poſito ꝙ omnia bona ſua proueniāt ex vſuris) eſt quia ipſa vitā ſuā duceret ex furto vel rapina vel de alieno. Ita frater minor viuēs de redditibus aut poſſeſſionibus conuentus ⁊ cōuētui appropriatis viuit de furto aut rapina: q2 tales redditus rapina ſunt et nullius iuriſ exiſtūt. Si em̄ fr̄es tales poſſint viuere de cōmunibus elemoſinis quas illi conuētus recipiunt bene eſt cum eis: ſin autē procurēt a fidelibus: alioquin non videntur tuti: cū tales redditus (vt dictum eſt) ſint rapine: quia prohibit a regula et ſummis pontificibus et ꝑ cōſequēs fratres nullū ius i eis h̄nt nec habere pñt. ¶ Ex eodē ſequi videtur ꝙ nō eſt tutū declinare ad tales conuētus viuentes ex poſſeſſionibus et redditibus ſuis ꝓpriis niſi habeāt aliūde puta ex elemoſinis licite mendicatis: q2 viuere ex rapinis ⁊ iniuſte acquiſitis nō lꝫ niſi in caſu extreme neceſſitatis: ergo ⁊c.

¶ Si dicas ꝙ non eſſet licitū fratribus accedere ad capitulū generale vel ꝓuinciale qđ in talibus conuentibus celebrat̄ dicendū ꝙ fratres ſuſcipientes capitulū diligentiſſime elemoſinas procurant fidelium de quibus poteſt ſufficienter fratribus prouideri ſicut ſatis notum eſt.

¶ Correlarium ſecundū: qualiter vſus indifferens ſeu indeterminat⁹ vel alias prohibit⁹ nō pōt fr̄ibus cōcedi ꝑ prelatū; vbi error multoꝝ (qui falſo pretextu licētie ianiſtaliter vtuntur) grauius culpatur.

417



# SEcūdo infero

Uſus indifferens ſeu indeterminatus peculij in particulari tanq̄ fini religionis cōtrarius non pōt fratri minori licite concedi; nec per ꝯns a pctō excuſari. ¶ Probatur: qꝛ talis vſus indifferens peculij repugnat fini religionis q̄ eſt tendentia ad perfectionem charitatis: qꝛ pecunie ex hmōi habite de ꝑ ſe nate ſūt ꝑfectionem charitatis minuere ſcꝫ ſui ſollicitudine: amore et vanitate ſequente. Ubi notandum ꝓ ampliori intellectu: q̄ duplex poteſt intelligi vſus peculij: qꝛ aut eſt reuocabilis aut nō. ¶ Primo ſi vſus peculij ſit certus vel ſecurus q̄ nō poſſit ꝑ prelatū reuocari: nō pōt religioſo pro ſuo particulari etiam per diſpenſationē cōcedi. Uñ ſcribitur extra de ſtatu monachoꝝ. Cū ad monaſterium. Nec eſtimet abbas q̄ ſuper habēda ꝓprietate poſſit cū monacho diſpenſare: qꝛ abdicatio ꝓprietatis ſicut ⁊ cuſtodia caſtitatis adeo eſt annexa regule monachali: vt contra eā nec ſūmus pontifex poſſit indulgere lĩiam. Quod verū eſt regulariter. Quod ſi verum ſit de monacho: amplius de fratre minore cū paupertas fratrum minorum ſit arctior paupertate monachoꝝ. ¶ Aut ſcdō talis vſus eſt reuocabilis ⁊ hoc iterū dupl'r. Primo qꝛ talis vſ⁹ ē determinatus ꝑ preſidentem: vtputa prelatus dat aut cōcedit religioſo ſuo librum aut breuiarium ⁊ hmōi pro vſu ſuo licito et honeſto: aut etiā neceſſaria ſuo ſtatui cū facultate reuocādi qñ ei placuerit (ſemꝑ eniꝫ volūtas religioſi dꝫ eſſe ſubita ꝓlato vt reſignet qñ voluerit) et iſte vſus poteſt cōcedi licite vt notū eſt. ¶ Aut eſt indeterminatus ſiue indifferens: ſic vꝫ q̄ prelatus reliquit religioſū in libertate faciēdi de peculio qđ voluerit vel qđ ſibi bonū viſū fuerit. Siue illud manualiť religioſus ſubditus a prelato receperit qđ vocatur ab aliquibus veſtiarium: ſicut fit in nōnullis ꝯuentibus habentibus poſſeſſiones aut redditus annuales. ſiue illud ꝑ ſuas oꝑas et induſtrias cōquiſierit: ꝓut faciunt mēdicātes ⁊ frēs nō reformati ꝑ diuerſas vias et modos indebitos ꝓdicādo bullas ⁊ hmōi: ſiue ꝑ modū ſucceſſionis hereditatū vel annui redditus ſibi aſſignati a parentibus vel alias vnde cūq̄ habuerit. Hmōi igitur vſus nō poteſt fratri minori cōcedi tanq̄ regule beati frāciſci ꝯtrari⁹. Uñ occaſione talis vſ⁹ immo veri⁹ abuſ⁹ multi frēs tenēt res ad ſuperfluitatē vt pecuniā equos habitus ſeu tunicas triplicatas ⁊ varias pōpoſas cameras miro modo ornatas et edificatas: et multiplicibus ſuppellectilibus munitas: ⁊ ꝓ ſua excuſatione dicūt ſe habere a ſuis ſuꝑioribus licētiā quas grās vocāt: ⁊ q̄ parati ſūt ſemꝑ totū reſignare in manibus ꝓlati: qđ tamē raro ꝯtingit. Uerūtamē nō pñt excuſare: quin ſit pctm̄ i diſpēſante ⁊ diſpēſato In diſpēſante quidē eſt pctm̄ infidelitatis ſeu iniuſticie: cū abutiť poteſtate que eſt ei in edificationē ⁊ ipſe abutiť ea i deſtructionē. In recipiēte hmōi diſpēſationē eſt auaricia ⁊ cupiditatis vicioſitas: cū nō ad neceſſitatē ſed ad ſuꝑfluitatē hmōi teneat. Et per hmōi peculiū particulare bono cōi detrahiť ⁊ multi fratres in cōitate pauperrime viuūt: alij aūt ſuperabūdāt. Unde ſi ꝓlati ⁊ gardiani nō faciūt vt viuat i cōi q̄tum in eis eſt: nō puto eos eſſe i ſtatu tuto: qꝛ fauent rei deſtructiue religionis. Argumētū di.lxxxiij.error ⁊ i alijs capl'is ibidē. Si ꝓo ſūt ſubditi ⁊ reſiſtūt huic bono cū attētaťr: nō qꝛ nō poſſent ſufficiēter viuere: ſꝫ qꝛ volunt abūdare ⁊ de ſuis ſuomodo facere: videtur eſſe in ſtatu periculoſo cū ſeculariter viuant ⁊ velint in malo preſeruare. Prohibetur autē religioſis ſeculariter viuere. extra de regularibus ⁊ tranſeuntibus ad religionem. capitulo relatum.

¶ Correlariū tertiū. Qꝫ etiam ex regula nō ſolū datur facultas quibuſcūq̄ fratrib⁹ exiſtētibus in locis (in quibus puritatē regule in aliquo ſeruare nō poſſunt) trāſeūdi ad aliquē cōuētū religionis eiuſdē i quo regula ſeruatur licētia petita ⁊ ſi non obtenta: ſed etiam ad hoc neceſſario tenētur.

## ¶ Si frater ſingularis

in aliquo exñs ꝯuētu puritatē ſue regule nō poſſet obſeruare vel nō valeat ibidē manere ſine ꝑiculo trāſgreſſiōis ſui ſtat⁹: ad aliquē cōuētū religiōis ſue i quo religio ⁊ rl'e obſeruantia vigeat liberam trāſeundi habet facultatem licentia petita ⁊ ſi non obtēta: immo ad hoc tenetur. ¶ Probatur quia vnuſquiſq̄ tenetur eſſe ſollicitus de ſalute anime ſue: alioquin videretur contemnere. Talis igitur obligatur fugere ea que ſunt proxima vel probabilis occaſio ſue ruine: cuiuſmodi eſt conuētus deformatus i quo non eſt regularis obſeruantia: ⁊ querere locum vel conuentum in quo viget modus religionis viuēdi ꝯformis profeſſioni regule quā ꝓmiſit ⁊ vouit. Uñ dꝛ i rl'a. Ubicūq̄ ſūt

fratres q̄ ſcirēt ⁊ cognoſcerēt ſe nō poſſe regulā ſpūaliter obſeruare: ad ſuos miſtros debeant et poſſint recurrere. Ūn̄ ẜm aliqs regulā ſpūaliter obſeruare: eſt illā obſuare ẜm puritatem ſiue ſine occaſione ꝓxima ad peccatū. Et per oppoſitū: regulā nō ſpiritualiter ubſeruare: eſt nō poſſe regulam ſeruare ẜm puritatē ſiue ſine occaſiōe proxima ad peccatū. Etiā poteſt dici tā ex verbis prime regule vbi dicitur: ꝙ fr̄es in quibuſcūqꝫ locis ſūt qui non poſſunt vitā noſtram ſpiritualr̄ ſeruare idipſū ſuo miſtro ſignificēt: ꝙ ex verbis regule vbi ḋr: vbicūqꝫ ſunt fratres: videtur ꝙ talis in obſeruātia ſit ad locum reflectenda Ubi ergo eſt ꝓprietas aliqua vt poſſeſſiōes vel annui redditus loco annexa vel quaſi de regula nichil ſeruatur. vel de ſtatutis ⁊ indifferens ingreſſus ſecularīū vtriuſqꝫ ſexus: nec ī coi viuitur: ſed quilꝫ frater hꝫ peculium ī particulari vt ſeculares: talis locus vel conuētus nō videtur tutus ad ſalutem nec apt⁹ ad obſeruantiam regularē: quare frater tenetur ad ſuū miniſtrū recurrere ⁊ petere ꝙ ſibi ꝓuideat de loco ⁊ cōuentu in quo poſſit regulariṫ viuere. ¶ Si dicas ꝙ miſter non curat: qꝛ nec ipſe viuit regulariter: dicēdū ꝙ tūc frater petita licētia ⁊ ſi nō obtēta pꝫgat ad locū in quo viuitur regulariter cum cōſcientia tuta et ſecura: qꝛ etiā ad hoc tenetur. Nec miniſter vel quicūqꝫ prelat⁹ ordinis pōt eū detinere vel impedire Nec miniſtro precipiēti per obedientiā ꝙ maneat in ꝯuentu hmōi deformatio tenetur obedire quia dicitur in regula de miniſtris. Nō precipientes eis aliquid quod ſit contra animam ſuam et regulam noſtram. Nec excuſari poſſūt tales de impotentia inueniēdi conuentus ꝛformatos: quia per dei gratiam in qualibet prouincia ordinis ſūt plures conuentus in quibus regulariter viuitur ſecundum regule puritatē ¶ Si dicas ſicut plures volunt ſe excuſare dicentes: ꝙ viuunt ſecundum conſuetudinē quam inuenerunt qn̄ profeſſionem in illo conuentu fecerunt nec aliter credebant obligari: dicēdum ſcōm alexādrū de hales: ꝙ non excuſantur qꝛ qn̄ ꝓfitentur: regulam profitenṫ non conſuetudinem. Ideo non excuſantur ſi regulam non obſeruant. Si iterū dicas ꝙ nemo obligatur niſi ad id quod ſe obligare intendit: dicendum eſt ꝙ eſt verum explicite: ſed non implicite: qꝛ qui vult principale puta eſſe frater minor: vult et acceſſorium ſcilicet obligationem ad precepta regule minorum licet hoc non intendat explicite. Nam ex quo regulam vouit habitum religionis detulit qui profeſſis datur et alia fecit que profeſſis conueniunt: nulli dubium: obligatur.

¶ Correlarium quartū. ꝙ fr̄es obſeruantes ⁊ reformati nō pn̄t trāſire ad cōuētuales nō reformatos et eorum loca cauſa relaxationis et qualiter tales ſunt apoſtate et retrocedentes.

Fratres etiā ſub regulari obſeruātia degētes ⁊ viuētes lꝫ viuāt ſub eadem obia miſtri ꝓuincialis: nō pn̄t ad fr̄es ꝯuētuales nō ſufficiēṫ reformatos ⁊ ad eoꝝ loca cā relaxatiōis vł cū manifeſto ꝑiculo trāſgreſſiōis rł'e trāſire niſi cū euidēti ꝑiculo ſue ſalutis ꝙuis dicti ꝯuētuales iactitēt ſe hr̄e bullā diſpēſatiōis pecuniaꝝ ⁊ redditū annualiū. Iſtd quartū correlariū euidēter pꝫ ex ꝓcedētibus correlarijs. Ūn̄ talis pōt dici apoſtata ab apoqđ ē re: ⁊ ſtolos miſſio quaſi remiſſ⁹ ab inceptis. Ūn̄ apoſtata dṙ q̄ ꝑmo bn̄ agit et poſtea ꝯuertiṫ ⁊ male agēdo retro abijt Ūn̄. iij. q. iiij. c. btūs. Apoſtata ē trāſgreſſor legis ſue. i. rł'e eiuſqꝫ violator. Ūn̄ vouere deo religionē ⁊ caſtitatē ⁊ retrocedere dānabile ē. vt. xvij. q. j q̄ bona. Et tales apoſtate ceteris efficiūtur peiores. vt ait Aug. diſti. xlvij. ca ꝙtūlibet qđ experiētia docet Nā apoſtate trāſeūtes de ꝯuētib⁹ reformatis ad ꝯuētuales nō reformatos in duplo ſūt peiores alijs vt etiā ipi fr̄es ꝯuētuales teſtanṫ. Qđ fit dei iudicio iuſto ꝓ ſua īgratitudine vt q̄ in ſordib⁹ eſt ſordeſcat adhuc Apo. xxij. Tales eñ ſepe male moriuntur in ſuis iniq̄tatib⁹ obdurati vt ſepe expertū ē. Nec pn̄t excuſari ꝑ bullā diſpēſatiōis: qꝛ talis diſpēſatio poti⁹ ē diſſipatio rł'e ꝓmiſſe ꝙ diſpēſatio. vt poſtea patebit. Et ſic patet de ſecunda ꝯcluſione cū ſuis annexis.

¶ Cōcluſio. iij. ꝑncipalis. Qꝛ ſctūs Frā. ſup oia execrabaṫ ⁊ abhorrebat denarios et pecuniā tāqꝫ ſue religionis deſtructiuā

Tertia concluſio ꝑncipalis ē ꝙ btūs pṙ Frāciſcus omnia que ſunt mundi perfecte deſpiceret: docueritqꝫ ſui ordinis fratres deſpicere: ſuper omnia pecuniam et denarios execrabatur et ad fugiendum ipſam tanqꝫ religioni ſue inimicā ⁊ cōtrariam et deſtructiuam fratres ſuos ſēper verbo et exemplo induxit. ¶ Patet prima pars ex paupertatis profeſſione: quia

nullus reperitur in ordinū inſtitutionibus qui tā arcte paupertatē ſit profeſſus ſicut beatus Franciſcus et ſui ordinis profeſſores. Alij ordines paupertatem pſitentur in viuendo ſine proprio communi retēto: beatus autem Franciſcus et regula ipſius nec in proprio permittit habere nec i communi: quare in arctiſſima paupertate Unde dicitur in regula. Fratres nichil ſibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rem: ſed tanq̄ peregrini ⁊ aduene in hoc ſeculo in paupertate et humilitate dn̄o famulantes ⁊c. Sequitur. Hec eſt illa celſitudo altiſſime paupertatis que vos cariſſimos fratres meos heredes et reges regni celorum inſtituit: pauperes rebus fecit/virtutibꝰ ſublimauit. Et ſequitur. Cui dilectiſſimi fratres totaliter inherētes: nichil aliud pro nomine dn̄i noſtri ieſu chriſti in perpetuum ſub celo habere velitis. Hec ſit portio veſtra que perducit in terrā viuentiū. ¶Q3 vero regula mandet paupertatem arctiſſimam et precipiat tam in communi q̄ in proprio nil haberi: declarationes regule ponunt expreſſe: ſcilicet Gregorij/Innocentij/Alexandri quarti/Nicolai tertij/Clemētis quinti. Sic igr̄ ꝯſiderata arctiſſima paupertate: patet ꝙ pfecte cuncta mundana deſpexit docuit et voluit fratres deſpicere ergo ⁊c. ¶Secūda pars concluſionis ſcilicet ꝙ beatus Franciſcus ſuper omnia execrabatur pecuniam et denarios. Patet primo ex regula ibi. Precipio firmiter fratribꝰ vniuerſis vt nullomodo denarios vel pecuniam recipiant per ſe vel per interpoſitam perſonam. Unde vbicūq̄ in regula ponitur ſeu in preceptis affirmatiuis ſeu negatiuis precipio firmiter (vt in hoc precepto negatiuo) denotatur ꝙ ſuper omnia volebat tale preceptū ab omnibus fratribus ſuis obſeruari. Et vt tenacius cordibus fratruz infigeret: ter in regula iterauit. ¶Primo vt dictū eſt. ¶Secuncundo in eodem capitulo eo ſemper ſaluo vt dictum eſt denarios vel pecuniam non recipiant. ¶Item tertio in capitulo. v. ibi. De mercede vero laboris pro ſe et ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiant preter denarios vel pecuniam. Intantum execrabatur ⁊ deteſtabatur pecuniā: vt eā cōpararet ſtercori dyabolo et colubro. Unde in legenda antiqua dicitur. Super omnia pecuniam execrabatur et ad fugiendam ipſam tanq̄ dyabolum fratres ſuos ſemper verbo et exemplo induxit. Hec eniz ab illo ſolertia data erat vt ſtercus ⁊ pecunia vno amoris precio ponderarent. ¶Quēdam enim fratrez in loco ſancte marie quē inuenit pecuniam oblatam de altari leuātem manu ⁊ in feneſtra proijcientem: primo grauiter arguit/deinde iuſſit ore proprio dictā pecuniā leuare de feneſtra ⁊ extra ſepē loci portare ⁊ ipſam ore ꝓprio ponere ſuper ſtercus aſini. Qd̄ dictus frater gratanter fecit. Quo facto fratres videntes et audientes repleti ſunt timore maximo ⁊ extunc amplius ꝯtēpſerunt pecuniā ſtercori aſini comparatam. ¶Et in apulia iuxta barrum cū frater ſocius colore pietatis ⁊ elemoſine deceptus vellet leuare burſam pretendentem pecuniam in ea eſſe: ſerpens non modicus de burſa exiuit ⁊ ſimul cū burſa euanuit. Et ait ſctūs Frāciſcus ad ſociū. Pecunia ſeruis dei nichil aliud eſt q̄ diabolus ⁊ coluber tortuoſus. Ex quibꝰ pꝫ ꝙ btūs Frāciſcus deteſtabat̄ pecuniam ⁊ denarios.

¶Que ſit differentia inter denarios et pecuniam.

¶Si q̄ras differentiā inter pecuniā et denarios. qꝛ beatus Franciſcꝰ interdicendo ponit vtriuſq̄ diſtinctionē. Dicendū ſcd̄m quatuor magiſtros. Per denarios intelligitur pecunia numerata. Pecūia vero dicitur oīs res illa qua ſolēt vti homines cum opportunū eſt preciū reꝝ emendaꝝ. Prohibetur ergo receptio denariorum ⁊ quarumlibet rerum que accipiuntur ad preciū rerum emendaꝝ. ¶Sed quid eſt recipere pecuniam? ¶Notandum pro declaratione ⁊ euidētiori intellectu huius: ꝙ aliquid poteſt recipi in proprietatem et vſum: aliquid in proprietatem et non in vſum/aliquid in vſum non in proprietatem/aliqua que nec in vſum nec in proprietatem. Tūc dicendum ꝙ receptio cuiuſlibet rei in proprietatem prohibetur fratri minori. Receptio vero quarūdam rerum ad vſum cōceditur: vt librorū et veſtium ⁊ hmōi. Receptio autem denariorum et pecunie q̄tum ad proprietatem ⁊ q̄tum ad vſum omnino fratri minori prohibetur et per ſe et per interpoſitam perſonam. Ubi tamen nota ꝙ alique res habent duplicem vſum vel triplicem ſcilicet naturalē/artificialem/⁊ inſtrumentalem. Ad ꝓpoſitum. Si quis vteretur auro vel argento et gēmis ad vſum naturalem quia valent ad multa medicinalia ſimiliter ad vſum aliquem artificialem vt auro vel argento pro calicibus et huiuſmodi: non interdicitur niſi in talibꝰ eſſet exceſſiuus abuſus. Attamen prefatis

vtendo ad emendum vt ſunt medium ſeu
inſtrumentum vel preciū reꝝ emendarum
nullo mō eſt fratribus minorib⁹ licitū hr̄e.

¶ Declaratio quid ſit recipere ꝑ ſe vl' ꝑ
interpoſitā perſonā denarios vel pecuniā.

¶ Sed quid eſt recipere ꝑ ſe vel per inter-
poſitā perſonā: Reſpondēt quatuor prefa
ti magiſtri. Recipere ꝑ ſe pecuniā eſt pecu
niā ad conuertendū in ſuos vſus recipere
Recipere vo per interpoſitā perſonā ē ſua
auctē aliū conſtituere ad recipiendū pecu-
niā in ſuos vſus proprios cōuertendā. Ex
quo caueāt fratres qui poſt ſe ducūt cleri
cos vel alios habentes marſupiū: et ſi ali-
quid detur eis ratione predicatiōis aut a-
lias: ſua auctoritate emunt aſinos aut mu
los breuiaria aut hmōi. Aut procurāt de-
narios et pecuniā et eā deponi faciūt apd
nōnullos ſibi familiares aut notos ſua au
ctoritate priuata: vt ſibi prouideri faciant
ad placitū de multis non multū neceſſarijs
vel vt vadant peregre hieroſolimā ad viſi
tandum loca ſacra et huiuſmodi.

Secunda pars concluſionis ꝙ pecunia
eſt deſtructiua ordinis minorum.

¶ Secunda pars concluſionis dicit ꝙ pe-
cunia eſt inimica et deſtructiua ordīs mi-
noꝝ. Pꝫ qr vt. xi. q. iij. capi. Qui recte Ac-
ceptio nummoꝝ preuaricatio veritatꝭ eſt.
Nam a tēpore quo ſubintrauit ordinē dā-
nata receptio pecuniarum ⁊ maledicta de
nariorum cupiditas receſſit ab ordine ve-
ritas. i. vera ordinis entitas Nam olim in
principio ordinis anteꝗ̄ damnatus vſus
pecunie introductus fuiſſet a contemptori
bus maledictis fratribus a deo et btō. F.
ordo minorum vigebat vite ſanctitate / ſci
entie luciditate / et morum nobilitate. Pa
tent hec omni inſpicienti ⁊ ꝑſcrutāti croni
cas ⁊ vitā antiquoꝝ patrū nroꝝ. Sed hoc
in tēpore apud ꝗ̄plures loco ſanctitatis re
gnat cupiditas / loco ſcientie ambicioſitas
et loco bonoꝝ moꝝ vicioꝝ multiplicitas.
Hoꝝ enim vſus nephand⁹ ⁊ acceptio pecu-
nie eſt fomētū et nutrimētum. Ex quo infe
ro primo.

¶ Primū correlariū. Qꝫ pecunie vſ⁹ et re-
ceptio regulam ⁊ ſtatū minorum per ſingu
la dehoneſtat et deſtruit.

¶ Inter omnia que de-
honeſtant corrumpunt et diſſoluunt deco-
rem et rigorem ordinis fratrum minorum
eſt pecunie vſus ⁊ indifferens ab omnibus
et ſingulis conuentualibus fratribus rece
ptio et ꝯtrectatio eiuſdē. Patet: quia inſi-
gnia q̄ fratres minores in extremo ꝯſiſtere
paupertatis declarāt: et que eos non modi
cum immo ꝗ̄plurimum eo ipſo honeſtant ⁊
decorant in eorum regula euidenter expꝛeſ-
ſa ſunt. ¶ Primum quidem ꝙ in hijs q̄ ve-
niunt ad ordinem indicitur in vſus paupe-
rum eroganda facultas. ¶ Secundum ha
bitus deformitas. ¶ Tercium veſtimen-
torum vilitas. Quartum mutatorie veſtis
ablata numeroſitas. ¶ Quintum pedum
nuditas. ¶ Sextum interdicta equitan-
di pompoſitas. ¶ Septimum peregrina-
tio vel inſtabilitas. ¶ Octauum victus et
veſtitus mendicata neceſſitas. ¶ Nonum
acquirende pecunie ſublata poſſibilitas.
¶ Decimum vero vocabuli vel nominis
deſpicabilitas: qr fratres minores. Omnia
predicta patent diſcurendo in regula. Sꝫ
nono ſublato ſcꝫ acquirende pecunie ſubla
ta poſſibilitas et cōceſſa pecūia ꝑdicta oīa
corrūpūtur et diſſoluūtur. Qr eīn teſte ſcri
ptura eccleſiaſtes. x. Pecūie obediūt oīa Et
j. thimo. vi. Cupiditas ē radix oīm maloꝝ
id ē fomētū et nutrimētū oīm vicioꝝ. qr ſi-
cut radix ꝑſtat fomētū oīb⁹ ꝑtib⁹ arboris
ſic diuitie et pecūie oībus pctis: et quā qdā
appetētes (id ē cupiditatē q̄ hic accipit ꝓ
pecūijs ex cupiditate aggregatꝭ) errauerūt. i.
viā errādi et occaſionē ꝯtra oīa inſignia rl'e
dederūt ſicut pꝫ ad ocl'ꝫ. Nā hñtes pecūiaꝫ
et ꝯtractātes nō hūili veſte vel vili habitu
incedūt ſꝫ i ꝑcioſo ꝑcio ⁊ colore: curioſa cor
da ſupflua ⁊ nūeroſitate veſtiū ⁊ vtēſiliū. nō
ſimpliciꝰ calciati: ſꝫ ad modū nobiliuꝫ mo-
dernoꝝ cū curioſitate maxia vario mō ⁊ co
lore ocreati Ex dicta maledicta pecūia emū
tur palefredi / ornatus cameraꝝ ſupfluus
ꝯuiuia quaſi nuptialia inſtruūꝰ / ⁊ multitudo
ꝑſonaꝝ vtriuſꝗ̄ ſex⁹ inuitaꝰ. ſepe caſtitas
periclitaꝰ. Per pecuniā ꝓmotiōes in ordi-
ne ⁊ officioꝝ ꝓcurātur: idigni ⁊ ignorātes
ꝓmouentur et meriti ⁊ digni poſtponūtur
et ſepe plus facit pecunia ꝗ̄ ſcientia / plus
denarij ꝗ̄ mores ꝯpoſiti: vt plurimuꝫ pau-
peres et iuſti in ſua iuſticia opprimuntur /
contēnuntur / bigardi vocantur / pecunioſi
vero laudantur / ſupportantur ⁊ quod ne-
phādū eſt in ſuis iniquitatib⁹ publicis ex-
cuſātur. Magna eſt pecūie auctoritas. Nā
ab oīb⁹ pctis et cēſuris abſoluit. Vn̄ yſido
rus. xi. q. iij. c. Paup Pauper dū nō hꝫ qd of
ferat in iudicio: nō ſolū audiri ꝯtēnitur: ſed
etiam contra veritatem opprimitur. Cito
violatur auro iuſticia: nullāꝗ̄ reus perti
meſcit culpam quā redimere nummis exi-
ſtimat. Hec ibi. Et ſic patet correlarium.

¶ Correlariũ ſecundũ. Q꞉ difformatoꝝ reformatio ꝑcipue ab illicito pecũiarũ vſu īchoãda eſſet ꝛ de malis ↄſequẽtijs tꝑi⁹ pecunie ꝛ diſpenſatiõis ipſius.

Item quero. Quid eſt hoc quod modo plura petitis q̄ȝ olim: vt cū tunc vix in vna vel paucis villis ꝛ pauca poſtu laueritis: modo late per terram ꝛ oppida ꝛ caſtra peruagando plurima congregatis? Uidetur enim auaritia inter vos creuiſſe ꝛ cura ventris hanc vobis ꝓuidētiā perſua=ſiſſe: videtur etiam ꝙ ſpiritus extictio vos in cella quieſcere non permittit. Reſpōdeo. Uitioſos in hoc ꝛ ī alijs excuſare nō audeo vt dixi: ſed rationē pro illis qui ratione du cūtur ꝛ pia intentione omnia faciunt oſtē=dere beniuolis nūc intendo: quia maliuoli qui magis facta noſtra calūniari deſiderāt q̄ȝ agnoſcere veritatem: magis dolēt ſi oſtē ſa ratiōe eis materia ſubtrahit̄ detrahēdi. Quia inimicus vult pon⁹ cauſas malignā di cōtra eum quē odit ſibi adeſſe q̄ȝ abeſſe: vt non ex inuidia: ſed ex iuſticia eū ꝓſequi

videatur. ¶ Q₃ aũt nũc potius ꝙ olim vi-
demur mendicãdo plura colligere: inter a-
lias principales cauſas quas potes aduer-
tere veras eſſe: vna eſt ꝗ cũ olim pauci fra-
tres fuiſſẽt in ordine: nũc multo plures ſũt
vbiq₃ et plures pluribus indigent ꝙto nu-
merus numerũ excedit ⁊ omnibus q̃ neceſ-
ſitas requirit eſt magis opus. Nã dñs in-
fans natus modico diuerſorio et preſepio
cõtentus fuit: ſed aggregata diſcipulorũ
turba ad celebrationẽ paſchalis conuiuũ
q̃ſiuit ſibi preparari cenaculũ grãde ſtratũ
¶ Scd̃a cauſa eſt ꝗ inter plures ſunt etiã
debiles et infirmi maxime q̃ olim ſtrennue
religionis ⁊ ardue pauptatis pondus per
annos plurimos portãtes nũc ex humane
mortalitatis defectibus laxati: cogente ip-
ſa caritate non debẽt ipſi vt infirma peco-
ra relinqui: ſed pie quãdiu poterint fulci-
mentis corporaliũ neceſſitatũ pro mĩa ⁊ a-
liorum edificatione ⁊ pro iunioꝝ inſtructio-
ne ſuſtẽtari: et propter tales op₃ ⁊ expedit
plura peti. ¶ Tercia cauſa q꞉ plures mo-
do mẽdicantes ſũt in eccl'is de diuerſis or-
dinibus: et qḋ nobis ſolũ dabatur integrũ
nũc minuatim diuiditur inter plures: vn-
de cogimur nũc latius tãio vagari quomi-
nus in locis ſingulis datur nobis. Qḋ eñi
aliqñ offerebatur nobis nõ q̃rẽtib⁹: nũc
vix p diuerſa minuatim colligimus cũ ru-
bore. Et op₃ nos petere: q꞉ nõ petẽtib⁹ pa-
rũ datur: dũ ex multitudine petentiũ hoies
ſũt laſſati: Qui aũt p ſe nichil hñt neceſſe ẽ
eos omnia q̃bus indigẽt ab aliis poſtula-
re vel carere: niſi velint illicite acq̃rere: vel
quocũq₃ modo apud alios deſeruire: vl' ni-
ſi gratis eis donet. Quarta cã nõ tñ omni-
no cõmendabilis: ſ₃ p aliqua parte excu-
ſabilis accedit: quia qui non eſt patiens pe-
nurie in his quibus indiget: plura eum cõ-
quirere oportet ⁊c.

¶ Queſtio nona.

¶ Item quero Que põt eẽ hu-
ius ĩpacientie cã
niſi voluptuoſitas q̃ nil vult ſibi deeſſe illo-
rũ q̃ appetit: q̃ oĩs religioſitat₃ eſt extermi-
niũ? Rñdeo. Hoc et ſi in q̃buſdã habeat lo-
cum: nõ tñ eſt potior cauſa ſ₃ alie q̃dã. Una
q꞉ vt dictũ eſt: plures habemus debiles ⁊ in-
firmos ꝙ olim cũ oẽs fere erãt noui ĩ ordi-
ne: q̃ cũ laſſati iã et exhauſti ſint virib⁹: op₃
vt reficiãt ne penit⁹ deficiãt: qḋ eẽt contra
mĩe caritatis ⁊ diſcretiõis virtutẽ: cũ tales
maxime cõſilio ſuo ⁊ zelo et pietatis exem-
plo ſuſtentẽt ordinẽ in ſuo vigore ne ſubi-
to corruat a priſtina puritate. L₃ virtute
corporali iã nõ ſicut olim eminẽter extimẽ-
tur lucere, pꝑter corporis deſtructionẽ: aut
op₃ ꝗ cõtra mĩam deficere ſubito pmittãt
⁊ tũc ex hoc magis fouebit in ordĩe carna-
litas. q꞉ quil₃ iuuenis ⁊ ſanus ĩſtructus car-
nis prudẽtia cogitabit apud ſe dicẽs Si ta-
les viri p edificatiõe ordinis corpora ſua
tradiderũt oĩbus laboribus: mõ debilitati
ſic pmittunt abſq₃ mĩa perire volo mihi ca-
uere ⁊ parcere corpori ⁊ illud fouẽdo cuſto-
dire: ne michi ſiĺiter cõtingat. Et ſic aliq̃s
audebit de cetero vix feruẽter in dei ſerui-
tio ſe exercere. Si aũt dñt debiles miſeri-
corditer refoueri: expedit vt etiã alĳ q̃ vnũ
corpus ſocietatis cũ eis ſunt et eis ſeruiũt
⁊ labores ordinis p eis in domo / in diuio
officio / in frigore et petẽdis elemoſinis et
aliĳs obſequĳs patiũtur: aliquo mõ miti⁹
pertractẽtur ⁊ melius reficiãtur: vt minus
de illis ſcandalizent ⁊ minus murmurent
cõtra eos: q̃ ſi ipſi ſoli cõſumãt oĩa q̃ offerũ-
tur: ⁊ vt patiẽtius p eis laborẽt ⁊ hilarius
miniſtrẽt. et vt ipſi debiles minus erube-
ſcãt et cõfidẽtius audeãt neceſſitates ſuas
accipere. cũ videãt alios etiã ſecũ eſſe par-
ticipes in cõſolatiõe. Sani ergo fortes non
dñt pꝑter ſe iſta appetere nec ſue induſtrie
aſcribere qñ petẽtibus eis elemoſinã iſta
offerunt: ſed cogitare debẽt ſicut ⁊ veritas
eſt ꝗ deus ea pꝑter debiles miniſtrat. ꝯ in
tãta copia ꝗ exinde etiã ſani cõſolent. Pro-
pter premiſſas rões vult etiã deus verita-
tẽ ſue pmiſſionis et euidentiã ſue liberali-
tatis oñdere: dũ nobis q̃ nullos certos red-
ditus p ipſo habere decreuimus. ⁊ totã ſol-
licitudinẽ in eũ iactauim⁹: indulgẽtius ne-
ceſſaria miſtrat ꝙ aliĳs q̃buſdã q̃ lata p̃dia
hñt: ⁊ loculos plenos: ad hoc vt ei ſecurius
cõfidam⁹ et fidelius ſeruiamus
¶ Alia cauſa eſt. q꞉ eoꝝ q̃ nup de ſeculo ve-
nerũt: q̃dã delicate ſũt nutriti ⁊ cũ in ordĩe
ſubito cõtra ſoltũ cogunt aliter viuere in
labore ⁊ victu et cohertiõe magiſterũ trita
caro tenera langueſcit. ⁊ niſi clemẽter foue-
ant donec paulatim aſſneſcãt ordĩa pati ri-
gorẽ: aut ſp tabeſcẽdo lãgueſcẽt: aut ex ri-
gor₃ horrore ad vomitũ reuertentur ⁊ ideo
expedit vt ſupra. ¶ Tercia cã eſt ſpũalis
ſtudĳ: nã aſſiduũ lucrũ in ſtudio ſacre ſcri-
pture in deuotiõis deſiderio / in tẽtationis
certamine / in interne ſollicitudinis vigore
ita cõſumit ⁊ deſiccat vires corporis: vt ni-
ſi exteri⁹ q̃ñq₃ aliquãten⁹ refocillent: nõ va-
leãt diu ſubſiſtẽ. Q₃ aũt aliqñ lautiores ci-
bos et pot⁹ hñre videmur: hoc eſt pꝑe mẽdi-
coꝝ: q̃ dũ nõ refutãt ĩ poſteꝝ vt cumulos cõ-

gregent vt predia; lata cōparent: ſtatim co
medūt et bibūt ea que dn̄s adminiſtrat. Et
quia pro honeſtate et deuotiōe ſua plerīqꝫ
dāt nobis nō de vilioribus ſʒ de melioribꝰ
q̄ dn̄s dedit eis. etiā nos cū interim nō ha-
beamus alia q̄bꝰ vtamur ne videamur in
grati ⁊ auari comedimus ⁊ bibimus q̄ offe
rūtur nobis indifferēter tā illa q̄ꝫ alia iux-
ta; illud regule: de oībus cibis q̄ apponunt
eis liceat mādúcare. Mendicus em̄ ſi recu
ſat ea q̄ offerūt cū nō habeat vn̄ alia emat.
remanebit inanis. Qꝛ vero diuerſi diuerſa
et aliq̄n quaſi aduerſa mirant de nobis vt
cū illi reprehendāt in nobis carnalitatē a-
lij vero duriciā quilʒ pro viſu ſuoꝝ affectu
opꝫ nos ſingulis de ſuis q̄ſtionibꝰ rn̄dere ⁊
rōnē reddē lʒ ſeq̄ntia p̄cedētibꝰ ꝯtinuato ip
ſis ordie ad hoc nō cohereāt ſed mō de hac
mō de alia tractemꝰ ⁊c. ¶ Queſtio. 10.

¶ Item quero Cum omnibus debeatis cupe-
re vt ſaluētur vobiſcū: quare indifferenter
nō oēs recipitis q̄ deſiderāt: cū non arctet
vos p̄dioꝝ paucitas ſʒ apta ſit oībus via
mendicandi? ¶ Rn̄. Oēs q̄dē cupimꝰ ſalua
ri et nulli ꝓhibē poſſumꝰ licētiā mēdicitatꝫ
ſed oēs paſſim recipe nō expedit nobꝫ nec
eccl'ie dei. Nobis nō qꝛ varie ſūt cōditiōes
hoīm qualitates et mores. Multos ei ſepe
reciperemꝰ imbecilles q̄ nō poſſēt rigorē or
dis ſuſtinē: ml'tos paupes: q̄ nō ꝓ deo ſʒ ꝓ
ſuſtētatiōe viuē ꝯſiderarēt nobiſcū: ml'tos i
cōpoſitos moribꝰ quos vix corrigere ab ſo-
lita cōſuetudine poſſemꝰ et ꝑ tales diſſolue
ret̄ ordinis diſciplina ⁊ impediret̄ pfectꝰ
alioꝝ et nō ſufficerent eos alii paſcere nec
eis ſeruire nec īuenirētur tādē qui poſſent
eis preeſſe: ⁊ oēs ſimul in corpore ⁊ ſpiritu
quaſi cōfuſa multitudo periret: q̄ nec regi
valet nec cōgrue ſuſtētari. ¶ Eccleſie ſimi
liter nō expedit: qꝛ cū ſit ordo ad edificatio
nē eccleſie cōſtitutus ⁊ ml'titudo receptoꝝ
magꝫ ꝯfuſionē īduceret Nec de cōuerſione
ml'toꝝ exēplū edificatiōis accipet ſʒ ſcāda
lum: vbi religioſitatis excepto ſolo habitu
nichil inueniret. Minus em̄ malū eſt nō eē
religioſos vel noīe vel habitu vbi nō viuūt
ſicut religionis eoꝝ forma req̄rit q̄ꝫ vt ſint
et ꝑ vitā eoꝝ peruerſā alios ſcādalizēt: ſi-
cut melius eſt lucernā nō eſſe in domo q̄ꝫ eſ
ſe ibi tantū fetidā ⁊ nō lucentē. Nimis etiā
foret onerosū fidelibus tot mēdicos vnius
ordinis paſcere a q̄bus nullū vel modicum
haberēt edificatiōis preſidiū. Sed tot ⁊ ta
les ſolū recipi expedit: q̄ ſine onere eccleſie
paſci pn̄t ⁊ q̄ valeāt eccl'ie i ſp̄ualibꝰ rn̄dē hiſ
q̄ ab ea i carnalibꝰ recipiūt ꝓ corpoꝝ ſuſtē-
tatiōe ⁊c. ¶ Queſtio. xi.

¶ Item quero Cur nō laborā-
tis manibus ꝓ
victu vt nō ſitis eccl'ie oneroſi i elemoſinis
petēdis? ¶ Rn̄deo. Si de puro labore ma-
nuū deberemus viuere tn̄ vrgeret nos ope
ris inſtācia: ꝙ alioꝝ lucris intēdere nō poſ
ſemus nec diuina officia libere celebrare:
nec orationi libere vacare. Cū em̄ ad cōfeſ
ſionē vel predicationem frater vocaretur
reſpondere cogeretur: opus meum quo vi-
ctui meo hodie deſeruire debeo nondū ex-
pleui: et ille cui laboro priuſq̄ꝫ deſeruiam
non dabit michi mercedem debitam: ideo
non poſſum venire. Alij autem omnes pre
ter; infirmos laborant: alij in ſtudio vt fide
les erudiant; alij in diuino officio et laudi-
bus dei: alij in colligendis elemoſinis pro
ſuſtentatione communi: alij in officijs dōe-
ſticis infirmis et ſanis ex iniuncta obediē
tia miniſtrantes quidam qui ſciunt artes
aliquas mechanicas pro fratribus ⁊ extra
neis exercentes: ſicut mutuo cooperantur
inter ſe formice et apes: quidam per obedi
entiam miſſi diuerſas terras perambulāt
cū nūcios alios idoneos nō habeamꝰ et ſic
nullꝰ īpune ꝑmittit̄ ocioſꝰ ¶ Queſtio. 12

¶ Item quero Si de quolibet
ordine et religi
one poſſit quis tranſire ad regulam et or-
dinem ſancti Franciſci ſcilicet fratrum mi
noꝝ. ¶ Ad hoc ſine preiudicio melioris ſē
tencie reſpondeo ꝙ ſic vbi ſine ſcandalo a-
liorum poteſt fieri. Propter quod maxime
prohibetur nobis de quibuſdam religio-
ſis non recipiendis cum ſcandalum tale ſit
maius malum q̄ꝫ; aliorum receptio ſit bonū
Cum enim tria ſint principalia huius reli
gionis. ſ. obedientia / caſtitas / et paupꝰtas
et in regula iſta ſint quaſi altiora ⁊ ſtrictio
ra q̄ꝫ in alijs ordinibus et religionibꝰ ſicut
ptꝫ in regula iſta: conſtat ꝙ ſm̄ hoc religio
iſta altior ſit et ſtrictior alijs ordinibus et
ideo de qualibet religione poſſunt ſecure
ad iſtā intrare dummodo non ex leuitate
ſed ex ſpiritu dei ſint ducti. Nam et ſi ali-
qua ī quibuſdam corporalibꝰ exercitatiōi
bus ſtrictior vt in abſtinētia carniū ⁊ ſilen-
tio et officio eccl'iaſtico et ſimilibus. hec tn̄
ex ſublimiori obedientie paupertatis ⁊ ca
ſtitatis virtute facile recompenſātur: ſicut
modicum pondus auri in precio preualet
magno ponderi argenti vel alterius me-
talli. i. Thimothei. 4. Corporalis exercita
tio ad modicum vtilis eſt. ⁊c.

¶ Queſtio. xiii.

Item quero. Si de iſta religiōe poſſit aliquis ire ad aliam poſt factā in ea profeſſionē. ¶ Reſpondeo. Saluo meliori iudicio non: niſi per diſpenſationē ſedis apoſtolice: cum hoc expreſſe in ipſa regula prohibeatur. ibi. Nullo modo licebit eis. ⁊c̄. Nam cum non inueniatur altior regula vel ſtrictior ſeu equalis: patet ꝙ non licet cuiꝗ̄ per ſeipſum ad inferiorem ordinem tranſire. Lu. xiiii. Oēs qui vidēt icipiēt illudere ei dicētes: qꝛ hic homo cepit edificare ⁊ non potuit cōſummare.

¶ Queſtio. xiiii.

Item quero. Si liceat ordini eiicere aliquē pro demeritis: vł egreſſo et penitenti ⁊ petenti receptionē denuo denegare. ¶ Cū enī ordo in profeſſione verſa vice ſe obligauerit vt ſicut iſte ligatus eēt ordini ita ecōuerſo videtur ꝙ ordo tenetur ſemꝑ recipere ſi exigat: ne ꝓmiſſum ſuum videatur irritare ſi nollet eū tenere quem ſpopōderat nūꝗ̄ derelinquere. ¶ Videł etiā ꝙ ordo nō poſſit talē licentiare ad aliū ordinē qꝛ nō inueniet alibi qđ hic ꝓmiſit: ⁊ ita faceret eū voti ſui trāſgreſſorē ⁊ ſic peccaret. ¶ Videtur etiā ꝙ cū iſte nō poſſit cōpelli ad aliū ordinē cū nulli ordini ſe obligauerit niſi iſti: ⁊ nō debeat cogi inuit⁹ ad qđ ſe nullo voto aſtrinxit etiā ſi aliū ordinē inueniret iſti equalē: videtur iſte ordo eſſe in culpa ſi talis vageł in ſeculo: cū nolit eū recipere penitētē ⁊ ad aliū ordinē nō debeat vel nō poſſit eū ꝯpellere: ⁊ ſi punit eū vł excōicat ꝙ iniurieł ei: ymo ſi non teneł eū ordo recipere nec vult: iā punit nō ſuū ſubditum: ⁊ ſi punit eū corporaliter capiēdo vel caſtigādo: videł in canonē incidere iā late ſentētie cū ſit clericus vel regularis. Si autē ordo nō vult eū recipere ⁊ nō ꝯuenit eū aliā religionē intrare vel alii nolūt eū recipere ad quos licētiatus eſt trāſire ⁊ ꝑ hoc a fratribus ligatur excōicatione vel nō abſoluitur: ponitur ī laqueū ꝑplexitatis inexterminabilis vt quaſi ex oī parte precluſa ſit ei via ſalutis: quod videnti ſaluari non poteſt vel non debet fieri. Lu. ix. Filius hominis non venit aīas perdere ſed ſaluare. ¶ Ut autē ſuꝑ his apertior pateat rō qđ ordini vel egreſſo faciēdū ſit in iſtis. nota. Cū aliquis ingreſſū petit iſtius ordinis: ſi recipił. fit ei magna grā ⁊ multiplex: ⁊ de naufragio pcti eripitur et ſociatur illoꝝ collegio qui ambulāt in via dei tali ꝯditione: vt et ipſe gradiatur in eadē via cū eis ſeruando illa ꝓpter q̄ ordo eſt inſtitutus. Quādiu ergo ſic graditur poſtꝗ̄ ad ꝓfeſſionē receptus eſt: nō poteſt eū ordo abiicere: qꝛ ſicut ipſe iā ligatus eſt ordini: ita ⁊ ecōuerſo vt neutrū liceat alterū relinquere vllo modo. Si autē frater aliter viuit ꝗ̄ licet in ordine ⁊ ſepius correctus ſe nō ſufficiēter correxerit: ſi exceſſus occultus ſit: tolleretur ⁊ cum cautela ꝓpter ſcādalū: ne ſi abiiceretur cuꝫ eius culpa nō pateat: videretur iniuſte ꝓiectus. aut pctm̄ iniuſte ꝓpalareł: qđ vtrūꝗ̄ illicitū videł. Si ꝟo exceſſ⁹ ei⁹ graues fuerint ⁊ notorii ꝙ alii eius exēplo poſſint inficī ſi teneatur ī ordine ⁊ extranei ſcādalizarētur ꝙ talis in ordine ſuſtineretur: tum ꝓpter auferēdū ſcādalū. tū ꝓpter corruptionē ordinis ꝓcauendū debet eiici preuaricator voti et pacti ſui: qꝛ iam ordo non tenetur ei de ꝓmiſſo tenendi eum ſecum: qui ꝓmiſſum ſuum preuaricando pluries violauit. cum ideo ſit vocatus ordo ꝙ nil ī ſe inordinatum patiatur. Qꝫ ſi deo ꝑmittēte talis ſeipſum eiiceret: gratie ſunt deo referēde: nō qꝛ ille peccauit: ſed quia oues ſuas a peſtifera ꝯtagione liberauit. Gal. v. Utinam abſcindātur qui vos ꝯturbāt ſcꝫ puritatem veſtrā pacē ⁊ famā. Si autē allegał ꝙ miſero eſt miſeratio adhibēda vt iterū recipiatur in ordine: dici pōt. Crudelis eſt miſeratio vnde plures ⁊ meliores grauiter offendūtur. Sicut qui furē liberaret vn̄ pauperes ſpoliarētur: maxime cū tales lōgo vſu tepefacti. rariſſime vere ⁊ ꝑſeuerāter emēdātur: ⁊ facilis remiſſio aliis audaciā prebeat delinquēdi. ¶ Nec pōt allegare ſibi iniuriā ſi nō recipitur. qꝛ ipſe talē ſe fecit ex culpa ꝓpria ꝙ recipi ſit indignus: quin poti⁹ ordo habeat cauſā ꝯtra eū agēdi ꝓ eo ꝙ ſic ſe dehoneſtauit. Un̄ pōt eū punire ꝓ meritis vel tradere cui ſeruiuit: niſi faciat quod tenetur. Sedes enī apoſtolica que ius ſuū vnicuiꝗ̄ ſeruat ⁊ vult ordinē in ſua puritate perſiſtere nō cogit ordinem tenere illos quoꝝ conuerſatio nociua eſſet in ordine: qꝛ tūc punirēt inocētes ⁊ reos fouerent ⁊ occaſionē daret ordīs corruptioni ꝑ tales peſtiferos ſi eos recipi oporteret. Sꝫ ne dānabił̄r vagenł ī ſclo ex grā ſedis apłice ordo dat eis licētiā (quos iudicat nō recipiēdos eſſe) ad alium determinatum tranſeundi vbi ſaluentur ad quem etiam tranſire tenentur ſi ꝑfit: alioqn̄ nō erūt ī ſtatu ſalutꝫ: ſicut Loth nō volēs montē aſcēdere ꝯcedēte āgeloꝝ ſegor puula ſaluał. Propꝫ auctoritate nō poſſūt ordinē deſerere quē vouerūt nec alium intrare ſine ordinis ſui licētia. vł ſummi pō.

SS. ii.

tificis: quia vt dictum eſt ad inferiorem regulã non licet eis tranſire altiora ꝓfeſſis. Qꝫ autem talis alium cogitur intrare ordinem ſi in iſto non recipitur: cũ tamẽ aliũ non vouerit niſi iſtum: inde eſt: qꝛ cum vouit iſtum ſic alligauit ſe religioni: ꝙ ſecũdũ ius canonicum nullatenus redire põt ad ſeculum vel ad latiorem vitam tranſire ei liceret. Et ideo ſe demeretur in ordine quem vouit non retineri cum ex pctõ ſuo nõ ſit cõditio eius melior facta vt iam poſſit eſſe liber ſed potius deterior: oportet eum aliuꝫ ordinẽ intrare et illum ſeruare ſi vult ſaluari. et ad hoc cogit eum ſtatutũ vniuerſalis eccl'ie nõ ordo iſte: ex cuius gratia permittitur ei ad inferiorem ordinem tranſire cum ſuperiorem nõ inuenit: ne aditus ei ſalutis precludatur. Si aũt velit in ſeculo vagari ex quo ordo nõ vult eum recipere nec ad religionẽ cõcedatur ſibi tranſire in ſpacio temporis ſibi determinato: licet iam videatur ab ordinis iuriſdictione exemptus cum nolit eum amplius tenere: tamẽ ex auctoritate ſummi põtificis cuius iuriſdictioni non eſt ſubtractus: põt eũ ordo impetere ⁊ per cenſuram eccl'iaſticam vel etiã ad alias penas corꝑales poteſt cohercere euꝫ vice dñi pape: ꝙdiu non habuerit aliũ iudicem regularem cui ſe ſubiecerit regulam ⁊ ordinem illius ſtabiliter aſſumendo. Sponte etiam egreſſus ordinem iſtum: ſi non de licentia eius intrauerit alium ordinem ad quem licentiari poſſet: põt ꝯpelli vt redeat cũ adhuc ſit ſub iuriſdictione ordinis iſti⁹ a qua non poteſt ſemetipſum eximere: niſi fratres dent ei licentiam ibi ſtandi ⁊ nolint eum recipere vel tenere. Hec omnia iã ſtatuta ſunt: ne quis pedem ponat in lubrico et obſcuratus offendat: ſumptis leuib⁹ occaſionibus recedendi ab ordine vel ad alium prohibitum tranſeundi vel etiam inordinate viuendi.

¶ Queſtio. xv.

Item quero. Cũ multitudo ſit ſepe occaſio confuſionis eo ꝙ regi non poſſit: cur multiplicatis numerũ in recipiẽdo inutiles et oneratis voſipſos et alios? Reſpondeo. Inutiles oĩno ſcienter non recipimus: ſed preter ſpem noſtrã aliquotiẽs ſic cõtingit. Quatuor enim cauſis ſolem⁹ recipere ſupueniẽtes. Una eſt cõpaſſio perditionis eoꝝ qui vix extra ordinẽ in ſeculo ſaluarentur. ſicut qui de igne vel aqua periclitantẽ rapit velde alio diſcrimine. Secunda ꝓpter ꝑfectum ordinis qui ex ſcientia ⁊ induſtria. moꝝ honeſtate ⁊ reuerẽtia quorũdam futurus preſumit. Tertia propter alioꝝ edificationẽ: vt multi de talium cõuerſatione qui aliquo modo ſũt famoſi ĩ ſeculo emẽdẽtur ⁊ eoꝝ incitentur exemplo. Quarta ꝓpter precũ inſtãtiã quã ipi faciũt pro ſe ⁊ aliĩ ꝓ eis nimia importunitate obtinẽt aliquos recipi quib⁹ denegari nõ põt. Sicut aũt agricola ſepe ſeminat ⁊ plantat in ſpe ꝙ oĩa cõualeſcant: qḋ tamen plerũꝗ in aliquibus nõ eueniet: ita cõtingit ⁊ in religioſis ad ordinẽ receptꝭ. Luce. viij. Aliud cecidit ſec⁹ viã. ⁊c̃. Seminat plures ſulcos vt ſi aliqua pereant: alia pro illis conualeſcant. Si tamen omnes conualeſcerent: ſeges copioſior proueniret. ⁊c̃.

¶ Queſtio. xvj.

Item quero. Unde eſt ꝙ videmus aliquos religioſos morib⁹ diſtortos ⁊ rudes ſicut aliquos ſeculares ſuperbos/vanos/cupidos/inuidos/detractores iracundos/contumelioſos/deſides/diſſolutos/auaros/inuerecũdos/delicatos/guloſos/garrulos/laſciuos/⁊ quod ex his oriẽ forſitan incõtinentes? Reſpõdeo. Religio ẽ ſcola virtutum: in qua ſicut in aliĩs diſciplinis ⁊ artibus diſcẽdis incũbitur. Uidemus aũt ꝙ alius alio peritior eſt/alius rudior/alius diligẽtior/alius ſegnior. Hec autem differentia ex quinꝗ cauſatur. ¶ Una cauſa eſt ꝙ alicubi informatores habent quorum eruditione boni diſcipuli nutriuntur: vbi aũt nõ habentur: aut rudes in ſpiritualibus erunt diſcipuli aut erroribus variĩs ſub ſpecie boni per ſenſum ꝓpriũ ſeducuntur: habẽtes quidẽ zelũ iuſticie: ſed nõ ſecũdum ſcientiã: ⁊ ſic a perfectiõe virtutũ plurimi retardãt: vt vel malũ eſtimẽt bonũ aut minus bonũ putent optimũ aut aliã viam ꝙ debeant ad perfectionẽ tenendã. ¶ Secũda cauſa eſt defect⁹ ſeu copia bonoꝝ exẽploꝝ: qꝛ noui in religione ſepe tales fiunt: quales alios eſſe vidẽt: ſicut in ſigillis cera talẽ ymaginẽ recipit: qualis fuit impreſſa: ⁊ fiũt ſci cũ ſctis/boni cũ bonis/peruerſi cũ ꝑuerſis. ¶ Tertia cauſa eſt nouitas in religione: qꝛ incipiẽtes nõ poſſunt vel non hñt illa que habent ꝓuecti vel perfecti. Et ignoſcendũ eſt eis in aliquibus ⁊ patiẽter expectandũ: donec creſcant ⁊ adiſcãt que nõ dũ apprehẽdere valuerunt. Romanũ. xv. Debemus nos firmiores imbellicitates infirmorũ ſuſtinere ⁊c̃. Qui a puero exigit labores viri ⁊ ab infirmo vires robuſti ⁊ a ſcolari vnius anni vires magiſtri: imprudẽs eſt. ꝓ. hoꝝ. xiij. Cũ eſſem paruulus loquebar vt paruulus. ⁊c̃. Ex hoc arguit ſtolidas ſecu

lariũ quorũdã: q̃ dũ vident aliquẽ religioſũ in aliquo offendere: oẽs religioſos deſpiciũt quaſi oẽs tales ſint cũ ipſis videreť iuſtũ ſi ꝗs eos ꝑꝑ aliena vitia deťiores haberet. ¶ Quarta cã ẽ defect⁹ grẽ: nõ eĩ oẽs oĩa pñt. Sicut. n. multi vellent eſſe diuites ⁊ nõ poſſunt: ita nõ omnibus datur equalis gratia ſpũaliũ bonoꝝ. Rom. 7. Velle michi adiacet: ꝑficere aũt bonũ nõ inuenio

¶ Quinta cauſa eſt volũtas propria: ⁊ ſi nõ oĩa adſint predicta: dũ quis diu ſtetit i religiõe et bonoꝝ exẽpla deſpexit: doctrinam nõ curauit/ gratiã abiecit/ virtuti non ſtuduit/ vicijs ſe ſubdidit: ſicut heu plures ſũb religiõis habitu velut dealbata ſepulchra in ſcandalum alijs conteguntur. Math. 23 Ve vobis ſcribe et phariſei et hypocrite q̃ eſtis ſicut ⁊c.

¶ Queſtio. 17.

¶ Item quero Cum religio deberet eſſe ſicut ſpeculum in domo: in quo diſcant intrantes agnoſcere ꝺformitates ſuas vt eas abſtergãt: quare nõ oẽs diſcolos eẏcitis ꝑ q̃s religiõis puritas deformatur: ſi tñ nõ eſtis tales oẽs q̃ illos fouetis? Rñdeo Bona religio malos odit nõ fouet: nec tñ oẽs ꝑuos eẏcit. Et hoc his de cauſis. ¶ Una ꝑꝑ ſpẽ correctiõis ſicut egrotãs nõ eẏcitur i mare quãdiu ſpes vite fuerit: ita et de lapſis in ordine intellige, cũ multi lapſi ꝑ penitẽtiã ſurgẽtes: poſtmodũ ſani ꝑſeuerãt ⁊ aliquo tiẽs meliores ſiũt ꝙ̃ q̃ lapſi nõ fuerit: ſicut dauid ⁊ alij plures. ¶ Scđa ꝑꝑ defectũ probatiõis: qꝛ lꝫ ex aliq̃bus cõiecturis timeať aliq̃s mal⁹: tñ apte nõ videť cõitati. Sicut ſi aliq̃s timeať leproſus eſſe ex aliq̃bus ſignis et nõ põt adhuc plene iudicari: ſed latet morb⁹: ⁊ iõ inť ſanos adhuc tolleratur. ¶ Tercio propter ſcandalũ: qm̃ ffrib⁹ tãtũ notũ eſt crimẽ illius: ſꝫ apud extraneos reputať honeſtus: q̃ ſi viderẽt eũ eẏci et tñ nõ ſcirẽt cauſã: putarẽt ex inuidia fieri vl̃ cogitarẽt reliquos oẽs eſſe tales. cũ iſte de quo tm̃ preſumebãt occulte fuerit vicioſus Nã dñs cognouit iudã eſſe vicioſũ et in exẽplũ nobis tollerauit eũ: cũ crimẽ eius alijs foret occultum donec per apertam iniquitatem prodidit ſemetipſum. ⁊c

¶ Queſtio. 18.

¶ Item quero Cũ q̃lꝫ religio ſibimet placeat ⁊ alijs ſe preferat: q̃ ſũt maxime in q̃bus bona religio agnoſcať et in q̃bus alia melior alia eſtimať. ¶ Rñdeo Sepe in vno et in aliq̃bus precellit vnus ordo alteꝝ vt iſte in labore/ alter in ſilẽtio/ alius in abſtinentia et ſiľibus. Sꝫ gñaliter in iſtis agnoſciť quis ſit melior. ¶ Uñ ſi in ſtudio oĩs ꝟtutꝫ vt cõiter ꝑſone illius ordis feruẽtius ⁊ frequẽtius exercẽtur: maxime caritatis/ hũilitatis ⁊ interne deuotiõis eſt ſignũ bonuꝫ precellentie ⁊ ꝑfectiõis. ¶ Scđm ſi omnia vitia et ſcãdala odio hñt et ſollicite caueť et occaſiões pctõꝝ amputãt ⁊ extirpãt ⁊ mũdiciã diligũt et cõſeruãt ¶ Tercium eſt ſi boni apud eos diliguntᷣ ⁊ fouenť. ⁊ deſpectis alijs in regimine aiarũ ſoli aſſumunť ⁊ per eos maxime gubernať ordo. Eccľiaſti. 19. Qui negligit modica paulatim decidit ¶ Quartũ ſi a ſeculari frequẽtia ſe ſubtrahũt et honores fugiũt. diuitias nõ ambiũt et cõformari huic ſeculo tã in morib⁹ ꝙ̃ factis ſeu qualꝫ apparẽtia erubeſcũt. ¶ Quĩtum ſi dãnũ ⁊ iniurias illatas ac deſpectiones tacite ſufferũt: nec ꝑ querimonias vindicare ſe cupiũt: ſed deũ omniũ inſpectorẽ attendũt q̃ ſuos cũ vult põt defendere. Cuꝫ vero expedire eis nouerit ꝑmittit eos pro altiori premio tribulari ⁊ paciẽter ferunt donec placuerit deo aliter ordinare. Que iſta ſigna plenius hñt religiões: meliores ſũt: ⁊ q̃ minus ſũt minus bone: et q̃ nichil/ nichil ſũt: q̃ etiã ſingulariter l ſe hꝫ bon⁹ eſt etiã ſi alij communiter non hñt.

¶ Queſtio. 19.

¶ Item Uidemus ordines oẽs religioſoꝝ deficere in vita religioſa: etiã ſi in tẽporalib⁹ et i q̃buſdã cerimonialibus videanť ꝑficere. Cauſas hui⁹ defectus vellẽ ſcire ꝑcipuas. Aut eñ nõ debe retis incipere qđ nõ poteſtis perficere aut in inceptis ꝑ poſſe ꝑſeuerare alioq̃n preuaricatores voti merito reputabimini. ¶ Rñ. Omne qđ nõ hꝫ eſſe ſuũ a ſe: deficiẽdo decidit in nõ eſſe niſi ſuſtenteť ab eo q̃ dat ei eſſe. ſic et omnis ordo et oĩs hõ. Uñ nõ ſolum ordines religioſorum: ſed etiã epõꝝ et clericoꝝ et laicoꝝ et vniuerſalis ſtatus multum deficit quantũ ad cõmunẽ ſtatũ ab eo qđ in principio fuit: cũ oẽs fideles erant ꝑfecti ⁊ ſãcti quales nũc raro videmus. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnũ et anima vna ⁊c. Licet autem olim communiter omnes boni et ſancti fuerint: tñ modo multo plures ſunt ſancti in eccleſia dei Sꝫ qꝛ mali plures ſũt: iõ nõ apparẽt ſãcti reſpectu multitudinis alioꝝ. Sãctitas etiã vera nõ conſiſtit in exercitatiõe corporali ſed in ꝟtutibus mẽtis. Et qꝛ iſte nõ apparẽt exterius niſi modice ex quibuſdam ſignis operũ et ſancti non querunt videri ab hominibus vt laudenť: ſed occultãt bona q̃ hñt ſin

gularíter pre ceteris:nõ pauci ſãcti mõ i ec
cl'ia vel ordinibus eẽ vident. Cauſe autem
quare cõitas in religiõe deficit: ſũt magis
cões inter alias. ¶ Una eſt multitudo ītrã
tiũ:qꝛ multi nõ põt tã facile flecti ſicut pau
ci:ſicut nauis magna difficilius gubernat
ꝗ̃ parua. Et vbi multa capita ibi multa ce
rebra q̃ oĩa non põt ad vnũ ſenſum deflecti
¶ S. ðã cũ ſubtrahũtur q̃ primo tenuerũt
ordinẽ in ſuo vigore vel cũ debilitãt in cor=
pore:nõ põt iunioribus ardua rigoris da=
re exẽpla ſicut prius ⁊ noui q̃ priora opa n̄
viderũt:imitant eos tñ in his q̃ nõ vidẽt
in eis ⁊ ſũt remiſſi et ſub ſpecie diſcretiõis
ne ſeipſos ſicut antiq̃ deſtruãt parcẽtes tor
pori. Et qꝛ internas ꝟtutes quas antiq̃ ha
buert nõ agnoſcũt vbiq neglecti ſũt:ꝙ nec
exterius exercent nec iterius ꝟtutes app̃=
hendũt. Etiã qꝛ antiq̃ nõ valẽt mõ eos exẽ
plo preire timẽt etiã eos in ꝟbo corrigere:
qꝛ ſolent dicere iuniores. Uerba quidẽ bo=
na ſũt que dicũt nobis:ſꝫ opera nõ oñdũt ⁊
ſic magis ſcãdalizãtur ¶ Tercia cã eſt:qꝺ
q̃lꝫ nõ didicit neſcit docere:cũ eiñ regimen
ordis deuoluit ad iſtos iuuenes tales nu=
triũt quales ipſi ſũt. ita ꝙ iã prior in fratꝝ
fabulã vertitur nõ trahit in exẽplũ:ymo ſe
tñ reputãt illis prioribus meliores:q̃ mi=
nus agnoſcũt q̃ ſint perfectoꝝ virtutes Et
dũ exẽpla quedã exteriori diſciplina cõſer
uãt in choro vel ꝓceſſionali igreſſu ⁊ ſil'ib⁹
audẽt aſſerere ꝙ ſtat⁹ ordinis nũq̃ fuerit
ita bon⁹. ¶ Quarta cã eſt:ꝙ paulatim ſub
intrãt nõ bone cõſuetudies:q̃ ſtatim ab a=
liĵs trahũt in exẽplũ. Et ſi aliq̃ zelũ dei hñ=
tes illa redarguũt audacter defẽdunt aliĵ
quare ſibi nõ liceat qꝺ aliĵ ꝑmittit et ꝓ le=
ge tenebit:cũ ex vſu iã cõueniẽs videat ita
ꝙ vix de cetero poterit extirpari. Rectores
quoꝝ ⁊ ſi talia nõ diligãt. tñ ne maius ma
lũ ſequat diſſimulãt vt pacifice cũ fratrib⁹
viuãt. Cũq vna cõſuetudo talis facta fue=
rit tollerabilis:conſeq̃nter introducit alia
quaſi coherẽs priori: vt ſi illa admittitur:
iſta ver⁹ tolleret. ¶ Quinta occupationum
freq̃nter emergẽtiũ:q̃ corda diſtrahit: affe
ctũ deuotiõis extinguit mores alterat ite=
rius occaſiones vicioꝝ inducit ⁊ ne de ſua
correctiõe efficaciter cogitẽt ſemꝑ noua im
pedimẽta religioſis innectit:donec tandeꝫ
ꝯſueſcãt ſola exteriora cogitare. Et obſcu=
rato ꝯſcie oculo. et cũ deſũt occupationum
cãs impudẽter q̃rere:ſicut Sãſon cecat⁹ in
carcere molã traxit. Judicũ. 16. Sũt et alie
ſpeciales cauſe quorundã ordinum: vt ni=
mia inopia:ex qua cogunt fieri ꝓprietarĵ
dũ ſibimet videtur quiſq prouidere. qꝛ nõ
ꝓuidet eis in cõi. Jtẽ nimie opes ex quib⁹
fiũt carnales ſuꝑbi ⁊ multipl'r vicioſi. Jtem
freq̃ntia inter ſeculares ex qua orit multa
rũ tentationũ carnaliũ materia ⁊ tp̃is ꝑdi=
tio. Jtẽ frequẽs mutatio ꝓlatoꝝ:q̃ ⁊ ſi ꝑ ꝑ=
te bona ſit inquãtũ mali abĵciũtur tñ i eo
nocius eſt ꝙ boni dũ cito ſperãt abſolui nõ
preſumũt aggredi vel nõ proficiũt vt refor
ment ſtatũ ordinis: ⁊ rebelles ſubditi poti⁹
laborãt vt deponant ꝗ̃ vt ſtatus debite re
formet Jtẽ ſi vnus prelatus qñq vult refor
matiõi intẽdere: ab aliĵs quoq̃ñ impedit
vel ad minus nõ iuuat ab his quoꝝ auxi=
lio indigeret: vt ꝓor nõ adiuuat ab abbate
vel abbas ab ep̃o ⁊ de ſil'ibus ſil'r iudicet:
vñ rebelles ſubditi appellãt ad illos quos
ſciũt ſibi in ſua rebelliõe fauere. Jtẽ ſi aliq̃
in vno loco diligerẽt reformare ſtatũ i me
lius: mittũtur ad aliũ locũ vbi nõ inueniũt
qꝺ querebãt. Ex his atq aliĵs cauſis ſtatus
religiõis deficit: vt nõ ſolũ fiat deterior ſꝫ
ẽt quaſi deſperabilis: ꝙ vix vnq̃ niſi de⁹ or=
dinet aliter reformet. Sꝫ qꝛ diligẽtib⁹ deũ
oĩa cooperãtur in bonum: quod nõ fit i cõi
põt fieri in ꝑticulari. Quilꝫ ꝓficere volẽs
ꝯuertit ad lucrũ ſuũ alioꝝ detrimẽtũ ⁊ oẽs
vias alieni defect⁹ ad ꝑfectum ſuũ cũ dei
gratia extorquet. Et ſicut electoꝝ gl'ia ex
hoc maior erit ꝙ reproborum ſocietati ad
mixti: eorum non imitantur exemplũ q̃ ſũt
ipſis tentationis et exercende virtutis ma
teria. ita et boni religioſi nunq̃ tanti fuiſ=
ſent meriti apud deum: ſi non a tepidorum
fratrum defectibus ad multiplicem virtu
tis luctam aſſidue expediti fuiſſent. Uñ a=
poſtolus inter cetera virtutum ſuarum me
rita quibus ſe miniſtrum chriſti excellẽter
gloriatur: enumerat pericula in falſis fra=
tribus. eo ꝙ ei et aliĵs bonis multiplex ſit
occaſio virtutis: ſcilicet ꝙ primo eorum pra
ua exempla ſunt bonis tentationis mate=
ria et ſic victorie cauſa ¶ Jtem ſecundo ze
lo iuſticie circa eorum vitia accẽduntur et
vruntur ſcandalis infirmorum. ¶ Jtẽ ter
cio eorum miſeriĵs compatiuntur ſicut ma
ter filio ad perditionẽ ꝓperãti. ¶ Jtẽ quar
to magis laborãt bonis exemplis eos cor=
rigere et monitis orationibus ⁊ beneficiĵs.
¶ Jtem quinto diſtortos mores patienter
tolerant et iniurias quas eis pro iuſticia
inferunt. ¶ Jtem ſexto ex eorum contuber
nio deſpectiones ſuſtinent ab extraneis:
quaſi ipſi ſint tales. ¶ Jtem ſeptimo
timidiores ac per hoc humiliores fiunt
et ne cadant ſollicitiores ſũt. ¶ Jtẽ octauo

deo magis referūt gratias ꝙ eos ne tales
eſſent benigne defenderit. Item nono ex
malis iuxta ſe poſitis virtutes iuſtorum
clarius elucent et pulchrius fulgent. Iſta
et alia bona ſunt que deus elicit ex cōſortio
maloꝝ cum bonis. Sicut enim accidenta-
le gaudium bonoꝝ cumulat viſa pena dā-
pnatoꝝ: ita etiam in eccl'ia quodāmodo de
corat rectitudinem iuſtoꝝ deformitas ini-
quoꝝ: diſponēte hac ſupna ſapiētia que nil
inordinatum i omni regno dimittit. etc.

¶ Queſtio. xx.

Item quero. Cum nichil debeatis ap
petere terrenū nec honores nec
res pro quibus ſolent homines inter ſe cō
tēdere et ſibi mutuo inuidere: que cauſa eſt
ꝙ ſepe videmus inter religioſos eſſe diſſē-
tiones et inuidias ſicut et inter ſeculares vel
aliqn̄ acriores. ¶ R̄ndeo. De his q̄ irrōna
biliter fiunt reddi nō poteſt ratio cōgrua
Unde ſi aliqui ſub habitu religionis tales
aliqn̄ videtur: nō eſt alia ratio niſi eoꝝ im
perfectio: et qꝛ habitus mentis non hꝫ inte
rius qḋ oñdit habit⁹ veſtis exteri⁹ et tōſura
capitis. Boni aūt ſi aliqn̄ diſſentire videtur
hoc his de cauſis fieri ꝯſueuit. Una cū non
oēs agnoſcant equaliter veritatem in om
nibus: cōtingit ꝙ aliquis intelligit illud ꝑ
alia parte non fore expediens vel aliud ma
gis fore expediēs ꝙ̄ illud. Et dū vterqꝫ hoc
ꝙ ipſe melius iudicat vult ꝓmouere et qḋ
nociuum credit vult impedire: ſic diſſentio
fit inter eos. i. diuerſa ſenſio: non ꝯuerſa cū
vterqꝫ bene intendit: ſicut inter paulum et
barnabā ꝓ Johanne diſcipulo quē voluit
barnabas aſſumere in ſocium predicatiōis
ſue: ſed paulus prohibuit timēs ne nō per-
ſeueraret in cōtinuatione laboris et ſic ꝑ eū
impediretur et ſic diſſentiebant. Et barna-
bas ſecū iohānē ſūpſit vbi minores habe-
ret labores. Paulus ṽo ſylam ſumpſit pro
fortioribus laboribus magis aptū vt diuer
ſis partibus diuiſi pluribus predicando ꝓ
deſſent. Sic in expoſitione beati Gregorij
orāte daniele dn̄m ꝓ ppl'i liberatione de ca
ptiuitate babilonica. angelus dixit ꝙ eius
oratio eſſet dudum exaudita: ſed princeps
pſaꝝ. i. angelus illius gētis cuſtodie depu
tatus reſtitit ſibi. xxi. diebus ne ſtatim libe
rarētur: ſed diutius afflicti plenius a pctō
purgarētur. Quid ergo mirū ſi boni' qñqꝫ ꝓ
bono diſſentire videtur ratiōe diuerſaꝝ ꝯſi
derationum ſi apoſtoli et angeli in eadē ra-
tione diſſentire inuenti ſunt? Nā iuxta hūc
ſenſum ſancti quandoqꝫ irratonabiliter et a
deo diſſētiunt: vt cum deus vult aliquē mo
ri quem ipſi diutius deſiderant viuere pro
aliorum profectu. vel cum ipſi putant citi⁹
mori quos deus vult pro eorum ſalute ad-
huc diutius in corpore laborare. Phil. j.
Deſiderium habeo diſſolui. etc. Alia cauſa
eſt qñ vnus non videt intentionem alteri⁹
que bona eſt: putat eum alia intentione ali
quid facere et diſplicet ſibi et diſſentit ab eo:
qui ſi ſciret nō diſpliceret ſibi qḋ facit et eēt
pacatus cum eo. Sic moyſes iratus eſt fi-
liis ruben et dimidie tribui manaſſe cū pe-
terent terram baſan et eſbon in poſſeſſionē.
Et ioſue iratus eſt eiſdem pro conſtructio-
ne altaris ſuper ripā iordanis ātēqꝫ agno-
ſceretur intētionem vtrobiqꝫ fuiſſe bonam
talis aūt ſignorātia nō ē ſꝑ culpabilis: dū tn̄
non ſit iudicium nimis preceps. etc.

¶ Queſtio. xxi.

Item quero. Cū religioſi tam ſtudio-
ſe ſolent abſcondere facta ſua:
ſuſpectum eſt apud eos eſſe aliqua indecē-
tia: cur enim ſic celantur cum bona non ſit
neceſſe celari. ¶ Reſpōdeo. Tria ſolēt ce
lari et abſcondi. ¶ Primum eſt ſingularia
bona ne de ſingulari gloria excellentia ꝓue
niat et meritum depereat. Math. v. Attendi
te ne iuſticiam veſtram fa. co. hoibus vt vi.
ab eis. etc. Item vicia et pctā ne ꝑcipientes
ſcādalizentur et qui peccantes aliquē ſcan
lizant duplici reatu obligātur. Math. xviij
Ue homini illi per quem ſcandalum venit.
Item quedam ſolent abſcondi a non intelli
gentibus que ea iudicarēt mala eſſe ex ſua
ſtoliditate: cum tamē coram deo licita ſint
vel etiam meritoria: nō ꝓpter hypocriſim
ſed ne illi exinde infirmētur: et ita nō ꝓpter
ſe tn̄ ſed magis propter illos occultant re
ligioſi facta ſua ne noceāt illis: quia nō pñt
omnium corda videre et omnibus ſatiſface
re quare hoc vel hoc fiat: cum ſeculares ru
des ſint et proni ſepius de religioſis ſiniſtra
ſuſpicari. Cum enim vidēt eos refectionē
accipere: iudicāt eos carnales. Cum vidēt
eos humiliter iocundos: iudicant eos diſſo
lutos. Cum ex zelo iuſticie vident ſe ab eis
pro vicio ſuo redargui: dicunt eos iracun-
dos. Cum vident eos neceſſaria vite men-
dicare cum aliunde non habeant: dicūt eos
auaros et ſic de ſingulis. Etiam que benefa
ciunt reprehendit: propter quod oportet vt
caueant aliene infirmitati et occultēt q̄ poſ
ſent ab aliis mala iudicari. Chorinthi. viij.
Uidete ne hec licentia veſtra offendiculum
fiat infirmis. Tribus modis ſeculares iu-
dicant religioſos. ¶ Primo opinando de
ipſis que omnia ſunt falſa que ipſi per ſe

confiugūt vel alijs inferētibus leuiter cre=
dūt: vt vulgus ruſticanū qđ dicit nos anti
chriſti prenūcios ⁊ ꝙ oēs guerras terrarū
et principū ſeminemus. ¶ Secūdo ꝙ illa q̄
ipſi ſolēt facere nō ſunt pctā: ꝙ cum vident
nos aliquādo facere eſtimāt ꝙ tali aīo fa=
cim⁹ vt ipſi: vt cōedere delicata ⁊ bibē allo=
q̄ feminas/eſſe hylares hr̄e ſpecioſas are=
as/munda edificia rōne ſani aeris et eccle
ſias decētes/⁊ zelo diſcipline inuicē accuſa
re et punire ⁊ ꝑ cautela de locis trāſmuta
re ⁊ ſit'ia: q̄ a bonis bono ⁊ a ꝑuerſis ꝑuerſo
aīo fieri ſolēt. ¶ Tercio cū dam⁹ eis cau=
ſā iudicādi et ſuſpicādi de nobis nō bona
talia exēpla eis oſtendendo q̄ merito ſīt rep=
hendēda In ꝑmo ſumus nos ſine culpa/in
ſecūdo indigemus bona cautela / in tercio
culpa nō caremus dātes eis ſcādali offen=
ſionē ⁊ miniſteriū religiōis vituperabile fa
ciētes: q̄bus debemus eſſe lumen ſane do=
ctrine ⁊ forma recte viuendi. Cū aūt deſpi
cimur ab alijs ſine cauſa ſiue culpa noſtra
ad profectū noſtrum cedit multiplicem.
¶ Primo pctā noſtra per hoc purgantur.
¶ Secundo bona noſtra magis tuta ſunt
a vana gloria ⁊ laude humana.
¶ Tercio humiliores reddimur corā ho
minibus.
¶ Quarto cautiores ſumus in v̄bis ⁊ fa
ctis ne opinionem eoꝝ confirmemus.
¶ Quinto minus ſumus eis familiares
ac per hoc magis in cella quieti
¶ Sexto patiētiā magis diſcimus ex ta
li deſpectione.
¶ Septimo interna conſolatio ſpiritus
impenditur querētibus pro exteriori ſub=
tracta.
¶ Octauo maius meritum ex his omni=
bus corā deo accreſcit. Hec et alia bona tā
ta ſunt: ꝙ ſi nō obeſſent alijs: libēter tolera
re debemus deſpici ab alijs ⁊ reprehendi
⁊ ꝑſecutiōes pati ꝓpter xp̄m ſine culpa ⁊c.

¶ Queſtio: xxij.

Item quero. Cū deberetis ſicut paupe
res xp̄i paupib⁹ eē familiariores
⁊ eoꝝ cibis ꝯtētari: q̄d eſt ꝙ magis frequē
tatis mēſas diuitū q̄ȝ pauperum ¶ Rn̄deo
Tria ſpecialiter inuitāt ad hoc: vcȝ nr̄a ne=
ceſſitas: qꝛ cū itinerādo ꝑ terrā laſſitudine
et fame fatigamur apđ illos prōptius ſpe
ram⁹ obtinere refectionē q̄ etiā ꝓ honeſta
te ſua pauē ſuū q̄buſlibȝ trāſeūtibus non
negāt: q̄ȝ alios quos neſcim⁹. Itē pauꝑeꝝ
inopia: qꝛ ſi forte nos hilarit̄ reciperēt: ex
pēderēt nobiſcū ꝓ ſua deuotiōe ł vno prā
dio nobis ēt dolētib⁹ vn̄ ipſi plurib⁹ vicib⁹
refici poſſēt. Itē ipoꝝ diuitū ſalus: q̄ per oc
caſionē ꝯcipiūt noſtri familiarē noticiam:
vt ad amorē dei ſic eos paulatim traham⁹
et ſalutis doctrinā eis ingeram⁹ et ꝑ tale
meritū deū eis ꝓpiciū faciam⁹ qꝛ paupes
ꝑ ſe ingerūt ſe ⁊ ſalutis ꝯſilia ſtudioſe req̄=
rūt qui nō hn̄t in hoc mūdo cōſolationem
ſuā: diuites aūt terrenis cōtenti vel mūda
nis negocijs occupati vel ſuperbia inflati
raro hūiliant ſe ad querēdū ſalutis ꝯſiliuȝ
niſi per occaſionē aliquā ad hoc a bonis ⁊
religioſis trahātur prudēter: ſicut dn̄s tra
xit zacheum ⁊ alios publicanos mānducan
do cū eis et docēdo: licet nō ignoraret pha
riſeos et ſcribas inde murmurare ⁊ mate=
riam querere detrahendi ⁊c.

¶ Queſtio. xxiij.

Item quero. Cum perſonarum acce=
ptio ſit apud deum culpabilis ⁊
ab apoſtolo iacobo prohibita: quare vos re
ligioſi magis honoratis diuites q̄ȝ paupe
res et promptius eis ſeruitis in confeſſio=
nibus audiendis et alijs conſilijs et obſe=
quijs ſicut ſepe videmus et ſcimus. Reſpō
deo. Deus puſillū fecit equaliter ⁊ magnū
⁊ equaliter eſt illi cura de omnibus inq̄ȝtū
factura eius ſunt ac ad ſalutem pertinent
ſempiternam ideo igitur nos omnes dili=
gere debemus in dn̄o et tā diuitum q̄ȝ pau
perū ſalutem deſiderare ⁊ pro poſſe noſtro
promouere ſicut expedit his et illis. Unde
ſi pauper melior eſt diuite: plus debemus
eum diligere: tamen diuitē plus honorare
quadruplici ratione. ¶ Una quia cum de=
us in hoc ſeculo diuites et potentes pretu=
lit pauperibus quo ad mundi gloriam vbi
eſt neceſſe alios alijs ſubeſſe vl' preeſſe: nos
honorando potentes eius ordinationi cō
cordamus: quos et ipſe deus honorauit in
hac parte. ¶ Alia ratio propter infirmita=
tem ipſorum diuitum qui ſi non honorarē
tur: indignando magis infirmarentur ⁊ de
teriores efficerentur ⁊ grauamen nobis et
alijs pauperibus inferrent ne quod offen=
diculum demus infirmis: ne per nos dete
riores fiāt qui omnes debemus potius ad
meliora trahere ⁊ prouocare. ¶ Tertia qꝛ
maior vtilitas ꝑuenit ex correctione vnius
diuitis q̄ȝ plurium pauperū. Pauperis au=
tem ſalus ſibimet prodeſt diues autē emē=
datus multis prodeſt tam propter exem=
plum aliorum qui inde edificantur et pro=
uocantur ad bonum: et propter alia bona
que per eum promouentur in alijs et mala
impediuntur. Eccleſiaſt. x. Qualis rector ci
uitatis tales habitantes in ea. Conuer=

ſio conſtantini imꝑatoris ad fidē pl⁹ ꝓfuit
eccleſie i plurib⁹ ꝗ̄ mltoꝝ alioꝝ. ¶ Quarta
cū a diuitib⁹ plus recipiam⁹ de corꝑali ſub
ſidio eo ꝙ magis abūdāt in talibus iuſtuȝ
eſt vt et eis vicē rependamus ⁊ ꝓniores ſi=
mus eis ad obſequia ſpecialia impēdēda.
Pauꝑes etiā facili⁹ expediūtur q꞉ tātis ꝑ
plexitatib⁹ nō ligant diuites ꝗ̄ꝯ pluribus
laq̄is irreti. frequētioribus ⁊ diligentiori
bus indigēt ꝯſilijs. Jdeo neceſſe eſt nos cir
ca illos ſtudioſius occupari. ne ꝓfundi⁹ in
pctō mergant. Nā (vt dictū ē iā) ꝗ potētem
in bono ꝓmouet multos iuuat. Sicut ecō=
uerſo ipi⁹ ſubuerſio mltoꝝ ē detrimētū ⁊c.

¶ Queſtio. xxiiij.

Item quero. Cū regl'a dicat ꝙ nil
ꝓpriū debeatis habere nec
in ſpeciali nec in cōi ⁊ vos habetis domos
hortos. libros veſtes et alia victui neceſ=
ſaria ꝓ tpe quō poteſtis trāſgreſſiōis hmōi
excuſare bona ꝯſciētia? ¶ Rn̄deo. Uidem⁹
in ſeculo famulos dn̄oꝝ panē nō ſuū come
dere tecto nō ſuo ꝯtegi ⁊ rebus alienis vti
vcȝ dn̄oꝝ ſuoꝝ. Sic ⁊ alij ſepe ꝯceſſis vtū
tur tā veſtib⁹ ꝗ̄ alijs rebus de illoꝝ volū=
tate quoꝝ res ſūt. Sic ⁊ nos vtimur rebus
neceſſarijs pro corꝑe quas tn̄ nec in ſpecia
li nec in cōi nobis appropriamus. Regula
eniȝ non dicit nos nichil debere habere ſȝ
nichil nobis appropriare. Unde vſum reꝝ
neceſſariaꝝ habere poſſum⁹ nō ꝓprietateȝ
alioquin nec veſtē nec cibū nec aliq̄d aliud
in vſum recipere deberem⁹ qḋ eſſet contra
oēm rationabilē itellectū. Preſul em̄ ſedis
apoſtolice qui eſt generalis ●m pauperuȝ
eccleſie prouiſor ſpecialiter noſtri ordinis
curam habēs oim̄ mobiliū que ordini con=
ferūtur: ꝓprietatē ſibi aſſūpſit exceptis his
q̄ iorū dn̄iū ſibi ꝯferētes retinuerūt ⁊ nobis
vſū earundē reꝝ ſolū cōcedit: vt ſemꝑ alie
no victu ⁊ veſtitu ⁊ tecto ⁊ alijs vtenſibili
bus abſq̄ ꝓprietatis iure ex ipius cōceſſio
ne vtamur. Sicut familia patriſfamilias
que rebus dn̄i ſui vtitur taȝ in abſentia ꝗ̄
in ei⁹ preſentia corporali ſcḋȝ ipi⁹ diſpoſi
tionem. Et elemoſina que nobis a fidelib⁹
datur tranſit in vſuȝ noſtrum ⁊ i illius dn̄i
um qui eſt principalis ordinis noſtri diſ=
penſator cui parati ſumus omnia que ha=
bemus cum iuſſerit tanꝗ̄ domino prout cō
uenit reſignare vt nichil iuxta hoc proprie
tatis habentes regulam noſtram bona cō=
ſcientia obſeruemus ⁊c.

¶ Queſtio. xxv.

Item quero. Cum iterum regu=
la dicat ꝙ nec per vos nec
per alios debeatis recipere denarios vel
pecuniam videmini ꝑ contrarium hoc fa=
cere. tā petendo pecuniā ꝗ̄ reponēdo ꝗ̄ ēt
diſpenſando: q꞉ et ſi perſonaliter eam non
cōtrectatis: tn̄ per alios eā ſeruari et reci=
pi facitis ⁊ diſtribui ſicut vultis et tn̄ inhi
betur ſicut ꝑ preceptū vt nō habeatis ſuꝑ
hoc poteſtatem diſpēſandi: neſcio quō hāc
trāſgreſſionem excuſare poteſtis. Si autē
non poſſet hoc precptū ſeruari: non debere
tis vouere et potius eſſet a regula recedē
dum ꝗ laq̄us eſſet vouētibus cuȝ ſeruari
non poſſet. ¶ Rn̄deo Multa putantur ma
la ꝗ̄diu non intelligūtur: que intellecta ra
tionabilia et iuſta videtur ſic ⁊ in iſta que
ſtiōe apparet. Rl'a ꝓhibet nec ꝑ vos ꝑ in=
terpoſitā ꝑſonā nos recipere pecuniam vt
noſtra ſit ⁊ nos dn̄i ⁊ poſſeſſores pecunie ſi
mus quaſi rei ꝓprie: ſed cōcedit ꝙ ꝑ ami=
cos ſpūales ꝗ ꝓ deo nos ſpiritualiter dili=
gunt. i. caſte et iuſte neceſſaria procurem⁹
que tali modo vtraq̄ cōgrue obſeruantur
ꝙ ea que ſine pecunia nō pñt ꝓcurari aut
per ipſos procurentur qui fratribus dant
elemoſinaȝ aut ꝑ eoꝝ nūcios vt cū aliquis
ꝓcurat fratribus librū ſcribi vel veſtē fie=
ri vel domū vel aliud ſuis laboribus ⁊ ex=
pēſis Aut ſi fratres iſta ꝓcurāt illi ſoluūt
pecuniā illis qui fratribus cōmodauerūt.
vn̄ iſta ſūt ꝓcurāda: vt cuȝ fratres faciunt
librū ſcribi alius ſoluat expenſas ꝑ ſe vel ꝑ
nūciū ſuū: aut ſi aliqui volūt dare ffib⁹ ele
moſinā pecunie poſſunt cōmittere alicui ꝗ
noīe ſuo eā ſeruet ꝓ vtilitate tn̄ fratruȝ vt
vice eoꝝ qui ſibi cōmiſert pecuniā ꝓcuret
inde fratribus ſecūdū ꝙ voluerit ſcḋm ꝙ a
fratribus inſtruitur per ſe vel per alios ꝗ
aptius ea promouent que ſibi fuerant cō=
miſſe. Et ꝑ omnes iſtos nō recipiunt pecu=
niam fratres: ſed illi per ſe pro illis qui ſi=
bi commiſerunt pecuniam conuertunt eaȝ
in vtilitatem fratrum vicem illorum gerē=
tes in eo ꝙ ſeruant et diſtribuunt ipſam
pecuniam. que adhuc illorum eſt qui dede
runt etiam ſi neſciunt adhuc ſeruari. offe=
rentes autem vicem fratrum in eo ꝙ eoꝝ
vtilitatem promouent de pecunia alioruȝ
non tenet. Fratres enim ꝗ̄diu pecunia nō
eſt redacta in rem aliam qua eis vti licet
non habent eam pro ſua ſed illius qui de=
poſuit eam licet ſcient eam pro ſua vtilita=
te ibi repoſitam Sicut cuȝ dominus cōmit
tit ſeruo ſuo pecuniam ſuam vt michi inde
emat tunicam interim eſt domini ſed em=
pta tunica mea erit. Secundum hanc viā
et cautelam fratres et per amicos ſpūa=

ſes et quoſlʒ procuratores ⁊ mediatores ꝓ
curãt neceſſaria nec recipiũt pecuniã ꝑ il-
los procuratores: ſed illi ſeruãt illã nomie
dantiũ et vice ipſoꝝ vertũt eã in vtilitateʒ
fratrũ vt dominiũ pecunie nõ trãſeat in ꝓ-
prietatẽ fratrũ Unde cõditor regule magꝫ
intẽdit fratribus precludere viã auaricie
in poſſeſſione pecunie per quã oĩs religio
ſuffocatur: ꝙ obſtruere eis oportunitatem
neceſſaria procurãdi. Sedes etiã apoſtoli
ca cuius acta toti eccleſie diiudicãda expo
nũtur ⁊ venerãda ipſã regulã cõfirmando
nõ approbaſſet ſi in ea aliqͩ incõgruũ ⁊ in-
obſeruabile proſpexiſſet. Ideo vouentibus
eã non eſt laqueus ꝑplexitatis licet indige
ant diligẽti cautelaʒ ne offendãt cõtra eam
ꝗ debẽt aliqua neceſſaria ꝓ pecunia procu
rare que tñ cautela magni eſt meriti ꝙuis
illi tuti⁹ ambulẽt ꝗ ſe ſubtrahũt a talib⁹ ne
gocijs: ꝗ ad ea ex officio non coguntur

¶ Queſtio. 26.

¶ Item quero Cũ res male ac quiſite deo ſint odibiles Eſaie. lxi. Ego dñs odio hñs rapi
nã in olocauſtũ: cur recipitis vel petitis e-
lemoſinã ab illis ꝗ iniuſta lucra ſectãtur?
¶ Rñdeo. Quidã ſũt qui ſolũ hñt res male
acqͥſitas et pñt certe ꝑſone inueniri qͥb⁹ cõ-
petit recõpẽſatio vbi tales ſcimus de cete-
ro nõ debem⁹ ab eis elemoſinã petere ſiue
accipe qꝛ oĩa q̃ hñt ſunt alioꝝ qͥbus tenenᷣ
reddere vel oẽs vel aliq̃: ꝙ ſi aliquẽ nõ oẽs
tũc vaga reſtitutio de eis dãda eſt ⁊ i pias
cauſas erogãde. Quidã aũt hñt iiuſta bo
n●ita ꝙ ſi dãt elemoſinã tñ per hoc nõ ſiũt
impotẽtes qn adhuc habeãt vt poſſint re-
ſtituere certis ꝑſonis qͥbus debẽt vnde pñt
elemoſinã facere de reſiduo. A primis aũt
non poſſumus elemoſinam accipere niſi
ignorantia vel extrema indigẽtia vel pre-
ſumptio ꝙ creditores velint nos recipere
nos excuſet. Unde quando non conſtat de
vero aliquem iniuſta detinere bona nõ te-
nemur leuiter credere eum tanti criminis
eſſe reum cum de quolibet teneamur pre-
ſumere meliora. Mendicitas noſtre pro-
feſſionis et quia deo debita pauperib⁹ xp̃i
largienda ſunt excuſat nos i hac parte ple
nius ꝙ illos qui ex alijs rebus habent vn
de valeant ſufficienter ſuſtentari. vbi ta-
men publica fama clamat aliquem eſſe de
primis predictis: etiam ſi aliter nõ conſta
ret propter ſcandalum non expedit ab eo
recipere vel petere elemoſinam. niſi forte
talibus qui ex profeſſione vel officio hñt
ꝙ debent raptores ad reſtitutionem indu
cere qꝛ vtiliter gerunt in hoc negociũ ſpo-
liatorum. Et dignus eſt tunc fidelis opera
rius cibo ſuo. cum nemo teneatur ſuis ſti-
pendijs militare. Ad hoc autem vt poſſim⁹
peccatores ad emendationẽ monendo idu
cere: concedit nobis ſedes apoſtolica etiaʒ
in terris excommunicatorum libere com-
morari et ab eis tunc elemoſinam recipe-
re maxime ſi aliũde non poſſemus ſuſten-
tari. Si enim boni de medio malorum tol
lerentur quis eſſet qui malos ad bonũ ver
bo et exemplo moneret ⁊c.

¶ Queſtio. xxvij

Item quero. Que ratio ẽ ꝙ clerici ma gis oderunt nos et perſequun-
tur ꝙ laici et ſimplices ſacerdotes? ¶ Re-
ſpondeo Sicut nõ omnes laici diligũt nos
ſic nec omnes clerici odiunt nos. Si qui
autem videntur nos odire hoc quinqꝫ de
cauſis poteſt eſſe. ¶ Una ꝙ timẽt nos ꝙ ip
ſoꝝ facta ⁊ exceſſ⁹ vel defectus pleni⁹ agno
ſcamus ⁊ ſeuerius arguamus: quo clarius
videmus quales eſſe deberẽt ⁊ non ſunt ꝑ
quos eccleſia gubernatur. ¶ Scda ꝙ inui-
dẽt nobis ꝙ ſum⁹ hoibus gratiores ⁊ ipi cõ
parati nobis appareãt in vita vel ſciẽtia vi
liores vꝉ etiã idoctiores i doctrina. ¶ Ter
tiã ꝙ dolẽt ſup ꝯfeſſiões ſecreta eorum ab
alijs qui cõſocij fuerint ꝑcipim⁹ dũ timẽt ꝑ
illa magis vileſcere vꝉ forte ꝑſõas illas nr̃o
conſilio ab eis auertit ad meliora cõuerti.
¶ Quarta ꝙ timẽt ſibi aliqua ꝑ nos emo-
lumẽta ſubtrahi dũ elemoſynasque dãt nr̃
nobis arbitr●ur ſibi fore dãdas ſi nos nõ
eſſemus. Et hec videt potior eẽ cauſa pluri
bus ꝗ nos odiunt ſʒ ſi plus inhiant lucris
pecuniaꝝ a ſuis ſubditiꝫ ꝙ fructui aiaꝝ. ⁊c.
¶ Poteſt etiã quinta cauſa eẽ ꝙ diuina iu
ſticia illos qui quãto amplius cognouerũt
et ſpreuerunt ex quibus maiora beneficia
contulit et ingrati fuerunt ⁊ grauius cete-
ris offenderunt ⁊ frequentius eum indigne
contrectant ⁊ percipiunt tanto magis indu
rat et profundius cadere permittit vnde
non ſolum ipſi ſint mali in ſe: ſed etiam ali-
os ſecum malos eſſe deſiderent et bonos
odiant: et quos imitari nolunt optent non
eſſe et perſequantur eos quos ſibi diſſimi-
les eſſe dolent Salomon. Grauis eſt no-
bis ad videndum. Et tunc ibidem plures
de predictis tanguntur. Laici vero quia
de predictis cauſis minus habent ideo
min⁹ nos odiũt immo etiã diligũt. ꝗ ſentiũt
nos ſalutẽ ſuã diligere ⁊ ſperãt ꝑ nos eam
fideliter apud deũ ꝓmouendã ore meritis

et doctrinis Clerici etiã q̃ ſane ſapiũt eadẽ
ratiõe nos fouẽt ⁊ diligũt quaſi filios ſuos
et vacatores ⁊ coopatores tã ſue ſalutis
q̃ȝ ſue ſollicitudis ſibi cõmiſſe. in ſuis ſubdi
tis neceſſarios adiutores ⁊ onerȝ ſibi impoſi
ti fideles ſubleuatores Et de iſtis ſatis ⁊c.
¶ Expliciũt derminatiões quarũdã q̃ſtio-
nũ ſup regulã bti Frãci. a ſancto Bonauẽ
tura cardinali edite.

¶ Deffẽſoriũ venerabil' inceptorȝ magri
Guillermi okam ⁊ frȝ ſuoꝝ ordis mioꝝ de
paupꝑtate xp̃i ⁊ frȝ mioꝝ ac ſtatu euãgelico
ꝯtra multipharios ⁊ varios errores Johis
pape. xxij ꝑ modũ epl'e ad vniuerſos xp̃i fi
deles i ſubſidiũ ⁊ deffẽſionẽ oppreſſe ṽita-
tis autentiſſime ⁊ catholice deſcriptum.

Niuerſis xp̃i fi-
delib⁹ p̃ntes lr̃as inſpecturis
hũiles xp̃i paupes fideles et
catholici opp̃ſſi, ꝑ deffenſione
ṽitatis fideiq̃ȝ xp̃iane. Salu-
tẽ ⁊ pace i eo q̃ cũ eſſet diues, ꝑ nobis paup
fact⁹ ẽ. Et tradidit ſemetipſȝ ꝑ nobis, et la-
uit nos a pctis nr̃is in ſanguie ſuo. Verita
tẽ ſapiẽtis ai⁹ nõ recuſat. Nec fides recta
patit̃ q̃ȝcũq̃ȝ iacturã. Sine fide ſiquidẽ ſcbȝ
aplȝ ipoſſibile ẽ placere deo Alm⁹ xp̃i ꝯfeſ
ſor ⁊ vite ipi⁹ p̃cipuus imitator Frã. ac ei⁹
ſtigmatib⁹ mirabilit̃ iſignit⁹ diuio ſpũ il-
luſtrat⁹ p̃dixit rl'aȝ ſuã ⁊ vitã xp̃i accerrie i
pugnãdã. Et ſupuenıẽt tẽptationes imẽſe
Et q̃ fuerit tũc ꝓbati accipiẽt coronã vite.
Ve aũt illis q̃ de ſola ſp̃e religiõis ꝯfiſi tepe
ſcẽt nec reſiſtẽt ꝯſtanter tẽptationib⁹ ad ꝓ-
batioñe electoꝝ ꝑmiſſis. Qui vero ſpũ fer-
uẽtes ex caritate et zelo ṽitatis adhere-
bũt pietati tanq̃ȝ i obediẽtes et ſciſmatici ꝑ
ſecutiões ⁊ iiurias ſuſtinebũt. Nã pſequẽ
tes eos a malignis ſpiritibus agitari ma-
gnũ eẽ obſeq̃ũ dei dicẽt: tã peſtilẽtes hoies
interficere ⁊ delere de t̃ra. Erit eñi refugiũ
afflictis dñs ⁊ ſaluabit eos q2 ſperauerunt
i eo. Et vt ſuo capiti ꝯformẽt̃ fiducialit̃ agẽt
⁊ ꝑ mortẽ vitã mercãtes et̃nã obedire deo
magis q̃ȝ hoib⁹ eligent. et mortẽ poti⁹ q̃ȝ cõ
ſẽtire falſitati ⁊ ꝑfidie. nuilaten⁹ formida-
bũt Nã veritas a p̃dicatorib⁹ tũc opiet̃ ſilẽ
tio aut ꝯculcata negabit̃. Et vite ſctitas a
ſuis ꝓfeſſorib⁹ habebit̃ in deriſũ q̃re dignũ
dignis nõ paſtorẽ ſȝ exterminatorẽ mittet
Et allegat ibidem nonnullas concordan-
tias iuris ciuilis ſatis ad hoc vtiles ꝗ ibi-
dem videri poſſunt. Et cum ſua poſitione
concordant ꝑfate declarationes. ¶ Scđa
conſideratio circa res tꝑales eſt ꝙ qdā ſūt
de quibus nō eſt fratribus cōceſſuꝫ vti poſ
ſe: quēadmodum eſt de pecunia. Poſſeſſio
nāꝗ eius tam per ſe ꝗꝫ per interpoſitaꝫ ꝑ-
ſonam cadit ſub prohibitione. Et vt omīs
tollatur de medio calūniandi materia: licꝫ
ſupra aliqua dixerim breuiter ꝗ in illo lo-
co deſeruiebāt: nichilomin⁹ nūc ponaꝫ ver
ba prefati ſancti doctoris ad litteram i di-
cto capitulo. Dicit nāꝗ ſic. Intelligendum
eſt ꝙ perſona interpoſita cui pecunia diſ-
pēſanda ꝯmittitur: pōt itelligi recipere aut
tenere ipſā pecuniā vel auctoritate dātis
vel auctoritate illoꝝ ꝓ quoꝝ neceſſitate re
leuāda cōmittitur. Et hoc nō debuit nec po
tuit inhiberi pauperib⁹ mēdicātibus: quin
ꝑ interpoſitam perſonam ipoꝝ valeat re-
leuari neceſſitas: qꝛ valde abſurdum eſt in
telligere ꝙ cuiuis diuiti non liceat elemo-
ſinam per ſeipſum aut per alterum pro
ſua voluntate conferre. Qꝫ ſi reſeruet au-
ctoritate illi⁹ ꝑ ꝗ diſpēſanda eſt: ei ꝯpetit

comperit ⁊ in cauſam trahere ⁊ cetera a ge
re qui poteſt quiſquis verum rei ſibi vendi
cat dominiũ. Et hoc qꝛ ꝓfeſſioni fratrũ nul
latenus ↄuenit btũs Frãciſcus expreſſe in
hibuit: qꝛ ſcdm veritatẽ ꝗtũ ad ꝓprietatẽ
rei nõ refert: vtrũ quis hoc modo recipiat
per ꝓpriã manũ vel alienã. Hãc aũt differẽ
tiã ⁊ naturalis rõ docet: ⁊ ius ſcriptũ dictat
⁊ ſcriptũ papale ↄfirmat. ¶ De pͥo. Sicut
enim multum refert: vtrum qui miniſtrat
alicui ſit ipſius ſeruus vel alicuius excellẽ
tioris perſone pro cuius voluntate ⁊ impe
rio miniſterium illud impẽdit: quẽadmodũ
differunt miniſterium ſeruile ⁊ liberale mi
niſterium humanum ⁊ angelicum: ſic mul
tum differt vtrum ille intermedius nũcius
perſonã teneat dantis vł accipiẽtis. ¶ De
ſcdo. Scdm etiã ius ciuile multũ differt cũ
creditori debitor pecuniã ſoluturus alicui
intermedie perſone ↄmittit: vtrũ ille mediꝰ
ſit ꝓcurator debitoris an creditoris. Si eſt
ꝓcurator eſt creditoris ⁊ pecunia ꝑdatur
ante ſolutionẽ ipſi creditori perditur ⁊ iã ꝓ
ſoluta habetur. Si autem ꝓcurator ſit de
bitoris ipſi perditur ⁊ adhuc ſoluenda eſt:
nõ pro ſoluta habẽda. ¶ De tertio ſcilicet
ꝙ ſcriptum papale declarat Iuxta hũc mo
dũ dñs Gregorius nonus vir vtiqꝫ tam di
uino ꝗ̃ humano iure peritus: qui mẽtẽ btĩ
Frãciſci plenius nouerat: ſic diffinitiue re
ſpondet. Qꝫ ſi rem ſibi neceſſariã velint fra
tres emere vel ſolutionem facere pro iam
empta: poſſunt vel nuncium eius a quo res
emitur vel aliquẽ alium volentibus ſibi ele
moſynam facere preſentare: qui taliter pre
ſent[…]us a fratribus non eſt eoꝝ nũcius: ſꝫ
illius potius cuius mãdato ſolutionẽ facit
ſeu recipiẽtis eãdẽ qui ⁊ elemoſynã ſibi cõ
miſſã põt ſicut ⁊ dñs apud ſpũalẽ vel fami
liarẽ fratrũ amicũ deponere per ipſũ loco ⁊
tpe ꝓ ipſoꝝ neceſſitatibus ſicut expedire vi
derint diſpẽſandã. Hec verba Gregorij. ix. ⁊
ſancti Bonauẽture vbi ſupra. Cũ quo cõcor
dat Innocẽtius. iiij. Et ſatis copioſius lo
quitur prefatꝰ dñs Nicholaus. iij. in. di. ca.
Exijt quoꝝ verba ad litteram propter ſuã
prolixitatẽ non poſui: qꝛ alias videri pñt ⁊
ſunt nota omnibus. Multa etiam prefatus
ſanctus bonauen. in epyſtola ad magiſtrũ
innominatũ loquitur de quibus aliqua ſu
pra ſunt poſita: addens que ſequuntur: ita
inquiens. Qꝫ ſi dicis ꝙ ſcꝫ dñs rei tempora
lis vel pecunie ſimpliciter et abſolute dare
intendit fratribus ipſam. ſ. pecuniã. dico qꝫ
ego ꝙ nullus ſane mẽtis dare intẽdit frĩbꝰ
dare: niſi ꝓut ↄpetit regule ⁊ ꝓfeſſioni eoꝝ
Quis enim daret elemoſynam: vt eos fa
ceret perdere vitã eternã. Dat ergo eo mo
do ꝗ̃uo fratribus expedit ſcilicet committẽ
do alicui qui pro ſe eam diſpenſet in hijs re
bus quas fratribus licet accipere. ⁊ ſic pe
cunia illa per quorumcunqꝫ manus tran
ſeat: nullo modo ſpectat ad fratres: quia
ſemper eſt primi domini. Et eſt per hoc ma
nifeſtum ꝙ nec per ſe nec per interpoſitam
perſonam recipiunt: fateor coram deo: ita
verum eſſe in conſcientijs fratrũ. ¶ Qꝫ ſi
michi forte non credis: tamen ipſi domino
pape Gregorio nono qui in vtroqꝫ iure pe
ritus. ordinis ⁊ perfectionis emulator fuit
qui vt ipſe teſtatur in conditione regule be
ato Franciſco aſtitit: ⁊ eius plenum intel
ctum agnouit: qui requiſitus a fratribus
dixit verba ſuperius allegata. Et proſequi
tur prefatus doctor. Quis ita deſipit: vt ſi
dicam alicui. Iſte fideliter exequetur vel cu
diet quod ei cõmittes: ꝙ propter quicquid
ille acceperit fiet meum. Quinetiam licet
hec verba nõ ſemper exprimantur: ſemper
tamen habẽtur in corde: ⁊ ſemper ab alijs
credimus ſic accipi. Quis ergo tam impro
bus: vt impugnaret hanc veritatem per tã
torum virorum cõſcientiam ſanam ⁊ diſcre
tam per tantam rei euidentiam. ⁊ vt nichil
deſit per ſedem apoſtolicam cõfirmatam.
Certus ſum ꝙ talis portabit iudiciuꝫ. Hec
omnia prefatus doctor et ſanctus Bona
uentura. que ſic ad litteram poſui: vt ſciãt
qui neſciunt ſuum errorem cognoſcere.

¶ Amplior reſponſio ad ſingula obie
cta opponentium.

ET licet ex ſupra
dictis luculenter appareat re
ſponſio ad obiecta: verũtamẽ
quia ſuperabũdãs cautela nõ
nocet: oportet ad ſingula eoꝝ
motiua reſpondere. ¶ Pͥo ergo dicunt ꝙ
modus viuendi modernus in iſtis partibꝰ
non eſt ſecurus: qꝛ nec eſt ſcdm regulã nec
ſcdm declarationes prefatas: ⁊ allegant. 4.
cap̃. regule. ⁊c̃. vbi dr̃ ꝙ tñ pro neceſſitati
bus infirmorum ⁊ fratribus induendis po
teſt haberi hic recurſꝰ ad amicos ſpiritua
les: quia ſi ſanctus Franciſcus aliud vo
luiſſet: expreſſiſſet. ⁊c̃.

¶ Ad primum obiectum.

¶ Reſpondetur ad primũ de receptiõe pe
cunie negãdo cõſequẽtiã. Et ratio eſt quia
fratres non dicũtur nec ſunt tranſgreſſores
ſue regule: nec recipiunt talem pecuniam

per ſe nec per interpoſitam perſonam:cuꝫ
eam recipiant per modos licitos et conceſ
ſos per prefatas declaratiōes vt ſatis mō
ſtratum eſt: cuius pecunie nec ſunt domi=
ni nec poſſeſſores nec aliquod ius omnino
in ea dicuntur habere: etiam ſi per diuer=
ſas tranſeat manus ꝛc.

¶ Ad ſecundum obiectum.

¶ Ad ſcd̄m ꝙ dicūt de recurſu ad amicos
ſpirituales tantum in duobus caſibus ex
preſſis. ¶ Reſpondeo ſcd̄m ſanctum prefa
tum in dicta apologia et in alijs locis di=
cens et affirmans ſanctum Franciſcuꝫ in
illis duobus intellexiſſe omnes alias neceſ
ſitates maiores ſcilicet ꝙ nec humili men=
dicatione nec liberali oblatione nec labo=
ricio conuenienter et ſine diſtractione ꝛ im
pedimento maioris boni haberi non poſ=
ſunt. Hec ille. Confirmatur etiam per ea q̄
prefatus Nicolaus i di.ca. Exijt.§.Porro
poſuit.vt ſupra eſt allegatū:ꝙ in his q̄ ſūt
neceſſaria ad victum et veſtitum/diuinuꝫ
cultū ꝛ ſapientiale ſtudiū conceſſus eſt vſ⁹
fratribus neceſſariarum rerum. Nam vt
diximus in principio in tertio notabili p̄n
cipali. Jura iuribus ſunt concordanda:et
vnum ius ſuppletur per aliud. Hoc etiam
tenet cardinalis ȝam.in d.cle.§. Cum eti=
am ſuper illa verba tex.vbi dicitur.Atten
dant fratres predicti ꝙ pro nullis cauſis
alijs q̄ꝫ predictis vel ſimilibus dicit cardi.
ſimilibus neceſſarijs non voluntarijs. Et
ille cauſe predicte quas Nicolaus expreſ=
ſit ſunt cauſe generales:et videntur gene=
raliter omnes neceſſitates comprehende=
re. Tamē qꝛ quedam ſunt eis neceſſaria
que non preciſe concernunt cauſas premiſ
ſas imediate:ideo hic adiecit papa ꝙ etiā
eis liceat pro cauſis ſimilibus vt dum trā=
ſeant de loco ad locum ex cauſa ordinis:ꝛ
non permittantur in certo loco tranſire ni
ſi ſoluant pedagium licet non debeant ad
hoc cogi: tamen ex quo de facto coguntur
licitum eſt eis acquirere per elemoſinam.
vnde ſoluāt ne impediātur. Hec cardi.vbi
ſupra. Unde et dn̄s Clemens in d.cle.dicit
Ideoq̄ꝫ pie et rationabiliter conſiderata
neceſſitate vite ad alias neceſſitates ffm
pro tempore occurrētes ceſſātibus elemo
ſinis ſeu etiam ingruentes ſepedictus p̄=
deceſſor duxerit extēdendū. Similiter eniꝫ
equitatis ratio ſimilia iura ſuadere vide=
tur.vt dicit glo.in ca.Cūm dilecta de con=
firma.vtili.vel inuti. Dictum eſt ſupra ꝙ
contra ea que ſunt de dictamine iuris na=
turalis nulla regula vel lex ligare poteſt.

Lic̄do videt̄ ex p̄miſſis ꝙ nō tm̄.p illis duo
bus expreſſis in illo.c.iiij. regule ſꝫ etiā p
alijs alibi expreſſis vel ſubintellectis ſcd̄ꝫ
p̄fatas declaratiōes p̄nt indubitāter ffes
ad amicos ſpūales recurrere cuꝫ puritate
ꝯſciētie. ¶ Et ſi obijciat̄ de dicta cle.§.At=
tēdāt.vbi Clemēs dicit. Attēdāt ffes ꝙ p
nullis alijs cauſis q̄ꝫ p̄miſſis. Et agit rela=
tionē de illis duab⁹ tm̄ in r̄la exp̄ſſis ꝛ etiā
ibidē annotatis.ꝙ nō p alijs: etiā ſi debiti
modi obſeruātur ꝛc. R̄ndetur ꝙ verū ē ex=
plicite:ꝙ tm̄ ille due ibidē exp̄mūtur: ſꝫ vt
mōſtratum eſt ſatis copioſe iplicite om̄es
alie intelligūtur:qꝛ alias r̄la ſeip̄aꝫ ꝯfūde=
ret p tertiū notabile ſupra allegatū: ꝛ ip̄e=
met Clemēs approbat p̄dictā extēſionem:
ꝛ pꝫ p idētitatē rōnis vt i d.c.Cuꝫ dilecta.
Et p hec pꝫ etiā r̄nſio ad ſeq̄ntē obiectionē

¶ Ad tertium obiectum.

¶ Ad illud qd̄ obijcitur ꝙ exceptio firmat
r̄lam in caſibus nō exceptis:ꝛ qd̄ de vno cō
cedit̄ de alio denegatur ꝛc.negat̄ cōſequē=
tia:nec eſt vſq̄ꝫquaq̄ꝫ veruꝫ. Et dꝫ intelligi
ꝙ firmat regulā in caſib⁹ non ſimilibus et
nō ſpecifice exceptis:nā in ſimilib⁹ ꝛ in ma
teria fauorabili ꝛ pia p idētitatē rōnis nō
firmat regulā imo extendit̄.vt notatur in
d.c.Cū dilecta.et i.l.j.ff.ꝙ vi aut clam. Et
dicunt doctores ꝙ vbicūq̄ꝫ ꝯſtitutio loqui=
tur in materia iuris ꝛ aliquos caſus exci=
pit: non per hoc firmat regulam in nō nu=
meratꝫ ꝯtra ius cōe antiquū:quinimmo ex
cipiūtur alij caſus alibi expreſſi. Qꝫ ſi caſ⁹
ꝯſimiles nō excipiūtur ſpecifice alibi i iure
p̄nt ſubintelligi in materia pia idētitatem
rōnis vt i caſu noſtro. Quātomagis quia
vt dictum eſt poſſunt alij caſus annotari i
regula. Agit ad hoc cle.i.de re.eccle.non a=
lie.et ibi notatur per doctores:et in.c. qm̄
frequenter.iuncta glo.i.vt lite non conte=
ſta.et in.ca.ad audientiam de cle: non re.
Sufficit ꝙ non firmat regulam exceptio i
prefato noſtro caſu. Et de hoc ſatis:qꝛ ſua
obiectio nichil agit.

¶ Reſpondet ad ſolutionem obiectio=
nis prime rationis quo ad primam partē.

¶ Ad illud quod obijcitur de extēſione p̄=
fata per dominum Nicolaum et per Cle=
mentem approbata:ꝙ non extenditur ad
cibum et potum niſi ceſſantibus elemoſy=
nis quotidianis ad quas dicuntur fratres
teneri ex ſexto ca.regule vbi dicitur ꝙ ſint
tanq̄ꝫ aduene et peregrini in hoc ſeculo
in paupertate et humilitate domino famu
lantes vadant pro elemoſina confidenter
ꝛc. Ex quibus verbis inferunt ꝙ tanq̄ꝫ ad=

uene et peregrini quotidie oſtiatim men=
dicent nichil penitus congregando : et ſic
dicũt regulam quo ad ſuam puritatem ob
ſeruari ſine gloſa. ¶ Pro declaratione iſti
us falſi articuli reſpondet ſanctus Bona=
uentura in preallegata epiſtola. Si dicis
nos tanq̃ aduenas et peregrinos debere
ire de domo in domum: parcat illi deus q̃
primo hanc ſtulticiam cogitauit. Nonne
beatus Franciſcus edificauit loca? Nun=
quid tanq̃ peregrinus ibat quotidie vnã
dietam? Nunquid beatus Petrus cum di
cat in canonica ſua Obſecro vos tanq̃ ad
uenas et peregrinos ꝛc. voluit ꝙ oẽs tran
ſirent de domo in domum? Cum enim ec=
cleſiaſticus dicat. Uita neq̃ hoſpitari ꝺ do
mo in domum. tam petrus q̃ Franciſcus
filijs. et diſcipulis ſuis non ſanctam vitam
ſed neq̃ impoſuiſſent ſi ſecundum predictũ
intellectum nos ſimiles peregrinis eẽ mã=
darent. Sed hoc dictum intelligitur vt nõ
currat ſimilitudo quattuor pedibus: ſed vt
domos in quibus habitamus parum dili
gamus: nec proprias reputemus: ſicut pe
regrinus qui tranſit in patriam domũ nõ
diligit in via tanq̃ propriã ſed vtitur tanq̃
aliena. Qui aliter ſapit ipſa ſua inſipiẽtia
manifeſtat ꝙ nichil omnino ſapit. Quomo
do ergo poſſet eſſe regimen et ordo prela
torum qui ita diſtricte manet in ordine be
ati Franciſci ſi omnes eſſent inſtabiles et
vagabundi per orbem hoc vero ſentit qui
nichil vidit de ordine. Hec ille ſanctus do=
ctor quo ad vnam partem obiectiõis pre=
fate.

¶ Solutio obiectionis quo ad ſe=
cundam partem.

¶ Quo ad aliam quidẽ vbi dicunt non eſſe
conceſſum ire ad amicos ſpirituales pro ſo
lutione cibi ꝛ potus. ꝛc̃. niſi tantum ceſſan=
tibus elemoſynis falſus eſt eorum intelle=
ctus: patet quia in di. cap̃. exijt per prefatũ
nicholaum in. §. ceterum dicitur ſic. Ceterũ
cum in eadem regula ſit ſub precepti diſtri
ctione prohibitum ne fratres recipiant per
ſe denarios vel pecuniã vllo modo idq̃ fra
tres in perpetuum ſeruare cupiant. ꝛc̃. ꝛ ſe
quitur. Dicimus in primis ꝙ fratres ipſi
a mutuis contrahendis abſtineãt cum eis
mutuum contrahere ipſorum ſtatu conſi=
derato non liceat. Poſſunt tamen ipſi ꝓ ſa
tiſfactione pro eorum neceſſitatibus faciẽ
da que pro tempore occurrerint ceſſantibꝰ
elemoſynis de quibus ſatiſfieri commode
tunc non poſſet citra cuiuſlibet obligatiõis
vinculum dicere ꝙ per elemoſynas ꝛ alios
amicos fratrum ad ſolutionem huiuſmodi
faciendã itẽdãt fideliť laborare. ꝛc̃. Hec ibi.
et ſequitur plura dicendo que cauſa breui=
tatis relinquũtur. In quibus verbis patet
clare ꝙ in illis verbis ſcꝫ ceſſãtibus elemo=
ſynis loquitur nõ quemadmodum prefati
obijciũt: ſed tantum ꝙ in ſatiſfactione qua
cunq̃ agẽda ratione alicuius debiti deficiẽ=
tibus elemoſynis de quibus tale debitum
ſoluatur poſſunt ad amicos ſpirituales re
currere pro eius ſolutione non cum mendi
citate quotidiana panis ꝛ vini. ꝛc̃. ſed cum
pecunia vt textus ſonat eſt talis ſolutio fa=
cienda. Et hoc eſt ꝙ clemens approbat cũ
dicitur. Ideoq̃ piet rationabiliter conſide
rata neceſſitate vite ꝛ ad alias neceſſitates
fratrum occurrentes pro tempore ceſſan=
tibus elemoſynis pecuniarijs. ꝛc̃. duxerit
extẽdendũ. Iſto modo prefatus dominus
cardi. et quatuor magiſtri intelligunt hũc
paſſum.

¶ Confirmatio eiuſdem ſolutionis vbi
plura de facultate recurrendi ad ami
cos ſpirituales pulcre deſcribuntur.

¶ Item fundatur noſtra intentio per illud
quod habetur in ſtatuto noſtro generali
montis lucij vbi dicitur ſic. ¶ Declaratur
ꝙ procurare ſatiſfactionem fiendam ꝓ re
empta fratribus neceſſaria vel etiam pro
emenda de proximo neceſſaria et determi
nata non eſt contra puritatem regule ita
tamen ꝙ fratres nec per ſe nec per interpo
ſitã perſonam intromittant ſe de pecunia
non tamen licet fratribus indifferenter et
indeterminate tales procurationes face=
re nec nuncium a ſe poſitum ducere: ſed
dans faciat per ſe vel per nuncium ab ip=
ſo deputatum. ¶ Sequitur Recipere gra
num vel alia huiuſmodi pro acquiſitio=
ne ſeu commutatione in aliquam rem ne=
ceſſariam nõ licet fratribus. Uerumtamẽ
vbi fratres aliter nõ poſſunt prouideri in
ſuis neceſſitatibus: talia poſſunt recipi per
amicos ſpirituales de conſenſu dantiũ ꝛ
de licentia ſeu diſpenſatione vicarij ꝓuin=
cialis aut cuſtodis. hec ibi. Unde diceremꝰ
ꝙ etiam non ceſſantibus dictis elemoſi=
nis quotidianis panis et vini ꝛc. vbi eſſet
tanta fratrum multitudo ꝙ continua men
dicitas non ſufficeret ſecundum debitam
moderationẽ ꝛ fragilitatem humanã: vel
forte quia talis mendicitas aliquo modo
eſſet vel maioris boni impeditiua vel ma=
li et diſſolutionis et laxatiõis cauſatiua vt

prefatus dicit ſanctus Bon. poſſent ffes cũ puritate ꝯſciẽtie recurrere ad amicos ſpũa les licite et tenere ſibi cibos neceſſarios mo deratos tñ ſcõm decẽtiam et ꝯuenientiam ſui ſtatus. Quõ magni ꝯuentus fratrũ vbi ſerioſe diuino officio nocturno pariter et diurno. miſſis dicẽdis ſolẽniter et priuate. predicationibus et confeſſionibus vacatur nonnulli etiã grauati infirmitatibus aut ſenectute. aliiſq; eorum ſeruitiis occupati et tenti. alii vero aliis officiis mãcipati hic et inde quotidie concurrẽtibus hoſpitibus poſſunt quotidiana mendicitate prouide ri? Inutiliter enim et fruſtra verba illa po nerentur in regula. c. iiii. Miniſtri et cuſto des ſollicitã curã gerãt ſcõꝫ loca et tpa et fri gidas regiones ſicut neceſſitati viderint expedire: niſi ſecum aliquid ferrẽt vtilitat? Nam ſi ſolum referantur ad infirmos: ſu perflue eſſent: cum infirmitas et neceſſitas talis omni lege careat. Si de induẽdis tã tummodo fratribus: certe qui iam proui derat de duabus tunicis repeciatis ma gnam videbatur gerere curam de eorum indumentis. ¶ Reſtat ergo prefata ver ba poſſe per idẽtitatẽ rõnis trahi ad alias quaſcũq; neceſſitates: per iura ſepius alle gata: et per ea que predictus Clemens ex preſſe dicit in. d. cle.. §. proinde: qui rñden do large ad ſextam obiectioneꝫ quaſi in fi ne dicit. Non eſt veriſimile ſcilicet prefa tum ſanctum virum Franciſcum voluiſſe prefatos fratres habere granaria vel cel laria vbi quotidianis mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et ideo non ex timore leui laxari ſe debent ad congregationes et conſeruatio tiones huiuſmodi faciendas: ſed tunc tan tum cum eſſet multum credibile ex iam ex pertis ꝙ non poſſent vite neceſſaria aliter inuenire. Hoc autem miniſtrorum et cuſto dum ſimul et ſeparatim in ſuis admini ſtrationibus et cuſtodiis cum gardiani et duorum de conuentu loci diſcretorum ſa cerdotum antiquorum in ordine fratrum conſilio et aſſenſu duximus iudicio relin quendum: eorũ ſuper hoc ſpecialiter con ſciẽtias onerãtes. Hec ille. Ex qbus lucide claret tã per ea q̃ rła ꝓmit ꝙ̃ ꝑ ea que hic Clemens decernit: ꝙ vir ſctũs ſic excludit oia q̃ pauptati et hũilitati aduerſant: ꝙ ad mittit q̃ neceſſitati poſſent occurrere ſcõm iudiciũ platoꝝ vt ꝑfert. Voluit nẽpe vt in oibus rebus quo ad dñium oĩmoda luceat abdicatio i vſu etiã neceſſitas: et tñ ſcõꝫ exi gẽtiã ꝑſonaꝝ tpoꝝ et locoꝝ ꝑlati ſil' et ſepa ratim oia cũ diſcretione diſponant: cuꝫ de talibus interdum peſonarũ qualitas tem porum varietas/locorum conditio et non nulle alie circunſtantie plus minuſue pro uideri requirant. Iſta tamen ſic faciendo ꝙ ſemper in eis et eorum actibus pauper tas ſancta reluceat: prout ipſis ex regula inuenitur indicta. Que omnia ſi recte in ſpiciantur: veraciter intelligantur et ſapi enter agantur: non regule tranſgreſſores vt illi affirmant: ſed potius illi iudicabun tur audaces preſumptores

¶ Solutio ad obiect. in. i. arg. incluſã.

¶ Illud ergo poſt prefatam obiectionem arguũt: dicentes predictam extenſionẽ do mini Nicolai et Clementis extendi tantũ modo ad illam ſpecificationem de qua idẽ Nicolaus loquitur in dicta declaratione in. §. et qꝛ opoꝛtet. vbi inquit ſic. Et qꝛ opoꝛ tet et expedit fratrum neceſſitatibus non ſolum illis pro quibus iam eſt ſolutio ſeu ſatiſfactio facienda vt ꝓxime dictuꝫ ẽ: ſed etiã imminẽtibus: ſiue tales neceſſitates in gruentes immineãt q̃ breui tpe expediri va leãt: ſiue tales lꝫ pauce ꝯparatiue quaꝝ ꝓ uiſio neceſſario tractum tpis hꝫ vt i libris ſcribẽdis ſeu edificãdis eccliis ad vſũ habi tatiõis, ꝓpoꝝ ꝯſtruẽdis libris et pãnis i lo cis remotis emẽdis et aliis ſilibus ſicq; oc currerẽt cũ mode ramine ſupradicto ſalu briter ꝓuideri ſicut in iſtis neceſſitatibus clare diſtinguim⁹: ſic in eis ffes poſſe tute et ſana ꝯſcia ꝓcedere declaram⁹ Hec ille. Ex his accipiũt fũdamẽtũ ſui erroꝛis tra hẽtes lrãꝫ ad nõ ſanũ intellectũ cõtra ſcõꝫ notabile ſupra poſituꝫ dicentes ꝙ pro nul lis aliis cauſis ſeu neceſſitatib⁹ ꝙ̃ pro his hic expreſſis vel ſimilibus fiat dicta exten ſio Nicolai et Clementis allegantes ꝙ cir ca cibum et potum regula expreſſe proui derat ſicut prouidit circa veſtes et infir mos fratres quia in. vi. caplo dixit. Va dant pro elemoſina confidenter etc. Et in. c v. dixit ꝙ de mercede laboris recipiãt cor poris neceſſaria peter denarios vel pe cuniam etc. vt patet in principio ſue obie ctionis. ¶ Circa quod eſt dicendum ꝙ intellectus dicte auctoritatis Nicolai ſe cundum eos eſt falſus. nam alias ſibiipſi papa contradiceret qui in. d. §. Porro. ali ud determinauit aſſignans res quarum vſus fratribus eſt conceſſus ergo ſi eſt cõ ceſſus vſus ſimiliter et omnia alia que ad illum vſum requiruntur per rationem per nos probatam de principali et acceſſorio. alias fruſtra eẽt talis cõceſſio dum tñ fiat

per modos licitos ⁊ ſupꝛa expꝛeſſos ⁊ cum
illa modificatione ⁊ diſtinctione ſcti Bona
uentu. in apologia ſupꝛa poſita. Monſtra=
tum etiā fuit ꝙ ceſſantibus elemoſynis. ⁊c̄.
Non ceſſantibus ſi mendicitas eſſet maio
ris boni impeditiua vel quando tanta eēt
multitudo fratrum ꝙ ꝯmode prouideri nō
poſſit omnes he cauſe eſſent legitime recur
rendi ad amicos. ⁊c̄. Nunc ꝯ̄o quod allegāt
in pꝛefato. §. Et quia opoꝛtet ⁊ expedit. ⁊c̄.
pꝛo ſua expoſitiōe falſum eſt qꝛ papa i illis
verbis non ſic intellexit immo eſt ꝯtra eos
ſi attente littera inſpiciatur. Nam papa di
lucide poſitis modis ſuper expeditione pe
cunie in neceſſitatibus pꝛeteritis pꝛeſenti=
bus ⁊ de pꝛoximo imminentibus in iſto. §. cō
feſtim ponit de illis neceſſitatibus que tra=
ctum tempoꝛis ſecum habēt ⁊ exemplificat
ibidem aliquas in littera ⁊ pꝛouidet de mo
do licito ſe habendi in eaꝝ ſolutione. Et de
hoc loquitur ille. §. ⁊ nō quomodo illi autu=
mant extoꝛquentes litteram ad pꝛopꝛium
ſenſum cōtra. c. relatum in ſecundo notabi
li ſupꝛa allegato.

¶ Ad aliud implicatum etiam i pꝛimo
argumento allegato.

¶ Ad illud quod allegant ꝙ iam regula ꝓ
uiderat de alimentis. ⁊c̄. dico ꝙ pꝛouidit ꝙ
mendicitate haberentur vel per laboꝛiciū
quod omnes concedimus. Sed vt ſupꝛa ſa
tis mōſtratum fuit per ſanctum doctoꝛem
non pꝛohibuit quin fratres quererent vite
neceſſaria per modos licitos ſecundum lo=
ca ⁊ tpa perſonas ⁊ alias circunſtantias oc
currentes ſcd̄m iudicium pꝛelatoꝝ. Item
pꝛobauimus ꝙ in illis duabus neceſſitati=
bus de infirmis ſcꝫ ⁊ veſtibus intelligūtur.
Nam ⁊ ius cōmune appellatione alimētoꝝ
ſeu victus vel veſtitus tantum compꝛehen
dit cibum et potum veſtimenta et lectum
et habitationem et ea omnia ſine quibꝰ ho
mo viuere non poteſt vt ſupꝛa monſtratuꝫ
fuit. Et hoc voluit ſanctus Franciſcus qū
de illis ſolum duabus expꝛeſſit ſecundum
iuridicam declarationem et ſāctum Bona
uenturam. Uoluit tamen ꝙ mēdicitate ha
berentur ideo expꝛeſſit vadant pꝛo elemo=
ſina ⁊c. Unde et apoſtolus. i. thi. vi. Haben
tes alimenta et quibus tegamur his con=
tenti ſumus. glo. Habentes inquit nō q̄ſtū
ad pꝛopꝛietatem dominiū ſed facultatē vtē
di quia eſſe contentum vſu tegumenti ⁊ ali
menti eſt modus perfecte virtutis licet ſi=
ne his vita humana eſſe non poſſit Nec eſt
multum curandum ſi ſic non ad litterā om
nia expꝛimantur in regula dum tamen ra

tio legis et mens legiſlatoꝛis alias poſſit
compꝛehendi ſecundum rectam rationem
Nam verba poſita in lege vel conſtitutio=
ne debemus confoꝛmare equitati: lꝫ verba
hoc non patiantur. vt extra de reſcriptis.
c. cauſam et de conſue. c. cum dilectus Et vt
dicit ſanctus Hilarius: intelligentia dicto
rum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi quis
non ſermoni res ſed rei eſt ſermo ſubiectꝰ
de verbo ſig. c. intelligētia: nam plerūqꝫ dū
pꝛopꝛietas verboꝛuꝫ attenditur ſenſus ve
ritatis amittitur vt in. c. pꝛeterea co. ti. et
ibidem glo. notabilis dicit: ꝙ verba a ſua
ſignificatione cadunt: cum res ſalua aliter
eſſe non poteſt.

¶ Allegationes ad cōfirmationem ſu=
pꝛadictoꝛum.

¶ Qꝫ autem ea que diximus locū habeāt
patet per ea que ſequuntur. Dicāt nobis
illi qui regulam ad litteram obſeruandaꝫ
putant ſine alia glo. et intellectu: cuꝫ regu
la dicat expꝛeſſe in. c. ij. Si q̄ voluerint vitā
iſtam accipere et venerint ad fratres no=
ſtros mittant eos ad ſuos miniſtros ꝓuin
ciales ⁊c. queritur quare iſta littera nō ob
ſeruatur ad litteram: Ergo contra mentē
ſancti Franciſci fit iſta extenſio. ¶ Iteꝫ in
iiij. c. dr̄ tamen pꝛo neceſſitatibus infirmoꝝ
et fratribus induendis ꝑ amicos ſpiritua
les miniſtri tantū et cuſtodes ſollicitaꝫ cu=
ram gerāt. Liquet ꝙ non ſeruatur ad lr̄aꝫ
Igitur ⁊c. ¶ Itē i. vij. c. regule dr̄ ꝙ ſi q̄ fra
trum inſtigante inimico moꝛtaliter pecca=
uerint ⁊c. ſequitur ad ſolos miſtros recur=
ratur. Non ſeruatur vſqꝫquaqꝫ ad litteraꝫ
ergo male. ¶ Item de pꝛedicatione fratrū
c. ix. dicitur ꝙ nullus fratrum populo peni
tus audeat pꝛedicare niſi a miniſtro gene
rali fuerit examinatus ⁊c. qd̄ modo non fit
oīno: cum per declarationem pꝛefatam in
capitulis pꝛouincialibus aliud diſponat.
¶ Item dicant nobis vnde habemus vi=
carios generales et pꝛouinciales cum in.
c. viij. regule dicat ꝙ vniuerſi fratres vnū
de fratribus iſtius religiōis teneantur ſē=
per habere generalem miniſtrum. Plꝰ di=
co: ꝙ regula noſtra, nullum dat pꝛelatum:
ſed tm̄ de ſola electione generalis miniſtri
diſponit nullam mentioneꝫ faciens de ele
ctione miniſtroꝛum pꝛouincialium: cuſto=
dum vel gardianoꝛum et ſic nullus pꝛela=
toꝛum etiam conuentualium datur per re
gulam nec miniſtri nec vicarij nec gardia=
ni nec cuſtodes niſi tm̄ miniſter generalis
Ergo omnes ſumus tranſgreſſoꝛes regu=
le non ſeruando eam ad litteraꝫ ſcd̄ꝫ iſtos

zelatores ergo pibimus. Ipſi ſoli ſuo ſenſu ſaluabũtur. Ergo ſctũs bernardin⁹ vicarius gñalis ⁊ ff ioãnes de capiſtrano ⁊ Jacobus de marchia ꝗ claret indies miraculis infinitis nõ ſeruauerũt regulã ſm iſtos nr̃os zelatores modernos. ¶ Quib⁹ dicendũ ẽ ꝙ ꝗ talia ſapiũt ſeipſos decipiũt. Quã ob rẽ ſibi nõ dabit alia ſolutio iſti⁹ q̃ſtiõis Videãt dictã dñi nicolai declarationẽ ⁊ ibi inueniẽt quare pdicta fiãt ſctẽ ⁊ iuſte ⁊ ſecũdum mentẽ ſancti frã. ⁊ dñm papã pium in quadam ſua conſtitutione que incipit. Circa regularis obſeruantie profeſſores.

¶ Cõcluſio cõfirmãs predicta ꝑ obiaz domini nr̃i pape ⁊ eccl'ie ro. ex r'la indicta

¶ Vñ vt oĩa breuiter cõcludam⁹ dicim⁹ ſic Quecũq ſũt inſtituta ⁊ ordinata ꝑ eccl'iam in ſpũ ſãcto cõgregatã vel ꝑ dñm ſũmũ põtificẽ ipſa ſũt de mẽte ⁊ volũtate ſãcti fran. ꝗ vult vt obediãt dño pape cui id ꝓmiſerũt ⁊ vt ſemꝑ ſint ſubditi ⁊ ſubiecti pedib⁹ ſãcte romane eccl'ie Sz oĩa q̃ ꝓ parte nr̃a ſũt allegata ſm prefatas declaratiões et ſãctos pres ordis ſunt hmõi: igit ſũt de mẽte ſãcti Frã. Nã alias a cõtrario ſẽſu nec ſtabiles in fide catholica nec humilitatẽ nec ſãctuz euãgeliũ dñr obſeruare ꝗ nolũt ſubdi dño pape ⁊ ei⁹ declaratiõib⁹ In q̃b⁹ cõcedit clare ꝗbus ex cauſis q̃ñ ꝗ cur: ⁊c. liceat nobis ad amicos ſpũales recurrere lz in r'la expſſe omnia minime habeantur

¶ Solutio ad .i. rõnẽ eiuſdẽ .2. poſitiõis

¶ Ad aliud qđ dicũt ꝙ dictus Cle. dicit: ꝙ vbi alicui aliꝗd gñal'r ꝓhibet ⁊c. ex quo inferũt ſimpl'r qđ ſepe dictũ eſt ꝑ parte ſua. Rñdet ꝑ ſupradicta: ꝙ ṽba gñal'r prolata ſũt intelligẽda ⁊ referẽda ad ſenſũ hoĩs bene ſenſati .i. bñ itelligẽtis ſine paſſiõe vt notat ꝑ docto. in. c. ex l'ris .i. de ſpõ. vel ſũt referenda ad cõem itellectũ glo. i. nõ ex opinionibus ſinguloꝝ ſed ſm cõem intelligẽtiam Veruz eſt q fr̃ibus inhibet gñal'r receptio pecunie ⁊ recurſus ad amicos ſpũales gñaliter dẽptis prefatis duobus ibidẽ expſſis caſibus ⁊ oĩbus illis ꝗ ꝑ eos intelligunt vt prefertur: et q̃ ꝑ prefatos ſũmos põtifices cõcedũtur vt dictũ eſt. Que cõceſſio eſt realiter ſm regulã ex quo fit per eccleſiam vt prefertur. igitur. ⁊c.

¶ Solutio ad correlariũ vltime ratiõis.

¶ Ad vltimũ qđ obiiciũt nõ licere mãducare de cibis emptis tali pecunia dãnata ⁊c. Apl's rñdet. Oĩa mũda mũdis Nõ eſt dãnata elemoſina q̃ vt prefert licite fr̃ib⁹ cõceditur. Nam vt diximus nullum ius habẽt in dicta pecunia; ideo nichil eſt ſua argumẽtatio q̃ fũdat falſis pmiſſis.

¶ Solu. ad ſcđam ptẽ eiuſdẽ correlarii

¶ Ad ſecundam partem huius obiectiõis in qua dicunt: quia cum fratres teneantur ad arctos vſus: leguminibus et oleribus poſſunt ſuſtentari vel fructibus mendicãdo ſine magno diſcurſu ⁊ apparatu ciboꝝ vt ſic abſtracti a cuiuſuis occaſione pecũie eiuſq perfecta renunciatio et abdicatio in ipſis commodius appareat ſemper.

¶ Notandum ꝙ cum in regula non inueniatur expreſſe de refectione fratrum niſi tãtum illud quod ponitur in. c. 3. ſcz de omnibus qui apponuntur eis liceat manducare: non parua inſurgit materia ſeu occaſio dubitandi prefatis oppoſitionibus: nec in prefatis declarationibus tam circa qualitatem q̃ etiam q̃titatem ciborum aliquid exprimit: et cum teneantur ad arctos vſus tanq̃ pauperes: videtur eiſdem ꝙ non ſolum ſuperfluitas in q̃titate ſed etiã in qualitate reſecanda ſit. Sed quia vt in .2. notabili principali dictum eſt nullus in his rebus et ſimilibus que expreſſa non ſunt ſeq̃ debet proprium ſenſum: videamus q̃d iura diſponunt: quid ve conſtitutiones papales et alia ſtatuta patrum prefati ordinis in rebus illis de quibus conſtitutio expreſſa et clara non habetur ex regula

¶ Primo ius cõe dicit ſic. In his reb⁹ de ꝗbus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei ⁊ inſtituta maioꝝ pro lege tenẽda ſunt. Et ſicut preuaricatores diuinarũ legũ: ita cõtẽptores eccl'iaſticarũ cõſuetudinũ coercẽdi ſũt. Hec Aug. ad caſulanũ. et habet. xi. di. c. In his rebus. ¶ Itẽ .12. diſ. c. illud. dicit btũs Hiero. ad lucianũ. Illud breuiter te admonendũ puto: traditiones eccl'iaſticas preſertim q̃ fidei nõ officiãt ita obſeruãdas vt a maiorib⁹ tradite ſunt: nec aliquorum cõſuetudinẽ alioꝝ ꝯtrario more ſubuerti ¶ Itẽ ibi. i. c. illo. vbi qđ enĩ neq ꝯtra fidẽ / neq ꝯtra bonos mores eẽ ꝯuicit indifferẽter eſt habendũ: ⁊ ꝓ eoꝝ iter quos viuit ſocietate ſeruãdũ. Et ſũt ṽba Augu. ad ianuariũ. Et dr̃ ibi glo. i. ꝙ preſumẽdũ eſt cõſuetudinẽ prouincie eſſe iuſtã et ex iuſta cauſa proceſſiſſe niſi probet cõtrarium Itẽ dicit canon ꝙ diuturni mores niſi legi ſint aduerſi: vtentiũ cõſenſu approbati legẽ imitãtur eadẽ di. c. Diuturnus Ecce ex his luce clarius conſtat ꝙ conſuetudo ⁊ ſtatuta maiorum vim legis teneant et a nobis ſunt imitanda et ſequenda. ¶ Videamus nunc q̃d circa ſil'ia loquãtur ꝯſtitutiões ſũmorum pontificum in declaratione regule

Dicit enim pꝛefatus Nico. in dicta ꝯſtitu=
tiōe. Exijt. §. qꝛ vero puritatē: quaſi in fine
ſic. Ut ſalutí animarū. ꝛc. Intellectū illū q̄ a
ſane intelligēte pcipitur p̄ntis cōſtitutiōis
ſerie lucidamus volentes illū ad cōmunem
deduci noticiā. ꝛc. Itē Cle. in di. cle. §. Pro=
inde in rñſiōe ſexti articuli. ꝛiu. §. Preterea
cuius verba ad litterā nō pono ꝑpter ꝑluri
tatē euitandā: veruntñ ad hoc tendūt ꝙ de
terminatio ꝛ iudiciū circa dubia q̄ i rl'a nō
expꝛeſſe ponūtur ꝛ alia q̄ occurrere p̄nt: re=
ſidet penes pꝛelatos oꝛdinis quibus conce
ditur in his poſſe ſtatuere et diffinire

¶ Sꝫ circa materiā hāc plenꝰ loq̄tur Joā
nes papa. 22. in ſua cōſti. q̄ incipit. Quoꝛū
dā exigit: in qua idem papa rñdet ad q̄ſtio
nem facti q̄ tūc tēpoꝛis coꝛā eius curia age
bat̄ ſuper granarijs ꝛ cellarijs ꝛ coloꝛe ꝛ foꝛ
ma habitꝰ: vñ dr ſic. Statuentes ꝛ diſtricte
pꝛecipiendo mandātes ꝙ in pꝛedictis ꝛ ſi=
milibus arbitrium determinationē ſeu iu=
dicium generalis in totius ꝓuincialiū ve=
ro in pꝛouincialiū miniſtroꝛum ac cuſtodū
ꝛ gardianoꝛum adminiſtrationibus cuſto
dijs et gardianis ſiue cōuentibus oꝛdinis
memoꝛati commiſſis eiſdem fratres omēs
ꝛ ſinguli ſequi oī modo: illiſq; parere ꝑ oīa
teneantur. Ac inſuper ꝙ illoꝛum ſequēdo
arbitrium determinationem ſiue iudiciuꝫ
illiſq; parēdo nec ſint nec dici poſſint vl' de
beant: nec ipſi fratres ſeipſos autumēt ſue
regule tranſgreſſoꝛes: maxime cum nec ex
pꝛeſſe vel determinate in pꝛedicta coꝛū re=
gula vel declarationibus quante longitu=
dinis quanteq; latitudinis: quante groſſi=
ciei vel ſubtilitatis: qualis foꝛme qualis ve
figure debeant eſſe veſtes: ſicut nec qualis
quanteq; vilitatis eas opoꝛteat eſſe exp̄mi
tur in eadem. Sicq; quodam modo eadem
vꝛgente neceſſitate: equitate non ſpari: ve
ro ſenſu veroq; id regule ſuadentibus itel=
lectu: eiuſdem clementis inherentes veſti=
gijs pꝛefatoꝛum miniſtroꝛum: cuſtodum ꝛ
gardianoꝛum in pꝛedictis hoꝛumq; ſimili
bus foꝛe iudicium declarare compellimur
illa eis vt pꝛedicitur committere iuitamur
Non eñ particulariuꝫ omniū certa pōt da
ri ſcientia: nec hoꝛum cū infinita ſint cōtin=
git fieri diſciplinā / nō ars / nō rl'a circūſtā=
tias ſingulas accidentiaq; cūctaq; comple=
ctit̄. Hñt in illis minoꝛes ſubeſſe maioꝛibꝰ
illis obſeq̄/ illiſq; intēdere: nō in certis ſolū
verſſetiā in dubijs ꝛ in icertis: vt illoꝝ finis
egregius debitis ſubſequētiū miniſtrꝫ ſub
ſequat̄: ſic iudicās cūcta rimatur: leges ap
plicat caſibus: canonū decreta ſecernit Sic
moꝛbus aggrauans medicum: ſic virtꝰ con
ſtans in medio ſapientem pꝛudentemq; de
poſcit: ne ſi quiſq; reguletur vt appetit: ꝯſe
ſtim coꝛruat vt non querit: neq; taliter cōui
uentibus nō oꝛdo ſꝫ hoꝛroꝛ inhabitet. Adſit
(quod abſit) diſcoꝛdia: religās religio reli=
get. Sentētie nāq; variātur vt capita ꝛ cre
ſcit in ſtolidis opinionibus fantaſia hec il
le. Que cōceſſio ꝛ declaratio et ſi alia nō eſ
ſet determinatio ſufficeret ſm ſuā latā au=
ctoꝛitatem quam pꝛelatis oꝛdinis cōcedit.

## Nunc reſtat videndum

quid āntiqui ꝛ ſācti p̄res oꝛdinis ſtatuerunt
Dicit equidē ſctūs Bernardinus in quadā
ſua declaratiōe breui vel ep̄l'a ar. vij. In oī
bus dubijs q̄ nō p̄nt indubitāter declarari
ſubditi teneātur ſtare iudicio pꝛelatoꝝ ſuo
rū ꝛ obedire. 23. q. i. Quid culpat̄ Et pꝛopte
rea agētes cōtrariū ſunt trāſgreſſoꝛes obe
diētie: ꝛ digne a ſuperioꝛibus cēſura aut a
lia decenti pena caſtigētur. hec ille. Et ad=
dit ymo et bonū ſine quo pōt eſſe ſalus: dꝫ
dimitti ꝑpter obedientiā. xi. q. 3. q̄d ergo.
Itē in dicta ep̄l'a. §. 3. dicit idē ſāctus ꝙ ſup
fluitas et curioſitas non debet diſcerni re=
ſpctū neceſſitatis ſeu vſꝰ arcti quo ad ſtatū
fratrum minoꝛum ſed moderati: cum vſus
moderatus non pōt dici ſupfluus ꝛ curioſꝰ
et per cōſequens nec vicioſus: ymo ſm veri
tatem omnimodam et regulā licitꝰ: vt patꝫ
ex pꝛeallegato dño Nico. Et qꝛ moderatio
dicti vſus dꝫ attendi ſm qualitatē ꝑſonaꝝ
et varietatem tp̄m et locoꝝ cōditiōes et ali
as occurrentes circūſtācias a ſupfluitatis ꝛ
et curioſitate: nō pōt facil'r diſcerni. Pro=
pterea ꝑ ſubditos nō pōt nec dꝫ iudicari: ſꝫ
ꝑ miſtros et cuſtodes vl' eos q̄bꝰ ab ip̄is cō
mittitur: q̄ de talibus ſup eoꝝ ꝯſciētias dñt
diſcrete iudicare: vt ptꝫ in declaratiōe di=
cti Nico. §. inſup. et §. cꝫ q̄. Hec ille ſanctus
¶ Ex p̄miſſis oībus indubitāter infert̄: ꝙ
cū in rl'a et declaratiōibus p̄fatꝫ nō ſit exp̄ſ
ſum de qualitate et q̄ntitate ciboꝝ et potus
per iura pꝛemiſſa et alia ſummoꝝ pontifi=
cū decreta et inſtituta pꝛeallegata incōcuſ
ſe: teneant̄ fratres pꝛedicti in his et alijs ſi
milibꝰ dubijs de nccitate ſalutis ſtare ꝯſue
tudini et inſtitutis gñalibus oꝛd̄ pꝛefati ꝛ
iudicio. diffinitiōi ſeu determinationi pꝛe=
latoꝛum: atq; illa tenendo: obſeruādo et a=
gendo nullo modo poſſint dici agere cōtra
regulam nec contra mentem ſancti Frāci=
ſci. ¶ Verūtamen que circa hec iſtituta ſūt
ſollerter inſpiciant̄ Dicit̄ enim in epiſtola
ſupꝛa allegata ſancti bernardini. v. arti. ꝙ

ſm regula vſus carnium in loco vel alibi fra
tribus nō ꝓhibetur: licet non deceat niſi mo
deratus ⁊ diſcretus. hec ibi. Et hoc bene eli
citur ex ipſa regula in qua dr̄. Et de oībus
cibis qui apponūtur eis liceat manducare
ſcdm̄ ſententiam ſancti euāgelij. Qui totū
dicit nichil excludit. ¶ Item cōſtitutio ge
neralis ordinis. c. iiij. dicit. Ordinamꝰ ꝙ vi-
carij ⁊ cuſtodes ſollicitam curam gerāt: ꝙ
de elemoſynis ⁊ rebus alijs que obueniūt
conuentibus per gardianum prouideatur
moderate iuxta elemoſynarum ⁊ obuētio-
num huiuſmodi ꝗtitatem fratribus in cōi:
ne fratres ipſi propter defectum cōmunis
et ſufficientis victus ſeorſum cōmedant: par
ticulariter ⁊ inordinate ſibi neceſſaria pro-
curare cogantur. hec ibi. ¶ Item reueren-
dus pater frater Johannes philippi quā-
dam circa hunc articulum edidit declara-
tionem dicens. Omnes fratres cōtenti eſſe
debent de decenti ſuſtentatiōe nature. Ta-
liter quippe eſt neceſſitati ſatiſfaciendū: ꝙ
carnalitas non vendicet ſibi locum: preſer-
tim cum fratres teneantur ad arctos vſus
qui in regula ponūtur. Idcirco omnis ſuꝑ-
fluitas tollatur et paucis ſint contenti: cum
vniformiter vt alij qui redditus poſſident
ꝓuideri minime poſſint. Prelati tamē ſint
ſolliciti: ꝙ licitis et honeſtis modis omnia
debita cum moderatione ⁊ temperantia di
ſponāt: ita ꝙ fratrū neceſſitatibus ſuccurra
tur ⁊ a recta ⁊ diſcreta paupꝑtate non receda
tur. hec ille vir illuminatus. ¶ His igr̄ pre-
libatis luce clarius conſtat reſponſio ad ob
iecta vltima. Quia cum in his ⁊ ſimilibꝰ du
bijs nō expꝛ̄ſſis aut determinatis certa ſen-
tentia dari non poſſit (vt glorioſus pr̄ Frā
ciſcus dixit) propter diuerſitatem locorum
et temporum ⁊ regionū: ⁊ perſonarꝫ quali-
tate inſpecta prelati ordinēt ⁊ diſponāt om
nia ſalubriter ſicut neceſſitati viderint expe
dire. Unde proculdubio in eis adimpletur
illud euāgelij. Qui vos audierit me audit.
¶ Nec obſtare poterit ꝙ in principio fun-
dationis ordīs vel etiā poſtmodum diſcur-
ſu temporis aliud fuerit ordinatum: quare
ſtrictius viuebatur ⁊ arctius regula obſer
uabatur ab aliquibus ꝗ̄ modo fit: quia vt
ſacri canones diſponunt: non debet repre-
henſibile iudicari: ſi ſecundum qualitatem
temporum ſtatuta quoqꝫ varientur huma-
na. extra de conſan. ⁊ affi. ca. non debet. Nā
et ipſa ſancta mater eccleſia catholica ple-
raqꝫ nonnulla rationabiliter ordinat ⁊ con
ſulte: q̄ ſuadente ſubiectorꝫ vtilitate poſtmo
dum ꝯſultius ac rōnabilius reuocat in me-
lius ve ꝯmutat. vt in c. alma. de ſenten. excō.
li. vi. Si igitur hoc agit mater vniuerſalis
eccleſia ſpū ſctō ꝯgregata et ſatis bene: nō
mirum eſſe dꝫ ſi filia eius ſacra religio mi-
norꝫ inſpecta neceſſitate/ vtilitate/ charita-
te hoc idē faciat ſcdm̄ ſctm̄ Bern. in lib. de
precepto ⁊ diſpenſatione: vt ſupra fuit alle
gatū. Maxime cū ad hoc ſuffraget exēplum
et auctoritas ſacre ſcirpture. vt eſt tex. ad
hoc ſingulariſſimus in. §. verum. lxiij. di. vbi
agitur mentio inter aliqua notanda ibidē:
ꝙ poſtꝗ̄ rex ezechias diſſipauit excelſa ⁊ cō
triuit ſtatuas diſſipauit lucos/ fregit ⁊ ſer-
pentē eneū quē fecit moyſes: vcꝫ qꝛ illū ſer-
pētē deus fieri iuſſerat ne ſerpētina morte
populus interiret: ideo ipſe populus cole-
re ⁊ venerari eū ceperat: ⁊ idcirco deſtruxit
iſte: qḋ iubēte deo fecerat ille: ac ꝑ hoc ma-
gna auctoritas iſta eſt habenda in eccleſia.
hec ibi. Sic a ſimili multa fuerunt in inſti-
tutione ordinis prefati vt patet ſane intelli-
gēti ⁊ de his aliquam fecimus mentionem
ſuperius: que diſcurſu tēporꝫ apoſtolici viri
ſuppleuerunt aliud diſponēdo ꝓpter fratrū
augmentum. Nec eſt veriſimile ſanctum vi
rum regule inſtitutorem prelatis ordinis
impoſſibilitatis iugum voluiſſe prefigere/
vel ex ipſius impoſſibilitatis conſequentia
prefatos fratres rebus ſibi neceſſarijs ſecū
dum humanam fragilitatem velle carere:
cum ipſe dixerit. c. x. ꝙ vbicūqꝫ ſūt fratres q̄
ſcirent ⁊ cognoſcerent ſe non poſſe regulam
ſpiritualiter obſeruare: ad ſuos miniſtros de
beāt ⁊ poſſint recurrere. ⁊c. Quare ſūmi pō
tifices qui locum dei in terra obtinent ſalu
briter ac ſapienter prouiderūt circa oīa cō-
tingentia in preſenti ⁊ in futurum / exten-
dendo/ declarando concedēdo ſicut cōmunī
bono viderunt expedire: aliqua per ſeipſos
attendendo: aliqua vero prelatis ordinis
committendo.

¶ Concluſio iſtius. ij. queſtionis.

¶ Igitur vt hāc ſecūdā q̄ſtionē ꝯcludamus
euāgelica paupertas ꝓ eo ꝙ ad eterna ſpi-
ritū ſubleuat tanꝗ̄ ea que in celis totaliter
theſauriſat: ꝑfecte ipſam ꝓfitēti ſuadet oībꝰ
tꝑalibus debere nudari quo ad affectū ⁊ ac
dñium: ⁊ arcta ſuſtētatione neceſſitatis eſſe
cōtētū quātū ad vſū. Et hic eſt ipſius modus
ſiue medietas: ꝙ ſic relinꝗt dñiū: ꝙ nō reſici
at vſū: ſic recipiat vſū: ꝙ nō ſeruet dñiū: ſic
arctitudinē vſus reſeruet: ꝙ ſuſtētationem
nature nō deuitet: ſic neceſſitati ſubueniat.
ꝙ ab arctitudine non recedat. hec ſanctus
Bonauē. in apolo. c. xij Quicunqꝫ ergo ffm̄
qui ſecūdum predicta inſtituta ordinata q̄

moioribus in prefatis ꝓuinciis hyſpanie vel alibi viuūt: dū tñ notoria ſupfluitas carnalitas ⁊ alia ſimilia rectū ⁊ ſanū iudicium nō vendicēt ſibi locū: nō ꝓpterea trāſgreſſores regule ſunt iudicādi. Dicit nāqꝫ regula iuris ꝙ inſpicimus in obſcuris: qđ veriſimilius eſt vel quod plerūqꝫ fieri ꝯtingit: maxime ſi in tota ꝓuincia ita obſeruatur et ipſi prelati nō ignorāt: cū in his nō agaꝛ expꝛeſſe cōtra ſubſtātialia regule nec ꝯtra expreſſuꝫ preceptū eius aut prefatoꝝ declarationū: Quiſi aliqui diuino moti ſpū arctius circa hoc voluīt ſe habere nō ſunt reprehēdēdi ſed laudādi: dū tñ videant qui eiuſmodi ſunt et attēte ꝯſiderēt illud bti Aug. in li. de doctrina xpiana vbi dicit. Quiſqꝫ rebus pretereūtibus reſtrictius vtitur ꝙ ſe habent mores eoꝝ cū quibus viuit: aut intēperās aut ſuperſticioſus eſt. Quiſquis vero ſic eis vtitur vt metas ꝯſuetudinis bonoꝝ iter quos verſatur excedat: aut aliqđ ſignificat aut flagicioſus eſt. In oībus ei talibus nō vſus rerū ſed libido in culpa eſt. Quod igiꝛ locis temporibus ⁊ pſonis ꝯueniat diligēter attēdēdum eſt. xli. di. ca. i. ⁊ c. ſi. quod eſt ſatis notādum. ⁊ ſic patet ſecūda queſtio.

¶ Reſponſio ad terciam poſitionē.

Q Uātum ad terciā poſitionē vcꝫ nō eſſe licitū oblatā pecuniā ꝓ miſſis accipere. ⁊c̄. Patēt ſua motiua ſupra in principio. Pro quo breuiter ē ſciēdū: ꝙ circa hāc dubitationē duo ſunt ꝯſiderāda. ¶ Primo ipſe actus celebrationis vel alteri⁹ diuini ſuffragij in ſe. ¶ Secūdo miniſter celebrās vel dictū ſuffragiū agēs. Nūc igitur habito reſpectu ad ipſum actū celebrādi vel aliud diuinū officiū agēdi ꝓ pecunia vel ꝓ aliquo tꝑali cōmodo: cuꝫ hic iſta prepoſitio. pro. denotet appreciatio nēque in ſpūalibus oīno interdicitur: ⁊ dare ſpūale ꝓ tꝑali cōmodo ſit viciū ſymonie: talis actus eſt oīno malus ⁊ ꝓhibitus tāqꝫ ſymoniacus. vt. i. q. i. ca. iudicis. nec aliqua cōſuetudine pōt excuſari: qꝛ ꝯſuetudo non preiudicat iuri naturali vł diuino. vt ſupra in ſecūda queſtione dictū fuit. Et ꝑ pecuniā intelligitur oē illud cuius preciū pōt pecunia eſtimari. vt philo. dicit. v. ethi. ⁊ ſāctus Tho. ſ. ſ. q. art. ſ. ideo dixi ꝓ pecunia vel ꝓ alio tꝑali ꝯmodo ſcꝫ qđ pecunia pōt eſtimari. Et intellige predicta ſi tale quid fiat hac intentione ſcꝫ dare ſpūale ſimpliciter ꝓ pecunia. ⁊c̄. Si vero hoc non intendunt: tunc dicunt doctores poterit eſſe vel auaricia vel turpe lucrum vel ſaltem habet ſpeciem mali. Intellige quando fit ex auaricia ſecundū magis et minus. Et hoc eſt generale in quibuſcūqꝫ ſacerdotibus. Sed proculdubio maiorem in modum deformitatem trahūt hec omnia circa fratres minores quibus inhibetur vt nec per ſe nec per interpoſitam perſonam omnino pecuniam recipiant. Et iſto modo obiectiones pro parte contraria poſſunt intelligi: ⁊ ſic patet earum ſolutio. ¶ Secūdo modo pōt haberi reſpect⁹ ad miniſtrū: ⁊ tūc dupliciter. Quia aut talis miniſter tenetur ad huiuſmodi celebrationes ex officio alias ex bñficio puta quia habēs eccleſiam vel beneficium officiare tenetur: tūc exigere pecuniā ſcđꝫ Ray. ⁊ fere oēs docto. in. c. Significatum. de preben. pro tali celebratione eſſet ſymonia. vt. i. q. iij. c. Uēdentes. Aliud eſt ſi talis clericus eſt pauper vel bñficiū tenue hꝫ. ⁊ deficit ei ſūpt⁹. ꝑ di. c. Iudices. ſꝫ quia quo ad clericos nichil ad nos ideo ſufficit pro nunc. Uerūtamen quo ad fr̄es minores dicamus ſic ꝙ nullo modo eſt eis licitū celebrare ꝓ pecunia. ſ. ſimplr̄: qꝛ ſi intentio adeſſet dandi ſpirituale pro temporali eſſet ſymonia vt dictum eſt. Nec etiā ratione cupiditatis: quia tūc vel auariciam vel turpe lucrū vel aliā ſpeciē mali nō effugerēt. Nec etiā promittere pro tanta pecunia tot miſſas celebrare: quia ſecundū ſctm̄ Bernardinum eſt actus proprietarij etiam ſi non intendant ꝯmittere ſymoniam ⁊ habet ſpeciem mali: cum nec in regula nec in eius declarationib⁹ talis promiſſio aut cōceſſio vtpote mala inueniaꝛ. Et ita intelligitur illud ſcilicet quando alicui aliquid generaliter prohibetur. ⁊c̄. ⁊ illud ꝙ fratribus interdicitur omnis queſtus pecunie. Nam talibus intentionibus vel modis celebrare vel ſimilia facere ſemper eſt illicitum ⁊ prohibitum omnibus maxime ipſis fratribus vt prefertur: cū eorū ſtatus omnino ſit abdicatus ab omni contrectatione/poſſeſſione/dñio et vſu pecunie. Et in hoc (vt cōtraria declaratio ſatꝫ bene opponit) ſepenūero ab aliquibus delinquitur: incongrue ⁊ indebite ſe habentibus in nouenarijs/trigenarijs/⁊ alijs diuerſis modis ⁊ officijs viuorum ⁊ defunctorum ſiue in intentione/operatione/obligatione/pactione/receptione/administratione dati ⁊ recepti in quib⁹ non vſqꝫquaqꝫ puritas regule ⁊ profeſſionis obſeruatur. Ideoqꝫ ipſi videant et ſibi imputetur: quia ſecundum omnes exigere vel exactum ſoluere aut promittere aut paciſci ꝓ

aliquo dictoꝝ ſpūali cōſeqūdo pro pecūia
ſeu re q̄ precio pōt eſtimari expſſa ſimonia
eſt: vt extra ð ſimo. c. Tua nos. Secūdario
pōt haberi reſpectus quo ad ipſos fratres
q̄ ad nullū eccleſiaſticū ꝛ tēpoꝛale beneficiū
tenentur cū nichil habeāt nec habere poſ=
ſint. Lȝ interpꝛetatiue teneātur ꝑpter ele=
moſinas exhibitas eis continue Itē qꝛ die
noctuqꝫ tā in miſſis ſolēnibus ꝛ puatis q̄
in aliis diuinis laudibus ꝛ officijs occupā
tur propter profeſſionē ſue regl'e ad hono=
rem dei ꝛ propter caritatē ꝛ conſolationeȝ
xp̄iani populi q̄ eoꝝ eccleſias deuoti⁹ ꝛ fre
quentius viſitāt. Laboꝛēt tercio in p̄dica=
tionibus ꝛ cōfeſſionibus prefati populi: nō
videtur ratio ſi alij clerici pauperes caren
tes tēpoꝛali bn̄ficio p̄nt ſtipēdia laboꝝ ſui
accipere vbi maxime cōcurrūt prefata tria
cū nemo teneat ſuis ſtipēdijs militare. vt
in. c. Cum ex officij de preſcrip. quare dicti
fratres illi mō cōcurrentibus debitis circū
ſtancijs hoc nō poſſint facere: q̄ vt diximus
beneficio carēt / diuinis occupantur / alios
ſūptus nō habēt ſed victū eis tribuit incer
ta mendicitas: hoc tn̄ dēpto q̄ nulla obli
gatio aut pactio interueniat / nullaqꝫ ſini=
ſtra ſubintret intentio / atqꝫ in adminiſtra=
tione dati et recepti fiat pari mō ſicut de a
lia quacūqꝫ pecunia elemoſynaliter a fide=
libus miſſa pro ſuis neceſſitatibus vt p̄fa=
te declaratiōes determināt q̄ fr̄es i ea nul
lū dn̄iū: ꝓprietatē: ꝛ cetera alia habeāt: ſed
ſemꝑ maneat penes dantē aut ſubſtitutuȝ
eius: ipſiſqꝫ xp̄ifidelibus viuis ꝛ defūctꝫ hu
militer hoc petētibus pie ꝛ caritatiue ſub=
ueniat ſuis ſanctis ſacrificijs ꝛ aliis debitꝫ
et deuotis obſequijs a prefatis fratribus
deuotioni eoꝛum volentibus primarie ſatꝫ
facere: deinde naturalem et debitam ſuſtē
tationem recipere.

¶ Auctoꝛitates ad confirmationem ſu=
pradictoꝛum.

¶ Q; aūt hoc licite poſſit fieri: patȝ primo
ꝑ illa que apl's cōmemoꝛat. i. coꝛint. 9. vbi
large ponit hāc materiā ꝛ inter alia ðr ipſe
Quis militat ſuis ſtipēdijs vn̄q̄: quis plā
tat vineā ꝛ de fructu eius nō edit: q̄s paſcit
gregē ꝛ de lacte gregis nō manducat: hec
oīa. 13. q. 1. §. his ita. Itē dicit ipſe idē apl's
Si vobꝫ ſpūalia ſeminauim⁹: magnū nō eſt
ſi nos carnalia vr̄a metamus. vt in. c. Si
ep̄s de offi. oꝛdi. li. vi. ꝛ in dicto. c. cū ex offi.
ꝛ de ꝯſecra. diſt. v. Nūq̄. Itē idē ip̄e apl'us
oꝛdinauit his q̄ euāgeliū annūciāt: de euā
gelio viuere: ꝛ q̄ in ſacrario operātur: q̄ de
ſacrario ſūt edāt: ꝛ q̄ altario deſeruiūt: cuȝ
altario participāt. Hec oīa apl's vbi ſupra
Probatur etiā hoc per ea que Aug. ðr i li.
de opere monachoꝝ: q̄ occupati in. 4. gn̄i=
bus operū ſpiritualiū excipiūtur a ꝑcepto
apl'i. ſ. Qui nō laboꝛat nō māducet. Si euā
geliſte ſūt. i. diſſemināt diuina verba / ſi mi
niſtri altaris. i. q̄ diuina cātica ꝛ diuinas lau
des decantāt / ſi diſpēſatoꝛes ſacramento=
rum ſunt ꝛ maxime euchariſtie ꝛ peniten=
tie. ꝛ illi q̄ ea q̄ in ſeculo habebant reliqueꝛ
runt pauperibus vt ipſi ſuſtētarētur ꝛ iſti
cōuerterētur ad dn̄ȝ: tales profecto cū alijs
tribus ſupradictis vendicant ſibi locū. Hec
Aug. Suꝑ quibus verbis ſcṫūs Bonauē. in
ſua apolo. c. 12. dicit ſic. Iſti oēs nō ſolū di=
gni: ſed etiā digniſſimi reputātur: ꝛ licitū ē
ſibi de elemoſynis pauperū xp̄i ꝛ accipere
oblata et petere neceſſaria Hec ille. ¶ Itē
probari pōt predicta poſitio ꝑ illud qð no=
tatur ꝑ doctoꝛes in. c. q̄pio mētis. i. q. 2. ꝛ in
di. c. Significatū de prebē. vbi cōiter tenēt
exponendo illa verba tex. ſ. abſit omnis pa
ctio: omniſqꝫ ceſſet conuentio ꝛc. dicunt ſic
q̄ ꝛ ſi ſine pactione expreſſa vel exactione
ſi quis conferat aliquid ſpirituale pricipa=
liter hac intentione vt ꝑꝑ illud recipiat tē
poꝛale: puta audit confeſſionem vel ðr miſ=
ſam. vel confert oꝛdinem vel beneficiū p̄n=
cipaliter quia ſperat propter hoc ſe habi=
turum pecuniam vel aliud preciabile: et ſi=
militer qui dat aliquid tempoꝛale princi=
paliter vt recipiat ſpirituale vt euchariſtiā
oꝛdinem ſacrum / beneficium ꝛ hmōi ſymo=
niam ꝯmittit: que moꝛtalꝫ eſt ſecūdū Ray.
Inno. Hoſti. Ala. Tho. ſic etiaȝ vbi non fit
pactio vel exactio nec principalis intentio
ad tempoꝛalia in collatione ſpiritualiū vl'
receptione: ſed gratis ꝛ elemoſynaliter detꝛ
et accipiatur ad ſuſtentationem nature vl'
ob reuerentiam ſacramentoꝛum vel ad cō
ſeruandum laudabilem conſuetudinem lo
coꝛum: licite et ſine ſymonia vel alio vicio
dari vel accipi poteſt. Hec illi Et idem Ar.
Flo 2. parte ſumme. Et allegant Greg. i. c.
Sicut epiſcopum ea. cau. i. q. Eius oblatio
nullam culpe maculam ingerit: que non ex
ambientis petitione proceſſit. vbi dicit glo
ſa. Ubi enim cauſa non adeſt: viciū nō im=
putatur. ¶ Probatur etiam per ea que ſā=
ctus Tho. 22. q. c. ar. 2. dicit: vbi inquit q̄
accipere aliqua ad ſuſtentationem eoꝛum
qui ſacramēta xp̄i miniſtrant ſm oꝛdiatio
nem eccleſie et conſuetudines approbatas
non eſt ſymonia nec peccatum. Nō eſt ſcðȝ
eum: quia non ſumitur ſecundum precium
mercedis ſed tanq̄ ſtipendium neceſſitatis

Unde ſup illud.1.ad thi.5. q̄ bn̄ preſūt pre=
biteri ⁊c̄. Dicit glo. Aug. Accipiāt ſuſtēta=
tionē neceſſitatis a ppl'o: mercedē diſpēſa=
tiōis a deo. hec ille. Et ibidē ar.3.ad.2.dr
ſic. Illi q̄ dāt elemoſynas pauperib' vt orō
nū ab ipſis ſuffragia īpetrēt: nō eo tenore
dāt quaſi intēdētes orōes emere: ſꝫ ꝑ gra=
tuita bñficia pauperū aīas ꝓuocāt ad hoc
ꝙ ꝓ eis gratis ⁊ ex caritate orent. Et infra
Sil'r ⁊ aliqua tp̄alia dātur laudātib' deum
in celebratiōe eccl'iaſtici officij ꝓ viuis ſiue
pro mortuis: non quaſi preciū ſed quaſi ſu
ſtentatiōis ſtipēdiū. hec ille. ¶ Richard'
etiā in.4.di.25.dr ꝙ pro anniuerſario cele
brādo nō lꝫ facere pactū de pecunia dāda
Si tñ ex deuotiōe datur eccl'ie: eccl'ia tenet
ꝓ illis celebrare ꝓ q̄b' dat̄ ſm ꝙ ꝓ recepto
beneficio magis obligatā ſe videt. hec ille
Sctūs vero bonauē. in li. de pauꝑtate chri
ſti addit ſeq̄ntē rationē ad iſtā materiā di
cēs. Ad ꝑfectionē ꝺ ici corporis ſpectat ꝙ
mēbra ſibi cōmunicēt rōne dati et accepti:
⁊ ad perfectionē euāgelij facit ꝙ pauperes
iuſti ſuſtentationē petāt ⁊ accipiāt a diuiti
bus mūdanis ⁊ imꝑfectis. Uñ ⁊ apl's.2.ad
corin.1.dr. Ur̄a abundātia illoꝝ inopiā ſup
pleat: vt ⁊ illoꝝ abundantia vr̄e inopie ſit
ſupplementū. Ubi dr glo. Ueſtra abūdātia
terrenoꝝ ſuppleat eoꝝ inopiā: vt ecōuerſo
abundātia illoꝝ ſp̄ualiū q̄ diuinis vacant:
veſtre ſit inopie ſupplementū. hec ille. Et
addit ꝙ ſicut diuites mundani pñt petere
orōes viroꝝ ſp̄ualiū ad releuādā īopiā me
ritoꝝ ſuoꝝ (vt ſupra dixit apl's) ita verſa vi
ce pñt pauperes ſp̄ūales petere elemoſinā
corporalē ad ſuſtentationē corpoꝝ. Itē q̄
dat maiora: pōt recipere minora: ſꝫ pauꝑ
orās impendit miām ſpiritualē: ergo mul=
uidos capellanos. Nec aliquod monaſte-
rium veſtri ordinis de cetero ab aliquibus
inchoetur ſine capituli generalis ordinis
memorati licentia et aſſenſu.

CApellanus et cō-
uerſi ſecundum diſpoſitioneʒ
viſitatoris promittant obe-
dientiam abbatiſſe vouen-
tes loci ſtabilitatem et per-
petuo viuere ſine proprio et in caſtitate.
Liceat tamen viſitatori tam in capellanū
et ſeruientes ſorores ꝙ̄ conuerſos pro eui-
denti neceſſitate aut manifeſta vtilitate
de vno monaſterio ad aliud tranſmutare
Ieiuniuʒ ſeruare debeant vt ſorores Lice-
at tamē abbatiſſe ſuper hoc cum eis eſtus
vel itineris aut laboris alterius ſeu alia
quauis rōnabili ⁊ honeſta cauſa miſericor-
diter diſpenſare. Tunicas de vili panno
iuxta eorundem indigentiam habere va-
leant ſine caputio: quarum manice breues
ſint et ſtricte tantummodo circa manus.
Longitudo autem tunicarum ſit talis ꝙ
a cauillis pedum diſtent ſpatio quatuor
digitorum. Pro cingulo vero corrigiam
honeſtam habeant cum cultello. Caparo-
ronem etiam ſuper tunicas portent cuius
longitudo genu aliquantulum tranſeat, et
amplitudo vſqꝫ ad cubitos protendatur
Minoris tamen latitudinis caparonem
ſi voluerit habere poterit capellanus. Qui
cappa etiam honeſta vti poterit cuʒ fuerit
oportunum. Calciamenta cum caligis et
bracis ampla et alta habeant et ante fiſ-
ſa. Et idem officium faciant conuerſi quod
ſuperius de ſororibus neſcientibus litte-
ras eſt expreſſum. Excepto ꝙ ad officium
beate virginis minime teneantur. Infor-
mationi etiam et correctioni viſitatoris
conuerſi et capellanus per omnia ſint ſub-
iecti cui teneātur firmiter obedire. ¶ Nul-
li ergo omnino hominum liceat hanc pa-
ginam noſtre conceſſionis et conſtitutio-
nis infringere vel ei auſu temerario con-
traire. Si quis autem hoc attemptare pre-
ſumpſerit indignationem omnipoten-
tis dei et beatorum petri et pauli apoſto-
lorum eius ſe nouerit incurſurum. Datuʒ
Lugduñ. viij. Idus auguſti. Ponficatus
noſtri Anno quinto.

## ¶ Explicit ſecunda

regula ordinis ſancte Clare ab In-
nocentio quarto cum relaxatione
prioris regule quo ad pauperta-
tem ordinata.

¶ Aduertendum au-
tem ꝙ prefatus Innocentius papa quar-
tus poſtmodum aliter et forte melius in-
formatus diſtrictius inhibuit et manda-
uit generali et vniuerſis prouincialibus
miniſtris ꝙ nullomodo cogerent nec coge-
re poſſent abbatiſſas moniales ordinis ſā-
cte Clare ſeu ſancti damiani ad obſeruan-
tiam dicte ſue noue regule ab ipſo noui-
ter inſtitute: ſed potius voluit et manda-
uit antiquam primam ſupraſcriptam re-
gulam a beato Franciſco editam in prin-
cipio religionis et tunc per dominum pa-
pam Gregorium nonum confirmatam/
perpetuis temporibus obſeruandam: cō-
mittens et mandans domino protectori
cardinali epiſcopo hoſtieñ. et velletrenſi.
vt ipſam inuiolabiliter obſeruari faceret
et confirmaret omni appellatione et litte-
ris impetratis ſiue impetrandis poſtpo-
ſitis. Et incipit dicta bulla Innocentij. iiij.
Recto aſſumpto tramite per quem ⁊c. Da-
ta decimaquinta kalendas Aprilis Pon-
tificatus ſui Anno decimo. Et habetur in
conuentu noſtro pariſienſi originalis bul-
la ſub plumbo. ¶ Deinde poſtmodum

idem Innocentius. 4. ſupradictā antiquā
primam et ſanctam regulam ſic per dictū
dominum papam Gregorium. 9. et per di=
ctum commiſſarium ſuum dominum cardi
nalem hoſtieñ. ꝛ velletreñ. ep̄m de manda=
dato ipſius Innocentij. 4. approbatam et
in ſuo vigore repoſitam: iterū ſub bulla ap
probauit et confirmauit Aſſiſij. v. idus Au
guſti. Pontificatus ſui Anno. xi. vt ſupra
habetur. Et in hoc venit corrigendum ſum
marium ſiue tabula priuilegiorum ſupe=
rius tercia parte deſcriptum quod ipſā cō
firmationem Inno. 4. ponit ſub Innocē. 3.

## ¶ Incipit tercia regula

ſororum ordinis ſācte clare ab Vrbano pa
pa. 4. cum aliquibus modificationibus et
additionibus precedentis ordinata.

**I**Ohannes
miſeratione diuina
ſancti Nicolai i car
cere tulliano dyaco
nus cardinalis Di=
lectis in chriſto filia
bus vniuerſis abba
tiſſis et ſororibus i=
cluſis ordinis ſan=
cte Clare. Salutem
in domino. Attendentes de facili prouent
re non poſſe ꝙ regula vobis nuper a San=
ctiſſimo patre ac domino ſummo pontifice
tradita ſub eiuſdem domini bulla in ſingu
lis prouincijs vel monaſterijs veſtri ordi=
nis haberetur eandez regulam que ſub pa
pali bulla in filo cerico pendēti bullata de
mandato noſtro diuerſis ſeruatur in locis
tranſcribi prout inferius continetur de ver
bo ad verbum nichil mutato diminuto ſeu
addito: quibuſdam rubricis infra notatis
duntaxat exceptis fecimus diligenter ꝛ trā
ſumptum ipſum ab originali cū debita ſol
licitudine et plene correctum vobis ſub no
ſtri ſigilli munimine duximus tranſmittē=
dum vt ad inſtar eius regulam ipſam trā=
ſcribi pro ſingulis veſtris monaſterijs fa=
ciatis. Cuius tenor talis eſt regule.

**V**Rbanus
epūs ſeruus ſer
uorum dei Di
lectis in chri=
ſto filiabus vni
uerſis abbatiſ
ſis ꝛ ſororibus
incluſis ordis
ſācte clare Sa
lutē ꝛ apl'icam
benedictionē.
Beata clara virtute clarens ꝛ nomine gra
tie diuine inſpiratione preuēta et almi xp̄i
confeſſoris beati Frāciſci exemplis lauda
bilibus informata ac ſalutaribus inſtitu=
ta doctrinis vt ſe mundam domino conſer
uaret mundi huius cōtemptis opibus ope
ribuſqꝫ vitalis religioſe viuere ſapiēter ele
git et habitu ſacre religionis aſſumpto ar
tam viam mandatorum domini que gra=
dientes in ipſa ducit ad vitam dilatato cor
de cucurrit. Hanc petram chriſtus lapidez
eſſe voluit in veſtri ordinis ſtructura p̄ma
rium in ipſa euidenter oſtendit ꝙ in hui9
ſtructura ſibi complacuit. Eam ſiquidē ſā=
ctitatis erexit in titulum vt que mundicia
vite claruit celebritate clareret: ac eundez
veſtrum ordinem qui ſanctum et laudabi
le ſumpſit in eius perſona principium ip̄i9
quaſi inſtituentis ſic ſapienter approbate
patrone merita venerabilem venerandāqꝫ
probarent. In hoc autem ordine vos ꝛ ali
as ipſum profitentes ſub nominationum
varietate intendū ſorores: quandoqꝫ duas
plerumqꝫ moniales nonnūqꝫ pauperes in=
cluſas ordinis ſancti Damiani cōtigit ha
ctenus nominari vobiſqꝫ ſub horum ꝛ alio
rum diuerſitate nominum diuerſa priuile
gia indulgētie ac littere a ſede apoſtolica
ſunt conceſſa. Et tam a felicis recordatio=
nis Gregorio papa predeceſſore noſtro tūc
hoſtienſi epiſcopo et veſtri ordinis curam
gerente ꝙ alijs varie date ſunt regule ꝛ for
me viuendi quarum obſeruācijs ſe veſtrū
alique ſolemniter obligauere. Propter qđ
dilecte in domino filie fuit nobiſ humiliter
ſupplicatum vt eundem veſtrum ordinem
curaremus certi nominis titulo inſignire
voſqꝫ ab huius obſeruantiarum diuerſita
tibus et votis ſuper his emiſſis miſericor=
diter abſoluentes certam vobis viuēdi for
mam ad tollendum omnem de veſtris con
ſcientijs ſcrupulum largiremur Nos itaqꝫ
decens arbitrantes et congruū vt idē or=
do veſter qui vt premittitur in beata Cla=

ra felicia ſue inſtitutionis ſumpſit auſpitia
cuiuſq; vt firmiter credimus apud deū me
ritis et interceſſione protegitur et apō ho
mines laudibus attollitur et fauoribꝰ am=
pliatur eius inſignanter et nomine ipſum
de fratrum noſtrorum concilio de certo de=
creuimus ordinem ſancte Clare vniformi
ter nominandum. Statuentes q; immuni=
tates/libertates/priuilegia/indulgentie/
ac littere quecunq; vobis ſeu eidem ordini
a prefata ſede ſub quacunq; nominatione
conceſſa id robur obtineat firmitatis ⁊ ita
per omnia ipſis vti poſſitis ac ſi de pncipio
ſub huius nois titulo ſub hac noiatiōe fu=
iſſent. Ut autem bene et iocūde habitetꝫ in
vnū nec ſub predictarū obſeruantiarū dif=
ferentia a modo viuendi videamini diffe=
rentes ſed ambuletis in domo dñi cū ꝯſen
ſu nos igitur inſpectis oībus regulis pre=
dictis et formis ac ſpecialiter illā quā pre
fatus predeceſſor tūc hoſtieñ eṗs vobis de
diſſe cognoſcit̃ diligētius attendētes regu
lā ſiue formā viuēdi pñtibus annotatā vo
bis et his q̄ vobis ſucceſſerint de eoꝝ fra=
trū cōſilio preſentiū tenore cōcedimus ⁊ ēt
cōfirmamus in ſingulis monaſteriꝭs veſtri
ordinis ꝑpetuis tēporibus obſeruandā il
las ex vobis q̄ ipſā regulā ſiue formaꝫ per
nos vobis cōceſſā et cōfirmatā ꝓfeſſe fue=
rint ab oībus aliꝭs regulis formis et votis
premiſſis de aplice ptātꝫ plenitudīe abſol
uentes. Que regula talis eſt.

## In nomine domini.

Incipit regula ſororum ſancte clare.

Rubrica prima

Omnes
que ſeculi va=
nitate relicta
religionem ve
ſtrā aſſumere
volūt ⁊ tenere
hāc eas legeꝫ
vite et diſcipli
ne opꝫ et cōue
nit obſeruare
viuēdo i obla
ſine proprio et
in caſtitate et etiam ſub clauſura.

Qꝫ ſorores in monaſterio incluſe cō=
tinue commorentur Rubrica ſecunda

Omni namq; tem=
pore vite ſue hāc vitā ꝓfitētes
clauſe manere firmiter teneanꝰ=
tur infra muroꝝ ambitū ad īterinſecā clau
ſurā monaſteriꝭ deputatū: niſi forſā quod
abſit ſuꝑueniret ineuitabilis ⁊ piculoſa ne
ceſſitas ſicut exuſtionis ignis vel incurſus
hoſtilis ſeu alicuius hmōi q̄ dilationē nul
lo caperet modo ad egrediēdi licentiā po=
ſtulādā In quibus caſibus trāſferāt ſe ſo=
rores ad locū aliū competentē: in quo q̄ntū
cōmode fieri poterit clauſe morētur quouſ
q; eis de monaſterio ſit ꝓuiſum. Et ꝓpter
hmōi neceſſitatis euidentiā nulla eis cōce
dit̃ licētia vl̃ facultas extra predictā clau
ſurā vlterius exeūdi: niſi forte de mādato
aut auc̃te cardinalis romane ecc̃ie cui a ſe
de aplica gnāliter fuerit iſte ordo cōmiſſꝰ
ad aliquē locū aliqne mitterētur cauſa plā
tandi vel edificādi eādē religionē vl̃ refor
mandi aliquod monaſteriū eiuſdē ordinis
ſeu cā regiminis aut correctiōis aut alicu
ius valde euidentis ⁊ grauis diſpēdij euī=
tādi vel niſi de eiuſdē cardinalis mandato
aut auc̃te monaſterio pzimo rōnabili cau=
ſa relicto totus cōuētus ad monaſteriū ali
ud ſe trāſferret. Poſſint aūt in ſingulis mo
naſteriꝭs recipi alique lꝫ pauce ſub ſeruiēt
aliū noīe vel ſoroꝝ ad huius obſeruātiam
ꝓfeſſionis aſtringēde: preterq̄ ad articu=
lū de clauſura: q̄ de mādato vel licētia ab=
batiſſe interdū poterūt egredi ad negocia
monaſteriꝭ procurāda. Morīētes vero tam
ſorores q̄ ſeruitiales hmōi infra clauſtruꝫ
prout conuenit tumulentur.

De ſororibus recipiendis et earum
profeſſione. Rubrica tercia.

Omnibus hanc re
gulā aſſumere cupiētibus ⁊ q̄
fuerint admittēde priuſq; ha
bitū mutent et religionē aſſu
mānt dura ⁊ tis ⁊ aſpera propo
nāt: ꝑ q̄ itur ad deū et q̄ ſm hāc religionem
neceſſe habuerit firmiter obſeruare: ne de
ignorātia poſtea ſe excuſent. Nō recipiat̃
aliqua q̄ vel lōgiori etate vel īfirmitate ali
qua ſeu fatua ſimplicitate ad hmōi vite ob
ſeruantiā inſufficiēs ⁊ nō idonea cēſeatur
niſi forte cū aliqua interdū vel cauſa ratio
nabili exigēte de mādato vel auc̃te dñi car
dinalis alicubi fuerit diſpēſandū. Per tales
eīm ſtatꝰ ⁊ vigor religiōis ſepius diſſoluit̃ ⁊
turbatur. Ūñ in pſonis recipiēdis diligēti
ſtudio ⁊ cautela dꝫ hmōi occaſio deuitari.
Abbatiſſa nullā ꝓpria auc̃te recipiat ſine
ꝯſēſu oīm ſoroꝝ ſuarū vel ad minus duaꝝ
partiū earūdē. Oēs vero ex more īfra clau
ſtrū recepte tōſis crinibꝰ citiꝰ deponāt ha=

bitũ ſecularem. Quibus deputetur magi=
ſtra queeas īformet regularibus diſcipli=
nis. Ad tractatus quoq; capituli infra an=
num nullatenus admittantur. Completo
vero vnius anni ſpacio ſi etatis legittime
fuerint ꝓfeſſionē in manibus abbatiſſe co
rā cōuentu faciāt in hunc modū. Ego ſoror
N. promitto deo et btiſſime marie ſemper
virgini et beato Frācisco et btē clare ⁊ oī=
bus ſāctis et tibi dñe abbatiſſe viuere ſub
regula a dño Urbano papa quarto ordini
noſtro cōceſſa toto tēpore vite mee in obe=
dientia: ſine ꝓprio et in caſtitate: et etiā ſe
cundū ꝙ per eandem regulā ordinatur ſb
clauſura. Idem ſimiliter profitēdi modus
in ſeruicialibus vel ſororibus que de licē=
tia abbatiſſe egredi pñt exterius preter ar
ticulū de clauſura per omnia obſeruetur.

¶ De habitu ſororꝝ. Rubrica quarta.

OMnes ſorores cō=
muniter capillos ſuos vſq; ad
aures certis temporibus tonde
ant in rotondū. Et vna queq; ſoror preter
cilitiū ſi voluerint vel ſtamineū duas tuni
cas vel etiā plures ſecundū ꝙ viſū fuerit
abbatiſſe habere valeat ac mantellū poſt
collū hinc inde connexū. Et hec indumēta
ſint de pāno religioſo et vili tā precio ꝙ̄ co
lore iuxta diuerſarū conſuetudinē regionū
nimia breuitate vel longitudine nō notan=
da vt et in operiēdis pedibus debita ſuet
honeſtas et curioſe longitudīs ſuꝑfluitas
penitus euitet. Tunica quoq; ſuperior ſit
tā in manicis ꝙ̄ in buſto latitudinis ⁊ lōgi
tudinis cōgruētis: vt habitus exterior honeſtas intrinſece atteſtet. Habeāt et ſcapu
pularia ſine caputio de vili et religioſo pā
no vl' ſtaminea [illegible]tudīs et lōgitudīs cōde
cētis ſicut vniuſcuiuſq; q̄litas exigit vel mē
ſura. Quib⁹ īduāt qū laborāt vl' tale aliqd
agūt cū mātellos ꝯgrue geſtare nō poſſunt
Poſſūt etiā ſine ipſis eſſe aliqū ſi viſū fuerit
abbatiſſe: cū forte ꝑ calorē nimiū vel aliqd
aliud eis grauia multū fuerit ad portādū
Corā extraneis tñ hmōi vtāt ſcapularib⁹
cū mātellis. Tunice quoq; ſuꝑiores ſcapu
laria ⁊ mātelli coloris oīno albi vl' nigri ali
quaten⁹ nō ferāt. Pro cingulo aūt cordam
poſtq̄ ꝓfeſſe fuerint habeant minime cu=
rioſam. Uittis aut velis de pāno commu=
ni omnino albis nō tñ precioſis aut curio=
ſis capita ſua cooperiāt vniformiter ⁊ hone
ſte: ita ꝙ frons gene et collū et gola ſint vt
earū honeſtati et religioni conuenit coop=
ta: nec aliter coram extraneis perſonis au
deant apparere. Habeāt et velū nigrū nec
precioſū nec curioſū extenſū ſuꝑ capita ita
amplū et longū ꝙ ex vtraq; parte deſcēdat
vſq; ad ſcapulas et retro parū vltra tunice
caputiū protēdatur. Sorores vero nouitie
album velum eiuſdem menſure et qualita
tis debeāt deportare. Seruiciales aūt ſo=
rores pannū albū nō precioſū aut curioſū
ad modum veli ſuper capita ſua deferant
tāte longitudinis ⁊ amplitudinis ꝙ ſcapu
las et pectus ꝑcipue cū exeūt valeāt opire

¶ Qual'r ſorores iacē debeāt. Rubri. 5.

OMnes ſorores ſa
ne tam abbatiſſa ꝙ̄ alie veſti
te et cincte iaceant in commu
ni dormitorio: et quelibet per
ſe lectum habeat ab inuicem
ſeparatum. Lectus tamen abbatiſſe in ta=
li loco dormitorij diſponat: ꝙ inde ceteros
dormitorij lectos ſine obſtaculo ſi commo
de fieri poterit valeat intueri. A feſto reſur
rectionis dominice vſq; ad feſtum natiui=
tatis beate virginis ſorores dormiāt poſt
prandium vſq; ad nonam que voluerint.
Que vero noluerint oratione ſeu medita=
tione diuina ſeu aliīs pīſs quietis laborib⁹
occupentur. Liceat autem vnicuiq; habere
ſacconem de feno vel de palea et ceruical
de palea aut lana ſi culcitras religioſas eū
lanea habere nequierint congruenter. Lā
pas inſuper de nocte accenſa ſemper ī me=
dio dormitorij habeatur.

¶ Qualiter ſorores diuinum celebrent
officium. Rubrica. 6.

DE diuino officio
tam in die ꝙ̄ in nocte dño per
ſoluēdo taliter obſeruetur: ꝙ
hee que legere ⁊ cantere noue
rint ſecundum conſuetudinē
ordinis fratrum minorum cum grauitate
tamen et modeſtia diuinum officium debe
ant celebrare. Illitterate vero dicant vigin
ti quattuor pater noſter pro matutino: ꝓ
laudibus quinq; pro prima/tercia/ſexta ⁊
nona/ pro qualibet iſtarum horarū ſeptē
Pro veſperis. 12. et pro completorio ſeptē
Qui modus in officio beate virginis ꝑ om
nia obſeruetur. Pro defunctis dicant in ve
ſperis ſeptem pater noſter cum Requiem
eternam. Pro matutino duodecim: tempo=
re quo ſorores litterate faciunt officiū mor
tuorum. Que vero occaſiōe rationabili nō
poſſunt aliquando legendo dicere horas
ſuas liceat eis ſicut illitterate dicere Pr nr

¶ A quibus ſoꝛoꝛes eccleſiaſtica ſacramenta recipiãt. Rubꝛica. vij.

VBi pꝛopꝛius fuerit capellanus ꝓ miſſaꝝ ſolẽniijs ⁊ diuinis officijs celebrãdis habitu ⁊ vita religioſus ſit ac bone fame. nec iuuenilis ſed mature ⁊ ydonee ſit etatis. Ubi aũt nõ fuerit pꝛopꝛius capellanus a quolibet bone fame ⁊ honeſte vite pꝛeſbytero ſoꝛoꝛes miſſã audire poſſũt. Penitẽtiã vero ⁊ alia eccl'iaſtica ſacramenta ab eis recipiãt. qui de mandato ſeu auctoꝛitate cardinalis cui gñaliter fuerit iſte oꝛdo ꝯmiſſus ea exhibẽdi poteſtatem habuerint. niſi foꝛte i neceſſitatis articulo fuerit aliqua cõſtituta. Cũ aliqua ſacerdoti de cõfeſſione loqui voluerint per locutoꝛiũ ſola ſoli cõfeſſionẽ faciat ſacerdoti et per illud eidem de hĳs que ad ꝯfeſſionem pertinẽt tũc loquãtur. Cõfeſſionẽ autẽ regule omnes faciãt adminus ſingulis mẽſibus. Et ſic cõfeſſione pꝛemiſſa in ſequẽtibus ſolempnitatibus videlicet in natiuitate dñi. Purificatiõe btẽ marie. in initio quadrageſime. reſurrectionis dñi. pẽthecoſtes in feſtis ſctõꝝ petri ⁊ pauli. ſctẽ clare. ſãcti frãciſci ⁊ oĩm ſctõꝝ recipiãt dñici coꝛpoꝛis ſacramẽtum. Si tamẽ aliqua ſoroꝛ tãta fuerit coꝛpoꝛis infirmitate detenta ꝙ ad locutoꝛium cõmode venire nõ poſſit ⁊ neceſſitatem habuerit cõfiteri vel dñici coꝛpoꝛis ſeu alia recipere ſacramenta: exhibitur⁹ hmõi alba ⁊ ſtola ⁊ manipulo cum duobus ydoneis ⁊ religioſis ſocijs vel vno adminus alba vel ſaltem ſuperpellic[illegible] veſtitus ingrediatur ⁊ moꝛẽtur induti. Et audita cõfeſſione vel alio tradito ſacramẽto ſicut ingreſſi fuerunt ſic egrediantur induti. nec moꝛam ibi faciãt longioꝛem. Caueãt etiã [illegible] ꝙdiu intra monaſteriũ fuerint nullatenus ab inuicem ſeparẽtur quin ſemꝑ mutuo poſſint libere ſe videre. Sic quoqꝫ ſe habeant i aĩe cõmendatione. Poꝛro ad exequias circa ſepulturã agẽdas ſacerdos non ingrediatur clauſtrum ſed exterius in capella quod ad officiũ pertinet exequatur. Tamen ſi abbatiſſe ⁊ cõuẽtui viſum fuerit ꝙ ad exequias debeat introire modo ſupꝛadicto cũ ſocijs intret indut⁹ ⁊ ſepulta moꝛtua cũ eis exeat ſine moꝛa. Si aũt neceſſe fuerit vt ingrediãtur aliqui ad fodiẽdã vel aperiẽdã ſepulturã ſeu poſtmodũ coaptãdã ⁊ abbatiſſe ⁊ cõuẽtui viſũ fuerit hoc expediẽs ꝓpter imbecillitatem ſoꝛoꝝ: ſit ſacerdoti vel alicui aliũ ad hoc idoneo ⁊ honeſto cum vno ſocio vel duobus licitum introire.

¶ De ſoroꝝ exercitio. Rubꝛica. viij.

SI alique iuueniles vel grãdioꝛes capacis ingenij fuerint eas inſtrui faciat ſi ſibi videbit abbatiſſa magiſtrã ei deputãs ydoneã ⁊ diſcretã. ꝑ quã tã in cãtu ꝙ̃ in diuinis officijs inſtruãtur. Soꝛoꝛes ꝟo ⁊ ſeruitiales hoꝛis ⁊ locis ſtatutis ꝓut oꝛdinatũ fuerit vtilibus ⁊ honeſtis laboꝛib⁹ oc[illegible]pẽtur ſub ilia ꝓuidentia ꝙ excluſo ocio aĩe inimico ſctẽ oꝛonis ⁊ deuotiõis ſpm̃ nõ extinguãt cui debent cetera tꝑalia deſeruire. Uerũ qꝛ multitudini ſub hui⁹ religi[illegible]s obſeruãtia ꝯgrue oĩa debẽt eſſe cõia nec cuiqꝫ licet dicere aliqd eſſe ſuũ: caueatur ſollicite ne occaſiõe laboꝝ hmõi ſeu mercedis receptę ꝓ ipſis cupiditatꝫ vel ꝓpꝛietatis cuiuſpiã ſeu notabilis ſpecialitatis ſurrepat moꝛb⁹.

¶ De ſoroꝝ ſilentio. Rubꝛica. ix.

SIlentiũ cõtinuũ ſic cõtinue ab omnibus teneatur vt nec ſibi inuicẽ nec alicui aliũ ſine licẽtia eis loqui liceat exceptis his quibus magiſteriũ aliquod vel opus iniũctũ fuerit qđ non poſſit cũ ſilẽtio exerceri: his quidẽ ſimul loqui liceat de hĳs que ad officium vel opus ſuũ pertinẽt vbi ⁊ qñ ⁊ qualiter viſũ fuerit abbatiſſe. Soꝛoꝛes tñ debiles ⁊ infirme ac ſeruiẽtes eiſdẽ pꝛo recreatiõe ac ipſaꝝ ſeruitio i infirmitoꝛia loqui poſſint. In duplicibus quoqꝫ feſtis apl'oꝝ ſolẽpnitatib⁹ ⁊ alĳs quibuſdã diebus quibus viſũ fuerit abbatiſſe i certo loco ad hoc ſignato ab hoꝛa nona vſqꝫ ad veſperã v el aliqua alia hoꝛa cõpetẽti loqui poſſint de [illegible]o ieſu xp̃o ac ſolẽpnitate ac pĳs ſctõꝝ exẽplis ⁊ de alĳs licitis ⁊ honeſtis. Ab hoꝛa quoqꝫ completoꝛĳ vſqꝫ ad tertiã exceptꝫ ſeruitialib⁹ extra monaſteriũ abbatiſſa abſqꝫ cã rõnabili loquẽdi licẽtiã nõ cõcedat. In alĳs ꝟo tꝑib⁹ atqꝫ locis ſic attendat ſollicite abbatiſſa qua de cauſa vbi ⁊ qñ ⁊ qualiter ſoꝛoꝛes licẽtiet ad loquẽdũ ꝙ regularis obſeruãtia que nõ mediocriter a ſilẽtio quod eſt cultus iuſticie dignoſcitur nullatenus relaxetur.

¶ De modo loquendi. Rubꝛica. x.

OMnes autem ſtudeant vti ſignis religioſis pariter et honeſtis. Sane quãdo aliqua ꝑſona rl'ioſa ſeu ſcl'arꝫ vl' cuiuſlꝫ dignitatis alicui de ſoꝛoꝛib⁹ loqui pecierit nũcie

tur primitus abbatiſſe. Et ſi ipſa cōceſſerit
accedēs ad locutorium duas alias ad mi-
nus habeat ſecum ſemp quibus iuſſerit ab
batiſſa que loquētē videāt ⁊ audire valeāt
que dicūtur. Ad cratē vero loqui aliquate-
nus nō preſumāt niſi preſentibus duabus
adminus per abbatiſſam ad hoc ſpecialiter
deputatis. Caueāt tamē ſibi ſorores q̄ cū
aliquo loqui habent ne per verba inutilia
inaniter ſe diffūdāt. nec etiam trahāt in lo
cutionibus moram lōgam. Hoc namq; ab
omnibus firmiter obſeruetur vt quādo de
cōfeſſione ſacerdoti interius infirma fuerit
aliqua locutura: ad minus nō loquatur niſi
cum duabus nō lōge ſedētibus que cōfitē-
tem ⁊ cōfeſſorem videre poſſint ab eiſdē pa
riter ⁊ videri. Hāc autem loquēdi legem et
ipſa abbatiſſa diligenter cuſtodiat vt oīno
materia detractiōis oībus auferatur. Ex-
cepto q̄ cum ſororibus ſuis horis et locis
cōpetētibus loqui poteſt ſicut ei ſcd̄m deū
viſum fuerit expedire.

¶ De ieiunio ⁊ abſtinentia ſororum. ¶ Rubrica. xi.

SOrores autē oēs
⁊ ſeruitiales (īfirmis exceptis)
a feſto natiuitatis glorioſe v̄gis
marie vſq; ad feſtum reſurrectionis dn̄ice
niſi diebus dn̄icis ⁊ die natiuitatis dn̄i cō-
tinuum ſeruēt ieiunium. A reſurrectiōe v̄o
dn̄ica vſq; ad feſtum natiuitatis beate vir-
ginis teneātur ſexta feria ieiunare. Omni
quoq; tempore (preter infirmas īfirmitatis
ſue tempore) ab eſu carnium abſtineāt. Cū
debilibus autem diſpenſare valeat abba-
tiſſa prout eorum debilitati viderit expedi
re. Ouis vero ⁊ caſeo ⁊ lacticinijs licito poſ
ſint vti preterq̄ in aduentu vſq; ad natiui-
tatem domini et a dominica quinquageſi-
me vſq; ad paſcha necnon ⁊ ſexta feria ⁊ ie
iunijs ab eccleſia generaliter inſtitutis.
Cum ſeruitialibus tamen ſororibus circa
predictū ieiuniū preterq̄ in aduētu ⁊ ſexta
feria poſſit abbatiſſa miſericorditer diſpē-
ſare. Diſpēſare etiā poſſit circa predictum
ieiuniū cū adoleſcētibus ac debilibus ⁊ ſe-
nili etate ꝯfectis, put eaꝝ debilitati au im-
becillitati viderit expedire. Sane quoq; ſo
rores ieiunare nō teneantur minutiōis ſue
tp̄e: qđ l triduo terminetur extra maiorem
quadrageſimā ⁊ ſextā feriā aduētū dn̄i: ⁊ ie
iunia ab eccl'ia gn̄aliter inſtituta. Caueat
aūt abbatiſſa ne vltra q̄ ter ī āno minutio-
nē permittāt cōiter celebrari niſi certa ne
ceſſitas plus req̄rat. Nec a pſona extranea
maxie minutionem recipiat vbi commode
poterit euitari.

¶ De ſororibus infirmis. Rubrica. xij.

DE īfirmis vero
cura ⁊ diligētia maxima ha
beatur. ⁊ ſecūdum qđ poſſibi
le fuerit ⁊ decuerit tā in ciba
rijs que eaꝝ requirit infirmi
tas q̄ in alijs neceſſarijs in feruore charis
tatis benigne ac ſollicite eis per oīa ſeruia
tur. Que infirme proprium habeāt lectum
ſi vnq̄ fieri poteſt vbi a ſanis maneant ſe-
parate. ne illarum ordinem confundere va
leant vel turbare.

¶ De oſtio interiori monaſterij ⁊ eius
cuſtodia. Rubrica. xiij.

IN quolibet mo-
naſterio vnū tm̄ oſtiū habeāt
ad intrādum clauſtrū ⁊ exeū
dū cū opportunū fuerit iuxta
legē de ingreſſu ⁊ egreſſu po
ſitā ī hac forma. In quo oſtio ſit nullū oſtio
lū vel feneſtra. Et iſtud oſtium fiat in ſubli
mi q̄ꝟtomagis fieri poterit cōgruēter. ita q̄
ad ipſum per ſcalā leuatoriā exterius aſcē
datur. Que ſcala per catenam ferream ex
pte ſoroꝝ ſtudioſe ligata a ꝯpletorio dicto
vſq; ad primam ſequētis diei cōtinue ſit ſu
ſpēſa ⁊ tempore diurne dormitionis ⁊ viſi-
tationis niſi aliud interdum euidēs requi-
rat neceſſitas vł vtilitas manifeſta. Ad pre
dictum autem oſtium cuſtodiēdum aliqua
talis ex ſororibus deputetur que deum ti-
meat ſit matura morib⁹ ſit diligēs ac diſcre
ta ſitq; conueniētis etatis que vnam ipſius
oſtij clauem ſic diligēter cuſtodiat vt nūq̄
eam vel eius ſocia ignorāte oſtium aliquā
do valeat aperiri. Reliquam vero clauē di
uerſā ab illa cuſtodiat abbatiſſa. Sit ⁊ alia
eque ydonea ei ſocia deputata que eius vi
cem in omnib⁹ exequatur cum ipſa aliqua
rationabili cauſa vel occupatione neceſſa-
ria occupata fuerit vel detēta. Caueant au
tem ſtudioſiſſime et procurent ne vnq̄ oſtiū
ſtet apertum niſi quātum minus fieri pote
rit cōgruēter. Sit autē oſtium ſeris ferreis
et vectibus optime communitū ⁊ ſine cuſto
dia apertum vel clauſum minime dimitta-
tur nec etiam ad momētum niſi vna claue
in die ⁊ in nocte duabus ſit firmiter obſera
tum. Nec omni pulſanti aperiatur ſtatim
niſi indubitanter cognouerit q̄ talis ſit q̄
ſine dubitatione aliqua ſecundum manda
tum quod de ingreſſuris in hac regula cō-
tinetur debeat aperiri. Et nulli liceat ibi lo

qui niſi ſoli hoſtiarie de his q̄ ad officium
pertinebūt. Qȝ ſi aliq̄d intra monaſterium
opus aliqđ fuerit faciēdū ad qđ agendum
ſeculares aliq̄s vel quaſcūq; pſonas alias
oporteat introire: ꝓuideat abbatiſſa ſolli
cite vt tunc dū opus ſcȝ exercet alia pſona
cōueniens ad cuſtodiendū oſtiū ſtatuatur
q̄ ſic pſonis ad opus deputatis aperiat ꝙ
alias intrare penit⁹ nō permittat. Nā ſoro
res ipſe et tūc et ſemꝑ q̄ntumcūq; rationa=
biliter preualent ſtudioſiſſime caueant ne
a ſecularibus vel extraneis pſonis videāt

¶ De rota rei⁹ cuſtodia. Rubrica. 14.

CEterum cū preſa
tū oſtiū pro aliis aperiri nolim⁹
niſi ꝓ illis tm̄ q̄ ꝑ rotā vel aliū
de decēter nequeāt expediri: mādamus ꝙ
in ſingulis monaſteriis in exteriori muro
clauſure intrinſece in loco ſiquidē cōpeten
ti manifeſto a parte exteriori ⁊ omnino pa
tenti rota vna fortis fieri debeat latitudi=
nis ⁊ altitudinis cōgruētis: ita ꝙ ꝑ eā nul=
la pſona ingredi valeat vel exire: ꝑ quā ne
ceſſaria tā intus q̄ exterius miniſtrentur.
Et tal'r diſponat ꝙ per eā nec intus nec ex
tra valeat aliq̄s intueri. Ex vtraq; etiā par
te oſtiolum fiat validū qđ de nocte ⁊ in eſta
te tp̄e dormitiōis ſeris ferreis et clauibus
clauſū et firmatū debeat ꝑmanere Ad cui⁹
cuſtodiā ꝓ expediēdis neceſſariis ꝑ eandē
vnā ſororē diſcretā et maturā tā moribus
q̄ etate q̄ monaſterii diligat honeſtatē cō=
ſtituat abbatiſſa: cui ſoli tm̄ vel deputate
ſibi ſocie cū cōgrue nō poterit intereſſe loq̄
ibidē ⁊ rñdere liceat ſuꝑ his q̄ ad ſuū offi=
ciū pertinebūt. Ibi aūt nulli loq̄ liceat niſi
eſſet locutoriū occupatū vel ex alia rōnabi
li cauſa et neceſſaria aliq̄n: ſemꝑ tn̄ de licē
tia abbatiſſe: qđ tn̄ rariſſime fiat ſm̄ loquē=
di modū ſuperius pretaxatum.

¶ De oſtio īferiori monaſterii. Rub. 15.

PRopter neceſſita=
tes quoq; aliquando imminē
tes que non poſſunt ſupradi
ctum oſtium vel rotam com=
mode expediri permittimus
ꝙ aliud oſtium in loco decenti in monaſte
rio fieri poſſit per quod certis temporibus
intromittantur et emittantur que fuerint
oportuna. Quod quidem oſtium continue
ſit claui/ſeris ferreis et repagulis commu
nitum: ſitq; muro a parte exteriori muratū
ita ꝙ non poſſit aliquatenus aperiri vel ꝑ
ſona aliqua inde loqui Poſſit tamē neceſſi
tatum dictarū tempore ipſius oſtii murus
dirui et oſtiū aperiri. Nec tunc apertū ni=
ſi q̄ntū minus fieri poterit ſub tn̄ fida cuſto
dia dimittatur. Expeditis itaq; neceſſitati
bus ipſis ſecundum predictum moduȝ re=
munitum claui: ſeris et repagulis extrinſe
cus remuretur.

¶ De locutorio. Rubrica. 16.

LOcutorium aūt
cōmune in capella vel potius
in clauſtro vbi cōmodius ⁊ ho
neſtius fieri poterit diſponat
ne ſi forte fieret in capella pa
cem orantiū inquietet Ipſū locutoriū ſit cō
grue q̄ntitatis de lamina ferrea ſubtiliter
perforata: et taliter clauis ferreis coapta=
ta ꝙ nunq̄ valeat aperiri. Sit quoq; ipſa
lamina clauis ferreis in longum protēſis
exterius fortiter communita. Cui pannus
niger laneus interius taliter apponatur ꝙ
nec ſorores videre extra valeant nec vide
ri. Ad iſtud aūt locutorium a completorio
quod dici debet tempore competenti vſq;
poſt primam diei ſequētis ſeu tempore co
meſtionis vel dormitionis in eſtate: aut q̄n
officium celebratur (niſi pro cauſa adeo ra
tionabili ⁊ neceſſaria que commode differ
ri non poſſit) nulli licitum erit loqui. Quan
documq; vero in conceſſis temporibus ali=
qua vel alique habuerint ibi loqui: cū mo
deſtia et maturitate loquentes breuiter ſe
expediant prout decet. Ubi vero ꝓpter ſo=
rorū multitudinē videbitur oportunū: aliū
ſimile locutorium eſſe poſſit.

¶ De crate et eius cuſtodia. Rubri. 17.

VOlumus etiam
vt in muro qui ſorores diui=
dit a capella congruentis for
me cratis ferrea collocetur:
que ſit ex crebris et ſpiſſis cō
tortis laminis ferreis diligēti et forti ope=
re fabricata: et clauis ferreis in longum ꝓ
tenſis exterius fortiter communita vel ex
lamina ferrea paruis et minutis foramini
bus perforata cum protēſis clauis ferreis
vt dictum eſt. In cuius medium fiat oſti=
olum de lamina ferrea: per quod commu=
nionis tempore poſſit intromitti calix: ⁊ ſa
cerdos mittens manum poſſit dñici corpo
ris tradere ſacramentum. Quod quidem
clauſura ferrea ſit ſemper firmatū: nec ape
riatur niſi quando proponi ſororibus con

tigerit verbū dei: vel ſacramentū dñici corporis exibetur: aut cum quis aliquā ex ſororibus ſuam propinquam conſanguineā videre petierit vel alia cauſa neceſſaria id expoſcat. Quod rariſſime fiat et ſemper de licentia abbatiſſe. Que tñ in nullo caſu primis duobus duntaxat exceptis licentiam largiatur: niſi prius ſingulis vicibꝰ de hoc conſilium petierit a conuentu. Cui crati pãnus lineus niger interius taliter apponatur vt nulla valeat inde aliquid intueri Habeantur etiam oſtia lignea ex parte ſororum cum ſeris ferreis atqꝫ claue vt maneant ſemper clauſa pariter et firmata. Et non aperiantur niſi cum diuinum celebratur officiū: niſi quando ex dictis cauſis prefato modo dictum oſtiolum contigerit aperiri. Et nemo alius per predictam cratem loquatur: niſi aliquando rationabili cauſa vel neceſſaria exigente alicui de abbatiſſe licentia raro fuerit concedendum. Et tunc predicta oſtia lignea poterunt aperiri. Et quandocunqꝫ aliquam perſonã extraneã ad eas ingredi vel alias per crates eis loqui contigerit: tegant faciē cum modeſtia. et inclinent, put religiõis ɔuenit honeſtati

¶ Quibus et qualiter liceat ingredi monaſterium. Rubrica. 18.

DE ingreſſu perſonarum in monaſteriū firmiter ac diſtricte precipimꝰ vt nulla vnqꝫ abbatiſſa vł eiꝰ ſorores aliquam perſonã religioſam ſeu ſecularem aut cuiuſlibet dignitatis in monaſterij clauſuram intrinſecam intrare permittant. Nec omnino alicui liceat niſi quibus conceſſum a ſede apoſtolica fuerit vel a cardinali cui fuerit ſororum ordo commiſſus. Excipiuntur autem a dicta ingrediendi lege medicus cauſa multum grauis infirmitatis et minutor cum neceſſitas exegerit. Qui nõ abſqꝫ duobus ſocijs de familia monaſterij introducantur: nec ab inuicem infra monaſterium ſeparentur: necnon et illi quos occaſione incendij vel ruine ſeu alterius periculi vel diſpendij ſeu pro tuendis a violentia quorumlibet monaſterio vel perſonis aut pro aliquo ope exercẽdo qđ cõmode extra monaſteriū fieri nõ põt neceſſitas exegerit introire. Qui omnes expedito ſuo miniſterio vel imminenti neceſſitati ſatiſfacto per ipſos: exeant ſine mora. Nulli autem perſone extranee intra monaſterij clauſuram liceat comedere vł dormire. Sed ſi quis de ſancte clare cardinalibus ad aliquod monaſterium hmõi religioſis aliqñ venerit ⁊ intra clauſtrū voluerit ingredi cum reuerentia quidē et deuotione ſuſcipiat: ſed rogetur vt cum paucis ſocijs debeat introire Liceat quoqꝫ gñali miniſtro ordinis fratꝝ minoꝝ qñ ibidē celebrare voluerit vel proponere ſororibus verbū dei cū quattuor vł quinqꝫ fratribus ipſius ordinis intra clauſuram ingredi monaſterij: ſi quando ei videbitur expedire. Alius autem prelatꝰ aliquando forte de licentia ſedis apoſtolice vel dicti cardinalis intrare licuerit. duobꝰ vel tribus tm̄ religioſis et honeſtis ſocijs ſit cõtentus. Q̄ʒ ſi forte pro benedictiõe vł conſecratione ſororum vel in alio mõ conceſſum fuerit epõ alicui miſſam interiꝰ celebrare aliquando: q̄ꝫ paucioribus et honeſtioribꝰ potuerit ſocijs ſit cõtẽtꝰ ⁊ miſtris: ⁊ hoc quoqꝫ ipſum alicui, rarius concedatur Nulla tamē oĩno loquatur cū aliqua pſona de ingreſſis: niſi mõ predicto ſiue infirma fuerit ſiue ſana. Illud ſane p̄cipue caueat: vt hi q̄bus aliqñ cõceſſū fuerit ſolummõ vel data licẽtia in monaſteriū ingredi: nõ aliter admittãtur niſi abbatiſſe ⁊ ſororibus viſū fuerit expedire cū ex hmõi ɔceſſionibꝰ vel licẽtijs abbatiſſa vel ſorores eos admittere nõ cogãtur: ⁊ vt ſint tales d̃ quorum verbis et moribus necnõ vita et hitu edificari valeãt intuẽtes et materia ſcãdali exinde nequeat gñari. Sup cõceſſiõe vero vel licẽtia ingreſſus hmõi ad oē ãbiguū remouendum apoſtolici apices vel cardinalis patentes littere oſtendantur.

¶ Qualr̃ ſeruiciales emittãt. Rubri. 19.

DE ſeruicialibus et ſororibus q̄ ſemp manere clauſe ſicut alie nõ tenentur diſtrictius volumus obſeruari: vt ſine licẽtia nulla clauſtrū egrediat. Et q̄ emittunt: honeſte ſint ⁊ cõuenietis etatis ac religioſi ⁊ maturi aſpectus. Et calciamẽtis honeſtꝫ tam ipſe q̄ꝫ ſorores ille quas aliqñ emitti contigerit pro caſibus ſupradictis calciate incedant. Ceteris vero intus manentibus liceat iſtud idē. Egredientibus vero aſſignet certus terminꝰ redeundi: nec alicui ipſarū cõcedat extra monaſteriū ſine licẽtia ſpãli comedere, bibere, vł dormire: nec ab inuicē ſeparari vel alicui in ſecreto ſeu capellani in monaſterij vel conuerſorū domicilium introire. Et ſi aliqua contrarium fecerit: grauiter puniatur. Et ſollicite ca-

deãt ne ad loca ſuſpecta diuertãt vel cum perſonis male fame familiaritatẽ habeãt nec in ſuo reditu ſecularia vel inutilia ſororibus referãt per que diſſolui valeant vel turbari. Et q̄ꝺdiu extra fuerint: taliter ſtudeãt ſe habere ꝙ de cõuerſatiõe honeſta ipſaꝝ edificari valeant intuentes.

¶ Qualiter capellanus ꝛ cõuerſi ſororꝝ viuere debeant. Rubrica. xx.

Capellanus ſiuoluerit ſe monaſterio obligare et aliqui qui monaſterij cõuerſi eſſe voluerint ꝛ abbatiſſe et cõuẽtui viſum fuerit eos recipere: anno ꝓbationis elapſo ꝓmittãt obediẽtiam abbatiſſe vouẽtes loci ſtabilitatẽ ꝛ perpetuo viuere ſine proprio ꝛ in caſtitate. Tunicas de religioſo ꝛ vili pãno tã precio q̄ colore iuxta eoꝝ ĩdigẽtiã habere valeãt ſine caputio. Quaꝝ manice breues ſint et ſtricte tãtũmodo circa manus. Longitudo aũt tunicaꝝ ſit talis ꝙ a cauilla pedũ diſtet ſpacio quatuor digitoꝝ. Capellanus tamẽ habere poterit lõgiorem. Pro cingulo vero corrigiã honeſtã habeat cũ cultello. Caparonẽ etiã cũ caputio ſuper tunicas portẽt: cuius lõgitudo genua aliquãtulũ trãſeat ꝛ latitudo vſq; ad caputiũ ꝓtẽdatur. Minoris tamẽ latitudinis caparonẽ ſi habere voluerit poterit capellanꝰ. Qui etiam cappa honeſta vti poterit vel mãtello poſt collum vel ante pectus hincinde cõnexo. Superiores aũt tunice et longũ caputiũ necnon capellani cappa ꝛ mãtellus nõ ſint de albo vel penitus nigro pãno. Ueſtiti etiam iaceãt ꝛ camiſijs lineis nõ vtãtur. Calciamẽta alta ꝛ ampla ꝛ anteſiſſa cum caligis habeant ꝛ femoralia portent. Capillos ſuos vſq; ad aures certis tꝑibus tõdeãt in rotũdum. Officium diuinum faciãt vt ſorores excepto ꝙ cõuerſi ad officiũ beate virginis ꝛ mortuorum minime teneantur. Ieiuniũ ſeruare debeant vt ſorores. Liceat tñ abbatiſſe ſup ieiunio regule cũ eis eſtus vel itineris aut laboris alterꝰ ſeu aliqua q̄uis rõnabili ꝛ honeſta cauſa miſericorditer diſpẽſare Informatiõi ꝺo ꝛ correctiõi viſitatoris capellanꝰ ꝛ ꝯuerſi ꝑ oĩa ſint ſubiecti. Cui i ĩjs q̄ ad viſitatiõis offm̃ ꝑtinẽt teneãtur firmiť obedire

¶ De procuratore monaſterij ꝛ eius officio. Rubrica. xxi.

Pro poſſeſſionibꝰ ꝛ redditibus monaſterij modo debito pertractãdis ꝓcurator vnus prudẽs pariter ꝛ fidelis in ſingulis monaſterijs vr̃i ordinis habeať: q̇ ꝑ abbatiſſã et ꝯuẽtũ ꝯſtitui ꝛ amoueri debeat ſicut videbiť expedire. Hic ꝺo taliter inſtitutus de oĩbus ſibi ꝯmiſſis receptis pariter ꝛ expenſis abbatiſſe ꝛ tribus ſororibus ad hoc ꝑ ꝯuẽtũ ſpecialiter aſſignatis ꝛ viſitatori cũ voluerit rõnẽ reddere teneatur. Et nihil oĩno de rebus monaſterij vẽdere/ꝯmutare/obligare vel alienare quoquõ valeat niſi de licẽtia abbatiſſe pariter ꝛ ꝯuẽtus. Et q̄cq̄d contra hoc attẽptatũ fuerit: irritũ decernimus et inane. Poſſit tñ de mobilibus parũ valẽtibꝰ aliqua pya ex cã licita de abbatiſſe licẽtia interdũ alijs elargiri. Poſſit etiã ꝑ viſitatorem cũ expedire videbitur amoueri.

¶ De abbatiſſa ꝛ eiꝰ officio Rubrica. xxij

Electio abbatiſſe libere pertineat ad cõuẽtum. Confirmatio vero fiat per cardinalẽ cui fuerit iſte ordo cõmiſſus vel auctoritate ipſius. Studeãt aũt ſorores talẽ eligere: que virtutibus polleat. et ſanctis moribus alijs preſit potius q̄ officio: et que communitatem ſeruet in omnibus vel in moribus: vt eius exemplo ꝓuocate ſorores ex amore magis ei obediant q̄ timore. Que ſingularibus amoribus careat: ne dum in parte plus diligit: in toto ſcandalum generet. Conſoletur afflictas: ſit refugiũ tribulatis: ne ſi apꝺ eam remedia defuerint ſanitatum: deſperationis morbus preualeat in infirmis. Que humiliter ꝛ charitatiue viſitet ꝛ corrigat ſorores ſuas: non precipiendo eis aliquid qꝺ ſit contra animam ſuam ꝛ veſtre profeſſionis formam. Non ſit preceps in precipiendo: ne ex indiſcretiõe precepti ponat peccati laqueum animabus. Cui poſtq̄ cõfirmationem receperit q̄ꝺdiu in officio permanſerit: ſorores vniuerſe necnon ꝛ familia exterior monaſterij pareãt et obediãt diligẽter Semel in hebdomada ad minus abbatiſſa ſorores ſuas pro ipſarum monitione ordinatione et reformatione teneatur ad capitulum conuocare. Ubi ſecundum expreſſionem publicarum et communium negligentiaꝝ atq; culpaꝝ pene miſericorditer imponantur. Conferat etiam cũ oĩbus ſororibus ſuis de ĩjs que occurrũt pro ſui monaſterij vtilitate ac honeſtate tractãda. Sepe enim dñs quod melius eſt iuniori reuelat. Nullũ oneroſum vel graue debitũ ꝯtrahat niſi per procuratorẽ de communi conſenſu

ſororum cū manifeſta neceſſitas hoc requi
rat. Reddat etiam de receptis ⁊ expenſis ſe
mel ad minus ſingulis tribus menſibus co
ram conuentu vel ſaltem quatuor ſororibus
ab eodem ad hoc ſpecialiter deputatis de-
bitam rationem. Officiales monaſterij in-
ſtituat de conſilio et aſſenſu conuentus vel
maioris partis ipſius. Sigillum vero con
uentus cuſtodiri faciat ⁊ ſeruari ſecundum
ordinationem conuentus: ⁊ omnem litterā
dirigendam ex parte eiuſdem cōuētus pri
us coram conuentu in capitulo lectam et
approbatam a maiori parte ſororꝫ ibidem
coram omnibus faciat ſigillari. Nulla etiā
ſoror aliquas litteras dirigat ſeu recipiat
niſi primo eas abbatiſſa legat vel ab alia
ad hec conſtituta legantur. Studeat inſuꝑ
abbatiſſa ſorores recōciliare ſi aliquas ad
inuicē ex aliqua cā vl' occaſiōe ꝯtigerit ꝯtur
bari. Soror ꝓo illa q̄ v̄bo vl' ſigno occaſionē
turbatiōis vl' ſcādali alteri dederit: ſtatim
anteq̄ offerat munus orationis ſue deo ve
niam petens a ſorore quam offendit coram
ea humiliter ſe proſternat rogans vt inter-
cedat pro ſe ad dominū: quatenus ſibi cul-
pam indulgeat quam cōmiſit. Illa vero me
mor verbi domini. Niſi dimiſeritis ex cor-
dibus veſtris. nec pater veſter celeſtis di-
mittet vobis: liberaliter iniuriam remittat
ſorori veniam poſtulanti. Monemus ſoro-
res omnes ⁊ hortamur domino ieſu chriſto:
vt caueant ab omni ſuperbia. vanagloria
inuidia/auaricia/cura ⁊ ſollicitudine hui9
ſeculi detractione ⁊ murmuratione diſſen-
tione ⁊ diuiſione ac omni vicio ꝑ quo poſſit
diſplicere in oculis veri ſponſi. Sed magis
ſollicite coram deo ſeruare exteriorem ⁊ in
teriorem in omnibus puritatem ac ſemper
inuicem habere mutue dilectionis vnita-
tem que eſt vinculū perfectionis vt i ea ra-
dicate et fundate poſſint agni dn̄i nr̄i ieſu
xp̄i nuptias cū prudētib9 virginib9 itroire

Q; nulla ex ſororib9 accedat ad Ro-
manā curiā ꝑſonaliter. Rubrica. 23.

AD hoc vt diſcur-
ſibus diſpendioſis materia
ſubtrahatur in virtute obedi
entie ſub pena excōmunicati
onis quam ipſo facto tranſ-
gredientes vel non parentes incurrant di
ſtricte precipim9: vt exceptis duntaxat ſer
uicialibus monaſteriorum illorum locorū
in quibus romana fuerit eccleſia conſtitu-
ta q̄ diu ibi reſidentiā fecerit: nulla abba-
tiſſa ſoror vel ſeruicialis pro vllis neceſſita
tis cauſa ad ſedē apl'icā ꝑſonaliter veniat
vel accedat niſi ſuꝑ hoc ꝑ apl'icos apices
vel dicti cardinalis patētes litteras alicui
ſpecialis licentia concedatur

De viſitatore ⁊ eius officio. Rubrica
vigeſima quarta.

MOnaſteria huius
religionis per viſitatores qui
auctoritatē formam ⁊ modū
a cardinali cui fuerit a ſede
apoſtolica veſter ordo cōmiſ
ſus recipient ſemel ad minus annis ſingu
lis viſitentur. Sane circa viſitatiōes hmōi
illud eſt ſollicite prouidendum: vt quicūq;
vel generalis vel etiam alicubi aliquando
ſpecialis conſtituendus fuerit viſitator ta-
lis debeat conſtitui de cuius religioſa vi-
ta et morib9 noticia plena et ſecuritas ha
beatur. Qui cum ad monaſteriū aliquod
veniens fuerit introgreſſus: ſic ſe per om-
nia exhibeat et oſtendat vt omnes de bo-
no ad melius prouocet et ad dei amorem
et intra ſe mutuam charitatem ſemper in
flammet pariter et accendat. Et quando
monaſterij clauſuram ad viſitandum in-
trauerit duos religioſos et ydoneos ſoci-
os ſecum ducat: qui videlicet ſocij ſimul me
neant: et dum fuerit intra clauſtrum ab in
uicē nullatenus ſeparentur. Viſitator au
tem regula prius lecta et expoſita ab ab-
batiſſa ſigillum recipiat. quod ipſa ſibi aſ-
ſignare et abſolutionem ac conceſſionem
ab abbatiſſe miniſterio petere abſolute ac
libere teneatur. Que ſi communem vi-
tam non poterit ducere vel noluerit per
eundem viſitatorem a ſuo regimine abſol-
uatur niſi ſua mora in officio monaſterio
diſpendioſa non eſſet: ſed neceſſaria vl' eui
denter vtilis appareret. Abſoluatur etiā
per eundem ſi alias non idonea vel iſuf-
ficiens ad monaſterij regimen videatur.
Et hoc fiat ſecundum formam et modum
quos a cardinali ſupradicto receperit viſi
tator. Qui tam de ipſius abbatiſſe q̄ ſoro-
rum ſtatu et obſeruantia ſue religiōis ab
omnib9 generaliter ⁊ ſpecialiter a ſingulis
inquirat ſtudioſus veritatem. Et vbi ali-
quid reformandū vel corrigendum inue-
nerit zelo charitatis ⁊ amore iuſticie cum
diſcretione corrigat et reformet tam in ca
pite q̄ in membris ſicut melius viderit ex
pedire. Exceſſus autē qui fuerit ſufficien
ter correctus a viſitatore nullatenus ite-
rum corrigatur: ꝗ ſi aliquid tale ſibi occur

rerit quod per ſe nequeat emēdare ad ſu-
periorem referat vt corrigatur ſicut expe-
dit eius conſilio ac precepto. Caueat autē
abbatiſſa ne a ſe vel ab aliis ſororibus ſta
tus ſui monaſterii viſitatori aliquatenus
abſcōdatur qꝛ malum eſſet indiciū ꝛ offen
ſa grauiter puniēda. Immo volumꝰ ꝛ mā-
damus vt ea q̄ ſcđm vite ſue formā ꝛ regu
larē obſeruantiā inſtituenda vel emendā
da fuerit publice ac priuatim ſicut melius
viderit faciendū viſitatori ſuggerāt ꝛ pro
ponāt cui teneāt in oībus q̄ ad officiū ſue
viſitationis ptinent firmiter obedire. Que
autem aliter fecerint a viſitatore tā abba-
tiſſa ꝙ alie debite ꝑut cōuenit puniantur
Oēs autē tā abbatiſſa ꝙ ſorores conſide-
rēt et caueant diligenter vt nichil aliud ꝙ
amor diuinꝰ ꝛ ſuaꝝ ſoroꝝ correctio ac mo
naſterii reformatio eas moueat ad loquē
dū Modū aūt loq̄ndi viſitator cuſtodiat ſu
pradictū vt vꝫ aut cū oībus aut cū pluribꝰ
ſimul loquatur vel ſecrete cum vna aliꝫ tū
ad minus duabus in aſpectu eius nō lon-
ge ſedentibꝰ. vt ꝑ oīa bone fame integritas
conſeruetur niſi ad locutorium cū vna vel
pluribus loqui voluerit de his que ad offi
ciū ſuū ptinere noſcantur. Ideꝫ etiam viſi-
tator tam capellanum ꝙ conuerſos ꝛ cete
ros de familia extrinſeca monaſterii viſi-
tet et in eis corrigat et reformet q̄ corre-
ctionis et reformationis officio nouerit in
digere. Penas tam amotionis perpetue
a monaſterio licētiādo ꝓfeſſos ad alia mo
naſteria vel ordines ſicut viderit expedire
ꝙ alias ꝑut culpe grauitas ꝛ qualitas ex
egerit īponēdo. Ut aūt nō grauētur mona
ſteria in expenſis ꝛ viſitator oēm notā cu-
iuſpiā ſuſpitionis euitet volumus omnino
ꝙ viſitator de viſitationis officio ꝙ citius
commode poterit ſe ſtudeat expedire: quā
to rarius abſqꝫ ſui officii diſpēdio poterit
monaſterii clauſuram intrinſecus ingreſſu
rus.

¶ De cardinali huius religionis. Ru-
brica. xxv.

¶ **Uerum ne obſeruan**
tie preſētis regule ſiue formule ſupraſcri
pte quam vniformiter vbiqꝫ ab omnibus
volumus ꝛ mandamus diligentius obſer
ſeruari pro defectu certi regiminis in po-
ſterum recedere vos contingat aut ſub di
uerſorum magiſterio viuendi modos in-
currere differentes dilecto fratri noſtro. I
ſancti Nicolai in carcere tulliano dyacono
cardinali gubernatori protectori et corre-
ctori ordinis fratrum minorum curam et
regimen veſtri ordinis necnon et perſona
rum in eis degentium ſcilicet capellanorū
et conuerſorum et familiarium plene duxi-
mus committenda. Statuentes vt ſub eiꝰ
et aliorum cardinalium qui fuerint pro tē
pore gubernationi: protectioni: atqꝫ corre
ctioni eorundem fratrum ordinis a ſede
apoſtolica deputati obedientia et cura et
regimine debeatis de cetero permanere.
quibus teneamini firmiter obedire. Et ip-
ſi animarum veſtrarū ſollicitudinem ge-
rentes et curam eiſdem monaſteriis et pſo
nis degentibus in eis capellanis conuer-
ſis et familie tam per ſe ꝙ per viros ydo-
neos quotiens expedire viderint viſitatio
nis officium impendere ſtudeant corrigē-
do et reformando ibidem tam in capite ꝙ
in membris que correctionis et reforma-
tionis officio nouerint indigere. Inſtitu-
ant nichilominus et deſtituant ordinent
ſtatuant et diſponant prout ſcđm deuꝫ vi-
derint expedire.

¶ Qꝙ regula non negligat a ſororibus.
Rubrica vltima.

¶ **Ut autem vos in hac**
regula ſiue formula tanqꝫ in ſpeculo poſ-
ſitis inſpicere ne per obliuionem aliquid
negligatis ſemel vobis in qualibet quin-
dena legatur. Et vbi vos inueneritis ea
que ſcripta ſunt facere agite: gratias deo
bonorum omnium largitori. Ubi autem ſi
bi quecunqꝫ vidēt aliquid deeſſe doleat de
preterito et caueat de futuro: orans vt ei
debitum dimittatur et in tētationem ne de
inceps inducatur. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam noſtre conſti
tutionis conceſſiōis confirmationis et ab-
ſolutionis infringere: vel ei auſu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attenta-
re preſumpſerit indignationem omnipotē
tis dei et beatorum petri et pauli apoſto-
lorum eius ſe nouerit incurſurum. Datuꝫ
apud vrbem veterem quintodecimo kale
das Nouembris. Pontificatus noſtri An-
no tercio.

¶ Forma viuēdi quā tradidit reueren
diſſimus in xp̄o pater dñs dñs Matheus
cardinalis et protector ordinis circa curā
monialium ſancte Clare habendam ꝛ alia
plura.

Atheus miſera-
tiōe dīna ſctē marie ī porticu
dyaconus Cardinalis Vene
rabili ⁊ dilectis in chriſto fra
tribus generali ⁊ vniuerſis ꝓ
uincialibus miniſtris ordinis fratrum mi
norum ſalutem in domino. Inter cetera que
humeris noſtris incumbunt: multum nos
angit cura monaſteriorum ordinis ſancte
Clare: que regulam a Fe. re. dño Vrbano
papa. iiij. editam qua cardinalis qui ꝓ tem
pore fuerit gubernator veſtri ordinis mo-
naſterijs ipſis preficitur ſuſceperūt ⁊ quo-
rūlibet aliorum que ſunt noſtre cure com-
miſſa. Nec videmus nos ad id poſſe ſuffice
re: niſi onera noſtra circa curam eādem per
veſtra ⁊ fratrum veſtri ordinis miniſteria
releuentur. Sane huiuſmodi noſtra onera
tāto credimus poſſe ſaniori conſcientia ſup
portare: q̄nto ipſa monaſteria viſitari ⁊ refor
mari cōtigerit per nos ⁊ prudentium fratrū
dicti ordinis miniſterium et doctrinam. Ex
hoc enim ſperamus q̄ deo auctore poterūt
in debita honeſtate ſeruari ⁊ conſequi ſta-
tū gratum deo exemplarem mundo et ſibi
ſalutiferum ⁊ quietum. Et quoniam in deſi
derijs noſtris hoc agitur: vt prefata mona
ſteria pacifice viuant ⁊ ſalubriter gubernē
tur: ⁊ q̄ regularis obſeruantia tam in capi-
te q̄ꝫ membris vigeat in eiſdem. ideo viſita
tionis/inquiſitionis/correctionis/⁊ refor
mationis officium monaſteriorum dicti
ordinis vobis generali miniſtro quo ad ſin
gula dicta monaſteria vbilibet conſtituta
que dictam regulā a prefato domino Vrba
no editam ſuſceperunt: necnon ⁊ monaſte-
riorū tam ſancte Clare de aſſiſio q̄ꝫ omnium
aliorum que ſunt noſtre gubernationi cō-
miſſa vel in poſterum committentur: ac v-
nicuiq̄ veſtrum prouincialiū miniſtrorum
quo ad ea que de predictis monaſterijs tā
tummodo q̄ fuerint infra limites ꝓuincia-
rum commiſſarū veſtro regimini vel ꝯmit-
tendarum in poſterum: pñtiū tenore duxi-
mus cōmittendū attente rogantes vt deū
habētes pre oculis que vobis committim⁹
exequamini diligēter. ¶ Vt igitur leui⁹ fer
re poſſitis onera commiſſionis prefate: vo
lumus atq̄ concedimus vt non ſolum vos
generalis miniſter vbilibet ſed et quilibet
veſtrum prouincialium miniſtrorum vnū
vel plures fratres idoneos in ſuis prouin
cijs ad tale officium exequendum inſtitue
re et deſtituere valeatis de conſilio fratrū
ſue prouincie diſcretorum: qui quādo ⁊ vbi
expediens fuerit dictis monaſterijs bene-
ficium viſitationis/inquiſitionis/correctio
nis/ et reformationis impendant: ipſoſq̄
viſitatores poſſitis multiplicare et minue
re ſecundum q̄ multitudini ⁊ diſtancie mo
naſteriorum et longitudini et latitudini ꝓ-
uinciarum videritis expedire.

¶ Ingreſſus autem veſter et viſitatoris cu
iuſlibet intra eorum clauſuram intrinſecā
cū duobus vel tribus ſocijs ordinis veſtri
fiat ad dictum officium ſeu beneficium im
pendendum. Sic autem viſitatoribus vt p̄-
mittitur inſtituendis a vobis viſitationis
infra certos limites et viſitandi/inquiren-
di/corrigendi/et reformandi certa mona-
ſteria officium committatur q̄ in eodē mo
naſterio viſitancium ſeu viſitatorum plu-
rium ſuper eiſdem viſitatio/inquiſitio/cor
rectio et reformatio non concurrāt: ſꝫ vnuſ
quiſq̄ viſitatorum in decretis ſibi mona-
ſterijs et infra certos limites conſtitutis.
viſitationis/inquiſitionis/correctionis et
reformationis officium exequatur. Excita
periculum anime ſue ſe protinus denuda=
re poſſet et ad ea que ſic reliquit nullo mo=
do redire intenderet dum tamen bona ſua
bono et certo modo perſonis deum timen=
tibus prout melius potuerit ꝯmiſerit pau
peribus eroganda. Ut etiam regulariꝰ in
huiuſmodi receptionibus dicte ſorores in
futurum procedāt ordinamus ꝙ nulla ad
formā vite ipſarū recipiatur niſi liq̄de cer=
natur ꝙ ipſa principaliter ꝓpter amorem
dei et propter ſalutem aīe ſue ad ordinem
venerit: hoc nō ſolū propter primos motus
agitata nec vi nec metu aliquoꝝ incitata.
Sed ſponte et libere: prout a ſancto ſpiri=
tu fuerit admonita. Qua propter videant
ſollicite ꝙ nulla recipiatur ad ordinem ni
ſi ſit animo prompta Fidelis et catholica
nlla vulgari īfamia maculata corpe ⁊ mēte
ſana d̄ nllo errore ſuſpecta ſbitꝫ expedita
ſētēcijs excōis vł interdicti non ligata. Et

ſi contigerit q̄ talis eſſet huiuſmodi ſentē
tijs excōmunicatiōis vel interdicti innoda
ta abſoluatur ante receptionem modo de:
bito per priuilegia ordini beati Frācisci ſu
per hoc indulta. Ita tamen vt ſibi publice
intimetur q̄ ſi cōtingeret eam reuerti ad ſe
culum q̄ in hmōi priſtinis ſententijs rela:
beretur vt prius erat aſtricta. Sit etiam cō
ditione libera vel de licentia ſpeciali ſui dn̄i
vel dn̄e etate .xij. annoꝝ āteq̄ habitum in:
duatur ordinis nec aliqua profiteatur ante
decimum octauum ānum quia cōmode nō
poſſet portare onera religionis ipſarum.
Ordinamus etiam q̄ nulla recipiat ꝓ cle:
rica poſt .xxv. annum niſi foret ita cōpeten
ter litterata q̄ ſine grādi labore ſui et alio:
rum poſſet addiſcere diuinum officiū. Nec
aliqua pari modo profiteatur niſi ſciat dice
re diuinum officium per ſeipſam vel ſaltem
cōpetenter cū alijs in cōi. Itē nulla poſt .xij.
etatis ſue annum quouiſmodo recipiat ad
ordinē ipſaꝝ cuius vita ⁊ honeſtas plene no
ta ſeu examinata nō fuerit āteq̄ infra clau
ſuram admittatur nec recipiatur etiam ali
qua poſt .xl. annum niſi foret multum inſi:
gnis de cuius receptione fieret magna edi
ficatio in populo ⁊ clero vel ita ingenioſa ⁊
fortis q̄ poſſet deo ⁊ ordini ſeruire ſcd̄m ſta
tum forme vite ſue. Preterea nulla profeſſa
alterius religionis ad formam vite ipſaꝝ
recipiatur ſine licētia ſue abbatiſſe niſi ſup
hoc a ſede apoſtolica eēt priuilegiata In:
ſuper ordinamus q̄ ſi profeſſio alicuius no
uitie eſſet dubia q̄ fiat ei ante annum legit
timum ſue profeſſiōis iuridica protestatio
q̄ nullum ius habebit in ordine donec quid
agendum ſit cum matura deliberatiōe ſup
ſuam profeſſionem ſeu reditum ad ſeculū
fuerit determinatum. Preterea volumus
q̄ receptio nouitiaꝝ ⁊ profeſſaꝝ fiat in ca:
pitulo corā omnibus ſororibus ad hoc ſpe
cialiter cōuocatis. Quando autem aliqua
recipitur ad profeſſionem dicat coram ab:
batiſſa genibus flexis iunctis manibus et
poſitis inter manus abbatiſſe diſerta ⁊ cla
ra voce ſuum proprium nomen exprimēdo
in hunc modum. Ego ſoror N. voueo ⁊ pro
mitto deo ⁊ beate marie virgini ⁊ btō Frā:
ciſco ⁊ beate Clare ⁊ omnibus ſāctis ⁊ tibi
mater toto tempore vite mee ſeruare for:
mam vite ſoroꝝ pauperum ſancte Clare ꝑ
eūdem beatū Frāciſcum eidē ſancte Clare
traditam ⁊ per dn̄m Innocentium papam
approbatā viuendo in obedientia ſine pro
prio ⁊ in caſtitate ſeruando clauſuram. Et
tunc abbatiſſa que etiam recipiet. Si hoc
obſeruauerit promittat ei vitam eternam
Rurſus ordinamus q̄ qn̄cūq̄ cōtinget ali:
quam in ſororem recipi omnes capilli capi
tis ſui tōdeātur in rotū dū ſupra aures nec
poſtea vnq̄ capillos magnos quouiſmodo
nutriat ſed oī anno certis vicibus iuxta or:
dinationē abbatiſſe oēs tōdeātur vt prius
niſi propter debilitatem capitis aliud eſſet
indicatum.

**De qualitate habitus ⁊ veſtiū. ij. cap.**

Cum regula ſeu
forma vite dicat q̄ ſorores ve:
ſtimentis vilibus induantur.
Ordinamus ⁊ ſtatuimus vt ve
ſtimentorum vilitas attēdatur
in precio pariter ⁊ colore. Et licet in eadem
forma vite cōtineatur q̄ depoſito habitu ſe
culari abbatiſſa ſupple cōcedat ei ſcʒ intra
re volēti tres tunicas ⁊ mantellum. Tamē
ſi neceſſitas vel infirmitas ſeu conditio per
ſone vel loci aut temporis aliquam vrgeret
q̄ pluribus tunicis indigeret declaramus
q̄ poſſit ei abbatiſſa de conſilio diſcretarū
modo debito prouidere cū dicta forma vite
dicat q̄ abbatiſſa ꝓuideat ſororibus de veſti
mētis ſcd̄m qualitates pſonaꝝ ⁊ loca ⁊ tpa
et frigidas regiōes ſicut neceſſitati viderit
expedire. Et eſt intelligēdū q̄ ille tres tunī
ce que in dicta forma vite exprimūtur non
debēt eſſe eiuſdē forme ſeu figure q̄ due in
teriores cōcedūtur eis nō tamē pro forma
ordinis ſed potius pro fomēto ⁊ calefactio
ne ſeu honeſtate corporis / nec etiā oportet
q̄ ſint eiuſdē coloris quapꝑter volumus et
ordinamus q̄ tunica ſuperior habitus ordi
nis nūcupetur ſine quo nō liceat ſororibus
in publicum procedere nec ſine eo dormi:
re niſi infirmitas vel debilitas vel aliqua ne
ceſſitas manifeſta que per abbatiſſam vel
eius vicariā legittima fuerit iudicata aliud
cogeret faciēdū. Lōgitudo habitus talis ſit
q̄ dū fuerit indutus vltra lōgitudinē ſororis
deferētis eū nō debeat ad terrā protēdere.
Latitudo vero .xiiij. palmoꝝ nō excedat mē
ſurā. Manice vltra pugnū manus nō extē:
dātur. Tunice interiores ſint de hūili pāno
nec debēt duplicari de pellibus ſiue pelliceis
Mātellus etiā ſit ſp̄ de vili ⁊ groſſo panno
nō criſpus vel rugatus circa collū nec etiā
ita lōgus q̄ ſupra terrā ꝓtēdatur. Et ſemp
in oībus veſtimentis ſororum appareat et
reluceat vilitas auſteritas ⁊ paupertas / in
forma precio pariter et colore. Omnes
etiam ſorores tā abbatiſſe q̄ alie officiales

de cōi panno induant̄ et oīs ꝑtialitas euitetur. Corda qua ſorores cinguntur ſit cōmunis ⁊ rudis ⁊ oīs curioſitas ab ea penitus abſcidatur. Ceterum de operimēto capitis ſtatuimus et ordinamus ꝙ omnes ſorores tam abbatiſſe ꝙ̃ alie profeſſe ſine diſtinctione aliqua cooperiant capita ſua cū omni humilitate honeſtate ⁊ religioſitate omni curioſitate ⁊ vanitate ſublata. Et vt melius ſemꝑ ab omnibus vbiqꝫ in conuentibus ſuis obſeruet̄. Ordinamꝰ ꝙ oēs ſorores talit̄ coaptēt capitegia ſua ꝙ frōs ⁊ vtraqꝫ maxilla ⁊ mentū operiant̄ pro maiori ꝑte ita ꝙ nullo mō vultus ſororꝫ plene videat̄. Uela ꝟo ⁊ oīa capitegia q̄ ponūtur ſupra caput ⁊ circa collū taliter coaptent̄ ꝙ totū caput ⁊ pectus et ſpatule retrorſū pro maiori parte ex eis operiantur. Itē volumꝰ ꝙ oīa vela ⁊ capitegia ſint de cōi groſſa et rudi tela vt ſemꝑ in eis reluceat ſancta paupꝑtas ⁊ auſteritas ſue ꝓfeſſionis Inſuꝑ cōcedimꝰ ꝙ q̄libet ſoror de lītia ⁊ bn̄placito ſue abbatiſſe poſſit habere duo vela nigra ⁊ duo vel tria mutatoria capitegiorꝫ alborꝫ ꝓ mūdicia ſemꝑ obſeruāda. Et caueāt oēs ſorores ne vnq̄ꝫ habeant capitegia rugata vel vela de ſerico vel de alia materia ꝓcioſa. Itē nulla nouicia portet velū nigrū añ ꝓfeſſionē expreſſā niſi eſſet profeſſa in alia religiōe. Sed capitegia alba debito mō coaptata ſecundū diſpoſitionē abbatiſſarꝫ ſicut hactenus eſt conſuetum.

## ¶ De diuino officio Tertiū capitulum

DE diuino officio tā i nocte ꝙ̃ i die dn̄o pſoluēdo hoc obſuet̄ ꝙ añ oīz horarum principia ſtatim poſt primam pulſationez omnes ſorores quas bona cauſa nō excuſat que per abbatiſſam vel eius vicariam vera et legittima fuerit iudicata ad chorum conueniant domino preparature corda ſua ibiqꝫ ſine riſu/murmure/diſcurſu/et abſqꝫ vanis et vagis aſpectibus ſub ſilentio et pace cum debita grauitate ⁊ reuerentia permaneant et ibi vſqꝫ in finem vnanimiter pſeuerent. Nec aliqua de choro exire preſumat dum dicitur diuinū officium ſine licentia abbatiſſe vel eius vicarie ſiue ibidem preſidentis donec totum officium fuerit perſolutum. Eaſdem quoqꝫ ſorores hortamur in domino ieſu chriſto vt ſemꝑ et vbiqꝫ diuinū officiū pſoluāt integre attente plane et religioſe ſimul incipiant/ ſimul pauſent et vſqꝫ in finem vnanimiter perſeuerent: ita tamen ꝙ officium diei ſemper altius et prolixius dicatur ꝙ̃ officium beate virginis et mortuorum. Quantū vero ad modū pulſandi proueniendo ad miſſam et ad alias horas canonicas et q̄ntum ad modum ſedendi et genu flectendi/ inclinandi/ eleuandi/ vertendi/ et e regione ſtādi ſorores ſemper ſe habeant ſecundū conſuetudinem et ordinationem fratrum minorum niſi q̄ntum ad aliquas cerimonias que eis non conueniunt. Item nulla ſoror litterata cuiuſcunqꝫ cōditionis exiſtat eximatur choro. Sed omnes ſorores ad miſſā et ad omnes horas canonicas venire tenentur exceptis egrotantibus actu et ſeruientibus illis pro illo tempore de licētia abbatiſſe vel eius vicarie. Exceptis etiam illis que eodem tempore eſſent occupate in ſeruitio communi conuentus de ſcitu et ordinatione abbatiſſe. Officiales vero ⁊ alie ſeruitrices diligentiam talem debent haberi in earum officijs / ꝙ taliter ſua officia et ſeruitia expediant ꝙ in eccleſia cū alijs diuinum officium perſoluant. Sorores etiā que non ſunt litterate que vt prefertur non ſunt infirme vel in ſeruitijs aliarum ꝓ tunc occupate ad eccleſiam parimodo cōueniāt ad perſoluendū diuinum officium ad quod ſunt obligate in aliquo loco ꝓpter hoc eiſdem aſſignato. Si autem abbatiſſa vel vicaria aliquam ſororum in premiſſis repperit negligentem debite eam puniat ſecundum delicti exigentiā ſiue culpe. ¶ Preterea ordinamus ꝙ omni die infra octauam ſancte Clare vſqꝫ ad feſtum aſſumptionis virginis glorioſe fiat feſtum nouem lectionum de eadem ⁊ in alijs diebus poſt dictū feſtum aſſumptionis fiat cōmemoratio de eadem. Ad Bn̄dictus ⁊ ad Magt̄. Et in die ſācti Ludouici epiſcopi fiat maius duplex de eodē ſctō: ⁊ ꝓ octaua ſctē Clare ꝯmēoratiō agat̄. Rurſus ordinamus ꝙ tēpore generalis interdicti omnes ſorores matricibus eccleſijs ſe conforment dūmodo illud interdictum fuerit illis legittime per illos ad quos ſpectat vel per eorum certos nuncios ſeu litteras denunciatum ⁊ tunc ſorores ianuis clauſis ⁊ interdictis ſeu excōmunicatis foris eccleſiam eiectis dicant ⁊ perſoluant totum diuinum officium ſicut dicitur communiter officium beate virginis in diebus ſimplicibus non ſedendo ſed ſtando vt eſt cōſuetū. Si ꝟo tp̄e dicti interdicti aliquē de fratribꝰ deputatis in ſeruitio cō-

nentus vel aliquã de ſororibus infirmari cõtigerit ſeu mori: cõicetur vel ſepeliat̃ nõ tamen ſolẽniter ſed baſſo modo ⁊ ſine preſentia excõicatoruʒ ſeu interdictoꝝ ita tñ ꝙ de officio exequiarũ vel cõmunicationis nichil obmittatur. Inſup ordinam⁹ ꝙ ſẽp poſt ꝯpletionẽ officij diuini dicat̃ poſt orõnẽ dñicã. Salue regina cũ aliqb⁹ orõib⁹ ſicut hactenus eſt fieri ꝯſuetum. Item volum⁹ ꝙ indilate poſt primã pulſationẽ cõpletorij pulſetur pro collatione in qua oẽs ſorores ſane tenẽtur ꝯuenire ⁊ ita ꝙ nõ erit in principio in craſtinũ p totũ prãdiũ careat vino niſi iuſtã habuerit excuſationem.

¶ De abſtinẽtia quartũ capitulum.

Cum ſecundũ formã vite omni tempore ſorores debeant ieiunare. Dicim⁹ conſequenter ꝙ ſẽp et vbiqꝫ ab eſu carniũ ſe debẽt abſtinere. Et licet dicta forma vite cõtineatur iſta clauſula vcʒ ꝙ in natiuitate dñi in quocunqꝫ die venerit ſorores bis refici poſſent declaramus ꝙ ꝓpter hoc nõ cõceditur eis eadem die vſus carniuʒ ſicut nec in diebus dñicis in quibus etiam ſorores bis refici poſſũt in cõmunitate vel alibi ſicut bis reficiuntur oẽs xp̄iani i dñicis quadrageſime ſcđm ꝯſuetudinẽ et ordinationẽ ſancte mr̃is eccl̃ie. Itẽ in eadeʒ ꝯtinet̃ ꝙ cũ adoleſcẽtulis ⁊ debilibus ſicut videbitur abbatiſſe miſericorditer diſpenſetur. Circa qđ eſt notandũ ꝙ in hmõi diſpenſatione etas vel debilitas cõiter bono modo determinari non põt cũ ſepe ꝯtingat ꝙ alique ſũt fortiores in .xiij. ãno ꝙ̃ alie in xvi. ⁊ etiã alique ſũt magis grauate ex modico ⁊ leui morbo ꝙ̃ alie de maiori ⁊ prolixo morbo In his autem hortamur eaſdem in domino vt per omnia prudenter ſe habeant ꝙ ſecundum deum et rectam conſcientiam inter ipſas magis caritas chriſti ꝙ̃ carnalitas corporis humani reluceat ⁊ magis iuſta diſpenſatio ꝙ̃ crudelis diſſipatio appareat quia ſepe propter huiuſmodi diſpenſatinnes fiunt magne relaxationes. Poſſit tamen abbatiſſa vel eius vicaria de conſilio diſcretarum cum ſupradictis adoleſcentulis debilibus et etiã cũ infirmis ꝙ bis vel pluries reficiantur in die diſpenſare cum vera ⁊ iuſta cauſa hoc requirit quibus ſecundum earum neceſſitatem et imbellicitatem tam in cibarijs ꝙ̃ in alijs faciat eis ſufficienter prouideri. Ordinamus inſuper ꝙ abbatiſſe ſollicitaʒ curam gerant ꝙ de elemoſinis que obuenient conuentibus ꝓuideatur cõpetenter iuxta elemoſinaꝝ et obuentionum ꝗ̃titatem ſororibus in cõi: ne ipſe ſorores ꝓpt̃ deffectum cõis ⁊ ſufficiẽtis victus habeãt occaſionẽ deſiſtendi ab inceptis.

¶ De confeſſione ⁊ receptione corporꝭ dñi noſtri ieſu xp̄i ⁊ de ꝯfeſſore ⁊ ſocijs ſuis Quintum capitulum.

Vt autẽ in ſororibus dicti ordĩs puritas mentis et corporis magis vigeat feruorqꝫ et amor erga ſacratiſſimũ corpus dñi augeatur ⁊ concreſcat. Volum⁹ ⁊ ordinam⁹ quatenus vltra nũerũ in forma vite taxatũ videlicet ꝙ duodeci vicibus de abbatiſſe licẽtia ſorores cõfiteant̃ in anno. Queliʒ ſoror vbi legittima ĩpeditio non fuerit de quindena in quindenã confeſſori conuent⁹ de licentia abbatiſſe ꝯfiteat̃. Et oĩbus diebus dñicis dictarũ quindenarũ cũ .vij. vicibus in dicta forma vite cõtentis deuotius ꝓut poterit recipiat corpus precioſiſſimuʒ dñi in miſſa conuentuali niſi de licentia abbatiſſe et conſilio confeſſoris conuentus aliqua vellet remanere et a dicta receptione abſtinere ⁊ vſqꝫ ad aliã dieʒ propter iuſtã cauſam retardare. Volumus etiam ⁊ precipimus per obedictiam vt nulla ſoror cuiuſcunqꝫ conditionis exiſtat poſſit vel audeat ſe confiteri alicui confeſſori religioſo vel ſeculari cuiuſcunqꝫ conditionis grad⁹ vel dignitatis exiſtat pretextu etiam cuiuſcunqꝫ gratie vel priuilegij alteri eorum conceſſe niſi confeſſori conuentus niſi de beneplacito et licentia abbatiſſe obtenta et maioris partis diſcretarum ⁊ pro iuſta et rationabili cauſa. Item ordinamus ꝙ ab vltima pulſatione completorij vſqꝫ poſt horam terciarum nulla ſoror vadat ad cõfeſſionem niſi quãdo fuerit neceſſitas magna. Quamuis autem in forma vite dictarum ſororum contineatur ꝙ pro communicandis ſororibus infirmis ⁊ ſanis capellano liceat intus celebrare Tamen modernis temporibus propter multa pericula et magna inconuenientia que ex huiuſmodi celebratione ⁊ communicatione ab intra poſſent ſororibus euenire in futurum Precipimus per obedientiam omnibus abbatiſſis et hoſtiarijs et ſororibus alijs preſentibus et futuris ſingulorum conuẽtuum et locorum ꝙ nunqꝫ permittant vel conſentiant aliquem ſacerdotem regularem vel ſecularem infra clauſuram ipſa-

rum celebrare vel intrare pro ſororibus ſa
nis vel infirmis communicandis niſi forte
aliqua ipſaꝝ ad graue corporis infirmita
tem videretur tēdere ⁊ ad extrema vel eſſe
in caſu quo aliqua ipſarū lepra vel aliqua
alia infirmitate ſeu contagione prolixiſſi=
ma grauaretur et aditus bono modo eſſe
non poſſet nec oportunitas ꝙ taliter infir=
mans poſſet ſine periculo cum aliis ſorori
bus in eccleſia miſſam audire vel corpꝰ do
mini recipere et tūc in dicto caſu cōcedimꝰ
ꝙ .vii. vicibus in forma vite ſtatutis cōfeſ
ſor vel ſocius ſuus in abſentia ſua poſſit ꝑ
huiuſmodi celebratione vel adminiſtratio
ne facienda infra clauſuram intrare. Pre=
terea cum dicta forma vite contineat ꝙ ſo
rores capellanum cum vno clerico bone fa
me diſcretionis ꝓuide et duos fratres lay
cos ſancte conuerſationis et honeſtatꝫ a=
matores in ſubſidium ſancte paupertatis
miſericorditer ab ordine fratrum minorū
ſemper habeant que quidem verba decla=
ramus ipſa debere intelligi et fieri ī modū
qui ſequitur videlicet ꝙ in quolibet conuē
tu dictarum monialium ſorores habeant ⁊
vel habere valeant quattuor fratres de or
dine fratrum minorum quorum primus ⁊
principalis ſit capellanus id eſt ſacerdos ⁊
confeſſor ipſarum quiquidem talis debet
inſtitui et aſſignari qui ſit probus et deuo
tus prouidus et diſcretus ac in obſeruan=
tia regulari probatus non multum iuue=
nis ſed ydonee etatis Secundus frater ſit
ſocius ſuus qui non ſolum debet eſſe cleri=
cus ſimplex ſed eſſe ſacerdos bone fame et
diſcretionis prouide cui confeſſor ſororuꝫ
poterit confiteri quandocunqꝫ indigebit ⁊
alii duo fratres ſint layci qui ſicut dicit for
ma vite debent eſſe ſancte conuerſationis ⁊
honeſtatis amatores. Quos quatuor fres
abbatiſſa cuiuſlibet conuentus de conſilio
diſcretarum ſuarum debet humiliter et de
gratia generali miniſtro vł prouintialibus
miniſtris poſtulare. Et prefatus generalis
pro omnibus conuentibus dictarum ſoro=
rum vel dicti miniſtri prouintiales pro con
uētibus dūtaxat in ſuis prouintiis ſituatis
debent dicte poſtulationi miſericorditer et
intuitu pietatis dei ⁊ beati Franciſci con=
deſcēdere et ꝑdictos quatuor eis cōcedere.

De clauſura Septimum capitulum.

Innocētius papa
quartus Omnīnaqꝫ tempore vi
te ſue hāc vitam profitētes clau
ſe manere dēt ⁊ poſtqꝫ clauſtrū huiꝰ religio
nis intrauerint aliquē ꝓfeſſe fuerint hanc
regularem obſeruantiā promittentes nul=
la eis conceditur licentia vel facultas inde
vlterius exeundi niſi forte clauſa plantādi
vel edificandi eādem religionem vel refor
mandi aliquod monaſterium ſeu cauſa re=
giminis vel correctiōis ſeu alicuius grauis
diſpendii deuitandi per licentiā generalis
miſtri ordīs ffm minoꝝ ſeu ꝓuicialis illiꝰ ꝓ
uincie eiuſdem religionis in qua monaſte=
rium ſitum fuerit ad aliquem locuꝫ alique
tranſmuttātur. Uolumus autē quandocunqꝫ
continget aliquam vel aliquas prefato mo
do transferre ꝙ ad clauſurā ſui ordinis ſi=
bi aſſignatam cum ſecura ⁊ honeſta ſocie=
tate quāto citius potuerint accedere feſtinent
Et illa ſeu ille quas cōtigerit ſic transferri
caueant dum erunt inter homines ſeu per=
ſonas ſeculares ſeu regulares a ſermoni=
bus indiſcretis et vanis ⁊ apertis aſpecti
bus perſonaruꝫ quarumcunqꝫ ſed ſemper
ſint modeſte et humiles honeſte loquen=
tes omnibus ſicut decet. Item quia in di=
cta forma vite ſit mentio de ſororibus ex=
tra monaſterium ſeruientibus que porut
habetur ibidem faciebant profeſſionem
ſicut alie ſorores preterqꝫ ad votū de clau
ſura et intrabant monaſterium et egredie
bantur ac ſeruiebant aliis ſororibus de il
lis que extra conuentum negotiari opor=
tebat ſecundum ꝙ erat expediens. Nichi
lominus tamen propter multa incommo=
da et pericula que dictis ſororibus et con
uentibus ex hoc poſſent euenire dominus
papa Benedictus duodecimus ordinauit
ac ſtatuit ꝙ de cetero nulla ſororū profeſ=
ſa niſi in certis caſibus in forma vite po=
ſitis extra clauſurā exire preſumeret Nos
vero ordinationem predictam inuiolabi=
liter obſeruari volentes precipimꝰ ꝙ om=
nes ſorores cuiuſcunqꝫ conditionis ac ſta
tus fuerint que ſunt ad obſeruantiam pro
feſſionis aſtricte et que de cetero aſtrin=
gentur debent ſub perpetua clauſura ma
nere. Item ꝙ nulli earum ſubſeruitiali=
um nomine vel quacunqꝫ alia ratione vel
cauſa ſit vel eſſe valeat clauſuram huiuſ=
modi deinceps egrediendi facultas ni=
ſi prout dictum eſt in caſibus ſupradi=
ctis Si tamen in futuro prefate ſorores in
digerent obſequio et ſeruitio aliquarum
deuotarum feminarum maturarum ⁊ ho=
neſtorū etateqꝫ prouectaruꝫ recipiāt eas
in prefatis obſequiis et ſeruitiis ipſarum

dum tamen in habitu ſeculari incedant q̄ non admittātur ad interioria monaſteria quouiſmodo. Preterea ordinam⁹ ꝙ in quolibet conuentu in loco patenti et communi habeatur vnum tm̄ torneatorium fortiſſimum latitudinis et altitudinis congruentis/⁊ ita compoſitum ꝙ per rimas ei⁹ aliquis nec intra conuētum vel extra poſſit aſpicere/per quod ſorores poſſint res ſibi oblatas recipere ⁊ reddere extra illa q̄ fuerint reddenda. Si autem res huiuſmodi eſſent ita magne et groſſe late vel longe ꝙ per rotaꝫ ſiue per illud torneatorium non poſſent cōmode intrare vel extra poni tradantur per portam in monaſterium et extrahantur quando oportebit. Inſuper pro maiori ſecuritate et honeſtate tam ſororū ꝙ conuentuum ordinamus ꝙ in nullo conuentu dicti ordinis facto vel fiēdo fiat ſeu fieri permittatur quouiſmodo alia cratis ſiue aliud locutorium ſiue aliquod torneatorium ſeu portari aliter ꝙ̄ conſueuerint. Sufficiat omni tempore vbiq̄ in quolibet conuentu habere vnum locutorium cū rota ſiue torneatorio/et vnam cratem ⁊ vnā portam in locis publicis et conſuetis. Rurſum ordinamus ꝙ prope rotaꝫ ſiue torneatoriuꝫ habeatur locutorium vna crate ferrea forti et firma cōtritū/et ibidem in illo locutorio ſorores loquantur ſecunduꝫ modum in forma vite et in preſenti ordinatione deſcriptum dū oportuerit et fuerit vtile vel neceſſe. Item ordinam⁹ ꝙ infra clauſuram conuentus de directo contra vel ante portam principalem ſit vna alia porta minus principalis eo modo clauſa et obſerata ſicut prima porta et taliter diſpoſita ꝙ ſorores nullomodo poſſint ire vel pertingere vſq̄ ad portam principalē. Nec forenſes propter obſtaculū dicte porte ſecundum per rimas porte principalis ſi q̄ ſint vel eſſent poſſint reſpicere intra conuentū nec ſorores audire. Item volumus ꝙ oſtia virgulti ⁊ dormitorij ſint de nocte clauſa et firmiter obſerata. Preterea vt maior ſecuritas inter eas vigeat ordinamus ꝙ nulla ſoror cuiuſcunq̄ officij vel cōditionis exiſtat aliquam litterā recōmendaticiam ſiue miſſoriā clauſā vel apertam pro ſe vel aliqua alia quouiſmodo in rota crate/porta vel alibi ponat ſeu poni faciat vt foras mittat vel porretur nec aliquam ibi poſitam vel vndecunq̄ per quamcunq̄ partem poſitaꝫ vel porrectam recipiat ſiue recipi faciat legat vel aperiat ſiue legi vel aperiri faciat niſi prius abbatiſſe vel eius vicarie littera fuerit tota integra tradita et preſentata. Quaſquidem litteras abbatiſſa vel eius vicaria debent legere anteq̄ mittatur vel recipiatur ab aliqua ſorore. Et in caſu quo ipſa abbatiſſa vel eius vicaria in eiſdem litteris repperit aliquid non ſcribenduꝫ vel recipiendum nullomodo tradatur ſorori cui mittitur vel extra conuentum miſſe per eandem mittatur. Sed grauiter puniatur. Nec alicui concedatur ꝙ litteram ponat in manu defferētis. Item nulla abbatiſſa litteram aliquam ſibi de foris miſſam legat nec alicui extra conuentum ſcribat vel litteram mittat niſi prius dicta littera fuerit preſentata vni ſorori diſcrete aſſignate per alias diſcretas pro huiuſmodi cauſa que omni anno debet mutari et alia loco eius aſſignari quam litteram dicta ſoror ſic aſſignata debet legere anteq̄ mittatur vel recipiatur ab abatiſſa.

¶ De electione abbatiſſe et officialium ac diſcretarum. Septimum capitulum.

Et licet forma vite dicat ꝙ ſorores procurent generalem vel prouincialem ordinis fratrum minoruꝫ qui eas verbo dei īformet ad omnimodam concordiam et omnem vtilitatem in electione facienda. ſ. abbatiſſe Nos tamen conſiderantes multitudinem fratrum minorum et dilatationem conuentuum ipſorum ac etiam prouinciarum. Necnon et magnas et aſſiduas occupationes quas prefati generalis ⁊ prouinciales miniſtri habent circa predictos fratres ⁊ conuentus Inſuper ſtrictam paupertatem dictarum ſororum et non minus ſumptus quos promittendo ad dictos ſuperiores oporteret facere Statuimus et ordinam⁹ ꝙ in huiuſmodi electione facienda viſitator vel confeſſor ipſarum in huius abſentia poſſit ipſam exhortationē ſeu informationem facere. Sed confirmatio ipius abbatiſſe fiat p̱ gn̄alem miniſtrum ſi fuerit in ꝓuincia et in eius abſentia p̱ ꝓuincialem illius prouincie in qua fuerit monaſteriuꝫ ꝯſtitutū vel p̱ cōmiſſariū ſuū ſeu illū cui ſuper hoc ipſe ꝯmiſerit auctoritatē ſuā: vt autē ſemper in hm̄ōi electiōe tuti⁹ procedat ſtatuimus ⁊ ordinam⁹ q̄ñcunq̄ continget aliquam abbatiſſam mori vel aliquā diutina et graui infirmitate detineri ita ꝙ cōmode

non poſſet officium ſuum exequi/ſeu etiam
ita inſtanter pro aliqua iuſta cauſa et ra:
tionabili omnino vellet cedere officio ſuo
vel ſicut habetur in forma vite luculenter
appareret vniuerſitati ſororum ipſā eſſe
preuaricatricē forme vite ipſarum vel etiam
qđ abſit ī aliquo graui crimine eſſet deꝓhē
ſa. Tūc poſt triduum mortis vel depoſitio
nis ſeu abſolutionis eiuſdē ſorores proui:
deant ſibi de abbatiſſa per electionē cano:
nicā. In qua electione nulla ſoror poſſit ꝓ
abbatiſſa eligi que annum .xxx. etatis non
attigerit et formam vite promiſerit et in
ea fuerit approbata. Item omnes ſorores
profeſſe ad ſonum campane ad capitulum
conueniant hora congrua per vicariam
conuentus prouide aſſignata et ſic in vnū
congregate inuocata ſpiritusſancti gratia
dicendo. Ueni creator ſpiritus. ℣ſus.
Emitte. ℟. Et renouabis. ⁊c. orō. Deus qui
corda fidelium. ⁊c. Concede nos. Deus qui
eccleſiam. ⁊c. ⁊ Famulos tuos cū oī pace et
deuotione ſicut decet āncillas xpi ad electio
nē procedant hoc modo videlicet vicaria ſe
dens in loco abbatiſſe defuncte vel abſolu
te petat bona fide ſimplicibꝰ ℣bis vnicuiqꝫ
ſigillatim incipiēdo ab antiquioribus ⁊ ſe
nioribus quā ſororē eligat in abbatiſſā ꝓ
illo cōuētu ⁊ ſic oībus ⁊ ſingulis interroga
tis ⁊ reſpōſionibus earūdē habitis illius ſo
roris que plures voces ⁊ magis ſanas ī di
cta electione habuit ipſa ꝓ abbatiſſa habe
atur. Si aūt cōtingat ꝙ due ſorores vel plu
res habeant in dicta electione voces in nu:
mero equales et non poſſent bono modo
ī vnum concordare tunc omnes ſorores
profeſſe poſſunt vnam vel duas ſorores de
diſcretioribus ⁊ deum timētibus antiquis
et maturis cui vel quibus ꝯmittāt dictā ele
ctionē ⁊ illius quam ſic elegerint ad confir:
mationem ꝓcedatur. Poſſint etiam ſi volue
rint ſorores ⁊ eis expedire videbitur pro:
cedere in dicta electione per viam ſcrutinij
videlicet ꝙ quando erūt cōgregate in capi
tulo vt prefertur omnes eligant vnam ſo:
rorē boni teſtimonij q̄ ſciat ſcribere ⁊ alias
duas diſcretas etiam boni teſtimonij q̄ ſic
electe debent ſe aliquātulū ſeparare ita ꝙ
poſſint videri ſed nō audiri ab alijs inſimꝫ cō
gregatis ⁊ vna illarum que aſſiſtunt ſcribē
ti pro teſtimonio nominet ſcribenti illam
quam ipſa eligit pro abbatiſſa ⁊ faciet eam
ſcribi. Et poſtea alia que etiam ibi adeſt ꝓ
teſtimonio ⁊ poſtea ſigillatim omnes ille q̄
ſunt in capitulo accedant ad eas ⁊ nominēt
et faciāt ſcribi illam quam eligunt pro ab
batiſſa. Et ſic votis omnium ſororum pro:
feſſarum cum ſcriptis illa ſoror que ſcripſit
cum alijs duabus teſtibus ad capitulum
corā oībus ſororibus ꝓcedāt ⁊ illa que ſcri
pſit dicat in hunc modum. In nomine pa:
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti Amen. Iſta eſt ele
ctio matris abbatiſſe iſtius conuentus cele
brata tali anno tali menſe ⁊ die. Et primo
talis ſoror elegit talem ſororem in matrē
abbatiſſam iſtius conuentus: ⁊ poſtqꝫ om:
nium vota ipſa perlegerit dicat. Et ego ſo:
ror talis nomine meo ⁊ nomine earum que
mecum cōſenſerunt eligo talem ſororem in
matrem ⁊ abbatiſſam huius conuentus. Et
tunc illa que plures ⁊ ſaniores voces ha:
buerit pro abbatiſſa habeatur vel vbi ali:
qua vel alique equales voces in numero in
dicta electione haberent ⁊ bono modo non
poſſent concordare committant omnes ſo:
rores vni vel duabus de diſcretioribus an:
tiquis ſicut iam ſupradictū eſt. ¶ Caueant
autem omnes ſorores ſummopere ne ali:
quam ſororem eligāt in abbatiſſam quam
euidenter nouerint eſſe indignam. Cauere
etiam debent omnes ſorores ante electionē
et in electione abbatiſſe ⁊ in quacunqꝫ alia
ab omni ſubornatione vel cauillatione ſed
vnanimiter ſemper eligant illā quam me:
liorem pro ſalute animarum ⁊ vtilitate con
uentus nouerint eſſe. Poſſunt etiā oēs ſoro
res vocem in electione abbatiſſe habentes ante hmōi
electionē inſimul cōuenire ⁊ ſalubre conſi:
lium ſuper huiuſmodi electionem habere.
Caueant tamen ne in hoc conſilio fiat que:
cunqꝫ diſcordia ſeu perturbatio ſed pacifi:
ce poſt huiuſmodi conſilium ad electionem
per aliquam modorum predictorum pro:
cedant. Electione ſic completa ⁊ conſumma
ta ſorores bine ⁊ bine capitulum egredian
tur ⁊ procedant ad eccleſiam dicendo. Te
deum laudamus. ⁊ in fine. ℣. Cōfirma hoc
deus. ⁊c. Reſpō. A templo ſancto tuo. ⁊c. cum
oratione. Deus qui corda fidelium. ⁊ alijs
orationibus ⁊ ꝑcibus ſupradictis. ¶ Nulla
abbatiſſa officio ſuo fungatur donec fuerit
confirmata. Sed vicaria conuentus faciat
officium abbatiſſe. ¶ Preterea cū forma vi
te dicat ꝙ de communi cōſenſu omnium ſo
rorum omnes officiales monaſterij eligāt
et eodem modo adminus octo ſorores de
diſcretioribus eligantur quarum in hijs q̄
forma vite requirit abbatiſſa vti ſemper
conſilio teneatur. Ideo vt pax dilectio ⁊ ve
ritas rei magis ſemper inter dictas ſoro:
res vigeant et concreſcant hortamur eaſdē
in domino ieſu chriſto quatinus in huius

modi electionibus ⁊ mutationibus officia
lium et diſcretarum predictarum omnis
cauillatio et ambitio euitetur nec minus
ydonee quouiſmodo magis dignis ꝑpo=
nãtur. Et qñcunq̨ per viam ſpũſſancti ali
quam contigerit ad aliquod officium eli=
gi ꝙ laborem et onus non refutet: ſed illḋ
ſecundum gratiam a deo ſibi datã diligen
ter ⁊ hũiliter exerceat ⁊ cõpleat. Caueant
inſuper oẽs ſorores ne hmõi officiales paſ
ſim ſine magna et legittima cauſa mutent
ſiue remoueant ab officiȷ̃s ſuis niſi de bo=
no et ſano conſilio ſicut ſecundum deum
viderint expedire. Eodeꝫ modo hortamur
in dño ieſu omnes officiales preſentes et
futuras quatenus non petant ſe a ſuis of=
ficiȷ̃s abſolui ſed ſcḋꝫ gratiam eis datã of
ficia ſibi iniuncta amore dei ſemper habe
ant perficere ſicut conuenit religionis vti
litati et ſaluti ⁊ altiſſimus amore cuiꝰ hoc
faciunt et facient reddet illis mercedem
ſempiternam.

¶ De modo tenendi capitulum Octa=
uum capitulum.

CUm ſecundũ for
mam vite ſemel in ebdomada
ad minus abbatiſſa teneatur
ſorores ſuas ad capituluꝫ cõ=
uocare vt autẽ vbiq̨ et ſemꝑ
hoc iugiter obſeruetur. Statuimus et or=
dinamus ꝙ abbatiſſa vel eius vicaria ſtu
deant ſummopere talem horam ſecunduꝫ
varietatem temporum et locorum aſſigna
re pro tenendo dictum capitulum vt omẽs
ſorores fortes et ſane ibidem poſſint con=
uenire. Et nichilominꝰ de diuinis officiȷ̃s
ſeu aliȷ̃s obſequiȷ̃s propter hoc nichil ob=
mittat. Qñcũq̨ aũt abbatiſſa voluerit ſoro
res ſuas ad capitulũ conuocare pulſet cã=
pana refectoriȷ̃ ex vna parte tantum ⁊ om
nes ſorores ſane et fortes que in ſeruitio
infirmarum non fuerint pro tunc de neceſ
ſitate occupate: ſtatim debeant audita
campana ad capitulum conuenire. Et om
nibus ibidẽ cõgregatis ⁊ ſedentibus Ab=
batiſſa vel eius vicaria inuocata ſpũs ſcti
grã faciat in loco ſuo recõmẽdationes gñã
les ꝓ viuis et defunctis nolando expreſſe
bñfactores et bñfactrices qui vel que de=
derunt elemoſinas ſuas pro ſubſidio earũ
dẽ. Et factis et dictis hiȷ̃s recõmendatio=
nibus ſorores ſurgãt ⁊ ordinate dicãt ſuf=
fragia ꝓ eiſdẽ vcꝫ Ad te leuaui oclos me=
os cũ glĩa pri ⁊ de profũdis cuꝫ redem cum
ſuffragiȷ̃s que ſequuntur vcꝫ Pater nr̃. Et
ne nos. Fiat pax. Memẽto cõgregationis
Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas.
Oremus ꝓ fidelibus defũctis Requieſcãt
in pace. Dñe exaudi. Oremus Eccleſie tue
q̃s dñe Oĩs ſempiterne deus qui facis mi
rabilia. Pretende dñe famulis. Abſolue
q̃s dñe. Et in fine dicto Pater noſter Et deꝰ
det nobis ſuam pacem. Abbatiſſa et oĩes
ſorores iterum ſedeant et ſigillatim dicãt
culpas ſuas plane humiliter ⁊ deuote put
nouerint ſe deliquiſſe et hoc iũctis manibꝰ
flexis genibus et proſtrate ad terram inci
piendo a nouiciȷ̃s ⁊ minoribꝰ ſeu illis q̃ nõ
ſunt in officiȷ̃s cõſtitute Abbatiſſa vero vl
eius vicaria ſecundum ſuum rectum ⁊ bo=
num iudicium imponent tunc eis peniten=
tiam ſi opporteat etiam eas monendo ⁊ re
darguendo prout ſibi melius videbitur ex
pedire Et hoc ſecũdũ quãtitatẽ ⁊ qualitatẽ
delictoꝝ nullam partialitatem oſtendẽdo
ſed omnes ſicut deliquerũt corrigẽdo. So
rores autẽ ſemꝑ predictam penitẽtiam cũ
humilitate recipiãt ⁊ cũ deuotione perſol=
uãt. Caueãt autẽ ſorores ne vnq̃ in capitu
lo vel alibi lites habeant nec replicam ſeu
excuſationẽ palliatã faciãt ſeu querãt Nec
aliqua loquatur niſi de licentia abbatiſſe
Nouitie autem ſicut dictum eſt ante om=
nes debent dicere culpas ſuas ⁊ ſtatim di
ctis culpis et acceptis penitentiȷ̃s debent
extra capitulũ ire. ¶ Caneãt iſuꝑ oĩes ſo
rores ne culpas in capitulo vel viſitatiõe
accuſatas vel punitas audeant vna alteri
quouiſmodo improperare. Nec etiã alias
ſi quas in ſeculo cõtraxerit/et ſi aliqua in
hoc deliquerit per abbatiſſam grauiter pu
niatur. Omnibus aũt hiȷ̃s vt ſupra dictuꝫ
eſt/dictis et ꝯpletis ſi que ſint tractanda ſi
cut dicit forma vite ſororum tractent et ex=
pediant que expedienda fuerint cum de=
bita grauitate ⁊ honeſtate A verbis ſuꝑ=
fluis iniurioſis ſiue quibuſcũq̨ aliȷ̃s inde=
bite ꝓlatis penitus ꝑcauẽdo. Et omnibus
completis recedãt de caplo in noĩe dñi.

¶ De ſilentio ⁊ mõ loquendi ad cratem
et locutorium. Nonum capitulum.

PReterea q2 parẽ
opꝰ iuſticie ⁊ ſilẽtiũ cultus eiꝰ
ne deuotiõis feruor ꝑ inq̇etu
dinẽ multiloquiȷ̃ extigat. Or=
dinamꝰ ꝙ ſorores ſileãt ſicut
in forma vite ipſaꝝ ꝯtinet vcꝫ ab hora cõ
pletoriȷ̃. i. a dicto ꝯpletorio vſq̨ ad tertiã. i.
poſt horã tertiaꝝ. Sileãt et ꝯtinue ſicut di=
cit dicta forma et vite In eccleſia/dormi=

ſoꝛoꝛ in refectoꝛio tm̄ dum cōmedunt pre=
terꝗ in infirmaria. Et licet ibi non ſit men
tio ꝙ debeant ſilere in clauſtro ⁊ foꝛte cau=
ſa eſt qꝛ in loco ſancti Damiani in quo mo
rabatur beata Clara tpe foꝛme vite ſibi a
beato Franciſco date non erat pro illo tūc
clauſtrum ibidem propter nimiam pauper
tatem conſtructum. Nos tamen attente cō
ſiderātes ꝙ dominus papa Gregoꝛius.ix.
oꝛdinauit in pꝛima regula ꝙ dicte ſoꝛoꝛes
continuū ſilentium in omnibus hoꝛis ⁊ lo=
cis: ac etiam ꝙ in omnibus religionibꝰ bene
oꝛdinatis et regulatis clauſtrum ſit locus
poſt eccleſiam pꝛimus vbi dictum ſilētium
conſuetum eſt obſeruare. Statuimus et oꝛ=
dinamꝰ ꝙ omnes ſoꝛoꝛes de cetero debeāt
ſilere in clauſtro ſicut ⁊ in aliꝭ tribus locis
in foꝛma vite poſitis. Item pꝛecipimus ꝙ
nulla ſoꝛoꝛ cuiuſcunꝗ officiꝭ gradus aut cō
ditiōis exiſtat accedat ad locutoꝛiū ſicut in
dicta foꝛma vite ꝯtinet ſine abbatiſſe vel eiꝰ
vicarie licētia nec aliqͥ̄ licētia cū aliqͥ̄ ꝑſona lo
quat̄ quiſmōl dicto locutoꝛio niſi pñtibus
clare audiētibꝰ duabus ſoꝛoꝛibus de nūe=
ro octo diſcretarum conuentus: quia ſi in
crate que eſt in eccleſia coꝛam deo ⁊ āgelis
eius aſſignētur volētibus loqui tres ſoꝛo=
res de octo diſcretis ſecundum tenoꝛē foꝛ=
me vite: foꝛtioꝛi ratione in locutoꝛio qui eſt
locus magis ꝯmunis ⁊ publicus debēt aſſi
gnari due de octo diſcretis illi ſoꝛoꝛi que in
locutoꝛio voluerit loqui de bona licentia ⁊
debito modo ⁊ pꝛo debita cauſa. Item oꝛdi
namus ꝙ ad poꝛtam ſoꝛoꝛes nullomodo lo
quantur cum aliqua perſona foꝛēſi alte vel
baſſe cum ſociꝭ vel ſine ſociꝭ. Preterea vo
lumus ꝙ qñ aliqua ſoꝛoꝛ pꝛo euidenti vtili
tate vel neceſſitate vel de bona congruitate
fuerit ad cratē que eſt in eccleſia cū aliqua
perſona locutura in pꝛincipio locutiōis po
terit remouere aliquātulum pānū interius
appoſitum ſtatim ipſum in loco ſuo cōſue=
to reponendo ita ꝙ dum loquitur nō videa
tur in facie ab aliquo ⁊ in fine locutiōis ſue
iterum pānū illum aliquātulū remoueat ⁊
vale loquenti faciat ⁊ pānū ſtatū vale facto
reponat ⁊ nulla ſoꝛoꝛ ibi loquatur niſi ſecū
dum foꝛmā vite ⁊ cum perſonis ſolēpnibus
maturis ⁊ ſecuris parentibus pꝛopinquis
et ſpiritualibus amicis ⁊ hoc rariſſime fiat.
Item qñcūꝗ aliquā perſonā extraneā ad
eas ingredi vel alias per cratem eis loqui
cōtigerit tegāt facies ſuas cum modeſtia
et inclinēt ſe parūper pꝛout religionis con
uenit honeſtati. Inſuper in .xl. ſcti martini
quam volumus incipere in craſtinum om=
nium ſanctoꝛum ⁊ durare vſꝗ ad natiuita
tem domini ⁊ in .xl. maioꝛi quam volumus
incipere in craſtinum quinquageſime vſꝗ
ad reſurrectionē domini. Nulla ſoꝛoꝛ tem=
poꝛibus pꝛedictis loquatur cuiꝗ perſone
ad locutoꝛium ſiue ad cratē niſi pꝛo cauſis
in foꝛma vite contētis niſi abbatiſſe vel eiꝰ
vicarie ſiue poꝛtarie ⁊ hoc ſolum pꝛo nego
tiꝭ ⁊ vtilitatibus totius cōuentus ſicut ha=
ctenus eſt fieri conſuetum. Eaſdem quoꝗ
hoꝛtamur in domino ieſu chꝛiſto ꝙ quan=
documꝗ continget aliquam ſoꝛoꝛem loqui
ad locutoꝛium ſiue ad cratem caueant ocio
ſa pꝛolixis ⁊ inutilibus ſiue vanis ⁊ munda
nis colloquiꝭ ſed omnia verba que pꝛoce=
dent de oꝛe ipſarum ſint honeſta ⁊ vtilia ſi
cut decet ancillas xp̄i ⁊ obſeruatrices ſācti
euangeliꝭ: et ad euitandum ſuſpectus ſecu=
lariū ⁊ locutiones inutiles ⁊ ꝓlixas earūdē.
Oꝛdinamus ꝙ nullomodo ſoꝛoꝛes fiāt per
ſe vel per aliam perſonam cōmatres viroꝝ
vel mulierum. Rurſus oꝛdinamus ꝙ quā=
docūꝗ continget aliquam perſonam clau=
ſuram intrare ſiue pꝛo viſitatione infirma
rum ſiue ꝓ alia quacūꝗ cauſa ſoꝛoꝛes licē
ciate nō audeāt eis loqui niſi pñtibus ⁊ au=
dientibus duabus diſcretis ſoꝛoꝛibus per
abbatiſſam vel eius vicariam poſitis.

De obſuātia paupꝛtatis ⁊ ꝙ ſoꝛoꝛes nō recipiāt poſſeſſionē aliquā. x. cpm.

Cum ſecūdū foꝛ=
mā vite abbatiſſe ⁊ oēs ſoꝛo=
res teneātur ſanctā paupꝛe=
tatē quā dn̄o deo ⁊ btō Frā=
ciſco ꝓmiſerūt obſeruare ſcꝫ
in nō recipiēdo ſeu habēdo poſſeſſionē vel
ꝓpꝛietatē per ſe vel per aliā interpoſitam
perſonā vt aūt pꝛedictā paupꝛtatē diligētiꝰ
⁊ perfectius poſſint cuſtodire ac in non re=
cipiendo ſeu habendo poſſeſſionem vel pꝛo
pꝛietatē ſtrictius ⁊ purius ſe habere. Inhi
bemus per obedientiam eiſdem ſoꝛoꝛibus
ne domum ad locādum terram ſiue oꝛtum
ad colendum pꝛatum ad ſecandum vineam
ſiue aliquid aliud ad laboꝛandum quouiſ=
modo recipiant aut poſſideant. Item he=
reditates redditus ānuos pēſiones elemo
ſynas perpetuas nullatenus habeant vel
recipiant per ſeipſas vel per interpoſitam
perſonam. Preterea granaria ſiue cellaria
de emptis vel mēdicatis ſeu aliter acꝗſitis
ita grādia ⁊ copioſa vt de eis aliquid vēdāt
vel ꝙ per annum integrum abſꝗ mendica
tione poſſint tranſigere vitam ſuam repu=
gnat paupꝛtati eaꝝ. Inſuper boues greges

ouium/ſiue armenta pecorum nūq̄ʒ habeat ne cyphos ſcutellas vel aliquid aliō vas de auro vel de argento vel de quacūq̄ʒ alia re precioſa. Item theſaurizatio auri vel argenti lapidum precioſorum ceterarum quarumcunq̄ʒ rerum/⁊ oīs ꝯgregatio vł ꝓuiſio que poſſit durare vltra annū hec inq̄ʒ omnia ſunt eis interdicta. Ceterū volumus ꝙ in omni ſuperlectili ipſarū tā in vaſis q̄ʒ in veſtimentis ſeu in quibuſcūq̄ʒ aliȷ̄s omnis curioſitas et ſuperfluitas euitetur et in ipſis ſancta paupertas reluceat et appareat et in vſu neceſſitas ſicut decet ſanctiſſime paupertatis ſectantes. Item volumus ⁊ ordinamus ꝙ de legatis ſororibus in vltimis voluntatibus decedētium fiat in modum ſecundū quem ordinauit dominus Nicolaus papa. iiȷ̄. in declaratione regule fratrum minorum fieri ab ipſis fratribus Inſuper cuʒ vite forma dicat ꝙ ſorores nichil ſibi approprient nec domum nec locum nec aliquam rē. et per dominum Nicolaum papam. iiȷ̄. et Clementem. v. et nonnullos alios ſummos pontifices ſit declaratum in declarationibus regule fratrum minorum ꝙ expropriatio ſeu abdicatio omnium rerum quam dicti fratres faciunt debeat intelligi et ſeruari tam in ſpeciali q̄ʒ etiam in cōmuni. Noſq̄ʒ circa hunc articulum veſtigiȷ̄s inherentes predictorum prefatam expropriationem ſeu abdicationem proprietatis omniuʒ rerum quam propter deum ſorores faciunt ſicut meritoriam et ſalutiferam et eterna retributione dignam Volumus et mādamus tam in ſpeciali q̄ʒ in communiītegre et inuiolabiliter ab omnibus dictis ſororibus preſentibꝰ ⁊ futuris obſeruari. Poſſūt tamen dicte ſorores ſana conſcientia habere vſū ſimplicē et ius vtēdi olm reꝝ eis ſcđm formā vite ꝯceſſaꝝ vel illaꝝ q̄ ipſis in eadem nō ꝓhibētur ſine tñ appropriatiōe aliqua ſicut ſūt vſus neceſſarioꝝ ꝓ celebratiōe ⁊ manutētiōe ſeruitiȷ̄ diuini ꝓ habitatiōe ⁊ ſuſtētatiōe corpis hūani et ꝓ executione officioꝝ ⁊ negotioꝝ eis ſcđm eandeʒ formā vite ⁊ ſacre religiōis neceſſariarum Pñt etiā ꝓ trāſigēdo vitā ſuā in agone ꝑſentis militie de hiȷ̄s q̄ eiſdē offerūtur liberaliter et de hiȷ̄s q̄ ꝓ ipſis mēdicātur/⁊ q̄rūtur hūiliter ac etiā de hiȷ̄s q̄ ab ipſis acq̄rūtur ꝑ laboriciū dūmodo illa ſint oblata q̄ſita data ſiue habita nō apte diſſonarēt ⁊ ſtatui pauptatis ⁊ religiōis ipaꝝ hře ius vtēdi ⁊ ſimplicē facti vſū. Preterea ordinamꝰ ꝙ de rebꝰ vł elemoſinis in paticulari datis vel miſſis ſororibus diſtribuatur indigentibus in particulari vel in cōmuni ſcđm ꝙ bonum videbitur abbatiſſe. Nec volumus licere alicui ſorori per illud q̄đ ſibi fuerit datum vel miſſum a parētibus vel ab aliȷ̄s poſſit ſorori indigenti cōmunicare vel alicui perſone extra conuentum dare vel mittere ſine beneplacito ⁊ expreſſa licentia abbatiſſe vel eius vicarie Inſuper volumus ꝙ in debitis contrahendis ſorores ſe habeant ſemper ⁊ vbiq̄ʒ ſicut in forma vite continetur. Item precipimus ꝙ caueāt ſe omnimode a magnitudine et multitudine edificiorum ⁊ a ſumptuoſitate eorundeʒ. Sed ſint contente in temperatis et humilibus edificiȷ̄s.

¶ De infirmis ſororibꝰ. xj. capitulum.

ORdinamꝰ ꝙ quādocūq̄ʒ ꝯtinget aliquā ſorores infirmari grauiter vel debilitari abbatiſſa vł eius vicaria teneaꝫ eidem infirme ſtatim prouidere de ſeruitio oportuno. Sorores aūt ſeruitiȷ̄s īfirmaꝝ vel debiliū deputate caueāt ne ī officiȷ̄s ſibi ꝯmiſſis defectū notabilē faciāt ſʒ hūilr ⁊ deuote in feruore caritatis ſeruiāt eis ſicut vellēt ſibi ſeruiri ſi ita infirme eēnt Abbatiſſa etiā dūmō nō fuerit legittime occupata oī die ſaltē ſemel teneaꝫ viſitare īfirmas ſorores dū actu grauiter īfirmātur ⁊ ī abſētia eiꝰ vicaria ipſiꝰ facere teneaꝫ Itē ꝙ ꝓpł eaꝝ īcuriā nulla ſoror īfirma defectū habeat in ſua īfirmitate ſcđʒ eaꝝ poſſibilitatē Caueāt aūt abbatiſſa ⁊ eiꝰ vicaria ne ꝯſiliū ꝓ ſanitate habēda ſoroꝝ īfirmaꝝ petāt ab aliquo medico vł cirurgico ſiue barbitōſore niſi a catholicis ꝑſonis ⁊ ſꝑ a magiſ deuotis q̄ poteſt bono modo reperiri ꝓ remedio hñdo Nec aliq̄s ꝑdictoꝝ ītrare clauſurā ꝑmittaꝫ niſi vrgēte neceſſitate vel īfirmitate et ſemꝑ aſſociati ſint taliter ītrātes debito modo ita ꝙ abbatiſſa vel eiꝰ vicaria vel alie due vł tres de diſcretiſ ꝯuētꝰ ſint ꝑñtes donec foras egrediantꝫ. Itē ſi ꝯtingat aliquā ſororē vł pleſ aliq̄ graui ⁊ ꝯtagioſo ac ꝓlixo morbo languere vtē lepra īſania capitiſ vł aliq̄đ ſilē ꝓpter ꝙ taliter īfirme nō poſſēt ſine ꝑiculo cū aliȷ̄s reſidē ꝓuideaꝫ eis de camera ſepata īfra clauſurā ⁊ de mō ſeruiēdi talibꝰ īfirmātibꝰ ꝓut caſꝰ ⁊ īfirmitas req̄rit ita ꝙ nulla clauſurā vnq̄ʒ exeat niſi alit fuerit cōſuetꝰ Inſuꝑ hortamur oēs ſorores ī diīo pñtes ⁊ futuras q̄tenꝰ ꝓpł deū nō refutēt ſuſcipere hūilit talibꝰ ⁊ deuote ſicut fuerit neceſſe

Si vero aliqua abbatiſſa vel vicaria ſeu ali
que alie in ſeruitijs infirmarū deputate nō
ꝓuideāt ſecundum poſſibilitatem ⁊ facul=
tatem loci ⁊ qualitatem infirmātis ſiue ꝯdi
tionē de cōſilijs ⁊ cibarijs ⁊ alijs neceſſarijs
accuſentur ab omnibus corā viſitatore dū
viſitat ⁊ ſicut nimiū crudeles grauiter pu=
niātur ſi defectū notabilē cōmiſerint in ſer=
uitio infirmarū. Cōtinetur quoq̧ in forma
vite ꝙ ſorores que ſūt infirme. i. ſcđm dn̄m
Innocentiū papā quartum que non multū
graui infirmitate laborāt in ſaccis cum pa
leis iaceāt ⁊ habeant ad caput capitalia de
pluma. Sed ſi forte aliqua vel alique graui
vel prolixo morbo laborare cōtingeret ali
ter oporteret prouidere ſecundum deum ⁊
cōſilia bona diſcretarū. Ideo volumus ⁊ or
dinamus ꝙ quādocūq̧ ꝯtingeret aliquam
vel aliquas infirmari grauiter aliquo mor
bo graui ⁊ prolixo abbatiſſa vel eius vica=
ria de cōſilio diſcretarū prouideat vel proui
deri faciat talibus infirmātibꝰ de culcitra
et alijs neceſſarijs ad requieſcendum ſecū=
dum formam vite ipſarum ſi ſecundum re=
ctas et bōnas cōſcientias earum videbitur
infirmitati ſic infirmantis vel infirmātium
expedire et eaſdem ſic infirmas in eadem
culcitra modo conuenienti ⁊ humano fa=
ciant requieſcere ſicut ſue infirmitati fue
rit oportunum Prouideant etiam dili=
genter abbatiſſa vel eius vicaria ſeu ſoro=
res alie deputate in ſeruitio infirmarum
ꝙ quādocūq̧ continget aliquā vel aliquas
ab hac luce migrare ꝙ in hora mortis mo=
riens ſit induta habitu ordinis ⁊ cincta cor=
da et velo in capite ſi fieri bono mō poſſit ⁊
taliter induta ſepeliatur. Item in eadē for
ma vite habetur et que indigēt pedulis la
neis ⁊ culcitris vti poſſunt que verba ſunt
diſpēſatoria quando neceſſitas hoc requi
rit. Quapropter ordinamus ꝙ nulla ſoror
cuiuſcunq̧ conditionis vel officij exiſtat tē
pore bone ſanitatꝫ pedulos laneos nec cul=
citras habere poſſit nec vti eiſdem niſi ſit
actu indigens. Nec talis indigentia per
quālibet debet arbitrari ſed per abbatiſſā
cū conſilio diſcretarum vel maioris partis
numeri earūdem. Que cū viderint aliquā
vel aliquas manifeſte indigere calciamen
tis vel fuerit de hoc requiſita ab eiſdem ꝙ
diſpenſet cum eis tunc ſi eidem abbatiſſe ⁊
diſcretis iuſtū ⁊ rectum viſum fuerit proui
de conſideratis conditionibus perſonarꝫ
varietate temporum ⁊ locorum ꝙ debeant
cum eis diſpēſare diſpenſent ꝙ poſſint por
tare pedulos laneos ſiue calciolos durante
neceſſitate. Et ſi maior vrgeret neceſſitas
ꝙ poſſint portare ſoleas de corio cū pedu=
lis laneis vel calciolis de pāno.

¶ De occupationibus ſororū. xij. capl'm.

CUm forma vite
dicat ꝙ ſorores quibus dedit
dn̄s gratiā laborādi poſt ho=
ram tertie laborent. Ut autē
hoc iugiter melius ab omnibꝰ
obſeruetur volumus ꝙ ſorores ꝓpter deū
officia humilitatis ⁊ charitatis non recu=
ſent ſed cum eis aliqua a matre abbatiſſa
vel eius vicaria fuerint iniuncta ꝓ cōmuni
vel pro particulari vtilitate cōuētus eadē
officia vel opera ſine murmuratione ſeu cō
tra dictione quacūq̧ ⁊ voluntarie ⁊ dulciter
acceptent ⁊ cum diligentia fideliter et deuo
te perficiant ſicut fuerit eis imperatū. Nec
aliqua ſoror pallio negligentie ſiue tepi=
ditatis vel ſuperbie quando ſibi aliquid a
predictis modo predicto iniūgitur ſe cōte=
gat dicendo dn̄s non dedit michi gratiam
hoc vel hoc faciendi ſeu operandi dū tamē
ſana mente ⁊ corpore fuerit: ſed voluntati
precipientis ſe obtemperet ſicut decet obe
dientie ſancte profeſſores. Cauere etiā de
bent abbatiſſe ⁊ earū vicarie ne alicui ſorori
aliquid precipiant quod ꝓbabiliter ⁊ clare
ſciant eam neſcire vel non poſſe perficere.
Et quia in predicta clauſula forme vite cō=
tinetur poſt horam tercie. Nos tamen cōſi
derantes ſtrictam paupertatem dictarū ſo
rorum et neceſſitates et indigentias quas
poſſent habere cōcedimus quod ſi aliquod
negocium ante horam predictam in cōuen
tu adueniat quod ſit neceſſarium vel cōue
niens ad perficiendum ꝙ abbatiſſa vel eiꝰ
vicaria poſſit precipere cui voluerit ꝙ illū
faciat vel perficiat ſi opus iam ſit inceptuꝫ
Item volumus ꝙ indilate poſt miſſam vel
horam terciarum pulſetur pro labore/ ⁊ tūc
omnes ſorores que non habent excuſatio=
nem legitimam vadant ad facienda opera
eis iniuncta. Item iniungimus dictis ſo=
roribus ꝙ de cetero nulla ipſarum audeat
ſeu preſumat agere vel perficere aliquam
operationem pro ſuo ordine vel pro quacū
q̧ ꝑſona cuiuſcūq̧ cōditiōis exiſtat de qua
cūq̧ materia de qua poſſint iuſte de vanita
te vel curioſitate notari. Et huiuſmodi ope
rationes ſi quas contigerit per ſorores fie=
ri anteq̧ acceptētur vel incipiātur/ ꝓfitētur
integraliter abbatiſſe vel eius vicarie que
vtrum illud ſit licitum facere ſororibus de
beat arbitrari ⁊ ſine eius beneplacito ⁊ vo

luntate nichil fiat de dicta operatione. Et
quecunqꝫ ſoror contrariū fecerit puniatur
ſm arbitriū abbatiſſe vel eius vicarie Pre
terea ordinamus ꝙ oēs ſorores tā pñtes
ꝗ̄ future ab oībus iocis ſpacialibus ⁊ etiā
a ludis quibuſcūqꝫ vanis et mūdanis qua
rūcunqꝫ rerū ſemꝑ et vbiqꝫ ſe abſtineāt Sꝫ
ꝗ̄cunqꝫ fuerint due vel tres vel plures in
vnū congregate ſemꝑ de deo loquātur ad
inuicē vel de vita ſanctoꝝ vel ſanctarū vi-
roꝝ vel defunctoꝝ vel de hiis q̄ pertinēt ad
ſalutē aīe vel de negocijs bonis honeſtis ⁊
vtilibus ab ocioſis nociuis ⁊ laſciuis v̄bis
penitus abſtinēdo ſicut decet xp̄i ancillas ⁊
obſeruatrices ſācti euangelij et ſācte reli-
giōis profeſſores. Inſuꝑ inhibemus dictiſ
ſororibus ne aliquos libros in cōuentibus
ſuis ſeruēt ſeu habeāt legāt ſcribāt vl' ſcri
bi faciant in quibus continentur expreſſe
vel occulte vanitates et carnalitates ſiue
mundanitates perſonarum. Liceat tñ om-
nibus cōuētibus habere ī cōi ſāctos libros
pro ſolacio et ꝓfectu animarū: q̄ ī particu-
lari et in gn̄ali ⁊ ī mēſa legāt ſm diſpoſitio
nē ⁊ ordinationem abbatiſſe.

¶ De correctiōe delinq̄ntiū. 13. capl'm.

ORdinamus ꝙ in
quolibet cōuentu abbatiſſa ⁊ in
eius abſencia vicaria moneant
et corrigāt humiliter et caritatiue ſorores
ſuas ne ꝓpter negligētiā admonēdi et cor
rigēdi ipſas in trāſgreſſiōis et remiſſionis
foueā illabātur. Itē ꝙ predicte preſidētes
in hmōi admonitiōe et correctiōe vt dictū
eſt verā caritatē et dulcē humilitatē ſeruēt
Caueāt tñ ne ſub ſpecie humilitatis ⁊ mā-
ſuetudinis remiſſionē ſeu laxationē delin-
q̄ntibus ſubminiſtrēt ⁊ ne ſub vmbra cari-
tatis ſ̄e carnalitatē corꝑis ſeu crudelita-
tē aīarū oſtendāt. Sꝫ oēs ſine dr̄ia ſm ea-
rū defectus equal'r puniant' vt opꝫ Et ſi ca
ſus (qđ abſit) euenerit ꝙ aliqua ſoror adeo
graue ⁊ enorme pctīn ꝯmitteret exponēdo
aīam ſuā ꝑditiōi et ordinē ſuū ꝯfuſioni Et
ꝑſonaꝝ quarūlꝫ ꝑſertim femiei ſexꝰ nobꝫ ꝛ
apꝉice ſedi deuotaꝝ ac ſb ſuaui religiōis iu-
go altiſſio famulātiū benigne ānuimꝰ Eaq̄
libēter ꝓſeq̄mur fauore gr̄e ſpūꝉ exponi nob
nuꝑ feciſtꝫ q̄ vos ab aliq̄ tpe citra miniſtro
frācie ordis ffꝫ mioꝝ iuxta morē dicti ordis
ſb cuiꝰ cura degitꝫ ſuadēte ꝛ volēte rꝉarē ꝛ
reformatā vitā ducē ꝓpoſuiſtꝫ Illāq̄ iuxta
vr̄e ꝓfeſſiōis ꝛ rꝉe formā vcꝫ ſb obia pauꝑ-
tate caſtitate ꝛ ꝑpetua clauſura ac dcti mini-
ſtri cura viuēdo ſuare cepiſtꝫ ꝛ de ceto ꝑpe-
tuo ſuare itēditꝫ: lꝫ vitā rꝉarē hmōi i vr̄is
monaſteriis tpe igreſſꝰ vr̄i ꝛ ꝓfeſſiōis ꝑ vos
i ipo ordie ſctē clare emiſſe a maiori ꝑte mi-
nime ſuari iuenéritꝫ. Et q2 nōnulla i rꝉa vꝉ
ꝯſtitutionibꝰ dicti ordis. reꝑiunꝉ q̄ tpe igreſſꝰ
vr̄i nō obſuabāꝉ nec etiā de pñti a vob: vꝉ
ob debilitatē deficiētꝫ nature vꝉ q2 ad talia
aſſuete nō eſtꝫ: vꝉ ex aliis rōnabilibꝰ cāis cō-
mode ſuare nō poſſetꝫ ꝓpꝉ q̄ nō ꝑuū ſcrupu-
lū i vr̄is ꝯſciētiis ſuſtietꝫ. Pro ꝑte vr̄a nobꝫ

fuit humiliter ſupplicatū: vt ſerenitati con
ſcientiarum veſtrarum ſalubriter conſule
re: aliiſq; vobis in premiſſis oportune pro
uidere de benignitate apoſtolica dignare
mur. Nos huiuſmodi ſupplicationibus in
clinati dictum ordinem ſancte clare pro-
feſſis q̄ ante monaſterioꝝ vr̄oꝝ reforma-
tionem regulam hm̄oi non obſeruabat; vt
carnes tribus diebus cuiuſʒ ebdomade:
vcʒ dominica tercia et quinta feria edere
ac condimento ciborum cum pinguedine
omni tempore exceptis ſextis ferijs et ſab
bato ac alijs temporibus a regula veſtra ⁊
ab eccl'ia vniuerſal'r ꝓhibitʒ vti valeatʒ. Et
vt etiam reliqua principalia inſtituta vr̄a
melius ſeruare poſſitis ꝙ de cetero ad ab-
ſtinentiam ouorum caſei et lacticiniorum
ac obſeruanciam ſilencij ad quas alie ſoro
res prime r'le ſācte clare ſub reformatione
ſororis colete viuentes in eadem prouicia
non aſtringuntur. Nec vos etiam teneami
ni nec obligate ſitis: vbi et q̄diu duntaxat
miniſtro vr̄o placuerit vel nō cōtradixerit
Quiq; oībus ⁊ ſingulis gracijs priuilegijs
ſpūalibus ⁊ temporalibus alijs monialib⁹
dicti ordinis ſancte Clare in ꝓuincia ⁊ ſub
reformatione ſororis Colete hm̄oi viuenti
bus a Fe. re. Sixto. iiij. ⁊ alijs romanis pō-
tificibus predeceſſoribus noſtris ac etiā a
nobis forſan ꝯceſſis vti valeatis auctorita
te apoſtolca tenore preſentiū de ſpecialis
dono gratie indulgemus/ac gratias ⁊ pri
uilegia hm̄oi ad vos extēdimus: ita ꝙ illis
vti ⁊ gaudere poſſitis/ac ſi vobis ſpecifice ⁊
expreſſe ꝯceſſa fuiſſent. Quiq; eccleſias vr̄as
vel certa altaria aut loca a ſuperiorib⁹ ve-
ſtris deputāda temporibus vel diebus pro
ſtatiōib⁹ ⁊ alijs indulgētijs eccl'aꝝ romane
vrbis promerendis ordinata viſitādo ⁊ co
ronā beate marie virginis. ſexaginta tres
ſalutatiōes angelicas ⁊ ſepties orationem
dn̄icam ꝯtinentē: vel alia ſuffragia a dictis
ſupioribus vr̄is ordinā̄da vobis recitādo:
orōnes ⁊ ſingulas indulgētias ⁊ peccatoꝝ
remiſſiones conſequamini/quas conſequi
poſſetis ſi eiſdem temporibus ⁊ diebus ec
cleſias ſtationum et aliarum indulgentia-
rum vrb̄ huiuſmodi et extra muros ei⁹ ad
id deputatas perſonaliter viſitaretis au-
ctoritate et tenore premiſſis. Non obſtañ.
premiſſis et conſtitutionibus ac ordinatio
nibus apoſtolicis necnon ſtatutis et con-
ſuetudinibus monaſteriorum et ordinis
ſancte Clare pridem iuramento confirma
tis/apoſtolica vel quauis firmitate alia ro
boratis ceteriſq; contrarijs quibuſcunq;
Datum rome apud ſanctum petrum ſub
anulo piſcatoris die ſextadecia Junij mil-
leſimo quingenteſimo octauo Pontificat⁹
noſtri anno quinto.

Sic ſignatum

Joh. Carrotius. ¶ Et ad dorſuʒ
dicti breuis ſic ſcribebatur.

¶ Dilectis in chriſto filiabus abbatiſſis
monialibus monaſteriorum ordinis ſan-
cte Clare Urbaniſtarum ſeu Minoriſſarū
nuncupatis ſub cura Miniſtri Francie or
dinis minorum degentibus.

¶ Finis adeſt (auſpice deo) primi tractatus hui⁹
quinte partis In quo q̄ precipue Secūdū ordi-
nem diui Franciſci vcʒ ſancte Clare
concernunt ſeriatim ponūtur
¶ Laus regi xp̄o v̄ginū
ſponſo.

¶ Modus viuẽdi ſiue regula fratrũ ⁊ ſororũ ter
cij ordinis beati Frãciſci vcz. De penitẽcia nũcupati vna
cũ quibuſdã modernis ⁊ alijs paucis ipſius ordis ſtatutis
reformationibus, declarationib⁹ ⁊ ordinationib⁹/maxime
pro viuẽtibus collegialiter ⁊ tria vota ſol. faciẽtibus editis
et auctoritate apl'ica roboratis. Necnõ etiã cũ annotationi
bus grãꝝ priuilegioꝝ ⁊ indultoꝝ apl'icoꝝ: ⁊ cũ alijs ad ꝯmẽ
dationẽ ⁊ declarationẽ ipſius ſtatus additis: quib⁹ ordo iſte
tãtus magis regulat̃/ſolidatur/ꝯmẽdat̃ atq; firmatur



O frãciſce dux tuoꝝ tu hũc gregẽ puſilloꝝ tuis foue meritis
Ut ĩ regno ſim⁹ illo, qđ ſũmo gregi puſillo pr̃i dare placuit.

¶ Tercius ordo beati Franciſci de penitentia nuncupata



# ¶ Prologus huius ſecū-
di tractatus partis quinte ⁊ vltime ad ter
cium ordinē beati Franciſci de penitentia
nuncupati magis ſpecialiter ⁊ expreſſe ſpe
ctantis.



Reterea qꝛ
intētum collectiōis
huius operis ⁊ fir-
mamētoꝝ nō tantū
ad primū ⁊ ſecundū
ſed etiā ad tercium
ordinem beatiſſimi
pr̄is nr̄i Frāciſci de
penitētia nūcupati
et ipſius vtilitatem
dirigitur cuius viſitatio ⁊ gubernatio ſiue
regimē principale tā ex regula ipſoꝝ ꝙ ex
diuerſis determinationibus ⁊ litteris apo
ſtolicis ordini iſti minoꝝ precipue cōmitti
tur. Ideo ꝑ āplius ⁊ expreſſius in hac vlti-
ma parte ⁊ tractatu de hiis que ſpecialiter
et immediate ſpectant ad ipſum ordinē ter
cium congrue tractādum eſſe cenſemus. ad
ipſius ordinis ſanctiſſimi vtilitatem ⁊ cō-
mendationem atqꝫ declarationem necnon
et ad ipſius ꝯgruētiorē promulgationem ⁊
regimē atqꝫ firmitatē. Nam lꝫ ordo iſte ſā
ctus quaſi vbiqꝫ terraꝝ iam ſit multiplica-
tus et innumerabiles produxerit aliqnos
ſanctos ⁊ ſanctas beatos ⁊ beatas: etiā di-
uerſis ⁊ mirandis miraculis choruſcātes
et ex quibus plures iam in ſancta dei eccle
ſia canoniſati ſunt: multos ꝗꝫ habeat filios
et filias quaſi vbiqꝫ terraꝝ in ſāctis penitē
tie operibus in hac tercia crucifixi dn̄i no-
ſtri ieſu xp̄i ⁊ ſerui ſui Frāciſci plagiferi mi-
litia domino deo deſeruientes: tamen mul
to plures haberet vbiqꝫ ſi tanta ipſius ſpi-
ritualia bona ⁊ qualitates hmōi ſtatus et
modi viuendi plenius intelligerētur ⁊ elu-
cidarentur. Quapropter vt tantum lumen
tanqꝫ ſuper candelabrum congruenter po-
ſitum in ſancta dei eccleſia patentius elu-
ceſcat ad multoꝝ vtilitatem ⁊ vt cōgruen-
tius regi poſſint ⁊ ad oē bonum induci di-
gnum ⁊ neceſſarium fore videtur: ea que ad
hec facilit neceſſaria ſunt in palā deducere.
Monendo tamen illos ⁊ illas qui ⁊ que al-
tius ⁊ altiori atqꝫ perfectiori gradu euan-
gelice perfectionis in primo vel ſecūdo ordi
ne deo deſeruire poſſunt ⁊ ad hoc a dn̄o vo
cātur. ne per hec a ſancto ſublimiori ꝓpo-
ſito ⁊ tāta dei inſpiratione ⁊ vocatione ali-
quatenus retrahātur vbi poſſibilitas ⁊ fa-
cultas adeſſet: cum principalis intētio ſera
phici patris noſtri Frāciſci: ipſum ordinem
inſtituētis: ymo ⁊ dn̄i dei inſpirātis ad hec
retardāda nō fuerit: vbi locoꝝ ⁊ monaſterio
rum cōgruoꝝ facultas adeſſet: ſed potiꝰ ad
prouidēdū ceteris xp̄i fidelibus qui vel ma
trimonio ligati vel debilitate corporis aut
ſenio detēti vel officiis aut dignitatibꝰ ſpi-
ritualibus aut ſecularibus vel tēporalibus ꝓ
vtili ⁊ neceſſario regimine populi xp̄iani ⁊
ouiū xp̄i ⁊ eccl'ie ſancte neceſſario ⁊ legitti-
me prepediti alios ordines prefatos cōmo
de non poſſunt intrare nec altiora ſectari.
Qui iſtū publice ⁊ ſecrete iuxta eoꝝ deuo-
tionē ⁊ arbitriū aſſumere ⁊ tenere i quocūqꝫ
ſtatu vel dignitate aut etate fuerint poſſūt
prout in ſimili innumerabiles quaſi beati ⁊
ſancti miraculis choruſcantes ⁊ alii multi
non inferiores illis coram deo feciſſe etiam
publice in exemplum ceterorum ⁊ indies fa
cere noſcūtur: militiā xp̄i ⁊ ſerui eius beati
Frāciſci hoc modo eligētes ⁊ accipiētes ſub
qua ceteris adiūcti: cōtra quoſcūqꝫ ſpūales
hoſtes fortiores ⁊ in agēdis doctiores/cau
tiores/atqꝫ prudentiores/eſſe ⁊ tādē cū ele
ctis dei ꝑpetuo regnare poſſint ⁊ valeant.

¶ Huius igitur quinte ꝑtis tractatuli ſc̄bi
cōtinētis breuis ſequitur ⁊ eſt talis vcꝫ.

¶ Modus ⁊ forma viuendi ſiue regula ter-
cii ordinis beati Franciſci de penitētia nū-
cupati nuper rome ſuꝑ originali bulla ſtu-
dioſe emendata ⁊ correcta adiūctis dūtaxat
titulis capitulorum.

¶ Modus recipiendi fratres ⁊ ſorores ad
ordinem ipſum ⁊ ad profeſſionem cum for-
ma verboꝝ profeſſionis.

¶ Quedā extracta ex ſtatutꝫ modernis triū
ordinū btī Frāciſci auctoritate ap̄lica ⁊ ca
pituli gn̄aliſſimi roborata q̄ magis faciunt
ꝓ vtili regimine ipiꝰ ordīs ꝑſertim frm ⁊ ſo
roꝝ collegialr̄ viuētiū ⁊ tria vota emittētiū.

¶ Breuis declaratio maximaꝝ gratiaꝝ ⁊
indulgētiaꝝ fratribus ⁊ ſororibꝰ hmōi ter-
cii ordinis ꝯceſſaꝝ cū ſūmariis declarationi
bus ⁊ annotationibꝰ priuilegioꝝ ⁊ bullaꝝ
ap̄licaꝝ ipi ordini a ꝑncipio ordīs vſqꝫ nūc
magis ſpecialiter ⁊ exꝑſſe ꝯceſſaꝝ ⁊ q̄bꝰ or-
do ipe ſcītūs magis approbatur ⁊ firmatur.

¶ Amplior ⁊ prolixior declaratio qualita-
tis ⁊ perfectionis ſanctiſſimi ſtatus penitē
tium ex operibus Reuerēdi patris fratris
Bernardini de buſtis viri doctiſſimi ⁊ pre-
dicatoris egregii collectis.

## ¶ Explicit Prologus

Modus ⁊ forma viuẽdi ſiue regula fratrũ ⁊ ſoroꝝ tercij ordinis beatiſſimi patris noſtri Frãciſci de penitẽtia nũcupati per Nicolaũ papã. iiij. ordinata ſeu autẽticata ⁊ ꝯfirmata ſub bulla i hac forma prout nouiter Rome accepta ⁊ diligẽter collacionata fuit ſuper ipſa originali bulla plũbea quã reſeruat Reuerẽdiſſimus pater generalis miniſter triũ ordinũ ipſius patris noſtri Franciſci atq; ab erroribus quorũdã ipſi⁹ trãſumptoꝝ (vicijs ſcriptoꝝ vel impreſſoꝝ in multis corruptoꝝ) emendata ⁊ purgata extitit.

Nicolaus Ep̃s ſeru⁹ ſeruoꝝ dei Dilectis filijs fratribus ⁊ dilectis i xp̃o filiabus ſororib⁹ ordinis fratrũ de penitentia tã p̄ſẽtibus ꝙ̃ futuris Salutẽ et apoſtolicã bñdictionẽ. Supra mõtẽ catholice fidei quã populos gẽtiũ qui ambulabãt in tenebris diſcipuloꝝ xp̃i ſincera deuotio igne et caritatis exeſtuãs verbo ſollicite predicationis edocuit quã q; romana tenet ⁊ ſeruat eccl'ia ſolidũ xp̃iane religionis poſitũ noſcitur fũdamẽtũ nullis vnq̃ cõcutiendũ turbinibus nullis quaſſandũ fluctibus tempeſtatũ. Hec e͛ etenĩ recta veraq; fides abſq; cuius ꝯſortio nemo in ꝯſpectu altiſſimi acceptus redditur nemo gratioſus occurrit.

Hec eſt que ſalutis ſemitã p̄parat ⁊ felicitatis eterne premia gaudiaq; pollicetur. Ideoq; glorioſus xp̃i ꝯfeſſor btũs Frãciſc⁹ huius ordinis inſtitutor viam aſcẽdẽdi ad dñm v͛bo p̄iter ⁊ exẽplo demõſtrãs i ipſius ſinceritate fidei ſuos filios erudiuit eoſq; illã ꝓfiteri ꝯſtãter tenere firmiter ⁊ ope voluit adimplere: vt ꝑ eius ſemitã ſalubriter īcedẽtes mererẽtur poſt vite p̄ſẽtis ergaſtulum eterne beatitudinis effici ꝓfeſſores.

De modo examinandi volẽtes intrare ordinem. Primum capitulum.

Nos igitur ordinẽ ipſum oportunis fauoribus ꝓſequi ad eius augmẽtum benignius intẽdentes ſtatuimus vt omnes quos ad ſeruãdum huiuſmodi vite formã aſſumi ꝯtigerit ante aſſũptionẽ ſeu receptionẽ ipſoꝝ de fide catholica ⁊ obẽia erga prefatã eccl'iam diligẽti examinationi ſubdãtur. Et ſi eas ꝓfeſſi firmiter fuerint vereq; crediderint admitti ſeu recipi tute poterũt ad eãdẽ. Precauẽdũ eſt tñ ſollicite ne q̃s hereticus vel ſuſpectus de hereſi aut etiã infamatus ad vite obſeruationẽ ipſius quolꝫ admittat̃. Et ſi talẽ inueniri ꝯtigerit extitiſſe receptum aſſignet̃ ille q̃tocius inquiſitoribus prauitatis heretice puniendus.

De forma recipiendi volẽtes intrare ordinem. Scdm capitulum.

Cum aũt fraternitatẽ hmõi q̃s intrare voluerit miniſtri ad receptionẽ taliũ deputati eius officiũ ſtatũ ⁊ ꝯditionem ſolerter explorẽt ſibi fraternitatis eiuſdem onera ⁊ p̄cipue alienoꝝ reſtitutionẽ apertius exponẽtes. Quib⁹ p̄miſſis ſi eidẽ placuerit iuxta modũ hmõi induatur: ⁊ de alienis ſi qua fuerint apud eũ ſatiſfacere ſtudeat i pecunia nũerata vl' ſm exhibitã pignoꝝ cautionẽ ſeq; nihilominus p̄ximis recõciliare ꝓcuret. Quib⁹ oĩb⁹ ad effectũ ꝑductis poſt vni⁹ anni ſpaciũ cũ aliquoꝝ diſcretoꝝ frm cõſilio ſi is videbit̃ ipſis ydoneus recipiat̃ hoc mõ vꝫ vt ꝓmittat ſe diuina p̄cepta oĩa ſeruaturũ ac etiã ſatiſfacturũ vt ꝯuenit de trãſgreſſionib⁹ quas ꝯtra hũc viuẽdi modũ cõmiſerit cũ interpellat⁹ ad viſitatoris extiterit volũtatẽ. Et hmõi ab eo facta ꝓmiſſio ꝑ manũ publicã in ſcriptis inibi redigatur Alio aũt modo null⁹ a miſtris recipiat̃ eiſdẽ niſi viſũ eis aliter fuerit ꝯditione ꝑſone ac ipſius inſtãtia ſollicita ꝯſideratiõe diſcuſſis. Ordinam⁹ preterea ſtatuẽtes vt null⁹ poſt ipſius fraternitatis ingreſſũ eãdẽ egredi valeat ad ſecl'm reuerſur⁹. Poſſit tñ hẽre trãſitũ liberũ ad religionẽ aliã approbatã. Mulieribus v͛o viros hñtibus niſi de ipoꝝ licẽtia ⁊ conſenſu non pateat ad conſortium dicte fraternitatis ingreſſus.

De forma habitus ⁊ qualitate indumentorum. Tercium capitulum.

Fratres inſuper ipſius fraternitatis de humili panno i p̄cio ⁊ colore nõ ꝓrſus albo vl' nigro ꝯmuniter veſtiãtur niſi fuerit ad tps in p̄cio ꝑ viſitatores de ꝯſilio miniſtroꝝ ob cauſã legittimã ⁊ apparẽtẽ cũ aliquo diſpẽſatũ. Clamides q̃q; ac pelleis abſq; ſcolatura ſciſſas vel integras affibulatas tñ nõ patulas vt cõ-

gruit honeſtati: clauſaſq manicas fratres habeāt ſupradicti. Sorores etiam clamide induantur: et tunica de hm̄oi humili pāno factis vel ſaltē cū clamide habeāt guarnellū ſeu placentiuū coloris albi vel nigri aut paludellum amplum de canapo ſiue lino abſq̄ vlla criſpatura conſutū. Circa humilitatē vero pāni et pellitiones ſororꝝ ipſarum iuxta conditionē cuiuſꝫ eorundeꝫ ac loci conſuetudinē poterit diſpenſari. Bindis et ligaturis ſericis non vtantur pelles dūtaxat agninas burſas de corio ⁊ corrigias ſimplr̄ abſq̄ ſerico vllo fctās ⁊ nō alias tāffes habeāt ꝙ ſorores: depoſitis ceterꝭ iuxta beati petri aplоꝝ pͥncipis ſalubre cōſiliū vanis huius ſeculi ornamentis.

¶ Q̄ꝫ nō vadāt ad inhoneſta cōuiuia ⁊ ſpectacula ⁊ q̄ hyſtriōib⁹ nō dent. Capi. 4.

Sit eis ad inhoneſta cōuiuia vel ſpectacula ſiue curias ſeu coreas acceſſus penit⁹ interdict⁹: hiſtrionibus ſeu vanitatis ītuitu nichil donent. Et ne q̄cq̄ illis donet a ꝓpria familia prohibere procurent.

¶ De abſtinēcia et ieiunio Cap. 5.

Ab eſu autem carniū ſcda/ quarta ⁊ ſexta feria: dieq̄ ſabbati abſtineāt vniuerſi niſi aliud infirmitatis vel debilitatis inſtācia ſuadeat. Minutis vero per triduū carnes dent nec ſubſtrahāt in itinere cōſtitutis. Sit quoq̄ ipſarū comeſtio licita ſingulis cū ſolēpnitatē precipuā interuenire cōtigerit: in q̄ ceteri xp̄iani ab ātiquo epulis carneis veſci ſolent. Aliis aūt diebus in q̄bus ieiuniū non ſeruat oua et caſeus nō negētur Sꝫ cū religioſis ceteris in eoꝝ cōuētualibus domib⁹ licite ſumere valeāt de appoſitis ab eiſdē ſintq̄ prādio cene q̄ refectiōe cōtenti: exceptis lāguidis et viatoribus ac īfirmis Sit ſanis cib⁹ moderat⁹ et potus cū text⁹ euangelicus habeat. Attēdite ne corda vr̄a crapula et ebrietate grauent. Prādiū aūt vel cena nō niſi p̄miſſa ſemel dn̄ica orōe ſumatur. Poſt ſumptionē cuiꝫ cū deo grās iterāda. Q̄ꝫ ſi omitti cōtigerit dicat trib⁹ vicibus pater noſter Qualꝫ vero ſexta feria totius anni ieiuniū celebrēt: niſi forte infirmitatis aut alia cā legittima excuſent vel niſi feſtū natalis dn̄i feria ipſa occurreret obſeruādū Sꝫ a feſto oīꝫ ſanctorū vſq̄ ad paſcha quarta ⁊ ſexta feria ieiunabunt.

Alia q̄ ab eccleſia ſunt ſtatuta vel ordinariis ex cauſa cōiter indicta ieiunia nichilominus ſeruaturi. In quadrageſima ꝓ beati Martini vſq̄ ad diē Natiuitatis dn̄i et a dn̄ica q̄nquaſime vſq̄ paſcha diebus ſingulis exceptis dn̄icis ieiunare procurēt niſi aliud fortaſſis infirmitas vel neceſſitas alia ſuaderet. Sorores ꝗuide vſq̄ ad ſue purificatiōis diē ab exercitatione qualibꝫ corporali orōnibus dūtaxat exceptis poterūt ſi voluerint abſtinere. Laborātes autē propter fatigationis afficiētis inſtantiā a dn̄ice reſurrectiōis feſto vſq̄ ad feſtiuitatē btī Frāciſci predicti ter in die qua exercitio laboris incumbēt licite ſumere cibū poſſunt. Cū vero illos cōtigerit alioꝝ imminere laboribus de cūctis appoſitis die quolꝫ ſumere licebit eiſdem niſi ſexta feria vł dies ſit alia in qua gn̄aliter ab eccł'ia ieiuniū noſcitur inſtitutum.

¶ Quociens debēt cōfiteri p̄ annū ⁊ ſumere corpus xp̄i. Sextum capitulum

Singuli autē fratrum et ſororū ipſoꝝ ter ī āno vꝫ ī natali dn̄i ī reſurrectiōis ipſius et pēthecoſtes feſtiuitatibus peccata propria cōfiteri ⁊ euchariſtiā deuote ſuſcipere non poſtponāt reconciliādo ſe proximis et reſtituendo etiam aliena.

¶ Q̄ꝫ non ferant arma impugnationis Septiuum capitulum.

Impugnationis arma ſecū fratres nō deferāt niſi p̄ defēſiōe romane eccleſie xp̄iane fidei vel etiam terre ipſorum aut de ſuorum licentia miniſtrorum.

¶ De dicēdis horis canonicis. Capi. 8.

Dicant vniuerſi q̄tidie. 7. horas canonicas vꝫ matutinū p̄mā tciā ſextā nonā veſpas ⁊ cōpletoriū. clerici vꝫ ſciētes pſalteriū. p̄ p̄ma Deus in nōie tuo. Btī imaclāti vſq̄ ad Legē pone ac alios horaꝝ pſalmos iuxta clericorū ordinē cū glīa prī dicāt. Cū ꝓ ad eccl'iā n̄ accedēt p̄ matutīo pſalmos dicē ſtudeāt q̄ſ dicūt clerici vel eccl'ia cathedralis: vł ſaltē vt illi ſa ti alū: p̄ matutīo. 12. ⁊ p̄ alia q̄lꝫ hora. 7. vicib⁹ p̄r nr̄ cū glīa prī dicē n̄ obmittāt ī q̄b⁹ vꝫ p̄me ac ꝯpletoriꝫ horꝫ minores ſimbolū ⁊ Miſerē mei de⁹ adiciāt q̄ nouerīt Sꝫ ſi horꝫ nō dixerint ꝯſtitutis dicāt trib⁹

vicibus Pater noſter. Infirmi autē horas hmōi nō teneātur dicere niſi velint In quadrageſima vero ſancti martini et etiam in maiori: ecclīas in quarū parrochijs habitant matutinalibus hor̄ ꝑſonalr̄ adire ꝑcurent niſi cauſa rōnabili excuſentur

¶ Q̄ oēs q̄ de iure poſſūt faciant teſtamentum. Capit. 9.

OMnes preterea quibꝰ de iure facultas affuerit cōdāt ſeu faciāt teſtamētū et de bonis ſuis īfra tres mēſes poſt eoꝝ īgreſſū imediate ſeq̄ntes ordinēt ⁊ diſponāt ne quēq̄ illorū contingat decedere inteſtatum.

¶ De pace reformanda inter fratres ⁊ alios extraneos. Capit. 10.

DE pace vero īter ffēs ⁊ ſorores aut ēt exteros ī diſcordia poſitos faciēda ſicut miſtris videbit̄ ita fiat adhibito ſi facultas affuerit epī dioceſani conſilio in hac parte.

¶ Quando moleſtantur contra ius aut eorum priuilegia. Ca. xi.

SI vero fratres vel ſorores ꝯtra ius vel eorū ꝑuilegia ꝑ ꝑtātes ſeu rectores locoꝝ vbi domiciliū obtinent vexatiōibꝰ īpetātur miſtri loci ad epōs et alios locoꝝ ordīarios ſtudeant hr̄e recurſū iuxta cōſiliū ⁊ ordinationē ipſorum in talibus proceſſuri.

¶ Q̄ caueant in q̄ntū ꝑūt a iuramentis ſolempnibus Capi. 12.

A Iuramentis autē ſolēnibꝰ oēs abſtineāt niſi neceſſitate cogēte ī caſibꝰ ꝑ īdulgētiā aplīce ſedis exceptī vez ꝓ pace fide caluīpnia ⁊ teſtionio ꝑhibēdo. ac ēt iā in ꝯtractu emptionis vēditiōis ⁊ donatiōis vbi videbit̄ expedire

¶ In cōi quoq̄ loq̄la vitēt vt poterūt iuramēta. Et q̄ die aliquo minꝰ caute iurauerit lapſu lingue, put ꝯtingere in multiloq̄o cōſueuit die ipō ī ſero cū dz recogitare q̄d fecerit dicat tribꝰ vicibꝰ orōnē dnīcā ꝓ ꝑ icaute facta hmōi iuramēta. Memor aūt ſit q̄lz vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur.

¶ De audienda miſſa et congregatiōe facienda. Capit. 13.

VNiuerſi ſane ffēs ⁊ ſorores cuiuſcū q̄z ciuitat̄ aut loci diebꝰ ſingulis ſi ꝯmode poterūt miſſe officiū audiāt Et mēſe q̄lz ad ecclīā ſiue loca ad quā vel que miſtri curauerit ītimare ꝯueniāt miſſa ꝓ ſolēpnia ibi audituri Uniuſq̄ſq̄ aūt vſualis monete denariū maſſario tribuat q̄ pecuniam hmōi colligat ⁊ eā de ꝯſilio miſtroꝝ īter fratres ⁊ ſorores paupꝑtate g̃uatos ⁊ p̄cipue īfirmātes ac eos q̄ funer̄ carē dinoſcūt expēdis: ⁊ deīn īter paupes alios diuidāt ꝯgrue ter. Offerāt īſup de dicta pecūia ecclīe memorate tūc q̄ ſi ꝯmode poterūt virū religioſū et ī v̄bo dei ꝯpetēter īſtructū hr̄e ꝓcurēt q̄ eos ad pnīam ⁊ mīe opa exercēda hortetur ſollicite moneat ⁊ inducat. Studeat q̄lz dū miſſe celebratur officiū ⁊ predicatiōis verbū proponitur ſeruare ſilentiū: oratiōni et officio ſit intentus niſi eū cōis vtilitas fraternitatis impediat.

¶ De fratribus infirmis et defunctis. Capitulum. 14

CUm autem quēq̄ ex fratribus infirmari contigerit miniſtri per ſe vel per alium ſeu alios ſi hoc eis infirmus fecerit intimari ſemel in ebdomada viſitare teneantur egrotum ⁊ ipſum ſollicite ad recipiendū penitentiam prout melius et efficatius expedire putauerint inducentes: ncc̄ia illi de bonis cōibus miniſtrādo. Et ſi prefatus infirmus de p̄nti luce migrauerit ffībus ⁊ ſororibus tūc in ciuitate vel loco vbi eū cōtigerit mori preſentibus nuncietur vt defūcti exeq̄uijs procurent perſonaliter intereſſe. a quibus donec miſſarum fuerint celebrata ſolempnia et corpus tumulo cōditū non recedant. Hoc quoq̄ circa ſorores infirmas et decedentes volumus obſeruari. Preterea infra octo dies poſt ipſius ſepulturi obitum immediate ſequentes quilz fratrum et ſororum ipſarum dicat pro anima eius. Sacerdos videlicet miſſam vnā ſciēſ pſalterium. 50. pſalmos ⁊ illr̄ati totidē p̄r nr̄ et in fine cuiuſlz. Requiē eternā adiciat Et poſt hec īfra ānū ꝓ ffm ⁊ ſoroꝝ tā viuoꝝ q̄ defūctoꝝ ſalute tres miſſas faciant celebrari. Qui v̄o pſalteriū ſciuerint illd̄ dicāt ⁊ ceteri orōnē dnīcā cētiēs dicē nō omittāt ⁊ requiē eternā in fine cuiuſlibet addituri.

¶ De miniſtris. xv. capitulum.

Ministeria quoqʒ ac alia officia q̃ p̄ntis formule series exp̄mit imposita sibi quisqʒ deuote suscipiat: curetqʒ fideliter exercere. Officiū autem cuiuslibet certi tp̄is spacio limitet. Nullus minister īnstituatur ad vitā: ⁊ eius ministeriū certū tempus comprehendat.

¶ De visitatōe ⁊ correctōe delinquentiū.xvi.ca.

Ad hec ministri et f̄res ac sorores ciuitatis ⁊ loci cuiuslʒ ad visitationē cōmunē in aliq̃ loco religioso vel ecclesia vbi locū hm̄oi ptigerit deesse p̄ueniāt ⁊ visitatorē habeāt sacerdotē q̄ alicui⁹ approbate religiōis existat quiqʒ illis de cōmissis excessib⁹ iniūgat pn̄iam salutarē. nec quis ali⁹ possit eis hm̄oi visitationis officiū exhibere. Et q̄ hō p̄ns viuēdi forma institutionē a btō Frācisco p̄libato suscepit p̄sulim⁹ vt visitatores ⁊ informatores de fratrū minoꝝ ordie assumātur. quos custodes vel guardiani eiusdē ordis cū sup hoc requisiti fuerint duxerint assignādos. Nolum⁹ tn̄ cōgregationē hm̄oi a laico visitari. hm̄oi aūt visitatiōis officiū semel exerceat in anno nisi necessitate aliq̄ suadēte fuerit pluries faciēda Incorrigibiles hō ac inobedientes monitio trina p̄ueniat. Qui si se corrigere nō curauerint de ipius p̄gregatiōis p̄sortio expellātur oīno de p̄silio discretoꝝ.

¶ De vitādis litigijs int̄ se ⁊ cū alijs.17.c.

Itent insuper fratres ⁊ sorores iuxta posse litigia int̄ se illa si suscitari ptigerit sollicite dirimēdo alioqn de iure corā illo rn̄deāt apud quē potestas residet iudicandi.

¶ Qualiter ⁊ p quos i abstinēcijs possit dispensari.xviij.capitulum.

Ordinarij aūt locorū vel visitator cū f̄frib⁹ ⁊ sororib⁹ vniuersis in abstinētijs ieiunijs et austeritatib⁹ alijs ex cā legittima cū expedire viderint poterūt dispēsare.

¶ Et ministri eoꝝ manifestas culpas denuncient visitatori.xix.cap.

Ministri vero manifestas f̄fm ⁊ sororꝝ culpas visitatori denūcient puniēdas. Et si quisqʒ icorrigibilis fuerit post trine admonitionis instātiam a ministris de discretoꝝ f̄fm aliquoꝝ p̄silio visitatori nūciet̄ eid̄ d f̄finitatʒ p̄sortio abijciē: d⁹ ab ipo ⁊ i p̄gregatiōe p⁹ modū publicād⁹.

¶ Qualiter i predictis nemo obligatur ad culpā mortalem.xx.capm.

Ceterū in premissis oib⁹ ad q̄ f̄res ⁊ sorores v̄ri ordis nō ex diuinis p̄ceptis vel statutis tenētur eccl̄ie nullū ipoꝝ ad mortalē culpā volum⁹ obligari sʒ impositā sibi pn̄iam p trāsgressiōis excessu p̄pta hūilitate recipiat ⁊ efficaciter studeat adiplere. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hāc paginā nostri statuti ⁊ ordinatiōis ifringere v̄l ei ausu temerario ptraire. Si q̄s aūt hoc attemptare presūpserit idignationē oīpotētis dei ⁊ btōꝝ petri ⁊ pauli aplōꝝ ei⁹ se nouerit incursurū. Datum Reate.xv.kalendas Septembris. Pontificatus nostri anno.ij.

## ¶ Modus recipiēdi fratres ⁊ sorores ad tercium ordinem beatissimi patris nostri Francisci de penitētia nūcupati ⁊ ad ipsius professionem.

In receptionibus f̄fm ⁊ sororꝝ ad terciū ordinē btī Frācisci de pn̄ia nūcupati ⁊ ad p̄fessionē eoꝝ (q̄ q̄dē receptiones ordinari e ⁊ regulariter fieri d̄nt vel a ministro ḡnali ordis minoꝝ vel ei⁹ vicarijs aut cōmissarijs etiā de familia v̄l a p̄uincialib⁹ ministris seu vicarijs aut p̄missarijs eoꝝ aut etiā de familia v̄l a visitatorib⁹ tercij ordis q̄ de ordie minoꝝ f̄rs eē d̄nt p p̄fatos seu aliquē eoꝝ instituti. vel a ministris de ipo tercio ordie vtriusqʒ sex⁹ q̄ ad f̄res ⁊ sorores collegialiter viuētes ⁊ tria vota facere itēdētes et alijs ad hoc p aliquē supradictoꝝ supioꝝ ordis minoꝝ deputatis) fuet mod⁹ ⁊ forma q̄ ad absolutionē ⁊ alia i toto vel i pte iuxta recipiētis discretionē q̄ ad f̄res q̄ p f̄frib⁹ minorib⁹ ponit i fine statutoꝝ ḡnaliū ordinationū diuini officij p trib⁹ ordinib⁹ scilʒ Frā. nouiter approbatʒ ⁊ p̄firmatʒ. Et q̄ ad sorores fuet ēt mod⁹ ⁊ forma i toto v̄l i pte iuxta ꝙ illis p̄petit q̄ i receptiōe ⁊ p̄fessiōe sororꝝ sc̄e clare fuari ordinat ⁊ put sup̄ p⁹ p̄stitutiōes eoꝝ describit Et hoc maxie q̄ ad f̄res ⁊ sorores q̄ ⁊ q̄collegialiter viuūt ⁊ faciūt tria vota r̄liōis. Excepto q̄ i eoꝝ receptōe ad ordinē solūmō d̄nt itrogari de istis p̄ditiōib⁹ iuxta

rl'e eoꝝ formā vcȝ. De fide catholica ſi ſint fideles et catholici nullo errore ſuſpecti. Itē de obediētia ad ſctā matrē eccleſiam Item ſi ſint ſuſpecti de hereſi. Itē ſi ſint infames ſeu aliqua vulgari infamia notati: q2 ſm regulā tales ad iſtū ordinē ſacrum minime recipi debent nec admitti.

¶ Ceterū quo ad profeſſionē ſciendū ī primis ꝙ ꝓfeſſio fieri dȝ corā notario tabellīōe aut prelato aliquo ſcl'ari vel rl'ari ſeu aliquo cuſtode vl' gardiano vel ordīs ſcriptore et manu publica alicuius taliū ī ſcriptis redigi et notari: iuxta qḋ regula dicit niſi viſitator ipſe manu propria et ſub ſigillo ſuo hoc facere vellet: quia idem eſſet et tunc ſufficeret.

¶ Forma communis profeſſiōis tā fratrum ꝙ ſororum eſt iſta.

¶ Ego frater. N. talis. vl' ſoror. N. talis voueo ⁊ ꝓmitto deo ⁊ btē marie ꝟgini ⁊ beato Frāciſco et oībꝰ ſctis ⁊ tibi pr̄ ſuare mādata dei toto tp̄e vite mee: ⁊ ſatiſfacē vt cōuenit trāſgreſſiōibus ꝯtra rl'am ⁊ viuendi modū tercij ordīs de pnīa īſtitutā ꝑ beatū Franciſcum et per dominum Nicolaū papam quartum confirmatam cum de hoc interpellatꝰ fuero ad volūtatē viſitatoꝝ nr̄i.

¶ Et tunc recipiēs rn̄deat et dicat. Et ego ex parte dei et ꝯfirma eiꝰ ordinatione ſi hec obſeruaueris promitto tibi vitam eternā. Et aſtantes reſpondeant. Amen

¶ Si autem fuerit frater vel ſoror collegialiter viuēs ⁊ tria vota religiōis emittere volēs faciāt profeſſionē in manibus miniſtri ſui localis: vel matris ſeu miniſtre ſue quo ad ſorores: aut viſitatoris ipſoꝝ vel ipſarū ſiue prouincialis ordinis minorum aut eorum vel alterius ipſoꝝ vicarij vl' vicarie aut ꝯmiſſarij ⁊ dicte ꝓfeſſioni addat hec verba vcȝ. Viuēdo etiā in obis ſine ꝓprio ⁊ in caſtitate. Cetera fiāt vt ſupra dictū eſt.

¶ Forma predicte ꝓfeſſionis in vulgari pro laycis fratribus ⁊ ſororibus.

¶ Je frere N. ou ſeur N. prometȝ ⁊ voue a dieu ⁊ a la vierge marie ⁊ a nr̄e pere ſainct Frācoys ⁊ a tous les ſainctȝ ⁊ ſainctes de paradis: ⁊ a voꝰ pere de guarder tous les cōmādemēs de dieu tout le tēps de ma vie et de ſatiſfaire comme ſera cōuenable des trāſgreſſiōs q̄ ie auray cōmis ꝯtre ceſte rigle ⁊ maniere de viure de lordre des penitēs inſtituee ꝑ ſainct Francoys ⁊ cōfermee par ſeigneur pape Nicolas. iiij. ſelon la volente du pere viſiteur de ceſte ordre quant en ſcaurez de ce requis.

¶ Celuy q̄ recoit ⁊ approuue la ꝓfeſſiō luy doibt reſpōdre ⁊ dire. Et ce tu faitȝ ce q̄ tu ꝓmetȝ ie (de par noſtre ſeigneur ⁊ par ſon ordonnance ferme ⁊ infaillible) te prometȝ la vie eternelle. Et les aſſiſtās reſpōdēt Amē

¶ Et ce il eſt frere ou ſeur viuant collegielment et en congregation qui veulle faire auec les troys veuȝ de religion adonque doibt adiouter aulx parolles deſſuſdictes en ceſte maniere.

¶ En viuant auſſy en obedience ſans propre ⁊ en chaſtete. Cela fiāt vt ſupradictū ē.

## ¶ Sequūtur illa extracta

cta ex ſtatutis generalibus ⁊ papalibꝰ triū ordinum beati Franciſci auctoritate apoſtolica ⁊ capituli generaliſſimi per Reuerēdiſſimum in chriſto patrem ⁊ dominum dominum Dominicum grimanum Cardinalem ſancti Marci ⁊ trium ordinum beatiſſimi patris noſtri Franciſci digniſſimū protectorē et ꝑ reuerendiſſimū. p. miſtrū gn̄alem editis et confirmatis que in aliquibꝰ magis ſpecialiter et expreſſius tangūt fratres et ſorores tertij ordinis maxime collegialiter viuētes ſeu tria vota emittētes Et primo in capitulo ſeptimo in particula 33. De apoſtatis et eorum punitionibꝰ ⁊c.

Caueant autē miniſtri et cuſtodes ꝙ non ꝑmittant apoſtatas ſiue ſue ſiue alterius prouintie in ſcandaluȝ ordinis euagari. Preterea iuxta ꝓuilegiū Innocētij quarti (cuiꝰ bulla eſt aſſiſij et ferrarie. et Benedicti et Nicolai tercij cuius bulla vianne) ꝑlati eccl'ie hoc ē dyoceſani et alij prelati debent fauere prelatis ordinis atq₃ condeſcēdē et parere ſi requirantur vt procedant contra omnes illos qui portant habitum indebite id eſt in apparentia aliqua habitus minorum taliter conformes vel ſimiles ꝙ a populo aliquo vel a multis ignotis cōiter reputentur eſſe ordinis frm minoꝝ: ⁊ etiam ꝯtra fratres tercij ordinis ſcandaloſos vel ſine debita licentia vagantes: vel qui caputia deferrent non protenſa vſq₃ ad cingulum a pectore quaſi eſſent primi ordinis: et ſi appareret ſignum in eodem caputio fraudis in variando. Teneantur etiam omnes eccleſiaſtici ad requiſitionem noſtrorum fratrum denunciare excommunicatos omēs detinentes vel ſuſtinentes apoſtatas ⁊c.

¶ Et infra capitulo vndecimo. ¶ De fratribus ⁊ ſororibꝰ ſiue ſororiſſis tercij ordinis. ſexta particula.

¶ Circa regimen ⁊ gubernationē ffm et ſoroꝝ tercij ordinis beati Frācisci ſtatuimꝰ et ordinamꝰ ꝙ littere Sixti quarti directe fratri zaneto de vtino gñali et vniuerſis prouincialibꝰ miniſtris ordinis fratrum minoꝝ que incipiūt Romani pontificis prouidētia circūſpecta ⁊c· (maxime vbi hactenus et ꝑ elapſum tēpus in vſu sūt ⁊ fuerūt) in ea vcꝫ parte vbi miniſtris generali ⁊ oibus ꝓuincialibꝰ dicti ordinis mioꝝ ⁊ miniſtris localibꝰ tercij ordinis hmōi certe littere Innocētij .iiij. extēdūtur et dictis gñali ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris ordis mioꝝ ⁊ vicarijs de obſeruātia datur ffm et ſoroꝝ dicti tercij ordinis cum facultate viſitandi inſtruendi reformandi corrigēdi: puniēdi: ad ordinē ipm ⁊ ꝓfeſſionē recipiēdi viſitatores ⁊ cōfeſſores q̄ etiā oia eccleſiaſtica ſacramēta eis miniſtrare habeāt ꝓ tpe in capl'is ꝓuincialibus dicti ordinis mioꝝ et extra aſſignādi Inhibendo ordinarijs locoꝝ ne de predictis ſe intromittāt ⁊c. ꝓut in dictis litteris Sixti .iiij. plenius cōtinentur. Silr etiā iuxta bullaꝫ aureā (que incipit Sacri predicatorūꝫ ⁊ minorum ffm ordines) dicti terciarij vtriuſq; ſexus et ſorores ſancte clare eorūq; conuētus ⁊ monaſteria gaudent eiſdem priuilegijs immunitatibus et gratijs ſpiritualibus ⁊ tēporalibus ffm ꝑdicatorum et minoꝝ ordinibus eorumq; domibus et locis ſyndicis et oblatis atq; cōuerſis conceſſis et concedendis. Dicti etiā terciarij ſolitarie vel in cōi extra mūdum viuētes et tria vota religionis facientes: formam habitꝰ et capucij talem habeāt vcꝫ ꝙ extremitas capucij ante et retro vſq; ad cingulum perueniat. Alias a miniſtris ſeu vicarijs ⁊ viſitatoribus predictis debite corrigantur ⁊ caputia huiuſmodi eiſdeꝫ auferantur. Habitus etiam breuiores et manicas ſtrictiores ad differentiaꝫ fratrum minorum habeant nigri vel griſei coloris. Nec vtantur corda ſine diſpenſatione generalis aut ꝓuincialium miniſtroꝝ ſeu vicarioꝝ ꝑfatorum reſpectiue quo ad ſibi ſubditos. Et in talibus et alijs per predictos vel quibus cōmiſerūt debite reformētur: et ſub cēſuris et penis cogantur: et ſi opus fuerit contra rebelles procedatur vt ſupra. Et dictus ordo ſit ſub protectione cardinalis ꝓtectoris ordinis minorum et ſancte clare ꝓ tempore exiſtentis. Nec alium generalem miniſtrum vel prouinciales habeant q̄ȝ generalē et prouinciales predictos ordinis minorum cum alij ex eorum regula vel intentione bti Franciſci eis nullatenꝰ cōcedantur: ſꝫ ſolūmō locales habeāt miſtros iuxta rl'e ſue formā ⁊ ꝓuinciales viſitatoꝝ commiſſarios vbi opus fuerit dictis miniſtris ordis mioꝝ ſeu vicarijs obſeruantie hmōi atq; viſitatoribꝰ per oia ſubditos. ¶ Sororiſſe aūt dicti tercij ordis in cōi in monaſterijs vel hoſpitalibꝰ viuentes ⁊ tria vota religiōis emittētes i forma hitꝰ ſui ꝯſueta īcedāt: nec deinceps velū nigrū ferāt: niſi ſub ꝑpetua clauſura remaneant. Nullus etiā frater vel confeſſor eaꝝ vel q̄cūq; ꝑlatus ordinis ad loca ſiue monaſteria hmōi ſororiſſarū in cōi ſeu collegialiter viuentiū niſi quibus ex officio incūbit cā viſitationis vel correctiōis eaꝝ tm̄ mō ⁊ cū vno vl' duobus ſocijs honeſtis ſub pena carceris et depoſitionis quorūcūq; officiorū ordinis ipſo facto a cetero itrare ꝑſumat. exceptis eccleſijs eaꝝ et etiam locis patētibus earū ab extra vel pauꝑum infirmorum extra ꝑticularem earum clauſurā in hoſpitalitatibꝰ vbi aliq̄ earū ſeruiūt exiſtentiū: ſed alibi exterius ad hoſpitandū et comedenduꝫ cū neceſſe fuerit diuertāt vtpote ad hoſpicium vel locū confeſſoris ſiue capellani extra locum ſiue monaſteriū ipaꝝ. Ubi etiaꝫ dicte ſororiſſe ſub eiſdē penis nullomodo accedant nec intrare ꝑſumant: ad omnem ſuſpitionem ⁊ occaſionē mali vitandū. Et earū confeſſores ſint viri honeſti ſeculares ſacerdotes vl' regulares vbi conſuetum ē: etate ⁊ moribus graues ⁊ honeſti atq; bene famati: per miniſtros aut vicarios prefatos deputandi: et qui quotiens miſtri miniſtre cum maiori parte ſororum earum aut viſitatori vel miniſtris aut vicarijs ꝓuincialibus videbitur poſſint mutari vel ammoueri aut cōtinuari. ¶ Item quo ad ſuffragia pro defunctis et benefactoribus trium ordinum ponitur particula ſequēs in fine octaui capituli dictorum modernorum orđ. ſtatutorum In quibus tamen dicendis nō obligātur fratres et ſorores ſecundi et tercij ordinum niſi vbi vel quando voluerint licet participent q̄z alis ipſis ex eorum regulis vel ſtatutis imponuntur niſi in quatuor generalibus ſeruitijs vbi dūtaxat collegialiter viuūt ⁊ tria vota religionis faciunt. ¶ Sequitur. ¶ De ſuffragis defunctorum.

¶ Et quia iuxta rl'am ffes debēt orare ꝓ defūctis ſtatuimus vt ꝓ oibꝰ ffibꝰ in ordie nr̄o decedētibus ⁊ ꝓ defūctꝫ ffibꝰ ⁊ ſororibꝰ ſcđi ⁊ tercij ordinū q̄lꝫ ſacerdos niſi ꝯtingat eū lāguo-

re vel itinere vel alicuius alterius miſſe ſpeciali recommendatione maxime de iuſſu prelati ꝑpediri: qualꝫ ebdomada celebret vnam miſſam vel ſaltem bis vł'ter appropriatā collectā mortuoꝝ cū ſpeciali recommendatione illoꝝ dicere nō obmittat Ceteri fratres clerici dicāt vnam vigiliam nouem lectionum Laici vero centum pater noſter et totidem Aue maria. Et miſſe huiuſmodi ſi obmittantur in vna ebdomada poſſint ſuppleri in alia: non ex obligatione ſed ex bona congruitate qui voluerit: omnibus aliis ſtatutis generaliū ⁊ ꝓuincialiū capl'oꝝ que ad hoc ꝑtinent etiā reuocatis

¶ Ordinamus etiam ꝙ ꝓ fratribus primi et tercii ac ſororibus ſecūdi et tercii ordinū patris nr̄i Fran. et pro aliis defunctis ⁊ benefactoribus quoꝝ recōmēdatio facta fuerit in capitulo gn̄ali quibus ſacerdos annuatim celebret vnam miſſam quilꝫ frater clericus dicat. 50. pſalmos et qlꝫ frater laycus centum Pater noſter et totidem Aue maria. Et pro viuis familiaribus miſſas pſalmos et Pater noſter totidem ꝑſoluant niſi qn̄ in capitulis gn̄alibꝰ talia ſuffragia vel alia imponuntur vt mō fieri conſueuit

¶ Ordinamus etiam ꝙ pro reuerendiſſimo domino cardinali protectore qui in ordinis protectione deceſſerit a quolibet ſacerdote ordinis tres miſſe celebrentur et a quolibet fratre clerico vnum pſalterium ⁊ a quolꝫ layco trecenta Pater noſter vł ſaltem a quolibet conuentu dicatur vna miſſa ſolempnis cum vigiliis loco miſſarū. Et idem fiat pro generali miniſtro ordinis in officio decedente. Et pro ordinis cōmiſſario ſiue procuratore in romana curia ſiue in officio decedente. ¶ Item pro illis qui mittūtur ad capl'm gn̄ale ſi ɔtingat eos mori vna miſſa ſolēpnis a qlꝫ ɔuētu ſue ꝓuincie dicat̃ ⁊ a quolꝫ fr̄e clerico quinquaginta pſalmi. Et a quolꝫ laico cētū P̄ n̄r. ¶ Itē ordinamus ꝙ ꝓ quolꝫ fr̄e in officio alicuiꝰ alterius ꝑlatiōis in ordine decedēte a quolꝫ fr̄e ſuꝑſtite cui in morte ꝑeerat dicat̃ vna miſſa ⁊ a quolꝫ ɔuētu: cui ꝑeerat vna miſſa ſolēpnis cū nota vltra ꝑticularia fr̄m alioꝝ ſuffragia alias ordinata Et a quolꝫ clerico vna vigilia nouē lectionū ⁊ a laicis cētum P̄ n̄r. cū totidē Aue maria. Pro aliis autē fr̄ibus a quolꝫ ſacerdote ɔuētus in q̄ morit̃ Una miſſa dicat̃ ⁊ a quolꝫ ɔuētu ſue cuſtodie vna miſſa cū nota ꝑſoluat̃ ⁊ a clericis nō ſacerdotibus totius cuſtodie ſue vna vigilia cū nouē lectionibꝰ ⁊ a laicis cētū P̄ n̄r. et totidē Aue maria, dicantur. Et ꝓ quolꝫ fratre ɔpreſētur miſſe vel ſaltē ɔmēoratiōes dieꝝ ſue depoſitionis in miſſali ordinate in cōuētu vbi morit̃ corā ɔuētu. Et in tali ꝑſolutiōe ſuffragioꝝ poſſint et ꝑ'les cuſtodie ꝑ ꝑe ɔuenire ⁊ mutuo i charitate ɔfederari et cōuētꝰ ſiue monaſteria fr̄m ⁊ ſoroꝝ ſcd̄i ⁊ tercii ordinū de ɔſenſu partiū q̄ voluerint.

¶ Officiū ꝓ defūctis fratribus et ſororibus tercii ordinū et eoꝝ bn̄factoribus: et ꝓ illis qui in nr̄is cymiteriis ſūt ſepulti ter i āno ſolēpniter celebret̃ ſcꝫ ꝑma die ante feſtū btē marie magdalene et ꝑma die ante feſtū beati michaelis et feria ſcd̄a poſt dn̄icā ſeptuageſime. In quo tam in vigiliis q̄ in miſſa dicatur oꝝ. Deus venie largitor ⁊c. Simile offm̄ fiat ꝓ patribus et matribꝰ olm fratrū et ſoroꝝ triū ordinū vltimo die feriali ante aduētū dn̄i. In quo tā in miſſa q̄ in vigiliis dicatur oꝝ. Deus qui nos patrē et matrem honorare precepiſti miſerere clementer animabus parentum noſtroꝝ ⁊c. In quibus etiam officiis generalibus cantētur vel legantur ſolempniter in choro vigilie nouem lectionum et a laycis triū ordinum collegialiter viuentibus centū Pater noſter et totidem Aue maria dicantur.

¶ Ordinamus etiam ꝙ in quolibet conuētu ordinetur ebdomadarius qui miſſam alternatim pro viuis et mortuis celebret ꝓ benefactoribus trium ordinum: ⁊ pro illis qui recommendantur ordini in quacunq; regione. Poſſit tamen talis miſſa benefactorum aliquando applicari etiam deuotioni illorum qui preciſe eadem die petunt et cupiunt miſſas habere ab omnibus fratribus tunc in conuentu exiſtentibus aut vbi vel quando alius frater non habetur niſi talis ebdomadarius qui tunc poſſit deuotioni talium ſatiſfacere. Ita tamen ꝙ tunc in talibus caſibus dicant vnam collectam ſpecialem pro dictis benefactoribus et recommendatis: et eos etiam ſpecialiter recommendent.

¶ Item ſingulis annis pro hoſpitibus qui in itinere fratres recipiunt infra octauam beati Franciſci in honore ipſius ſancti appropzietur miſſa conuentualis vnius diei et vna priuata a quolibet ſacerdote dicatur et a quolibet clerico quinquaginta pſalmi et a quolibet layco centum Pater noſter.

¶ Item ordinamꝰ ꝙ ɔuētꝰ vocet̃ ⁊ aſſiſtat fratri morienti: eius exitū ſub oꝛonibus et ſuffragiis ꝓtecturꝰ. Et hec qn̄ bono mō fieri poterit iudicio gardiani. Et ſi totus conuentus adeſſe non poſſet maior vel ſaltem

magnapars ipſius vocetur ſcd̄m iudiciū
preſidentis. Et vbi vel quando commode
non poteſt intereſſe: interim tamen orare
pro eo moneantur. ¶ Item liber notabiliū
fratrum defunctorum et benefactorum
ſpecialium vt ſupradictum fuit ſemꝑ ha-
beatur: et in capitulis recitent̄ dies obit⁹
illorum et oretur vt ſupra. ¶ Inhibemus
etiam ſub pena inhabilitationis ad que-
cunq; officia per miniſtrum vel cuſtodem
ī ponēda vel ꝓbationis capucij ꝑ tres mē-
ſes: ne quis publice detrahat fratribus de
functis preſertim quorum vitam bonam
predicant populi et quorum geſta virtuo-
ſa vel miracula narrant: et maxime in con
ſpectu ſecularium: quia ſcriptū eſt. Surdo
non detrahes: neq; coram ceco pones of-
fendiculum. hec vbi ſupra.

¶ **Item** volūt ꝛ ſtatuūt dicte conſti
tutiones generales vt pre
dicti ff̄es et ſorores etiā tercij ordinis hu-
iuſmodi collegialiter viuētes et tria vota
religiōis faciētes ac cōuētūs habētes ꝛ of-
ficiū diuinū publice in ſua eccl'ia ꝑſoluen-
tes ſequantur et ſeruent ordinationes di-
uini officij et miſſe atq; menſe ibi poſitas
in omnibus et ꝑ oīa ſicut ff̄es mīores vel
ſorores ſctē clare Ideoq; tales ſtudeāt or-
dinationes ꝛ cerimonias hmōi apud ſe ha
bere et eaſdē diligenter ſequi ꝛ ſeruare: q̄
ſupra tercia ꝑte deſcribūtur. ¶ Et notan-
dū ꝙ q̄ nō faciūt tria vota vel nō viuūt col
legialiter dn̄t ſolūmodo habere vel recipe
mātellū ꝓforma habitus: q̄ ꝓprie exrīa
datur omnibus pro forma huiuſmodi ha
bitus: et non aliud.

¶ **Igitur** ab oībus ff̄ibus et ſoro-
ribus dictoꝝ triū ordi-
nū ſacroꝝ ꝛ diuinit⁹ datoꝝ ſolerter ad-
uertendū eſt atq; notandū ꝙ cū dicat̄ eccle
ſiaſtes. iiij. Funiculus triplex difficile rū-
pitur: conſequens (eſt etiā ad lſam) ꝙ ſi iſti
tres ordines omnes fune triplici videlicet
fidei: ſpei: caritatis: ꝛ amoris tripliciter ꝛ ī
triplici ordine variato / ſecundum exterio-
rem deſignationem et figuram et ſecun-
dum intentionē p̄ris inſtitutoris eoꝝ vꝫ
beatiſſimi patris n̄ri Frācisci in vera ſta-
tuū ſuoꝝ obſeruātia ꝛ fraterna caritate et
amore ac etiā cū decēti ſubiectione eccleſie
ſancte romane et ordinis prelatorum (per
regularia inſtituta eorum et per diuerſos
ſummos pontifices ordinata) viuant ꝛ re-
formētur atq; religentur / adeo ſit̄ in vnum
fortificabūtur cōtra ſpūales nequitias an
tiqui hoſtis ꝙ nullus interior vel exterior
ſpūalis aduerſarius nulla ve temptatio ꝑ
ſecutio ſiue tribulatio vel inſultus adver-
ſariorum eoſdem rūpere vel ſuperare
aut deijcere vl' decipere vnq̄ poterit. Itaq;
ſimul ſemper ſtemus ꝛ nullus vnq̄ preua-
lebit aduerſarius. Quod dn̄s miſericordi
ter concedat Amen.

## ¶ Sequitur breuis de-

claratio maximarum gratiarum et indul-
gentiarum fratribus et ſororibus huius
tercij ordinis de penitentia conceſſaꝝ cū
ſummarijs declarationibus et annotatio-
nibus priuilegiorum et bullarum apoſto-
licarum ipſorum a principio ordinis ipſi⁹
vſq; nunc (iuxta ordines ſummorum pon-
tificum qui ea dederunt magis ſpecialiter
et expreſſe conceſſarum. Quibus etiam or-
do iſte ſanctus magis approbatur commē
datur atq; firmatur.

**Sciendū in pri-**
mis (quo ad gratias ſpiri
tuales ꝛ indulgentias vi-
ue vocis oraculo conceſ-
ſas) ꝙ domin⁹ noſter Six-
tus quartus conceſſit di-
ctis terciarijs vtriuſq; ſex⁹
indulgētiā ſancte marie de angelis ac etiā
indulgentias omnium eccleſiarū alme vr
bis romane tā plenarias q̄ non plenarias
eo tempore viſitando eccleſias locorum in
quibus ſtant et dicendo quinq; Pater noſ
ter et totidem Aue maria pro felici ſtatu
ꝛ intentione ſctē matris eccleſie: ac ſi viſita
rent perſonaliter loca eccleſiarum et eccle-
ſias vbi ſunt ille indulgentie diebus ſuis.
¶ Item ꝙ ſorores exeuntes pro queſta et
fratres collegialiter viuentes maxime pre
dicatores et ſocij habeant omnes indul-
gentias vbi eos et eas adeſſe contingeret
quas habēt in ſuis eccleſijs. Quod etiam
Innocentius octauus conceſſit addens ꝙ
etiam infirmi et infirme in ſuis īfirmarijs
vel cellis quando commode aliter non poſ
ſunt eas dictomodo lucrari poſſint. ¶ Itē
in receptione ad ordinem iſtum eſt indul-
gentia plenaria. Et ſimiliter in die obitus
et ſemel in vita. ¶ Itē conceſſit idē Sixtus
iiij. ꝙ illi et ille qui ꝛ q̄ ſūt in ſeruitio hmōi
fratrū ꝛ ſoroꝝ tercij ordīs tria vota emit-
tētiū ꝛ collegialiter viuētiū habeāt plena-

riā indulgentiā in mortis articulo ⁊ ſemel in vita de reſeruatis.

¶ De hȷ̄s ⁊ alȷ̄s indulgentȷ̄s ⁊ gratȷ̄s ſpiritualibus magnis ⁊ diuerſis ordini minorum conceſſis ⁊ ad ipſos fratres ⁊ ſorores per Sixtum.iiȷ̄.per bullā aureā extēſis et de indulgētȷ̄s magnis eccl'iaꝝ vrbis rome quas dictis modis quotidie lucrari pñt dicti terciarȷ̄: vide ⁊ require pleniꝰ ꝑ ſingula ſupra ſecunda parte tractatu primo circa principium.

**Preterea** aduertēdū ꝙ idē Sixtꝰ.4. de gratia ſpeciali cōceſſit omnibus fratribus ⁊ ſororibus huiuſmodi tercȷ̄ ordinis de penitētia nūcupati ꝙ gaudeant ⁊ gaudere ſevti poſſint perpetuo oībus ⁊ ſingulis priuilegȷ̄s ⁊ immunitatibus gratȷ̄s fauoribus conceſſionibus indultis ſpiritualibus ⁊ temporalibus fratrum predicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinibus ⁊ illorum profeſſoribus domibus ⁊ locis ac procuratoribus ⁊ ſyndicis oblatis ⁊ conuerſis ſeu alȷ̄s quomodolibet per predeceſſores ſuos aut per ipſum conceſſis ſeu imposterum concedendis quantis auctoritate quatinus eorū ſtatui vel ſexui non contradicant libere ac licite in omnibus ac per omnia prorſus ⁊ ſine vlla differentia ac ſi eiſdē ꝑſonis vtriuſqꝫ ſexus de penitentia nominatim conceſſe forent et concederentur expreſſe. Et hoc per bullā que dicitur Bulla aurea.que incipit. Sacri predicatorum ⁊ minoꝝ ordines. ⁊c. Quam habes ſupra ſecunda parte tractatu.ȷ̄.fo.xix.vide ibi in.§.v.Et ne ꝓpter monaſteria.⁊c. Et quia indulgentie ⁊ priuilegia aliorum mendicantium eiſdem predicatoribus ⁊ minoribus conceſſa erant ⁊ fuerūt:ideo ꝑ hec etiā ipſis terciarȷ̄s vtriuſqꝫ ſexus prout ſtatui eorum atqꝫ ſexui ꝯgruit conceduntur. De quibus omnibus vide vbi ſupra de priuilegȷ̄s minoꝝ.

**Et quia** principalia priuilegia dictorum ordinum precipue minorum immunitates exemptiones ⁊ gratie tēporales que poſſunt ipis terciarȷ̄s ⁊ eoꝝ eccleſȷ̄s ⁊ domibꝰ ſaltem collegialiter viuētibus ⁊ tria vota emittentibus deſeruire cōtinētur in mari magno Sixti.iiȷ̄.⁊ dicta bulla aurea,ideo ipſum etiā mare magnū require ſupra ſcḋa parte tractatu.ȷ̄.fo.xiiȷ̄ et alȷ̄s immediate ſequentibus.

**Alia vero** priuilegia ⁊ munimenta atqꝫ firmamenta apoſtolica ipſis terciarȷ̄s vtriuſqꝫ ſexus de penitentia ꝑticulariter ac ſpecialiter ⁊ expreſſe data a principio ipſius ordinis vſqꝫ nunc (ſaltē pro maiori parte) in ſequentibus breuiter annotantur. requirenda ad longum ſuperius ſecunda parte de priuilegȷ̄s triū ordinum beati Franciſci.

¶ **Et primo** Gregorius.ix.iȷ̄.kalēdas aprilis pōtificatus ſui anno.ȷ̄.cōceſſit vt nullus fratres de penitētia exactionibus publicis officȷ̄s vel iuramentis grauaret ipſoſqꝫ ad hoc nō teneri incipit. Deteſtanda humani hoſtis habetur ſupra tercia parte.i.trac.fo.xi.

¶ Eodē anno conceſſit executoriā ſupradicte cōceſſionis ſic incipiētē. Nimis patēter. Quere ſupra tercia parte.i.tractatu.fo.xi.

¶ Anno.iȷ̄.ſui pōtificatꝰ.iiȷ̄.nonas auguſti cōceſſit tꝑe interdicti fr̄es ⁊ ſorores tercȷ̄ ordinis audire diuina ⁊ eccl'iaſticā ſepulturam habere incipit. Cum illorum qui ſua. Quere ſupra tercia ꝑte trac.i.fo.xi.

**Innocentius** .iiȷ̄.Anno.iiȷ̄.ſui pōtificatus nonis auguſti cōmiſit generali ⁊ ꝓuincialibꝰ miniſtris curam fratrum tercȷ̄ ordinis in ytalia ⁊ in regno ſicilie incipit. Uotum deuotorum. Quere ſupra ſecunda parte tractatu ſecundo.fo.xxxvi.

**Nicolaus** .iiȷ̄.Anno.iȷ̄.ſui pōtificatus.vi.idus auguſti mandauit fratres ⁊ ſorores tercȷ̄ ordinis aſſumere viſitatorē de ordine minorū et ꝙ nullꝰ volētes aſſumere iſtū ordinē īpediat: incipit. Unigenitꝰ dei filius. Require ſupra ſecunda parte.ȷ̄.tractatu.fo.xxxviȷ̄.

**Johannes** .xxȷ̄.Anno.ȷ̄.ſui pōtificatus contra quoſdam ſub regula beati Franciſci nouū ordinem inſtituentes quōdam edidit conſtitutionē que incipit ſacra romana ac venerabilis eccleſia habetur ſupra ſecunda parte primo tractatu.folio.xxiȷ̄.

**Martinus** .v.Anno.x.ſui pontificatus precepit omnes fratres ⁊ ſorores tercȷ̄ ordinis ſancti Frāciſci ſubȷ̄ci prelatis ordinis minorum incipit licet inter cetera. Uide ſupra tercia parte.ȷ̄.tractatu.fo.xxviȷ̄.

